Προαίρεσις, εως, ἡ, Propoſitum, Studium, Inſtitutum, Vo- A
luntas. Demoſth. Pro corona, καὶ τὸ μηδένα μέμφεσθαι τὴν
πόλιν, μηδὲ τὴν προαίρεσιν αὐτῆς, ἀλλὰ τὴν τύχην κακίζειν.
Vbi obſerua προαίρεσιν & τύχην opponi, eodem modo
quo ab Ariſtotele Pol. 7, τὸ δὲ σπουδαίαν εἶναι τὴν πόλιν, οὐκέτι
τύχης ἔργον, ἀλλ' ἐπιστήμης καὶ προαιρέσεως. Rurſus Dem.
ibidem, ἡ μὲν ἐμὴ πολιτεία καὶ προαίρεσις. Vt autem hîc πο-
λιτείαν καὶ προαίρεσιν, ita προαιρέσεις τῆς πολιτείας in alio eiuſ
dẽ orationis loco dixit. Iſocr. quoque προαιρέσεις plu-
rali numero dixit, ad Demonicum, τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέ-
σεις ἀναμνησθείς, patris inſtituta vel ſtudia. Syn. epiſt. 103, B
εἰ μὴ καὶ βίοι τινὲς ὑποβληθεῖεν ἀρκοῦντες ταῖς προαιρέσεσιν. I-
dem ἀγωγὴν & προαίρεσιν coniunxit epiſt. 96. Alex. A-
phrod. προαίρεσιν Σωκράτους τὴν κατὰ τὸν βίον, Inſtitutum vi-
tæ, vel inſtitutam ab eo vitam. Sic Herodianus initio
lib. 5, τοῦ τε βίου μου τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν, id eſt (Polit. in-
terpr.) Quónam fuerit meum iam inde à principio
vitæ inſtitutum. Non minus autem commodè per ver
bum reddi poſſe exiſtimo, ſic, Quomodo iam inde à
principio vitam inſtituerim. Προαίρεσις interdum e-
tiam vertitur Voluntas: vt in hoc Cic. loco in Philipp. C
Vt ſiquid mihi humanitus accidiſſet, hanc vocem te-
ſtem relinquerem egregiæ voluntatis, Bud. egregiam
voluntatem eſſe dicit τὴν ἀξιέπαινον προαίρεσιν. Syneſ.
καὶ χάριν μὲν ἔχον τῇ προαιρέσει τοῦ συστήσαντος, Voluntati cõ-
mendatoris, vel Studio & voluntati. Hinc fit vt ἐκ προ-
αιρέσεως quidam vertant Voluntariè: quod tamen po-
tius redditur Sponte, vel Conſultò, vel Dedita opera,
vel De induſtria, necnon Cogitatò, à quibuſdam. Quo
ſenſu Demoſth. ἐκ προαιρέσεως ὑβρίζειν & ἐκ προνοίας pro
eodem ponit. Apud eundem Philipp. 2, qui ἐκ προαιρέ- D
σεως aliquid facit & qui ἄκων, inter ſe opponuntur. He-
rodianus autem ἐκ προαιρέσεως & δι' ἀνάγκης contraria fa
cit, lib. 3, καὶ εἴ τινες οὐ μόνον ἐκ προαιρέσεως ἀλλὰ δι' ἀνάγκης
προσέθεντο αὐτῷ. Vbi videri poſſit legẽdum potius δι' ἀ-
νάγκην. Alibi pro ἐκ προαιρέσεως dixit ἑκουσίως, (vt apud
Demoſthenẽ, qui ἄκων facit, opponitur illi qui ἐκ προαι-
ρέσεως facit) pr[illegible] contrario ponens ὑπ' ἀνάγκης, eodem
libro. At verò apud Ariſtotelẽ ſubtilior eſt huius vo-
cabuli vſus, quum προαίρεσιν differre vult ἀπὸ τοῦ ἑκουσίου.
Quis autem ille ſit, d[illegible] in iis quæ proximè ſequuntur. E

Προαίρεσις apud Ariſtotelem ſunt qui verterint non
ſolùm Propoſitum, vel Inſtitutum, Electio, Delectus,
ſed etiam Conſilium, Studium, & Prima animi ſuſce-
ptio: item Intentio. Conſilium autem ita acceperunt vt
à Cicerone ſumitur, quum dicit, De inuent. lib. 2, cõſi-
lium, eſſe aliquid faciendi non faciẽdive excogitatam
rationem: vel (vt in quibuſdã exempl. legitur) verè ex-
cogitatam rationem. Quem vſum habere volunt hoc
nomen apud eum ipſum nonnunquam: vt quum ſcri-
bit in Lucullo, Nec verò ſatis conſtituere poſſum quod F
ſit eorum conſilium, aut quid velint. Et De fin. lib. 5,
Nam voluptatis cauſa facere omnia oportere, quum,
etiamſi nihil conſequamur, tamen illud ipſum conſi-
lium ita faciendi, per ſe expetendum, & honeſtum &
ſolum bonum ſit, nemo dicit. Sic & apud Plautum, vt
quum ſcribit in Aulularia, Narraui amicis meis conſi-
lium meum de conditione hac. Qui autem προαίρεσιν
interpretati ſunt Intentionem, hunc Quintil. protule-
runt locum, ex lib. 10. cap. 3, Nanque illa ipſa quæ dele-
ctant, neceſſe eſt auocent ab intentione operis deſtina- G
ti. Quia ſequitur, Deſinit intueri quod propoſitum fue
rat. Ego excẽpla itidem aliquot ſignificationis nomi-
nis προαίρεσις ex Ariſtotele proferam, deinde quid mi-
hi de eius interpretatione videatur, dicam. Πᾶσα τέχνη
(inquit ille exordiens primum Ethic. librum) καὶ πᾶσα
μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐ-
φίεσθαι δοκεῖ. Vbi προαίρεσις à quibuſdam Propoſitum, à
nonnullis Conſilium redditur: ſunt & qui Studium ac
Inſtitutũ vertãt. Et lib. 3. cap. 2, τοῦ μὲν γὰρ ἑκουσίου καὶ παῖδες
καὶ τὰ ἄλλα ζῶα κοινωνεῖ, προαιρέσεως δ' οὔ· καὶ τὰ ἐξαίφνης, H
ἑκούσια μὲν λέγομεν, κατὰ προαίρεσιν δ' οὔ. Et aliquanto pòſt,
ἥκιστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν, κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ. Idem lib. 7 iti-
dem negat bruta habere προαίρεσιν, ita ſcribens de illis,
οὐ γὰρ ἔχει προαίρεσιν οὐδὲ λογισμὸν, ἀλλ' ἐξέστηκε τῆς φύσεως, ὥσπερ
οἱ μαινόμενοι τῶν ἀνθρώπων. Et lib. 10. cap. 8, ζητεῖται δὲ πότερον

A κυριώτερον τῆς ἀρετῆς, ἡ προαίρεσις, ἢ αἱ πράξεις. Idem lib. 3,
cap. 3, in fine, & lib. 6. cap. 2, dicit προαίρεσιν eſſe ὄρεξιν βου-
λευτικήν. Et paulo pòſt, eandem quæſtionem perſequẽs,
ſubiungit, πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ, προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις,
ἀλλ' οὐχ οὗ ἕνεκα· προαιρέσεως δὲ, ὄρεξις καὶ λόγος ὁ ἕνεκά τινος.
Quæ exempla ad cognoſcẽdam huius vocabuli ſigni-
ficationem ſatis eſſe poterunt: nunc de interpretatione
dicendum eſt. Primùm igitur quod attinet ad vocem
Electio, qua veteres Ariſtot. interpretes reddiderunt
προαίρεσιν (verbum προαιρεῖσθαι vertẽtes itidem Eligere,
B & προαιρετὸς Eligibilis) eam planè repudiandam eſſe iu
dico: licet vir doctiſſ. Petrus Victorius ea nobis quoque
abutendum eſſe cenſeat. Ideo autem repudio quòd
προαίρεσις non ſit electio, id eſt non ſit id quod per e-
lectionem illi vet. interpr. intellexerunt, ſed quod ex i-
pſa electione ſequitur. Nam Electio (ſicut & Delectus)
eſt ipſa eligendi actio, vt ita loquar: at προαίρεσις tum
demum animo noſtro inſidere poteſt quum iam hoc
vel illud elegimus. Eſt enim προαίρεσις eius qui ex plu-
ribus rebus vnam quandam tandem poſt deliberatio-
C nem elegit & cæteris prætulit. id eſt πρὸ ἑτέρων εἵλετο,
ſicut Ariſtoteles προαιρετὸν dictum eſſe tradit ὡς ὂν πρὸ
ἑτέρων αἱρετόν. Quò reſpiciens in quodam Rhet. loco
προαιρεῖσθαι & προκρίνειν poſuiſſe exiſtimatur. Ad cæte
ras autem interpretationes quod [illegible] nullas mihi
magis placere fateor apud Ariſtotelẽ, vbi ſtrictè προαι-
ρέσεως vocem accipit, quàm vel Propoſitum, vel Conſi
lium. Sed quum nonnulli ex illis quibus vocem Conſi
lium ſuæ interpretationi adhibere libuit, alterum illud
vocabulum Propoſitum reiiciant: ego contrà ſic mihi
D placere dico Conſilium, vt multo magis placeat Pro-
poſitum. Quinetiam addo, periphraſticè quoque verti
poſſe Propoſitam ſententiam, ex eodem Cicerone. Cæ-
terùm cur vocem Propoſitum improbent, hanc affe-
runt rationem: quòd quum Ariſtoteles Ethic. 3, τὴν προ-
αίρεσιν velit eſſe non finem, ſed eorum quæ ad finẽ per-
tinent, Propoſitum contrà vel finis ſit, vel de fine dica-
tur. vt apud Cic. Epiſt. lib. 1, Neque mihi in omni vita
tã erit res vlla propoſita quã vt quotidie vehemẽtius
te de me optimè meritum eſſe lætere. Sic & alibi rem
E quampiam eſſe alicui propoſitam, eodem modo dicit.
Et De finibus 5, dicit habere Propoſitum quaſi finem,
ita ſcribens, Omnium naturam eſſe cõſeruatricem ſui,
idque habere propoſitum quaſi finem & extremum, ſe
vt cuſtodiat in quam optimo ſui generis ſtatu. Hos
illi & ſimiles afferunt locos: quibus reſpondeo, alium
eſſe vſum nominis ſubſtantiui Propoſitum vt quum
dicor Manere in propoſito, & A propoſito deterreri nõ
poſſe: id eſt, Propoſiti tenax eſſe, vt Ouidius loquitur,
qui etiam dixit Vtile propoſitum. Cic. quoque Offic.
F lib. 1, Catonem ſemper in propoſito permãſiſſe, hac ſi-
gnificatione dixit. quem alioqui Manere in ſententia
pro eodem fateor dicere, & quidem frequentius. Sed
& Propoſita ſentẽtia ei ſonat idem quod Propoſitum,
vt quum ſcribit pro Ligario, Quem de ſuſcepta cauſa
propoſitáque ſententia, nulla vis, nullum periculum
poſſet depellere. Quòd ſi obiiciant, Propoſito etiam
& Propoſitæ ſententiæ aliquam finis ſignificationem
ſubeſſe, ideóque προαίρεσιν eo exprimi non poſſe, eadẽ
certè ratione & vocem Conſilium reiiciemus. Nam
G quum dicitur à Cicerone (quod etiam exemplum illi
tanquam pro ſe faciens afferunt) Nónne eo conſilio ex
Italia profectus eſt vt prohiberet Syria Dolabellam?
quum inquam ita loquitur Cicero, nemo neget eum
declarare, quid illa profectio propoſitum habuerit tan
quam finem.

Æquè igitur commodè (meo iudicio) vertemus a-
pud Ariſtotelem Ethic. initio, πᾶσα προαίρεσις, Propoſi-
tum omne, ac Conſilium omne. Cur autem Propo-
ſitum malim etiam quàm Cõſilium, in cauſa eſt quòd
H talis quædam vis ſub præpoſ. Latina latere videatur in
Propoſitum (nam de ſubſtantiuo peculiariter hoc di-
co) qualem habere πρὸ in προαίρεσις Ariſtoteles docet:
quum idem de προαίρεσις & προαιροῦμαι intelligẽdum
ſit quod de προαιρετὸν dicit. Aut enim valde fallor, aut
Propoſitum dicitur quaſi Antepoſitum: vt Pro in aliis

A quibusdam compositis ita accipi nemo ignorat. Sed poterimúsne eadem voce in verbi quoque interpretatione vti, quemadmodum qui προαίρεσιν consilium vertunt, προαιρεῖσθαι Consilium capere reddunt? Incómodius quidem προαιρεῖσθαι verbo Proponere reddi fateor (addito gerundio & pronomine datiui casus) quàm προαίρεσις nomine Propositum: sed ita tamen vt nec alteram interpretationem incommoditate carere existimem. Exempli gratia, Aristoteles docens βούλησιν esse finis, at προαίρεσιν, eorum quæ ad finem pertinent, vel quæ ad finem nos veluti ducunt, scribit, οἷον, ὑγιαίνειν

B βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ δι' ὧν ὑγιανοῦμεν. quod in postrema illius operis interpretatione sic vertitur, Bene valere volumus, consilium autem capimus eas res adhibere quibus bene valeamus. Cui interpretationi obiici posse videtur, nos προαιρεῖσθαι ea quæ ad valetudinem conseruandam spectant, id est πρὸ ἑτέρων αἱρεῖσθαι, conuenienter ei quod iam ceperimus consilio: & ita προαιρεῖσθαι non esse Consilium de illis capere, sed potius Consilium de illis cepisse: consilium inquam de illis consectandis, siue amplectendis: Vel potius, Conse-

C ctari ea, seu amplecti, certo cósilio. Quæ quum ita sint, nihilo incómodius (imò verò paulo etiam cõmodius) ita verti posse existimo, Bene valere volumus, ea autẽ nobis conse an propommus per quæ bene valeamus. Sed pro onsectanda, & in huius loci & in similium interpretatione, alio vti vocabulo possumus, quod rei de qua agitur, aptum esse videbitur. Quinetiã nomen Propositum accommodare nos posse ad verbi interpretationem existimo, si hoc aut simili quopiam

D modo reddamus, Ea certo proposito consectamur, vel cæteris anteferimus, quæ, &c. In illo itẽ cap. tertii loco, οἱ γὰρ βασιλεῖς ἃ προέλοιντο ἀνήγγελλον τῷ δήμῳ, nõ video quid obstet quominus vertamus, De proposito suo certiores eos faciebant. Itidem verò cap. 2, vbi dicit, τὸν ἐγκρατῆ facere προαιρούμενον, puto participium προαιρούμενον verti posse per nomen: vt sit προαιρούμενον πράττειν Cum certo proposito facere. Alio præterea modo nomen Propositum interpretationi verbi προαιρεῖσθαι adhibere possumus: vt si ἀποτρέπεσθαι τὸν φιλοσοφεῖν προ-

E αιρούμενον interpretemur, A philosophandi proposito aliquem auocare.

Quas tamen ego interpretationes, non vt quæ mihi planè satisfaciant, sed vt quæ minus cæteris displiceãt, affero: quippe qui in his quoque quod reprehẽdi possit animaduertam. Miror certè fuisse qui προαίρεσις interpretati sint Voluntas, apud ipsum Aristotelẽ strictè hanc vocem accipientẽ, & ita quidem vt manifestum discrimen inter προαίρεσις & βούλησις statuat. Illos igitur satis ipse refellit Aristoteles. Sed & Iudicium aliud esse

F quàm προαίρεσιν, nec posse ita reddi, manifestissimum est. nam προαιρεῖσθαι posterius est quàm προκρίνειν. quum dicat Aristoteles, τὸ γὰρ ἐκ τῆς βουλῆς προκριθὲν, προαιρετόν ἐστι. Loquor autem in tota hac disputatione, de προαίρεσις, quatenus strictè accipitur: quum latius interdum accipiatur, & tum eas etiam interpretationes quæ suprà fuerunt positæ, admittat. Sic quum Aristoteles significationem προαιρέσεως arctè sumens, eam ἀπὸ τοῦ ἑκουσίου distinguat initio cap. 2, libri 3 Ethic. vidimus contrà ἐκ προαιρέσεως & ἑκουσίως confundi, latius significationem eius extendendo. Quin & ipsemet Aristoteles

G quum in fine eiusdem capitis dicat, ἡ γὰρ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας, itidémque lib. 6. cap. 2, scribat, διὸ οὔτ' ἄνευ νοῦ καὶ διανοίας, οὔτ' ἄνευ ἠθικῆς ἐστιν ἕξεως ἡ προαίρεσις, in Rhet. tamẽ ἀπὸ διανοίας & ἀπὸ προαιρέσεως diuersa facit: ita scribens lib. 3, καὶ μὴ ὡς ἀπὸ διανοίας λέγειν, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ὡς ἀπὸ προαιρέσεως. Sed nec προαίρεσιν sonare πρόθεσιν dicemus in illis Aristotelis locis quos protulimus, aut in similibus (quanuis ἐκ προαιρέσεως & ἐκ προνοίας eodem sensu alibi poni dixerimus) & tamen προαίρεσιν & πρόνοιαν de vna eadémque re dixisse illum compe-

H rio. nam pro eo quod lib. 3, cap. 2 dicit, ἥκιστα γὰρ τὰ δι' ὀργὴν θυμὸν, κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ, scribit lib. 5, cap. 8, διὸ καλῶς τὰ ἐκ θυμοῦ οὐκ ἐκ προνοίας κρίνεται. Sic etiam, quum προαίρεσιν neget esse finem (vt paulo antè docui) sed de iis dici velit quæ ad finem pertinent, de eadem re tamen

A σκοπὸν & προαίρεσιν apud eum habemus. nam quum lib. 6, cap. 12 scripsisset, ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθὸν, ἡ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τοῦτον, idem repetens paulo pòst, ita loquutus est, τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν ὀρθὴν ποιεῖ ἡ ἀρετή, τὸ δ' ὅσα ἐκείνης ἕνεκα πέφυκε πράττεσθαι, οὐκ ἔστι τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἑτέρας δυνάμεως. Quos ego locos profero vt diuersum huius vocis vsum ostendam, prout eius significatio vel extenditur, vel contrahitur: vnde nemini debere mirum videri dico, si interpretatio quæ in vno loco repudiabitur, in altero admittatur: quanuis alioqui quæ vtrique adhibebitur, eodem pertineat, & diuersum duntaxat (vt ita loquar) respectum habeat.

B Προαιρετὸς, ὁ, ἡ, Spontis humanæ & arbitrarius, inquit Budæus, citans ex Aristotele, Metaph. 5, τῶν δὲ πρακτῶν ἐν ᾧ ἡ πρᾶξις ἡ προαίρεσις. ταὐτὸ γὰρ τὸ πρακτὸν καὶ προαιρετόν. Idem Aristot. Ethic. lib. 3, cap. 2, in fine, τὸ δ' ἑκούσιον, οὐ πᾶν προαιρετὸν, ἀλλ' ἆρα γε τὸ προβεβουλευμένον. Et cap. 3, βουλευτὸν δὲ καὶ προαιρετὸν, τὸ αὐτὸ πλὴν ἀφωρισμένον ἤδη τὸ προαιρετόν. τὸ γὰρ ἐκ τῆς βουλῆς προκριθὲν, προαιρετόν ἐστιν. Vbi προαιρετὸν vet. interpretes reddiderunt Eligibile: ex illis au-

C tẽ qui illis posteriores fuerũt, alii verterũt Eligẽdũ seu Deligendum, alii, Quod sub delectum cadit, alii, Id de quo consilium captum est: ego vt προαίρεσις commodius reddi existimo voce Propositum quàm alia vlla, sic προαιρετὸν non dubitarim interpretari Id de quo est nostrum propositum, Vel, Id de quo amplectendo proposita est animo sentẽtia, vel, Id ad quod certo proposito ferimur. Vel, Id quod cæteris posthabitis amplectendum nobis proponimus: sequendo etymon quod habetur, Ethic. lib. 3, cap. 2, in fine, ὑποσημαίνειν δ' ἔοικε καὶ

D τοὔνομα, ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν.

Προαιρετικὸς, Propositum habens ad aliquid propensum, Vel, Qui certo animi proposito cupidus est alicuius rei, siue ad rem aliquam fertur. cum genitiuo, apud Aristotelem Ethic. 5, ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς καὶ πρακτικὸς, καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς, καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθὸν, ἐπιεικής ἐστι. Vbi προαιρετικὸς quidam olim barbarè interpretati sunt Voluntatiu- Ex nouissimis autem interpretationibus quæd m habent Qui enim talibus eligendis que agendis idoneus sit: aliæ, Qui consilium huiusmodi it vt hæc sequatur,

E ad eáque ipsa agenda ap us est. Bud. auc Comm. pag. 668 vbi dixit προαιρετικὸς ἀνὴρ esse Qui cupidè & libenter & propensè aliquid facit, hunc ipsum Aristotelis locum in exemplum affert. Legitur apud eundem Aristotelem Politicῶν 2, προαιρετικὸς τοῦ πλεονεκτεῖν, ἢ χρημάτων, ἢ τιμῆς, cui etiam loco conuenire meam interpretationem arbitror quam primam posui. ‖Προαιρετικὸς absolutè positum, id est sine casu: vt προαι-

F ρετικαὶ φύσεις, quæ libero arbitrio diuinitus præditæ sunt, inquit Budæus A quo προαιρετικὸς exponitur etiam ὁ αὐτοκέλευστος, Sponte faciens. Ab eodem apud Philonem De mundo προαιρετικαὶ ἐνέργειαι exponitur Actiones à proposito proprio manantes: quæ interpretatio ad meam illam accedit. In vulg. lex. ex Aristotele citatur προαιρετικὴ ἕξις pro Electiuus habitus: & ex Galeno προαιρετικαὶ κινήσεις pro Voluntarii motus seu arbitrarii.

Προαιρετικὰ ῥήματα apud grammat. quæ προαιρέσεως significationem inclusam habent (accipiendo προαίρε-

G σιν generaliter pro volũtate vel hoc vel illo modo propensa) vt θέλω, βούλομαι, ποθῶ: atque adeo ipsum verbũ προαιροῦμαι, à quo nomen hoc deriuatum est.

c. 2. Ἀπροαίρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inuoluntarius, vt quidam exponunt. Dicitur ἀπροαίρετον, quod non fit ex certo proposito, & consultò. Aristot. Ethic. 5. cap. 8, προελόμενοι μὲν ὅσα προβουλευσάμενοι, ἀπροαίρετα δὲ ὅσα ἀπροβούλευτα. vbi quidam ἀπροαίρετα vertunt Quæ aguntur non capto consilio, sequendo illam προαιρέσεως & προαιρετοῦ interpretationem de qua dictum est. In vulg. lex. citatur ex Dios-

H cor. lib. 6, cap. 32, ἀπροαίρετος ἔκκρισις σπέρματος pro Inuita seminis profusio, Sua sponte manans seminis fluxus. Sed contrà dicendum fuit, Non sua sponte manans.

HINC Ἀπροαιρέτως, Inuoluntariè, Non sponte, Non consultò, Non de industria, Bud.

c. 2. Αὐτοπροαίρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, (sicut & αὐτοκέλευστος & ἐθελουργὸς

apud Philonē De mundo) Libero arbitrio agens, Bud. A
ET Αὐτοπροαιρέτως aduerb. Suo ipsius arbitratu, vel Sua sponte, Bud.

C. ΠΡΟΣαιρέομαι, οῦμαι, Allego, Insuper lego, siue Deligo. Προσαιροῦμαι (inquit Budæus) Allego, id est, Ad numerum antiquum addo, & mihi coopto. Plut. Camillo, ἐπ' ἀρχὴν αὐτοῦ προσελόμενος Κορνήλιον. Προσαιρεῖσθαι etiam dicitur (addit idem Budæus) quum vir virum legit. Xen. Pæd. 1, οὕτω δὴ δεξαμένου τοῦ Κύρου, οἱ βουλεύοντες γεραίτεροι αἱροῦνται αὐτὸν ἄρχοντα τῆς εἰς Μήδους στρατείας. ἔδοσαν δὲ αὐτοῦ διακοσίους τῶν ὁμοτίμων προσελέσθαι. Vt autem in illo Plutarchi loco quem affert Budæus, habetur αὐτοῦ προσελόμενος, sic & apud Dem. κατ' Νεαίρας legimus αὐτοῖς προσαιροῦνται, vbi scribit, κοινὸν δ' αὐτοῖς προσαιροῦνται Διογείτονα. B
Sed & in illo Xenophontis loco subaudire possumus itidem pronomen: vt non videatur distinguenda fuisse significatio quam habet προσαιροῦμαι apud Plutarchū ab ea quam habet apud Xenophontem. Puto tamen, vt aliquis dicitur προσελέσθαι ἑαυτοῦ τινά, ita etiā dici posse προσελέσθαι ἄλλῳ. vt sit προσαιροῦμαι ἐμαυτοῦ τοῦτον, vel προσαιροῦμαί σοι τοῦτον. Conuenit porro cum illo Plutarchi lo- C
co hic eiusdem in Publicola, προσείλετο αὐτοῦ συνάρχοντα, Allegit sibi collegam.

C. ΣΥΝαιρέω, ῶ, Simul euerto, Simul profligo, quasi συναγαγὼν ἀφανίζω, vt ex quopiam grammatico in vulgar. lex. habetur. quem (quicunque fuerit) ad hunc Thucydidis locum aut similem quempiam respexisse puto, lib. 2, σῶμά τε αὔταρκες ὂν οὐδὲν διεφάνη πρὸς αὐτὸ ἰσχύος πέρι ἢ ἀσθενείας, ἀλλὰ πάντα ξυνῄρει, καὶ τὰ πάσῃ διαίτῃ θεραπευόμενα, Sed omnia simul profligabat, vel Sed omnia pariter conficiebat, etiam quæ omni victus ratione curaban- D
tur: vt ego in mea editione hunc locum verti, totum à Valla pessimè & intellectum & Latinè redditum. Sic vsus est & passiua voce, lib. 8, pag. 271, τὰ τῶν Ἀθηναίων τὰ χρ συναιρεθήσεσθαι, Simul vniuersa euersum iri. Nisi quis otiosam esse hic velit præpositionem.

Συναιρέω, Cōtraho in vnum. Item, Simul complector, qu... contrahendo. Hom. Od. υ, v. 95, Χλαῖναν μὲν συνελὼν καὶ κώεα τοῖσιν ἐνεῦδεν. vbi Eustathius exponit συνάξας & συνειλήσας, id est, Quum contraxisset & conuoluisset. Qui tamen Lat. int... ...runt, reddiderunt Corripiens, E
Idem Eust. affert & hunc versum ex Il. π, v. 740, Ἀμφοτέρας δ' ὀφρῦς σύνελεν λίθος, οὐδέ οἱ ἔσχεν Ὀστέον, vbi σύνελεν itidem positum esse ait pro συνέαξε. quod ita videtur intellexisse vt Homerus dicat supercilia coiisse, vtpote disrupto osse quod interstitium cōstituebat. Breuium tamen scholiorum autor exponit συνέτριψε, quem vulgò sequuntur exponētes Confregit. Vtrobique autem Eustathius admonet hinc esse dicta à grammaticis τὰ συνηρημένα, & συναίρεσις. In illo certè Homeri loco, sequēdo Eustathii expositionem, σύνελεν esse crediderim in- F
terpretandum Commisit: vt quum dicit Celsus oras alicuius plagæ committere suturis. Huc referendum συναιρεῖν de sermone dictum, vt Thucyd. πολλὰ ἂν τις ἔχων εἰπεῖν, ξυνελὼν μάλιστα ἂν δηλώσειεν, id est, Contrahens in pauca, Complexus paucis. Idem lib. 3, ἐν δὲ ξυνελὼν λέγω, πείθεσθαί μοι, &c. vbi sunt qui ἓν cum ξυνελὼν iungunt, sed malè, vt ex aliis locis apparet. Sic lib. 6, ξυνελόντες τε λέγομεν οἱ Συρακούσιοι. Greg. συνελὼν δὲ φαίην ἂν οὐκ ἀπεικότως. Quod & per accusatiuum & per datiuum etiam dicitur. Greg. in Iul. lib. 1, καὶ συνελόντα φάναι, τινὶ τοιούτων, &c. Sic συνελόντι δὲ εἰπεῖν, & συνελόντι δὲ φάναι. G
Interdum autem additur ὡς, vt apud Xenoph. ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν. Nonnunquā verò breuitatis gratia omittitur infinitiuus: vt apud Isæū, συνελόντι δὲ, πολὺ τὸ διαφέρον κατ' ἀμφοῖν, &c. Interdū & nominatiuus per se ponitur, vt apud Gregorium συνελὼν ὅσον συνέξεται, Breuiter colligens, Dicens quàm breuissimè fieri potest, vt Budæus interpretatur. Pro eodē dicitur ἐνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν, vel potius ἐνὶ δὲ λόγῳ, sine verbo. Latini dicunt, Vt vno verbo absoluam, Vt semel dicam, vel Vt semel omnia dicam, Vt semel finiam, Vt paucis complectar. H

Συναιροῦμαι, Sto suspensus, Pendeo animi, Cōtrahor. Ita in vulg. lexicis: vbi ex Phalaride affertur, συναιρούμενος ἠθέλησα θανάτου προσδοκίᾳ. (vbi ἠθέλησα suspectum est) & ex Plutarcho in Numa, συναιρούμενοι τῷ μέλλοντι. Crediderim autem esse potius exponendum hîc συναιρεῖσθαι verbo Cōtrahi, sed metaphoricè sumpto, vt quum Cicero dicit Contrahi incommodis amici. ‖ Συναιρεῖσθαι autem quid sit grammaticis, vide in Συναίρεσις.

Συναιρεῖσθαι alia etiam signif. ponitur ab Aristotele, Rhet. 1, ὁ δ' ἐκκλησιαστὴς καὶ δικαστὴς ἤδη περὶ παρόντων καὶ ἀφωρισμένων κρίνουσι, πρὸς οὓς καὶ τὸ φιλεῖν ἤδη καὶ τὸ μισεῖν καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον συνήρτηται πολλάκις. vbi Victorius συνήρηται interpr. Simul aptum connexúmque est, vt πρὸς οὓς, sit σὺν τῇ κρίσει ὧν. quam expositionem verbi συναιρεῖσθαι, & vt nouam & vt violentam, suspectam habeo: lectorem que moneo vt consideret annon, queadmodū συναιρῶ respondet interdum Latino Contraho, sumpto in propria significatione, sic & συναιρεῖσθαι hîc respondere illi metaphoricam significationem habenti possit: id est sicut Contrahi amicitia & odium dicitur, ita hîc τὸ φιλεῖν καὶ τὸ μισεῖν συνήρηται dictum sit: vt sit κρίνουσι πρὸς οὓς καὶ τὸ φιλεῖν, &c. Apud illos quibuscum vel amicitia contracta est vel odium. Sed quod sequitur, καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον, non æquè commodam interpretationem admittere fateor: nisi & hîc συνήρηται τὸ συμφέρον dici quis putet, vt à Latinis interdum Contrahere damnum. Alioqui & hoc ipsum verbum συνήρτηται non immeritò fortasse alicui suspectum fuerit.

Συναίρεσις, Contractio, Complexio. ... g. Nazianz. citatur συναίρεσις εἰς ἀριθμόν, pro Complexus numeri. ‖ Συναίρεσις apud Græcos grammaticos figuræ nomen, quum duæ vocales in diphthongum contrahuntur, vt quum ex ἀληθέϊ fit ἀληθεῖ, ex Δημοσθένεϊ fit Δημοσθένει: sic ex πλόος fit πλοῦς. Συναίρεσις (inquit Eustathius) δι' ἧς αἱ λέξεις ἐκ πλατυτέρων καὶ ἀναπεπταμένων συνάγονται εἰς βραχύτερον. Quintilianus lib. 1, cap. 5, in Europaē διαίρεσιν esse dicit, quæ contrarium vitium sit ei quod συναίρεσις & συναλοιφή vocetur, vt Phæthon, hoc in versu, Quum te flagranti deiectum fulmine Phæthon. Ab iisdē grammaticis Græcis συναιρεῖσθαι dicitur vox in qua fit huiusmodi συναίρεσις. Animaduertendū est autem συναίρεσιν pro contractione opponi τῇ διαιρέσει, vt συναιρῶ pro Contraho, opponitur τῷ διαιρῶ: ita quidem vt præpositiones in his res contrarias declarent. HINC Ἀσυναιρέτως, q. d. Incontractè, pro Absque contractione, Eustath. p. 16.

C. ΥΦαιρέω, ῶ, Subtraho, ὑφέλκω. vt Iliad. β, — ὑπὸ δ' ᾕρεον ἕρματα νηῶν. Apud Thucydidem pro Subduco, lib. 3, καὶ Ἀθηναίοις ῥᾷον καταφρονήσειε, ὑφαιροῦντες αὐτῶν τοὺς ξυμμάχους. Et ὑφαιροῦμαι pro eodem: vt apud Plutarchum in Camillo, τοὺς μὲν ἄλλας ὑφελέσθαι τὰ ἐγχειρίδια τῶν πολεμίων, hic ὑφελέσθαι exponitur Subduxisse. Sic apud eundem in Themistocle, ὑφαιρούμενος τὸ ὕδωρ καὶ παροχετεύοντας. ‖ Item Subripio, Suffuror, apud posteros Homeri, vt Eustathius annotat pag. 194. sed tamen & apud ipsum Homerum ὑφαιρούμενοι ait significare posse ὑποκλέπτοντες, Iliad. π. v. 353, vbi de lupis dicitur, — ὑπ' ἐκ μήλων αἱρεύμενοι. Altera autem expositio est, παρεξαίροντα διασπάζοντες, videlicet ἐκ φυσικῆς διαγνώσεως. sed hæc alteri affinis est. Aristoph. Vespis, Οἴκτειρόν με ὦ πάτερ, αἰτοῦμαί σ', εἰ κ' αὐτὸς πώποθ' ὑφείλου. Apud eundem ὑφελοίατο pro ὑφέλοιντο, in Neb. Aristot. De animal. lib. 9, ὑφαιρεῖται τοῦ κόρακος ὁ ἰκτῖνος ὅ, τι ἂν ἔχῃ, Suffuratur coruo. vel, Eripit coruo, Aufert coruo.

Ὑφαίρεσις, Subtractio, Subductio. Item, Diminutio, Priuatio, Hesych.

Ὑφαιρέτεια, ας, ἡ, Obstetrix, μαῖα, Hes. Vt sit quæ fœtum subtrahit ex vtero, aut subducit.

Ὑφελήτης, (secundum quosdam vet. gramm.) ab ὑφελεῖν, deinde ablato v ex principio, & ε ex diphthōgo, φιλήτης, Eust. p. 194. Vide φιλήτης in φηλῶ.

ΑΙΡΩ, F. ἀρῶ, P. ἦρκα, (ex ἀείρω, vt opinor factum, de quo infrà) Tollo, id est Attollo, Sursum tollo, Eueho, Subueho. ὑψῶ, Thucydidis schol. Hom. Il. ρ, — ὡς εἴδοντο νέκυν αἴροντας Ἀχαιούς. Fest. ab αἴρειν significatē Tollere, dictas Latinis ærumnas putat. Apud Aristophanem autem in ἐκκλησ. χεῖρας αἴρειν exponitur Manus attollere, vel potius porrigere. quòd Cicero in oratione pro Flacco, Manus porrexerunt dixerit pro χεῖρας ἀνέτειναν, ibi autem Aristophanes χεῖρας αἴρειν pro χεῖρας ἀνατείνειν

vſurparit. At verò ἐπαίρειν χεῖρα,& δάκτυλον αἴρειν,quidã A volunt eſſe Manum dare,quaſi victum ſe fatendo.

¶Αἴρω, Augeo, Amplifico. Demoſth. contra Midiam, πρᾶγμα ἐγὼ νῦν αἴρω καὶ φοβερὸν ποιῶ.at Plutarchus addit ἐπὶ μεῖζον,dicens in Gaio,ἐπὶ μεῖζον αἴρων τὸ πρᾶγμα.Nõnunquã verò additur datiu⁹ λόγῳ,pro Amplificare oratione,Exaggerare dicẽdo. Hic autem datiuus ſubauditur in illis Demoſthenis & Plutarchi locis. ¶Αἴρειν,Capere,Sumere. Soph. Antigona, —μύδρους αἴρειν χεροῖν,Sumere in manum. Sed Tollere in manus dicitur etiam, ni fallor. Ariſtophanes in Ranis,αἶρε πλῆκτρον, Cape plectrũ. B Niſi quis mauult, Attolle. Sic & in metaphoricis loquutionibus,vt αἴρειν θάρσος,apud Euripidem,Sumere fiduciam,Sumere animos,vel Tollere animos,vt Latini loquuntur. Sumere ſuperbiam dixit Horatius.Contrà verò αἴρειν δειλίαν,apud Sophoclem in Aiace,q.d.Sumere timiditatem.Melius,Concipere timiditatem.Quidam exponunt, Metum in ſe admittere. Sic ὄγκον αἴρειν ibidem,Faſtum concipere,vel Faſtum attollere. At Αἴρειν λείαν,verterem Prædam reportare:alii tamen Prædã obtinere,reddiderũt. Vide αἴρομαι. ¶Αἴρειν in proxi C mè præcedẽte phraſi expoſui Reportare:ſignificat verò & generaliter Afferre: vt Ariſtoph.initio Pacis,Αἶρ' αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ. Alicubi etiam redditur Admouere, [illegible]φέρειν.

Αἴρω (vt Latinè Tollo) pro Erigo & pro Aufero, De medio tollo,inquit Bud. Vt autẽ exponitur aliquando Admouere,(cui tamen expoſitioni non facilè ſubſcribo) ſic interdum Remouere:vt αἴρειν τράπεζαν,Remouere menſam. Vertitur etiam Euerto:vt apud D.Ioannem, ἀροῦσι τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος. Sunt tamen & qui hìc D ἀροῦσι interpretentur Corripient:ſed ego malim aut Euertent,aut De medio tollent. licet magis conueniat hæc interpretatio huic verbo quum de homine vſurpatur:vt Luc.23, αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν.

Αἴρω,Moueo,id eſt Soluo,Proficiſcor,Abeo,vt ait Budæus.Sciendum eſt autem in hac ſignificatione interdum abſolutè poni, nonnunquam cum datiuo ναυσὶ,aliquando cum præpoſitione ἐκ aut ἀπὸ,iuncta genitiuo. Thucydides, καὶ εἰ μὴ ἄραντες τῇ παρασκευῇ ταύτῃ περιέπλεον. Plutarchus in Themiſtocle,αἴρειν βουλόμενος καὶ E πλεῖν ἐπὶ τὸν ἰσθμόν. Thucydides, ἄραντες ἐκ τῶν Ἀθηνῶν. Sic Syneſius,ἄραντες ἐκ Φυκοῦντος. Dicitur verò & αἴρειν τὴν ναῦν,vt Latinè Soluere nauem.& ἀπὸ τῆς γῆς aliquando additur:vt apud Thucydidem lib.1. ¶Item αἴρειν, pro Caſtra mouere, item de quauis profectione terreſtri. Plutarchus,ἅμα τῷ πυθέσθαι τὴν ἀπόστασιν, ἄρας ἐχώρει. Idem in Publicola, ἄραντες μεγάλῳ στρατῷ.Thucydides, ἄρας ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν. Budæus tamen ponit duntaxat Mouere,generaliter.

Αἴρομαι, F.ἀροῦμαι. P. ἦρμαι, in actiua ſignific. Tollo, F Erigo:vt αἴρεσθαι τὰ ἱστία,pro Erigere vela,Plutarcho.
¶Item,vt αἴρω,Porto, geſto,vel potius Geſtandum tollo(inquit Bud.)hoc eſt,ἀνατίθεμαι,ἐπιφορτίζομαι.Plutarchus in Antonio,τὴν δὲ δευτέραν ἤδη μεμετρημένοις φορὰν μέλλουσιν αἴρεσθαι.de frumento loquens quod portare humeris cogebantur. Hactenus Budæus:pro quo videtur facere hic locus Ariſtophanis ἀράμενος φέρε, id eſt Fer, ſeu porta, quum ſuſtuleris in humeros. vel, Sublatum in humeros fer.Exiſtimo enim ſubaudienda hæc duo vocabula ἐπ' ὤμων, quæ adduntur nonnunquam:vt a- G pud Demoſthenem,ἀράμενοι ἐπὶ τῶν ὤμων. Qui tamen & ipſe ἀράμενον ſimpliciter dicit: vt ad Phil. epiſtolam μεῖζον φορτίον ἢ καθ' αὐτὸν ἀράμενον. Poſſit verò alicui videri non ſatis generale illud ἐπ' ὤμων, quòd onera geſtentur etiam alia corporis parte, vt capite:ſubaudiat igitur ſiquis velit ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.aut tale quid. Vt plurimum certè committuntur humeris onera. Vnde & Horatius ſcripſit,— quid ferre recuſent,Quid valeãt humeri.Propertius tamen dixit,— capiti committere põdus. ¶Nonnunquam tamen αἴρεσθαι nihil aliud eſt H quàm φέρειν: vt apud Ariſtophanem in Ranis, Οὓς οὐκ ἂν ἄραιντ' οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι,id eſt, Quos ferre non poſſint, Quos non tulerint (ſeu portauerint) vel centum Ægyptii.Sic apud Euripidem in Oreſte,Ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις, id eſt, Cicerone interprete, Quod non natura humana patiendo ferat.

Αἴρομαι,Sumo,Capio,Capeſſo.πόνον αἴρεσθαι, Laborem ſumere.quod & Laborem ſuſcipere,exponitur.δίκας αἴρεσθαι,Pœnas ſumere. Soph. Aiace, Δίκας ἀροίμην τῶν φονευσάντων πάρα,Pœnas de interfectoribus ſumerem. Apud eundem ibidem in ποδοῖν κλοπὴν ἀρέσθαι,videtur ἀρέσθαι reddi debere verbo Capeſſere:vt quum dicitur Latinè Fugam capeſſere. quod ad verbum eſt apud Euripidem in Rheſo,φυγὴν αἴρεσθαι.

Αἴρομαι,(inquit Budæus) τὸ φέρομαι & λαμβάνω, Fero, hoc eſt,Reporto præmium vel lucrum:vt αἴρομαι κλέος, αἴρομαι νίκην.Hactenus Budæus, exempla non afferens. nec putandum eſt αἴρεσθαι per ſe ſignificare Reportare præmium vel lucrum: ſed prout huic vel illi nomini iungitur. Sicut nec Reportare laudem ſiue gloriam,ſignificat per ſe,ſed cum accuſatiuo δόξαν, aut ἔπαινον in oratione ſoluta:in carmine autẽ cum accuſatiuo κλέος, vel κῦδος,vel αἶνον. vt ἄροιτο κλέος,Gloriam reportet apud Homerum. Et apud Heſiodum, ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄρηαι. Rurſus apud Homerum Il. γ, — ἄσπετον ἤρατο κῦδος. Sic Od.ξ,— ὡς ἄσπετον αἶνον ἄροιτο. Eodem modo Apollon. Argon.2, ἵν' ἄσπετον ὄλβον ἄρωνται. Sic ἀράμενοι νίκην apud Plutarchum in Themiſtocle, Qui reportarunt victoriam. Denique Reportare lucrum, eſſet itidem αἴρεσθαι κέρδος:Reportare mercedem, αἴρεσθαι μισθόν:non autem αἴρεσθαι per ſe. Aut ſaltem dicendum eſt αἴρεσθαι ſonare Reportare pro præmio vel lucro, id eſt, Reportare aliquid vice præmii ſeu lucri. vt qui gloriam ex bello reportat, præmii loco gloriam reportare meritò dicitur. Habetur autem Il.μ hæc phraſis μισθὸν αἴρεσθαι, vbi dicitur ἀεικέα μισθὸν ἄρηται.dicitur verò pro eodem μισθὸν ἄρνυσθαι,& vno verbo μισθαρνεῖν. ¶Sciendum eſt verò & in malam partem accipi αἴρεσθαι,vt κακὴν φάτιν ἄρῃ,apud Sophoclem in Aiace, pro Reportes malum rumorem vel ſiniſtrum rumorem:aut potius infamiam.Quidam autem vir alioqui doctiſſimus reddidit,Infamiam ſuſcipiat: putans hìc ἄρῃ eſſe tertiam perſonam à voce actiua αἴρειν, ſignificante Suſcipere in hoc loquendi genere.Sed ἄρῃ ſit neceſſe eſt ab αἴρομαι: & malim hìc ἄρῃ κακὴν φάτιν vertere Infamiam reportes, quàm Infamiã ſuſcipias. Vſurpant verò Latini interdum etiam Auferre pro Reportare. ¶Sunt porro qui αἴρεσθαι κλέος apud Homerum alio in loco velint ſonare, Parere gloriam alii,& afferre:hoc videlicet in loco, — ᾧ παιδὶ μέγα κλέος ἤρατ' ὀπίσσω. Sed poteſt αἴρεσθαι κλέος hic quoque ſignificare Reportare gloriam: vt παιδὶ datiuus ſit qui vocatur acquiſitionis à grammaticis. Poteſt etiã hæc verbi αἴρομαι ſignificatio in nonnullis phraſibus aliter reddi quàm per verbum Reporto aut Aufero. nam νίκην αἴρεσθαι,poterit(qui malet)vertere Obtinere victoriã, Potiri victoria:non ſolùm Reportare victoriam. ſed ita tamen vt intelligat,quanuis in lingua Latina eadẽ hæc ſignificent, tamẽ Reportare victoriam,propriam verbi αἴρεσθαι vim melius exprimere. Sciendũ eſt autem dici pro eodem ἀναιρεῖσθαι νίκην.

Αἴρομαι,etiam Suſcipio,id eſt Incepto, Aggredior (vt inquit Budæus)duo proferens exempla,in quorum tamen altero duntaxat,αἴρεσθαι,Inceptare & aggredi,verti poſſe videtur.nam in loco Demoſthenis, ἄρασθαι πόλεμον, Suſcipere bellum, Inceptare bellum aut aggredi, poſſumus interpretari:at in loco Antiphontis, κίνδυνον ἄρασθαι,Suſcipere periculum,reddi queat:non item, Inceptare periculum aut aggredi.Sed & Adire aut Subire periculum dicitur potius: vt Laborem ſuſcipere. Licet Cicero alicubi (vt fit nonnunquam) idem verbum vtrique horum nominum accommodauerit. Quinetiam ἄρασθαι πόλεμον vertere malim Inferre bellũ quàm Suſcipere bellum, ſi ſpectanda ſit verbi Græci proprietas, ac tum præſertim quum additur præpoſitio πρὸς cum accuſatiuo. vt apud Demoſthenem ἄρασθαι πρὸς Ἀργείους πόλεμον,Bellum Argiuis inferre, Thucyd.1, πῶς χρὴ πρὸς τούτους ῥᾳδίως πόλεμον ἄρασθαι, His bellum inferre.Nec tamen magnopere improbo Aduerſus hos bellum ſuſcipere. At verò ἄρασθαι πόνον non dubium eſt quin verti debeat Laborem ſuſcipere: vt apud Philoſtratum,ἤρατο τὸν ἀγῶνα,Certamen ſuſceperũt.Sic apud

Platonem

Platonem Pol.2, οὐ φαῦλον πρᾶγμα ἡρέμεθα, Haud rem A
parui momenti ſuſcepimus, vel aggreſſi ſumus. Scien-
dum eſt autem pro eodem dici κίνδυνον αἴρεσθαι aut πόλε
μον, & κίνδυνον ſiue πόλεμον ἀναιρεῖσθαι.

Αἴρομαι, paſſiuam habens ſignificationem, Tollor,
Attollor, Euehor. Item Erigor. Sic Erotianus apud Hip-
pocratem αἴρεται exponit ἐπαίρεται. Lucian. in Somnio,
ἀρθεὶς δ' εἰς ὕψος ἐγὼ ἐπεσκόπουν. vbi notandum eſt εἰς ὕψος
additum, quum ἀρθεὶς per ſe ſignificare poſſet Altè ſub-
latus, vel in altum. ‖ Itē metaphoricè ponitur αἴρομαι
vt actiuum αἴρειν, in hac ipſa ſignificatione. Demoſthe- B
nes de Philippo, Olynth. 2, διὰ τούτων ἤρθη μέγας, Ad ver-
bum, Per hæc ſublatus eſt magnus, vel euectus eſt ma-
gnus. Id eſt, euectus eſt ad magnitudinem. hoc eſt ma-
gnam potentiam. ita enim expono μέγας. Alii, ἤρθη μέ-
γας, euaſit magnus, reddunt: vim verbi αἴρομαι non ex-
primētes. ‖ Vſurpatur μεταφορικῶς etiā aliter hoc ver-
bum: vt quum dicitur ἀρθεὶς ταῖς ἐλπίσι. Interdum & αἴ-
ρεσθαι per ſe ponitur, vt apud Plutarchum in Fabio, ὁ δὲ
δῆμος ἤρτο, καὶ μετὰ χαρᾶς εἰς ἀγορὰν συνέτρεχε, populus au-
tem erectus erat, & cum gaudio in forum concurrebat. C
Intellige autem, Erectus animo, vel, Erecto erat ani-
mo: vt etiā cōtrà à Latinis eadē metaphora dicitur De-
mitti animus in contraria ſignificatione. Plutarchus
autem, quod hìc αἴρεσθαι, alibi μετέωρον εἶναι dicit (ni me
fallit memoria) eodem metaphoræ genere: & ἀνάλο-
γος quoque ταπεινὸν εἶναι pro Animum Demittere. ‖ Αἴ-
ρεσθαι etiam Tolli, id eſt Auferri: vnde ἀρθεῖσα τράπεζα,
Sublata menſa, vel remota, vt Virgilius loquitur.
‖ Αἰρομένου ἡλίου Gaza apud Ariſtotelem vertit Sole abe-
unte. Fortaſſe autem dicitur αἴρεσθαι, quaſi Auferri à cō- D
ſpectu noſtro. ‖ Αἴρεσθαι ſunt qui velint accipi & pro
Commoueri, citantes hunc ex Euripidis Rheſo locū,
κἂν μὴ αἴρωνται φυγῇ. ſed minimè dubium eſt quin men-
doſè ibi legatur in vulgaribus editionibus φυγῇ pro φυ
γήν: vt ibidem dixerat, αἴρεσθαι φυγὴν μέλλουσι, quo loco
αἴρεσθαι ſignificationem actiuam habet, pro Fugam ca-
pere, vt antea interpretatus ſum: potius quàm Suſci-
pere fugam.

Ἄρσις, εως, ἡ, Eleuatio, Sublatio, ſeu Elatio, id eſt Euectio.
Ariſtoteles De mundo, λέγονται καὶ κυμάτων ἄρσεις συμ- E
περιοδεύειν τῇ σελήνῃ. quod interpretātur, Aiūt vndarum
elationes cum luna circumagi. ἄρσις τῆς ζύμης apud Na
zianzenum Tumor fermenti: quum videlicet intume-
ſcendo in altum tollitur. Vt autem hic ἄρσις τῆς ζύμης
habemus, ſic apud Heſychium legimus ipſam vocem
ἄρσις expoſitam ζύμη. ‖ Ab eodem ἄρσεις explicatur
ἀποτελάσεις & βαστάγματα. Sed mihi non dubium eſt
quin ἀρόσεις (non ἄρσεις) expoſitum fuerit ἀποτελάσεις.
ſed quum ἄρσεις (quod librariorum incuria irrepſerat)
aliquis videret expoſitum ἀποτελάσεις, addidit & alterā F
explicationem βαστάγματα, ex ipſo Heſychio ſumptam:
quippe qui dixerat ἄρσεων, βασταγμάτων. Conuenit au-
tem hæc cum iſto qui ex LXX interpretibus citatur
loco, in Pſal. 81. ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεων νῶτον αὐτοῦ, Auertit ab
oneribus dorſum eius. Hinc autem puto accepiſſe i-
ſtam ſignificationem, quòd onera ſoleant in altum tol
li quum imponuntur dorſo aut capiti. ‖ In vulga-
ribus autem lexicis citatur ex iiſdem LXX interpret.
3. Regum cap. 11, κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἄρσεις pro Con-
ſtituit eum præfectum tributis. Quæ ſignificatio ad ſe- G
quentem potius pertinere videri poſſit.

Ἄρσις, Ablatio, Detractio. Dioſcorides lib. 5, cap. 157,
πρὸς τριχῶν ἄρσιν, Ad detrahendos pilos. ἄρσις καὶ θέσις,
Oratio qua quum vnum tollitur, alterum infertur. Vi-
de θέσις in ἵημι.

Ἄρδην, aduerbium ab αἴρω deductum, ſi Sophoclis ſcho-
liaſtæ & Euſtathio credimus, vt ἀέρδην ab ἀείρω. Ille ἄρ-
δην apud Sophoclem exponit Altè & Agiliter, ſecun-
dum eam ſignificationem qua αἴρω vſurpatur pro ὑψῶ,
id eſt Attollo, Tollo in altum. Verſus Sophoclis eſt hic H
in Aiace, Πηδῶντος ἄρδην ἐκ τόπου τάφρων ὕπερ;

Ἄρδην Euſt. explicat φοράδην, citans hunc Euripi-
dis locum ex Alceſtide, — νέκυν ἤδη πρόσπολοι φέρουσιν ἄρ-
δην ἐς τάφον τε καὶ πυράν. Eſt autem φοράδην (quo ἄρδην
explicat) quaſi dicas Geſtabundè aut Geſtatitiè. Et φο-
A ράδην ἐκκομίζεσθαι dicitur qui ex aliquo loco exporta-
tur, geſtatus ab hominibus: ſiue geſtantibus eum homi
nibus, aut etiam homine eum geſtante vnico. Vnde &
vulnerati dicūtur φοράδην ἐκκομίζεσθαι, vt ſuo loco doce-
bo. Suidas videtur hāc aduerbii huius ſignificationem
cum proximè ſequente non bene confundere.

Ἄρδην, Penitus, Funditus. Æſchines contra Cteſi-
phontem, τὸν δὲ δὴ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν πόλιν ἄρδην ἀνατε-
τραφότα, id eſt, Eum autem qui Græciam & ciuitatem
funditus euertit. Idem aliquanto antè, τὴν δημοκρατίαν
B ἄρδην ἔλαθεν ὑφελόμενος. Exponitur etiam παντελῶς, id eſt
Planè, Penitus, Prorſus, Omnino: in hunc ex Phœniſ-
ſis Euripidis verſum, Πόθεν; τί μ' ἄρδην ὧδ' ἀποκτείνεις
Κρέον; Atque in hac ſignificatione ἄρδην ſonat idem
quod ἀφανιστικῶς, (quaſi dicas, Abolitoriè, vel Extermi-
natoriè) vt notarunt veteres quidam grammatici: iuxta
eam verbi αἴρω ſignificationem qua pro ἀφανίζω poni-
tur, id eſt aboleo.

C. Ἀνταίρω, Contrà attollo, Aduerſus quempiam attollo,
vt ἀνταίρω τὰς χεῖρας. ET Ἀνταίρομαι voce paſſiua
C pro eodem, vt χεῖρας ἀνταιρομένους, Thuc. 3. & ὅπλα ἀνται-
ρόμενοι, apud eundem lib. 1. & apud Libanium in De-
clam. καὶ ἡμεῖς οἱ θεοὶ οὐκ ἀντιτείνομεν, οὐδὲ ὅπλα ἀνταιρόμεθα.
Quoniam autem qui χεῖρας vel ὅπλα ἀνταίρει ſeu ἀνταίρε-
ται (id eſt contrà attollit) is reluctatur & reſiſtit, ipſum
etiam verbum ſine adiectione in hac ſignificatione ca
pitur: videlicet pro Reſiſto, Reluctor, Renitor, Deie-
cto: vt Plutarchus, Σκιπίωνι πρὸς τὴν Φαβίου δύναμιν ἀν-
ταίροντι. Dicitur autem non ſolùm ἀνταίρειν ſeu ἀνταίρεσθαι
πρός τινα, ſed etiam ἀνταίρειν ſeu ἀνταίρεσθαι τινί. Lucianus,
D δῆλος γοῦν ἐστὶν οὐδὲ ἀνταίρεσθαι τῷ Δάμιδι δυνησόμενος. Idem
in Lapithis, φιλόσοφος ἀνὴρ γελωτοποιῷ ἀνταιρόμενος, καὶ παίων
καὶ παιόμενος, Cum morione decertans. ‖ Dicitur etiā
ſcopulus ἀνταίρειν pro Contrà aſſurgere, apud Strabo-
nem. Bud.

Ἀνταείρω, idem, vide poſt ἀείρω.

Ἄνταρσις, Inſurrectio. q. d. Ipſa actio attollendi manus ad-
uerſus aliquem. ET Ἀνταρσία apud Suidam, per
quod exponitur vox συνωμοσία. ET Ἀντάρτης Heſy-
chio, Tyrannus qui inſurgit aduerſus regem, ſeu repu-
E gnat regi. Apud Suidam autem vt συνωμοσία exponitur
ἀνταρσία, ſic συνώμοτος, ἀντάρτης.

C. Ἀπαίρω, F. ἀρῶ. P. κα, Proficiſcor naui, Soluo. Item ali-
quando ſimpliciter pro Diſcedo, Abeo. Interdum cum
præpoſitione ἐπὶ, vel εἰς, aut cum aduerbio ſignificante
locum ad motum: interdum cum genitiuo, aut aduer-
bio ſignificante motum è loco. Polyb. lib. 2, ἀπῆρε μετὰ τῶν
φίλων εἰς Ἀλεξάνδρειαν, Naui profectus eſt Alexandriam
vel, Naue conſcenſa profectus eſt. Demoſth. ὅτε ἐπὶ τὴν
προτέραν ἀπήειμεν πρεσβείαν τὴν περὶ τῆς εἰρήνης. Idem, ἀ-
F πῆραν διὰ τοῦ πολεμίου στρατεύματος εἰς Παγασάς. Sic ἀπῆρεν εἰς
Δελφούς, apud Plutarchum in Lycurgo. Apud Herodo-
tum ἀπαίρειν ἐς τὸ πέλαγος. Dicitur & ἀπαίρειν ἐπ' οἴκου,
vel οἴκαδε, pro Soluere domum, id eſt, Soluere ad red-
eūdum domum. vel ſimpliciter, Redire domum. Cum
genitiuo autem, vt apud Herodianum, ὁ δὲ Ἀντωνῖνος
ἀπάρας τῆς Συρίας, ἦλθεν εἰς τὴν Νικομήδειαν. Sic τῆς Ῥώμης
ἀπῆρεν apud eundem. Apud Euripidem, ἀπῆρας πατρί-
δος. Apud Platonem epiſt. 7, ἀπῆρα οἴκοθεν. Interdum e-
tiam ſine caſu. Demoſth. καὶ οἱ πρέσβεις ἀπήρκεσαν οἱ τοῦ Φι-
G λίππου. Æſchines, ἡμῶν κεχειροτονημένων ἐπὶ τοὺς ὅρκους, οὔπω
δὲ ἀπηρκότων. Suidas ἀπηρκότος itidem abſolutè poſitum
exponit ἀναχωρήσαντος, hoc in loco, ἄρτι δὲ ἀπηρκότος τοῦ
Σοραίχου, ἡ Σινωνὶς ἐφίσταται. Heſychius ἀπαίρει explicat ὁ-
δεύει, ἀποδημεῖ, ἀναχωρεῖ. ‖ Interdum ἀπαίρω τὴν ναῦν di-
citur ſicut Latinè Soluo nauem. Herodotus, ἢν ἀπαί-
ρωσι τὰς νῆας ἀπὸ Σαλαμῖνος. Ἀπαίρομαι etiam dicitur,
ſi credimus Heſychio: apud quem legitur ἀπαίρονται
expoſitum ἀποδημοῦνται.

Ἀπαίρω, Suſtollo, Eleuo in Altum. ἀπῆρεν, ὕψωσεν, Sui-
H das. Sed ἐπαίρω potius dicitur.

Ἀπαίρω, Tollo, Aufero, Detraho. vnde Ἀπαίρομαι, Aufe-
ror, vt apud Matth. Marc. & Lucam, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ'
αὐτῶν ὁ νυμφίος.

Ἄπαρσις, εως, ἡ, Profectio, Abitio, Diſceſſus. vt ἀπαίρειν pro
Proficiſci, Soluere. Apud LXX interpr. Num. cap. 33,

καὶ ἔγραψε Μωϋσῆς τὰς ἀπάρσεις αὐτῶν καὶ τοὺς σταθμοὺς αὐτῶν, vbi exponitur Profectiones & Mansiones eorum. Dictas autem volunt ἀπάρσεις à tollendis sarcinis. Vide in ἐξαίρω, eiusdem libri cap. 9, locum, in quo ἐξαίρειν & παρεμβάλλειν copulantur vt hìc ἀπάρσεις & σταθμοί: quam significationem sequendo, fuerint ἐξάρσεις quæ hic ἀπάρσεις, & παρεμβολαὶ quæ hic σταθμοί.

C. Διαίρω, Tollo, Attollo, Erigo. vt διῆρκε τὸ ῥόπαλον, apud Lucianum. Sic in voce media διαραμένη apud Aristot. De mundo, διαραμένη πρὸς τὴν τῶν ὄντων θέαν, Quæ se erexit, (vt sit pro διάρασα ἑαυτὴν) vel Erecta, Sublata. Lucianus autem & Plutarchus passiuum etiam participium διηρμένος pro διηρκὼς posuerunt in hac significatione, διηρμένος τοὺς ἄκοντας. At passiua significatione διηρμένος, vt in hoc Basilii loco, ἰδεῖν ἐστι χεῖρας μὲν διηρμένας κατὰ τῶν ὁμοφύλων· καὶ πᾶσι μέρεσι τοῦ σώματος ἐπιφερομένας. Apud Hermogenem autem διῆρται exponitur διάρμα καὶ ὄγκον ἔχει: & alibi διηρμένος, sublimis. Budæus hæc eiusdem verba in lib. περὶ σεμνότητος, Μάλιστα δὲ τὰ στοιχεῖα ταῦτα τὸ ω καὶ τὸ α διαίρει τε καὶ διογκοῖ τὸν λόγον exponit Faciunt grandius pronuntiare & ore patentiore. στομφάζειν ποιεῖ. Sciendum est autem, quanuis διαίρειν per se Attollere significet, interdum tamen illi addi ἄνω, aut εἰς ὕψος, aut tale quid. Xenophon in lib. De arte equestri, ἄνω δὲ τὸν αὐχένα διαίρειν. Sic Gregorius de Basilio loquens, dixit, ἀλλ᾽ ὑψοῦ τὴν κεφαλὴν διάρας, καὶ κύκλῳ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα περιαγαγών. Et apud Theophrastum, διηρμένα εἰς ὕψος. Quibus locis adhiberi simplex etiam posset, sed minus significanter & eleganter. Legitur & διηρμένος πρὸς ὄγκον apud Hermogenem.

Διαίρω, Aperio, de ore dictum, pro eo quod Latini dicunt Hiscere, aut Mutire. Chrysostomus, ἡμεῖς δὲ οὐδὲ χᾶναι, οὐδὲ διᾶραι τὸ στόμα συνεχωρήσαμεν αὐτοῖς, Ne occasionem quidem hiscendi reliquimus ipsis aut mutiendi. vt apud Liuium, Non hiscere quenquam præ metu potuisse. Demosthenes in Midiam, μηδὲ διᾶραι τὸ στόμα περὶ αὐτοῦ νῦν ἔχειν ἐμέ. vbi videtur accipi pro Ne verbum quidem facere. sicut Bud. οὐδὲ διῆρε τὸ στόμα apud eundem interpretatur Ne verbum quidem fecit.

Διαίρω, Traiicio. Polyb. 1, καὶ διάραντες τὸν πόρον ἀσφαλῶς. Idem, καὶ διάραντες εἰς τὴν Σικελίαν. Hinc Δίαρμα, Traiectus, quod vide paulo pòst.

Δίαρμα, Elatio. Hermog. τοῦτο δὲ, καίτοι κομματικὸν, ὅμως λεπτόν ἐστι, καὶ οὐκ ἔχει δίαρμα, οὐδὲ μέγεθος. ‖ Δίαρμα, Traiectus. Strabo lib. 4, τέτταρα δ᾽ ἐστὶ διάρματα οἷς χρῶνται συνήθως ἐπὶ τὴν νῆσον ἐκ τῆς ἠπείρου. Sic Polybius apud Suidam.

Δίαρσις, Elatio, Sublatio. Peculiariter de sublatione ensis ad ictum. vnde ἡ ἐκ διάρσεως μάχη Polybio lib. 2, ἀφελόμενοι τὴν ἐκ διάρσεως αὐτῶν μάχην, id est (Camerario interprete) Adimentes facultatem illis sublatis ensibus dimicandi. In vulg. lexicis. ἐκ διάρσεως μάχη, quum cæsim res geritur: quum verò punctim infertur plaga, dicitur ἐκ καταλήψεως, vel ἐκ διαλήψεως, vel ἐκ μεταλήψεως. Idem autor apud Suidam in Διάληψις, opponit inter se ἐκ διαλήψεως & ἐκ καταφορᾶς quod esse idem putatur cum ἐξ ἐπάρσεως.

ΕἸσαίρω, Infero. Εἰσαίρεται ἡ τράπεζα, Apponitur mensa, (interprete Camer.) qui autorem non citat. Apud Poll. lib. 6. cap. 12 in principio, αἱ δὲ ἐπιτιθέμεναι καὶ αἰρόμεναι τράπεζαι.

C. ἘΞαίρω, Effero, Extollo, Attollo. vt ἐξαίρειν ἐκ γῆς, Aristoteli De mundo. Et ἐξαρθεῖσαι ὑπὲρ κεφαλῆς ἀσπίδες, apud Aristidem. ἀλλ᾽ ὥ τε ἐξήρθη μέγας, Gal. εἰς ὄγκον ἐξαρθεὶς, Plutarchus Camillo. Apud Sophoclem ἐξάρης exponitur Intentes, vbi dicit μηδὲν δεινὸν ἐξάρῃς μένος. Apud eundẽ in Antigona, κοῦφον ἐξάρας πόδα, Cam. interpretatur Gressum accelerans. Citatur ex eodem Sophocle, ἐξαίρεσθαι ἐλπίσι, eadem metaphora qua dicitur Latinè Erigi spe. Et ex Platone De leg. ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας, Fastu elatus. Apud Basilium autem ἐξῆρται χαρὰ καὶ εὐφροσύνη ἡ πνευματική, Sublatum est gaudium. Ἐξαίρω Bud. apud Luc. interpr. etiam, In sublime rapio. ‖ Ἐξαίρεσθαι per se positum, Cam. interpr. Efferri opinione in hoc loco ex Eurip. Rheso, Ὅστις πυρὸς λαμπτῆρας ἐξήρθης κλύων Φεύγειν Ἀχαιούς. ‖ Ἐξᾶραι (vt tradit Hes.) dicitur etiã auis quum sublimè volat.

Ἐξαίρω, vel Ἐξαίρομαι, Effero, pro Exporto. Homerus Od. ε, Πόλλ᾽ ὅσ᾽ ἂν οὐδέποτ᾽ ἐκ Τροίης ἐξήρατ᾽ Ὀδυσσεύς. Eustathius tamen & alias longius petitas expositiones affert. ‖ Ἐξαίρωνται apud Plat. in Prot. pro E medio tollant, vel Inde auferant. Bud. Comm. pag. 747. Ex Euripide autem citatur ἐξαίρετε θανεῖν, pro Efferte ad moriẽdum. Et ex eodem, θῆρας ἐξαίρει χθονὸς, pro A terra feras excitat.

Ἐξαίρω, Aufero, Eximo. Plato Cratylo, ἐξαίρων τε καὶ ἐντιθεὶς γράμματα οὗ δέοι. quum de eadem re in eodẽ dialogo ἐξαιρεῖν dicat. Et vt idem dixit, Σωκράτην δ᾽ ἐξαίρω τοῦ λόγου, sic ex Synesio habuimus suprà, ἐξῃρήσθων τοῦ λόγου, ab ἐξαιρῶ. Fortasse autẽ illic ἐξαιρῶν, hic ἐξαιρῶ ab eo scriptum fuit. Affertur tamen ex Xenophonte ἐξαίρειν itidem oppositum τῷ ἐμβάλλειν: vbi dicit ἐξαίρειν τῷ ἵππῳ τὸν χαλινόν. Et ex Galeno, ἐξαίρειν τὸ κατάπλασμα. Et ex Synes. ἐξαίρεσθαι, itidem pro Eximere, vel potius Promere, addita genitiuo præpositione ἀπὸ, vbi dicit, ὡς γὰρ νῦν ἔχομεν, οὐκ ἔστιν ἀπὸ κιβωτίων ἐξαίρεσθαι βιβλία.

Ἐξαίρω, Moueo castra. Polyb. lib. 2, ἐξάραντες παντὶ τῷ στρατεύματι. Hinc Num. cap. 9, παρεμβαλοῦσι & ἐξαροῦσι opponuntur: vbi tamen ἐξαροῦσι exponitur Proficiscentur. Vide suprà in Ἄπαρσις.

Ἔξαρσις, Sublatio, Ipse extollendi actus. Item Ablatio, Exemptio. Suidas ἐξάρσεις exponit ἐπάρσεις in hoc quem affert loco, ὁ δὲ θρασύτερον προσενεχθεὶς, ἐξάρσεις τε τῶν ποδῶν καὶ περιδινήσεις ποιούμενος, βέλει τρωθεὶς, ἀπέλιπε τὸν βίον.

Ἔξαρμα itidem Sublatio. Sed peculiariter hoc nomine vocatur poli sublatio, siue elatio, quam ἔπαρσιν & ἔπαρμα dixit Ptolemæus (vt scribitur in vulg. lexicis) & alii δίαρμα. Cui opponitur ἔγκλισις, id est Inclinatio. Dicitur autem non solùm πόλου ἔξαρμα, sed etiam ἡλίου, & ἔξαρμα τοῦ ἡλίου τὸ κατὰ τὰς μεσουρανήσεις, Solis meridiana elatio, quum medium tenet cælum, apud Strabonem. Poli in globo ἔξαρμα, Altitudo, inquit Camer. ‖ Ἔξαρμα exponitur etiam Impetus.

C. 2. Ὑπεξαίρω, & Ὑπεξαίρομαι, Eximo, Summoueo, Reiicio. Plato in Theæteto, εἶτα ὑπεξαίρωμαι καὶ ἀποβάλλω. Item, Clàm de medio tollo. Xenophon de tyrannis loquens, ὅταν δὲ τοὺς δικαίους καὶ ἀνδρείους διὰ τὸ φόβον ὑπεξαίρωνται. Bud. Comm. pag. 518. Sed particula Clàm quam addit in posteriore significatione, videtur & in cæteris addenda, nisi quum ὑπεξαίρεσθαι simpliciter pro ἐξαίρεσθαι sumitur.

C. ἘΠαίρω, Attollo, Erigo: vt ἐπαίρειν τὴν φωνὴν, Demosth. Pro corona, ἀλλ᾽ ἐπάρας τὴν φωνὴν, καὶ γεγηθὼς, καὶ λαρυγγίζων, &c. Dicitur & ἐπαίρομαι pro ἐπαίρω. Idem ibidem, τὰ περὶ τούτων πολλοὺς καὶ θρασεῖς ἐπαιρόμενος τῇ πόλει τοὺς λόγους. Sic præt. ἐπηρμένος pro ἐπηρκὼς, vt Plut. Pericle, πρεσβύτου πέτρον ἐπηρμένου δι᾽ ἀμφοτέρων τῶν χειρῶν. Sic dicitur ἐπηρμένοι τὸ ῥόπαλον. Dicitur & ἐπάρασθαι pro ἐπαίρειν, vnde ἐπαράμενος. Plut. in Apophth. ἐπαραμένου δὲ τοῦ Εὐρυβιάδου τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξοντος.

Ἐπαίρω, metaphoricè vt Lat. Erigo. Item pro Impello, seu Perpello, Incito, Stimulo, Accendo. qua in significatione cum apud alios tum apud Thuc. est frequens. & præsertim in voce passiua. Sic lib. 3, καὶ ἡ τύχη ἐπ᾽ αὐτοῖς οὐδὲν ἔλασσον ξυμβάλλεται ἐς τὸ ἐπαίρειν. Et lib. 8, ἀφίστασθαι δ᾽ αὐτοὺς ἐπῆρε τὰ ἐν τῇ Σάμῳ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἰσχυρὰ ὄντα. Demosth. in Midiam, cum infinit. ἃ νῦν ἐπαίρει αὐτὸν ὑβρίζειν. At in orat. Pro corona, sine infinitiuo, οὔτε ἐλπὶς, οὔτε φόβος, οὔτε χάρις, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἐπῆρε. Dicitur autem Latinè itidem spes erigere: sed hic vertendum est ἐπῆρε per verbum quod & cum cæteris nominibus conueniat quæ ipsi ἐλπὶς adiuncta sunt. Apud Aristoph. ἥτις με γῆμ᾽ ἐπῆρε τὴν σὴν μητέρα, exponitur Quæ mihi autor fuit vt tuam matrem vxorem ducerem. Ἐπαίρειν (inquit Camer.) Ad superbiam & fraudem inducere, & Inflare: sed exemplum non addit. Ego verbum φυσᾶν, quo illud Inflare significatur, interdum adiunctum reperio: vt apud Plutarchum De lib. institut. δεῖ δὲ αὐτοὺς μηδὲ τοῖς ἐγκωμίοις ἐπαίρειν καὶ φυσᾶν. quasi dicas, Efferre, id est elatos reddere. Vide Μετεωρίζω cum φυσῶ itidem copulatum. IN passiua etiam voce & significatione frequentissimum est in eadem

metaphorâ,non apud Thucydidem tantùm(cuius antè memini) sed & apud cæteros. Inter alia autē exēpla quæ ex eo possunt sumi,hæc sunt,lib.3,ἢ κέρδει ἐπαιρόμενος,quæstu impulsus,vel adductus,aut allectus.Cui affine est lib.7, ὑπὸ μεγάλου μισθοῦ δυνατώτερον ἐπαρθέντες.Sic in 1,καὶ μὴ τοῖς τῶν ξυμμάχων λόγοις πρότερον ἐπαιρώμεθα.Eodem libro οὐκ ἐπαιρόμεθα ἡδονῇ exponitur Non mouemur illecebra.Et in alio loco,ἐπαιρόμενος τῇ διανοίᾳ, dicendi facultate subnixus. Potest etiam exponi Elatus: de qua significatione postea dicetur. Apud eundem ἐλπίδι ἐπαίρεσθαι,quod Latinè ad verbum Spe erigi. sed & Spe impelli verti potest.vt lib.3,ὅμως δὲ τῇ ἐλπίδι ἐπαιρόμενοι κινδυνεύουσι.Et lib.1, μὴ γὰρ δὴ ἐκείνῃ γε τῇ ἐλπίδι ἐπαιρώμεθα ὡς ταχὺ παυθήσεται ὁ πόλεμος,Illa spe erigamur,vel Impellamur,vel Excitemur.Sic Herodianus lib.2,ταύταις ἐπαιρόμενος ταῖς ἐλπίσι.Idem ibidem,καὶ κούφοις καὶ ἀδήλοις ἐπαιρομένου ἐλπίσι.Rursus apud Thucydidem lib. 2,ἡ γὰρ Ἑλλὰς πᾶσα τῇδε τῇ ὁρμῇ ἐπῆρται. vbi puto ἐπῆρται verti itidē posse Erecta est:sed addito ablatiuo Expectatione: hoc modo, Erecta est expectatione quò hic tumultus erumpet. Sed & Suspensa est, existimo posse reddi. Ἐπαίρεσθαι pro Impelli, cum infinitiuo iungitur:vt & actiua vox ἐπαίρειν.Isocrates ad Phil.ἐπήρθην πάλιν συγγράψαι περὶ αὐτῆς.Idem ibidem, ἐπήρθην μὲν οὖν ἐπιστέλλειν σοι διὰ ταῦτα. Quibus tamen in locis commodius ἐπήρθην voce actiua reddi posse arbitror, ita, In animum induxi. ‖Ἐπαίρεσθαι,Inflari, vt ἐπαίρειν,Inflare,metaphorica significatione. Sed possumus ad verbum etiam reddere Efferri: (commodius quàm actiuum ἐπαίρειν,actiuo Efferre) vnde ἐπηρμένος & ἐπαρθεὶς, Elatus. Æsch.in Ctesiph. οὐ ταπεινώσαντες ἀποπέμψατε τοὺς νῦν ἐπηρμένους; Polyb.lib.1,ἐκ τοῦ γεγονότος προτερήματος ἐπαρθέντας. Sed frequentius dicitur ἐπαίρεσθαί τινι, quàm ἔκ τινος: vt Xenophon Pæd. 8, ἐπαρθεὶς ταῖς παρούσαις τύχαις.Sic Thucydides lib.1,καὶ μή τε τῇ κατὰ πόλεμον εὐτυχίᾳ ἐπαίρεσθαι.Herodianus autem lib.6,dixit,καὶ ταῖς παρ' ἐλπίδας εὐπραγίαις ἐπαιρόμενος. vocās εὐπραγίας quod Thucyd.εὐτυχίαν,Xenophon τύχας. Apud eundem ἐπηρμένος cum datiuo,præcedente præpositione ἐπὶ, quum dicit ἐπηρμένος ἐπὶ πλούτῳ.

Ἔπαρμα,& Ἔπαρσις (quod frequentius est) Elatio, Eleuatio,Sublatio in altum: vt in Definitionibus quæ Galeno tribuuntur, σταφύλωμα ἐστὶν ἔπαρμα κατὰ τὸν τῆς κόρης τόπον. Apud medicos ἔπαρσις μαστῶν, extuberatio mammarum,quod Latinè fratrare dicitur, autore Festo. sororientes etiam mammas dixit Plinius, vt scribitur in vulgaribus lexicis. Ἐπάρσεις & πτώσεις opponuntur à Zenone apud Galenum,Ζήνων δ' οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς ἀλλὰ τὰς ἐπιγινομένας αὐταῖς συστολὰς καὶ λύσεις, ἐπάρσεις τε καὶ πτώσεις,τῆς ψυχῆς ἐνόμιζεν εἶναι τὰ πάθη, id est (Turnebo interprete) Zeno autem non iudicia sed iudiciis adiunctas contractiones & solutiones, elationes & collapsiones, animi perturbationes esse censebat. ‖Ἔπαρσις, Elatio animi,Insolentia: vt de ἐπαίρεσθαι dictum est.Sic vtitur Gregorius Nazianzenus. Et ab Hesychio quoque ἔπαρσις exponitur ὑπερηφανία. ‖Ἔπαρσις voluptatis etiā habet significationem:& Latinè Elatus gaudio dicitur. Stoici hac voce vsi sunt quum ἡδονὴν definierunt, ἄλογον ἔπαρσιν ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν. Cicero ἄλογον ἔπαρσιν interpretatur nimiam sine ratione, animi elationem. Vide & aliam eius interpretationē mei lex.Cic.pag.59.

c.2. Συνεπαίρω, Vnà attollo, Adiuuo in attollendo. Exponitur etiam Vnà excito. & citatur ex Xenoph. OEcon. Apud Nazianzenum, τῷ σταυρῷ συνεπαίρεται, Vnà cum cruce attollitur. Apud eundem,συνεπαίρῃ τοῖς νοουμένοις interpretantur, Ad ea quæ sola mente videri possunt penetres.

¶ Ἐπαείρω apud poetas pro ἐπαίρω, vt ἀείρω pro αἴρω. Hesychius ἐπαείρει exponit ἐπαίρει: item ἐπαείρας, ἐπιγείρας: item ἐπαειρόμενον, ἀφαιρούμενον. Vnde ἐπαείρω exponitur Latinè Attollo, Erigo, & Excito, Sollicito. Item Aufero. In vulgaribus lexicis, ἐπάειραν ἁμαξάων explicatur ταῖς ἁμάξαις ἐπετίθεσαν, carris imponebant. Vide & post Ἀείρω.

C. ΚΑΤαίρω, (de nauigantibus) Appello, Applico, Deferor, (vt Virgilius dixit, Huc vbi delati portus intrauimus) Alciphr. in epist. οἶδα τὸν Μῆδον ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τῆς Συρίας δεῦρο καταραντα. Polybius lib. 5, ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Λευκάδος κατῆρε μετὰ τοῦ στόλου παντὸς εἰς Κόρινθον. Pro Descendo apud eundem sæpe, vt testatur Budæus. Exponitur etiam Aduenio,Proficiscor,& aliis modis, quum de iis dicitur qui terra iter faciunt. Plato Hippia maiore,ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας, Contulisti te Athenas,Camerario interprete. Plutarchus in Romulo de vulturibus, ἀφ' ἑτέρας τινὸς γῆς καταίρειν ἐνταῦθα, aduenire, vt Budæus interpretatur: qui & apud Xenophontem, ἀπὸ ὄχθων καταίρειν vertit Desilire, Comm. pag.747.

Κάταρσις,Appulsus nauium, Budæus ex Plutarcho. In lexicis Græcis exponitur ἐπιτήδειος εἰς καταγωγὴν τόπος. AT Καταίρεσις (quod mendosum esse videtur) ab Hesychio exponitur κατάλυσις, id est Diuersorium.

c.2. Ἐπικαταίρω,Decumbo, Delabor. quasi dicas, Desilio super.vt καταίρειν apud Xenophontem pro Desilire,Plutarchus in Pompeio, εἴθισμένον ἀλλοτρίοις νεκροῖς ὥσπερ ὄρνιν ἀργὸν ἐπικαταίρειν, id est(Budæo interprete pag. 747) Vt inertem auem,alienis cadaueribus insidentem, vel In aliena cadauera decumbentem. quam posteriorem interpretationem malo, indicetur.Perinde ac si dixisset καταίρειν ἐπ' ἀλλοτρίοις νεκροῖς. ita enim resoluendam præpositionem puto.Exponitur etiam Descendere,& Deferri.

C. ΜΕΤαίρω,Transfero(inquit Budæ⁹.) Theophrastus De causis plantarum lib. 1, τὸ συνήθεσαν ἐν τῷ ξηρῷ τὴν φύσιν μεταίρειν εἰς τὸ ὑγρόν. Et μετηρμένος voce passiua Translatus. Gregorius 265, καὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου μετηρμένην καὶ μεταπεφυτευμένην ἄμπελον.Est etiam Muto, Transmuto,vt scribit idem Budæus:citans ex Demosthene pag.165,ἐπειτα τὸ ψήφισμα ἐπεχείρησαν κινεῖν καὶ μεταίρειν ἐφ' ᾧ πρεσβεύοντες ἥκομεν.Idem significare dicit & in quodam loco Prouerb.Solom.

¶ Μέταρσις,Translatio:vt μέταρσιν δέχεσθαι apud Theophrastum,Translationem admittere,id est Transferri posse: vt Gaza vertit. De caus. plant.lib.1, αἱ γὰρ τοιαῦται φυτεῖαι μόνον δέχονται καὶ μέταρσιν.Est etiam Mutatio, Transmutatio:vt μεταίρω,Muto,Transmuto.

Μετάρσιος, Sublimis, Altus. (à verbali μέταρσις, tanquam sublationem etiam seu eleuationem significante) Dicuntur autem peculiariter μετάρσια quæ sunt ἀπὸ τοῦ κύκλου τῆς σελήνης καθήκοντα μέχρι πρὸς τὴν θέσιν τῆς γῆς: vt scribit Plutarchus initio libri 3 De placitis philosophorum,id est(vt Budæus interpretatur) Quæ à circulo lunæ ad situm vsque terræ pertinent. Ocellus autem μετάρσιον siue ἀέριον vocari tradit quod est inter cælum & terram.λέγω δὲ (inquit) μέρη τοῦ κόσμου, οὐρανὸν, γῆν· τὸ μεταξὺ τούτων, ὃ δὴ μετάρσιον καὶ ἀέριον ὀνομάζεται. Sic apud Philonem De mundo μετάρσιον χώραν sublimem regionem interpretantur. ‖ Apud Herodotū autem in Polymnia μετάρσιαι νῆες, quæ altum tenent & in salo sunt.Pro quo malè in vulgaribus lexicis,Exteriores naues.Vide Μετέωρος. HINC verbum Μεταρσιόω,ῶ, In altum vel sublime tollo. vnde μεταρσιωθὲν apud Herodotum:μεταρσιωθὲν φέρεσθαι,In sublime elatum, seu euectum.

c.2. Μεταρσιολέσχης, Qui de sublimibus rebus (id est cælestibus)inaniter disputat. Vel magis ad verbū,Qui fabulatur de rebus sublimib⁹.vnde μεταρσιολέσχαι dicti sunt physici,inquit Budæus. HINC & Μεταρσιολεσχεῖν, De sublimibus rebus disputare aut fabulari,seu sermocinari,more physicorum. ET Μεταρσιολεσχία, De rebus sublimibus disputatio.Plutarchus in Pericle,τῆς λεγομένης μετεωρολογίας καὶ μεταρσιολεσχίας ὑποπιμπλάμενος. Μεταρσιολεσχεῖν exponitur etiam De rebus futilibus fabulari, seu sermocinari: sic & Μεταρσιολεσχία,De rebus futilibus fabulatio seu sermocinatio.

c.2. Μεταρσιολόγος,idem quod μεταρσιολέσχης. ET Μεταρσιολογία idem quod μεταρσιολεσχία:nisi quòd μεταρσιολέσχης & μεταρσιολεσχία maiorem quēdam contemptum indicare videntur.

C. ΠΡΟαίρω,Progredior. Plut. apoph. Lacon. ἐκέλευσεν ὡς

φίλον προαίρειν, id eſt Progredi, inquit Bud. ‖ Προαίρειν ὅρκον, vide in Ὑπαίρειν.

C. ΠΡΟΣαίρω, Affero, Exhibeo, vt apud Pherecratē πρόσαιρε τὸ κανοῦν, Affer caniſtrum. Item Sumo: vt προσαίρεσθαι σιτίον apud Galenū, Sumere cibum: ſicut dicitur προσφέρεσθαι σιτίον. HINC Πρόσαρσις & Πρόσαρμα. Eſt autem Πρόσαρσις Exhibitio cibi, vel Vſus cibi. Hippocr. περὶ μὲν οὖν ῥοφήματος προσάρσιος οὕτω γινώσκω. Ab Erotiano exponitur προσφορά. AT Πρόσαρμα, Cibus qui exhibetur. Hippocr. Aphor. 15, lib. 1, ἐν ταύτῃσι σὺν τῇ ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλεῖω δοτέον. Vtitur & alibi. Euſtathius vult πρόσαρμα dici quaſi τῷ στόματι προσφυὲς σιτίον, id eſt cibum corpori congruum: inde deducens vnde & ἐρίηρες. ſed quum legamus προσαίρεσθαι σιτίον pro προσφέρεσθαι, quin ab eo deducatur, minimè nobis dubitandum eſt. atque adeo ipſe alibi hanc deriuationem ſequitur. nam in hoc verſu Iliad. ζ, Μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα πότνια μήτηρ, poſtquam ἄειρε expoſuit προσφερε, addit ἀρτην, inde dictum fuiſſe, & προσάρματα, σιτία. **B**

C. ΣΥΝαίρω, Vnà cum alio attollo, Adiuuo in attollendo. Item, Cum alio tollo, id eſt Aufero, Mecum tollo: vt apud Ariſtotelem De generat. animalium lib. 2, ἐπὶ ὅταν συναίρῃ ἄλλα περιττώματα. Bud. C. 528. ‖ Συναίρειν & Συνάρασθαι λόγον μετὰ τῶν δούλων, Matth. 18, pro Conferre rationem cum ſeruis, vel potius Conferre rationes, vt loquitur Cicero in epiſt. ad Atticum lib. 5. Ac certè plura lem numerum in his omnibus loquēdi generibus Latinius vſurpari puto quàm ſingularem. **C**

Συναίρω & frequentius Συναίρομαι, Adiuuo, Opitulor, συμπράττω. Cum datiuo perſonæ, aut qui eius locum obtineat. Philop. in Proclum lib. 2, ἄλλως τε καὶ συναίρειν τῷ Πλάτωνι περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ἐπαγγελλόμενοι. Vbi Budæus vel Opitulari vel Aſtipulari poſſe verti exiſtimat. Eſt autem obſeruandus hic locus contra id quod à Varino ex quopiam grammatico affertur, συναίρω videlicet nō inueniri. quod an generaliter dictū ſit, an intellexerit συναίρω non dici vt συναίρομαι pro βοηθῶ, dubium ibi relinquitur: συναίρομαι certè multo vſitatius eſſe conſtat. Plutarchus in Galba, τοῖς Γαλάταις Οὐίνδικι συναραμένοις. Herodianus lib. 7, συναίρεσθαι τῇ κοινῇ πατρίδι. Ibidem, μηδεὶς αὐτοῦ συναίρηται. Et lib. 3, ἢ συναιρομένη τῇ τοῖς ἐκείνου πράγμασι τύχῃ. Iungitur autem & cum accuſatiuo rei, necnon cum genitiuo: licet accuſatiui tantùm Budæus meminerit. Dicitur enim συναίρομαί σοι τὸν κίνδυνον vel τοῦ κινδύνου, Te adiuuo in periculo, vel Tibi opem fero in periculo. q. d. Tecum ſubeo periculum, vel Suſcipio. Vtriuſque conſtructionis apud Thucydidem exempla reperio. Nam lib. 4, pag. 124 ſcribit, Ἄνδρες οἱ ξυναράμενοι τοῦδε τοῦ κινδύνου. Vbi ſchol. exponit συνεφαψάμενοι. Sic autē alibi, Ἀργεῖοι οὐ ξυναράμενοι τοῦ Ἀττικοῦ πολέμου. At lib. 2, pag. 71, μετὰ Ἑλλήνων τῶν ἐθελησάντων ξυνάρασθαι τὸν κίνδυνον τῆς μάχης. Hac autem conſtructione Demoſth. Olynth. 1, dixit ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα. Herodianus genitiuo rei & ipſe iunxit lib. 7, ὃν μὲν ἡμῶν συνάρῃ καὶ κοινωνὸς τῶν κινδύνων γένῃ (hunc enim puto eſſe verborum ordinem grammaticum, ὃν συνάρῃ καὶ κοινωνὸς γένῃ τῶν κινδύνων ἡμῶν. alioqui συνάρῃ ἡμῖν dicendū fuiſſet) Sed ſchol. Thucydidis in illo libri 4 loco ξυναράμενοι τοῦδε τοῦ κινδύνου poſitum ait pro ξυναράμενοι τόνδε τὸν κίνδυνον. Ac profectò ſi reſoluatur compoſitum in ſimplex, per accuſatiuum duntaxat reſolui poteſt: vt ſit συναίρομαί σοι τὸν κίνδυνον quaſi ἄρομαι σὺν σοὶ τὸν κίνδυνον. Obſeruandum eſt autem, συναίρεσθαι pro opitulari eodem reſpectu dici quo συλλαμβάνω & συνεφάπτομαι. Sciendum eſt autem aoriſtum ἄραι & ἄρασθαι inueniri etiam cum α non habente ι ſubſcriptum, & quidem frequentius. ſic & in cæteris modis, idque itidem in compoſ. **D** **E** **F** **G**

C. ΥΠΕΡαίρω, Extollo vel Effero ſupra. Interdum autem ſimpliciter Extollo ſiue Effero, vacante præpoſitione ὑπέρ. vt quum dicit Lucianus ὑπερήρκασιν ὑπὲρ, in dialogo qui inſcribitur Ἔρωτες, circa finem, καὶ ὅσοι τὴν φιλοσοφίας ὀφρὺν ὑπὲρ αὐτοῖς τοῖς κροτάφοις ὑπερήρκασι. ‖ Ὑπεραίρω, Excedo, Supergredior, Antecello: cum accuſatiuo, & interdum etiam cum genitiuo. Ariſtoteles Politicῶν 2, ἐὰν γὰρ ὑπεραίρῃ τὸ τῆς οὐσίας μέγεθος ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς, ἀνάγκη τόν γε νόμον λύεσθαι. Plutarchus in Lycurgo, ὑπερῆρε τῇ δόξῃ τοὺς πάντας. Sic etiam dixit Ariſtides, ὥσθ' ὑπερῆρεν αὐτὴν τοσοῦτον ἡ πόλις ὅσον περ ποτὲ τοὺς ἄλλους. Theophraſtus autem τὸ ὑπεραῖρον τὸ ὕδωρ dixit, Quod excedit aquam, id eſt, Quod extat ſuprà aquam, ἅμα δὲ τῷ ἡλίῳ φανερὸν ὑπὲρ τοῦ ὕδατος εἶναι καὶ ἀνοίγειν τὸ ἄνθος, συχνὸν δὲ τὸ ὑπεραῖρον εἶναι τὸ ὕδωρ. Interdum cum accuſatiuo pro Supero in propria ſignificatione ſumpto: vt dicitur Superare montes, & Superare viam ſaltu: vt apud Xenophontem, τείχη ὑπεραίρειν καὶ ἐπ' ὄχθοις ἀνάλλεσθαι. Genitiuo etiam interdum iungitur. Ὑπεραίρω (vti dixi) pro Excedo, &c. Sic Pauſanias, τὰ μὲν γὰρ Ῥωμαίων ἤδη τὰ πατρία πολὺ δή τι καὶ ὑπερῆρε τῶν πανταχοῦ τοῦ κόσμου. Eandem conſtructionem ei dedit & Theophraſtus alicubi. Quidam autem grammatici annotarunt hanc ſolam habere conſtructionem quum ponitur pro περιέχειν & περιφέρειν. Interdum ſine caſu ponitur ὑπεραίρων, ſicut ὑπερβάλλων, pro ſupramodum magno: vt ὑπεραίρουσα ἁμαρτία apud Gregorium. **H**

Ὑπεραίρω de nauigantibus dictum, ſicut καταίρω. Polyb. in 1, Ἄννων τὸ πέλαγος ὑπεράρας ἐνέβαλε ταῖς τῶν πολεμίων ναυσί, id eſt, Superato pelago. Hanc autem ſuperandi ſignificationem habet & in alio vſu, vt modò dictum eſt.

Ὑπεραίρομαι, Exuperor, Superor: eo ſenſu quo dicitur aliquid magnitudine ſuperari ab alio pro Minus eſſe, Gregorius, καὶ τὴν ὑπεραίρουσαν ἡμῶν ἁμαρτίαν κάτω βάλλειν ὑπεραιρομένην τῷ κρείττονι. Ab Heſychio autem ὑπεραίρεται exponitur ὑψοῦται. At D. Paulus ὑπεραίρεσθαι ponit pro Seipſum extollere ſeu efferre, ad Theſſal. cap. 2. v. 4, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα. Vetus interpres vertit, Qui extollitur. Et 2. Corinth. cap. 12. v. 7, καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Ne me efferam, vel Ne me extollam. Nec enim videtur neceſſe addere Supramodum, aut aliquid huiuſmodi, ne videatur concedi illi ſe efferre, ſed non ſupramodum.

ΥΠαίρω, Attollo, Eleuo, in vulgaribus lexicis. Budæus ὑπαίρειν τὸν ὅρκον pro προαίρειν poni dicit, vt ὑπάγω pro προάγω ponitur: ſed nec expoſitionem, nec exemplum addit.

ΑΙΩΡΕ΄Ω, ῶ, F. ήσω. In ſublime attollo, Surſum tollo, Eleuo, Effero, Eueho, Subueho. Item ſuſpēdo, Demoſthenes Pro corona, ἔφης τοὺς παρειὰς θλίβων καὶ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρῶν. Antipater in Anthologia epigrammatum, Τέσσαρες αἰωροῦσι ταυτηφόροι ἐπὶ νώτων Νίκαι ἰσοπέδμοις ἴχνεσ' ἀθανάτων. Ab αἴρω fieri αἰωρῶ interiecto ω, ſeu per pleonaſmum τοῦ ω, & grammatici quidam tradunt, & mihi fit veriſimile.

Αἰωροῦμαι, (& Ἐωροῦμαι apud Heſychium, vt modò dictum eſt) Surſum vel in ſublime attollor, Euehor, Subuehor. Item Voluor. nam ita exponit apud Aratum Cicero. ‖ Αἰωροῦμαι (inquit Budæus) Spe ſuſpēſus ſum & rebus nouis immineo. Plutarchus in Cicerone, καὶ Μάλλιος ἀπηγγέλλετο σὺν χειρὶ μεγάλῃ περὶ τὰς πόλεις ἐκείνας αἰωρούμενος, id eſt ἐλπίσιν ἀναρτώμενος. Idem in Antonio, Αἰωρουμένης δὲ Παρθικῆς στρατιᾶς περὶ τὴν Μεσοποταμίαν. Αἰωρεῖσθαι τῇ ψυχῇ eſt exultare, & gaudio efferri, & lætitia geſtiente affici. Xenophon de venatione, ἀπὸ τοῦ ἀληθῶς ἤδη αἰωρεῖσθαι τὴν ψυχὴν καὶ ὑπεραίρειν ὅτι τοῦ λαγὼ ἐγγὺς εἰσι. Hactenus Budæus. Animaduertendum eſt autem præterea vt interpretetur apud Platonem Cicero: qui hunc eius locum ex Epitaphio, ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἢ ἐγγὺς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων, &c. ſic interpretatur Tuſcul. 5, Nam cui viro ex ſeipſo apta ſunt omnia quæ ad beatè viuendum ferunt, nec ſuſpenſa aliorum aut bono caſu, aut contrario, pendere ex alt. &c.

Αἰώρημα, τος, τό, Elatio, Eleuatio, Exaltatio, Subuectio. Item Suſpenſio. Antipater in Anthologia epigrammatum, Κᾶπον τ' αἰώρημα, καὶ ἠελίοιο κολοσσός. vbi de penſilibus hortis intelligit. ‖ Apud Dionem vnam habet ex αἰώρας ſignificationibus modò ex Budæo annotatis. nā pro geſtatione accipitur, vt opinor, & pen-

fili quodam exercitamēto.locus eſt apud Dionem pag. A
381 editionis paternæ.

Αἰώρησις,εως,ἡ,Idem quod αἰώρημα. Galenus, ὅταν κινηθῶσι σφοδρότερον ἤτοι δι' αἰωρήσεων, ἢ πείσμων, ἢ γυμνασίων.

Αἰώρα(pro quo & Ἐώρα ſcribi,docebo paulo pòſt) ἡ κρεμάθρα,hoc eſt,Vas penſile, quali hodie vtuntur ruſtici ad exiccandum caſeum.ſic enim exuccior redditur, ſero abſumpto & ſtillante. Et domi etiam in promptuario κρεμάθρα vtimur ad eſculenta aſſeruanda. è funiculo enim ſuſpenditur vas vitile, ne à muſculis erodantur quæ intus condita ſunt. Quare Plato in Phædone de B
igne & aere & aqua loquens, quæ ſuper terram ordine naturæ ſita ſunt,ita inquit,ταῦτα δὲ πάντα κινεῖν ἄνω καὶ κάτω,ὥσπερ αἰώραν τινὰ ἐνοῦσαν ἐν τῇ γῇ. Hæc Budæus: apud quem præcedit & alia ſignificatio, ſed hanc eſſe primam exiſtimo. ‖Αἰώρα (inquit idem)Geſtatio,Vel Penſilis exercitamenti genus, vt ſunt lecti penſiles quibus ægroti vtuntur. Plut. εἰ πρεσβ. πολ. Ὅτι μὴ δυνάμεθα σκαφίοις μηδὲ ἁλτῆρσι χρῆσθαι ὡς καὶ πρότερον,ἀλλ' αἰώραις καὶ περιπάτοις. Idem in Politicis præc.τοῖς ἐμβᾶσι εἰς πλοῖον αἰώρας χάειν,εἶτ' ἀποπαθεῖσιν εἰς πέλαγος,id eſt, Ge- C
ſtationis cauſa. Plato 7 Legum, de exercitatione corporis loquens, ὅσα τε [σώματα] ὑπὸ ἑαυτῶν,ἢ καὶ ἐν αἰώραις,ἢ καὶ κατὰ θάλατταν,ἢ καὶ ἐφ' ἵππων κινούμενα. Hactenus Budæus. Αἰώρα (inquit Gorræus) Geſtatio, id eſt Corporis exercitatio ex motu ſtatuque (ſiue quiete) compoſita. Cuius hi præcipui ſunt modi:primus in lecto,eóque vel penſili,vel rotis ſubnixo: ſecundus in lectica,ſiue in ea homo deſideat, ſiue decumbat: tertius in curru,quartus in naui. ‖Suidas autem vult αἰώραν ſignificare ἀγχόνην,id eſt ſuſpēdium, vel ipſum funem D
quo quis ad ſuſpendium vtitur: item ὕψωσιν, ἔπαρσιν, id eſt elationem,exaltationem, accipiendo hac nomina in propria ſignificatione. Euſtathius autem αἰώραν ait eſſe in Pauſaniæ lexico nomen mulieris quæ laqueo vitam finierit. Ἐώρα etiam ſcribi teſtatur Euſtathius pag.389,à quo fieri dicit μετέωρος. Apud Heſychium autem non ſolùm ἐώρα habetur, quod exponitur νόσος, verumetiam ἐωρούμενος & ἐωρηθέντω, necnon ἐωρίζεται, & ἀπεωρούμενοι. Vide & quæ dixi in Μετέωρος de hac ſcriptura. E

C. Ἀπαιωρέομαι,οῦμαι,In ſublimi protendor, vel pendeo. Exponitur à Budæo & Dependeo, Suſpenſus ſum. Affert autem in exemplum hunc Baſilii locum, ἄπειρος μὲν οὖν τῶν ὑδάτων ἡ χύσις πανταχόθεν ἐπικυμαινόντων τῇ γῇ καὶ ἀπαιωρουμένων αὐτῆς. Sic apud Lucianum, de Phaethōte ita ſcribentem, ἄλλοτε μὲν περιέσχες λιπόνων, ἄλλοτε δὲ πολὺ τῆς γῆς ἀπαιωρούμενος. Apud Heſiodum ἀπαιωρεῖσθαι Dependere, — ἐπὶ δὲ ζώνῃσι δράκοντες Δοιὼ ἀπῃωρεῦντο, id eſt ἀπεκρέμαντο:vt Erotianus quoque hoc verbum apud Hippocratem exponit. Heſychius ἀπαιωρούμενοι habet F
per ε,& exponit κρεμάμενοι.

Ἀπήορος,idem quod ἀπῃωρημένος, Euſtathio pag.1729,exponenti hunc locum Odyſſ.μ, — ἀπήωροι δ' ἔσαν ὄζοι Μακροί τε μεγάλοι τε,quod pag.1587 idem Euſtathius explicat,ἀποκρεμεῖς & πόρρω τῆς ῥίζης ὄντες,vel ἀπεστῶτες,παρεκτεταμένοι,ἀπηρτημένοι.In interpr. Raph. Volat. ἀπήωροι δ' ἔσαν ὄζοι vertitur,Rami quoque in ſublime recedebant.

C. Ἐναιωρέομαι,οῦμαι,Suſpenſus agitor. Apud Hippocratē ἐναιωρούμενοι ὀφθαλμοὶ exponitur Oculi inſtabiles & qui perpetuò mouentur. HINC ἐναιώρημα apud Alex. G
Aphrod.Quod in vrina ſublime ſupernatat ſpecie araneæ,vt in vulg.lexicis habetur. Vſus eſt autem hac voce Hippocrates quoque, à quo Galenus νεφέλην pro eodem accipi exiſtimat: qui tamen alibi, nimirum Comm.2.in Prognoſtica,dubitare videtur num Hippocrates τὸ ἐναιώρημα genus faciat τῆς νεφέλης καὶ τῶν γονοειδοῦς ἐναιωρήματος, vt ſcribit Gorræus: qui ἐναιώρημα eſſe dicit portionem vrinæ craſſam candidámque in eius medio ſublimem. Ἐναιώρημα (inquit Budæus) in vrinis nubecula quæ non ſubſidet: nam vbi ſubſedit,vocatur ὑπόστασις. ‖Inuenitur etiam ἐναιωρούμενα ὄρη, H
de quo vide Galenum.

C. Ἐπαιωρέομαι,οῦμαι, Attollor, Efferor, Erigor. Herodianus,κούφοις καὶ ματαίοις ἐπαιωρούμενος ἐλπίσι,id eſt,Spe inani elatus & geſtiens. ‖Ἐπαιωροῦμαι,Impendeo,Immineo,Ingruo. Herodianus lib. 5, ξίφος ἀποσεσεῖσθαι τῆς αὐχένι ἐπαιωρούμενον. Plutarchus, Ἀεὶ δ' ὁ δέους δὲν ὅμοιος ςρατηγὸς ἐπῃωρεῖτο Ῥωμαίοις φοβερός. Herodianus, κίνδυνον οὐκ ἐπαιωρούμενον,ἀλλ' ἤδη παρόντα,periculum non impendens,ſed iam præſens, id eſt ἐπηρτημένον.Sic Syneſius,ἐπῃωρημένου τοσούτου κινδύνου. Item(inquit Budæus)Immineo,hoc eſt Occaſionem quæro.Plut.in Timoleonte, Καρχηδόνιοι ἐπαιωρούμενοι τοῖς πράγμασι. Idem apud eundem Plut. in Pelopida, ἐπῃωρεῖτο τῷ πολέμῳ vertit Lentè bellum gerebat & ſuſpenſè.

C.ΚΑΤαιωρέομαι,οῦμαι, Depēdeo. Heſiod. — θύσανοι δὲ κατῃωρεῦντο φαεινοί, Fimbriæ dependebant.

C.ΠΑΡαιωρέω,ῶ,Suſpendo.(eo quidem ſenſu quo dicitur Collo vel ex collo ſuſpendere,aut ex ceruice) Item Luxo,ἐκ χώρας ἄρθρον,in vulg.lex.paſſ. Παραιωρεῖσθαι, Suſpendi. Herodotus in Polymnia, ἐγχειρίδια παρὰ τὸν δεξιὸν μηρὸν παραιωρεόμενα ἐκ τῆς ζώνης. Herodianus autem non ſolùm dixit παρῃώρητο αὐτῷ ξίφος,ſed & aliquos παρῃωρῆσθαι ξιφίδια. Nam libro 3,ſcribit, παρῃώρητό τι αὐτῷ ξίφος, id eſt Enſem geſtabat,vt vertit Politianus: ſed mihi aptior videtur Budæi interpretatio, Enſe accinctus erat. Idem lib.2, ἔτι ξιφίδια περὶ ἄμφω αὐτῶν ἃ παρῃώρηντο, id eſt (Politiano interprete) Quos ſuſpenſos habebant. Plutarchus in Antonio,πεφυρμένος γε αἵματι καὶ δυσθανατῶν ἑλκύσας τὰς χεῖρας ὀρέγων εἰς ἐκείνην καὶ παραιωρούμενος,id eſt,Suſpenſus & manus porrigens,inquit Budæus.Rurſum Herodianus de militibus barbaris loquens qui ex equo arcu vtebantur, eis παρῃωρημένας ἐσθῆτας tribuit, lib.3,id eſt Pendulas, Politiano interprete.Item παρῃωρῆσθαι τὰ μέλη de ſenibus dici ſcribit Pollux. HINC

Παραιώρημα, Id quod ſuſpenditur, Id quo aliquis cinctus eſt.Item,Laqueus ſuſpendio aptus, ex Poll.pag. 170 citat Budæus: & ſic quoque in vulgaribus lexicis exponitur Reſtis & Laqueus ad ſtrangulandum:ſed ex errore vtrobique. Nam & Pollux παραρτήματα habet, non παραιωρήματα,& ipſe quoque Thucydides.(ex quo Pollux affert hanc vocem)vt videre potes pag.137 necnon ipſe ſcholiaſtes eam agnoſcit, vt ſuprà docui in eius expoſitione.

ἈΕΙΡΩ, quaſi εἰς ἀέρα αἴρω, inquit Euſtathius. ſecundum quam deriuationem rectè poſitum eſſet ἀείρω poſt αἴρω:ſed ego contrà ex ἀείρω factum puto αἴρω,vt φαίνω ex φαείνω, & αἰκίζω ex ἀεικίζω. quam formationem quum & ipſe Euſtathius alicubi agnoſcat, ſi bene memini,miror eum alteram illam attuliſſe. (verbo tamen αἴρω priorem locum certis de cauſis dedi) Tollo, Attollo,Erigo,Eueho. Iliad.η, — ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι. Iliad. δ, — Διὸς αἶψα πελώριον ἐν χερσὶ ἀείραι, Attollere. Apud Apollonium autem in Argon. ἀείρειν τεύχεα quidam exponunt Arma portare. nam βαστάζειν etiam ſignificat,Heſychio teſte. At Iliad τ, ἔντεα, id eſt arma, dicuntur ἀείρειν Achillem,id eſt κουφίζειν, Pennarum more in altum erigere. Metaphoricè autem dicitur θάρσος ἀείρας, vt Latinè, Animos attollens, vel tollens. ‖Ἀείρειν, Afferre, Præbere: vt Iliad. ζ, Μή μοι οἶνον ἄειρε, Heſychius, Euſtathius. At εὖχος ἀεῖραι, in Anthologia epigrammatum, Gloriam reportare. ‖Ἀείρειν, Excitare. Heſ. Item ἀειραμένην (ſed legendum puto ἀειρομένην) Eam quæ excitatur.

Ἀείρειν eſt etiam ὁμοῦ εἴρειν & συμπλέκειν, inquit Euſtathius,id eſt, Simul nectere & copulare(intelligens opinor, ἀείρειν eſſe hac in ſignificatione ab εἴρω, præfixo α ſynathroeſtico)exponens hunc locum Iliadis κ, Σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι. Vbi tamen non ἤειρεν per ſe id ſignificat, ſed cum præpoſitione σύν: vt συναείρω, ſit συμπλέκω, vel συνάγω, vt quidam apud Porphyrium exponit etiam συναείρομαι in illo eiuſdem Homeri loco, συναείρεται ἵπποις,ita legens pro συναγείρεται. Præterea ſi ἀείρειν per ſe ſignificaret συμπλέκειν, ſuperuacanea eſſet præpoſitio σύν illi præfixa.

Ἀείρομαι,in ſignificatione actiua: vt ἀειραμένη pro ἀείρασα, Iliadis ζ, Τὸν ἓν' ἀειραμένη Ἑκάβη φέρε δῶρον Ἀθήνῃ. vbi videtur ſignificare λαβοῦσα, quū cepiſſet, πέπλον videlicet. Sic enim apud Ariſtoph. αἴρειν exponitur etiā Capere. Sunt qui exponāt ἀειραμένη, Attollēs,ſed cōuenire non exiſtimo. ‖Ἀειρόμενοι πόλεμον τῷ βαρβάρῳ, Herod.7.

Bellum barbaro inferre. Alii, Bellum aduersus barbarū sumere, aut suscipere.

Ἀείρομαι, in signif. pass. Tollor, Attollor, Erigor, Euehor, apud Hippocratē. Il. ψ, ὑψόσ' ἀειρέσθην. vbi ἀείρεσθαι, simpliciter significat Tolli. additur enim ὑψόσε, id est, In altum, Sursum. Alibi per se & sine adiunctione, Attolli, id est Sursum tolli. vt & ἀείρειν Attollere. Sic & Tollere apud Latinos. ‖ Aor. 1, ἠέρθην, & interdum ἀέρθην, sine incremento. ἀερθῶ in coniunctiuo. ἀερθεὶς participium, Sublatus, In altum sublatus. Inuenitur & ἠερμένος particip. præteritū apud Apollonium Argon. 2, Αἰὲν ὑπὲρ νεφέων ἠερμένον.

Ἀέρδην, Aduerb. Cum portatione, vel Portando. Vide ἄρδην post ἀείρω.

C. Ἀνταείρω, Contrà attollo, Aduersus quempiam attollo, Et ἀνταείρομαι pro eodem. Herodotus, ἀνταείρεταί σφι χεῖρας. Apud eundem, ἀνταειρόμενοι χεῖρας. Citatur & ἀνταειρόμενοι πόλεμον pro Bellum inferentes.

C. Ἐπαείρω, Superattollo, Attollendo impono: vt citatur ex Herodoto ἐπάειραν ἁμαξέων.

Ἀερέθω, Idem quod ἀείρω, (interdum etiam pro κρεμῶ, id est Suspēdo, vt vult Eustathius) & ab eo formatum: vt ἀγερέθω ab ἀγείρω deductum ostendimus antea. Hinc passiuum Ἀερέθομαι pro ἀείρομαι. vnde ἠερέθοντο, Il. β, vt ἠγερέθοντο. Sed reperitur & ἠερέθομαι in præsenti (vt Il. γ, — φρένες ἠερέθονται) matu... ex præterito imperfecto, vt ἠγερέθομαι ex ἠγερεθόμην, secūdum quosdam. Exponitur autem interdum ἀερέθομαι siue ἠερέθομαι, εἰς ἀέρα αἴρομαι: vt Il. φ, initio, — ἀκρίδες ἠερέθονται, id est, Attolluntur in aerē, dum volant. Explicatur & κρέμαμαι, id est Pendeo, Pendulus vel Suspensus sum, in propria significatione. vt Il. β, — θύσανοι παγχρύσεοι ἠερέθοντο, à qua pendebāt, vel suspēsi erāt. ‖ Accipitur & metaphoricè pro Inconstantem esse. vel, Nihil certi & constituti habere, Animi dubiū esse. vt Latinè Suspenso animo esse dicitur qui nihil certi de re aliqua statuere apud se potest. Il. γ, Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται. vbi Eustathius ait ἠερέθεσθαι esse propriè ἐν ἀέρι κρέμασθαι, sed accipi metaphoricè pro ἀβεβαίως ἔχειν, id est instabilem esse: vt sit, Iuuenum mētes sunt semper instabiles. nam (inquit) quæ in aere pendent, facilè huc illuc impelluntur: contrà quæ in terra posita sunt, firma & immota manent. Ad verbum, φρένες ἠερέθονται, Mentes pendulæ sunt. AB HOC ἀερέθομαι fit Παραερέθομαι, aut Παρηερέθομαι ab ἠερέθομαι: vnde Il. π, — παρηέρθη δὲ κάρη, id est παρεκρεμάσθη, inquit Eustathius.

Ἀερτάζω, F. σω, Tollo, Attollo, βαστάζω, id est Porto. Apoll. Argon. 2, — ἐπωμαδὸν ἠέρταζεν Οὔρεος ἠλιβάτοιο κάρη, id est, Portabat sublatum in humeros. Leonid. in Anth. epigramm. Τυφλὸς ἀλήτην ὄντα χωλὸν πόδας ἠέρταζεν. Dictus fuit hinc (secundum quosdam) Λαέρτης, quasi videlicet λᾶας ἀερτάζων, id est (inquit Eust.) λίθους αἴρων, κουφίζων.

Ἀερτάω, Idem quod ἀερτάζω. vnde passiua vox Ἀερτάομαι, ῶμαι. cuius præteritum ἠέρτημαι, in Anth. epigr. Suspensus sum.

C. Ἀερσίλοφος, ου, ὁ, Attollens conum. epithetum est galeæ. quasi quæ in altum tollat conum, id est, Conū habeat sublimē & altè sublatum. ἀερσίλοφοι τρυφάλειαι, Apoll. Argon. 2. Ex ἀείρω (accipiendo Æolicum futurum ἀέρσω) & λόφος. Eadem & sequentiū compositorum formatio.

C. Ἀερσίνοος, ου, ὁ, Attollens mentē, vel Altè attollens, id est Superbus. Apud Nonnum epithetum est cacodæmonis. Tollere animos, Attollere spiritus pro Superbire dicunt itidem Latini. Ex ἀείρω & νόος, itidem accipiēdo futurum Æolicum.

C. Ἀερσίπους, οδος, ὁ & ἡ, Altè attollens pedes, Qui in altum pedes erigit, Agilis, Velox. Epithetum equi. vt Iliad. γ, ἵπποι ἀερσίποδες. Ex ἀείρω & πούς. Quidam malè confundunt ἀελλίπους quod est aeripes, cum hoc ἀερσίπους.

C. Ἀερσιπέτης, in genitiuo ἀερσιπέτου, vel ἀερσιπότητος, ὁ, Qui in altum attollitur volando, Altè volans, Altiuolans, vel Altiuolus. Sic enim exponendū puto potius quàm, vt vulgò, In aere volans, Aeriuolus. etsi nō ignoro exponi à quibusdam grammaticis ὁ ἐν ἀέρι πετόμενος, id est in aere volans. Sed quum ab ἀέρσω futuro Æolico verbi ἀείρω constet factum esse ἀερσι in præcedentibus ἀερσίλοφος, ἀερσίνοος, ἀερσίπους, non video cur non idem hic in ἀερσιπότης dicamus: vt videlicet passiuè exponatur ἀερσιπότης, ὁ ἀειρόμενος ἐν τῷ πέτεσθαι. quemadmodum & ἀερσίπους passiuè à nonnullis expositum fuit ὁ ἀειρόμενος τοῖς ποσί. Est autem ἀερσίπους epithetum auium quarundam: vt κύκνοι ἀερσιπέται, apud Hesiodum in Aspide. Homini quoque tribuitur per metaphoram Anth. epigr. lib. 7, Ὁ πρὶν ἀερσιπέτης ἤελιον ἔξαπίνης.

C. Ἀερσιπότητος, ου, ὁ, Idē quod ἀερσιπότης, & ab eius genitiuo formatum. declinatur enim ἀερσιπότου vel ἀερσιπότητος, vt docet Tzetzes. Apud Hesiodum epithetum est araneæ, quasi quæ in aere volet, vt vulgò exponitur: sed potius (iuxta ea quæ modò dixi in ἀερσιπέτης) quæ altè volet. Quanquam vtroque modo impropriè tribuitur volatus araneæ.

¶ Ex ἀείρω fiunt & hæc composita, Μετήορος, Παρήορος, Συνήορος. Vt ex ἀείρω significante συζυγῶ fit ...ρήορος, (inquit Eustathius) sic ex ἀείρω significante κουφίζω, fit μετήορος. Ex quo ἀείρω factum & μετέωρος. De his igitur compositis prius dicam, deinde de Μετέωρος & illis quæ ab eo deriuata sunt. Ἄπήωρος autem vide post Αἰωρῶ.

C. Μετήορος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sublimis, apud poetas pro μετέωρος, quod ab eadem est origine. Hom. Il. θ, — τὰ δὲ κ' αὖτε μετήορα πάντα γένοιτο. vbi exponitur μετέωρα, & ἐφ' ὕψος. Aratus, Καὶ τῷ μάλα πάγχυ μετήοροί εἰσι κέλευθοι. ‖ Capitur μετήορος (sicut & μετέωρος) etiam pro suspenso & animi dubio. Item μετήορον, Quod instabile est tāquam in aere suspensum. vt — μετήορα δῶρα φωτῶν. hîc enim puto μετήορα δῶρα esse quas Homerus φρένας ἠερεθομένας appellat. Cæterùm hoc compositum, sicut & sequētia, cum η scribo habente subscriptum ι, etymi supradicti rationem habens: quod tamen apud Eustathium in παρήορος potius obseruatum fuit quàm in cæteris, sed ne in illo quidem satis constanter.

C. Παρήορος, Equus ad iugum deuinctus, qui & παράσειρος, inquit Cam. Παρήορος (inquit Eustathius pag. 700) ex παραείρω significante παραζεύγνυω, dicitur ὁ παρεζευγμένος, ἤγουν ὁ ἐγγὺς ὢν τῶν ζυγιτῶν ἢ ζυγίων. Addit appellatum postea fuisse παράσειρον & σειραῖον. Idem pag. 1319 tradit hosce equos παρηόρους dictos non strictè & firmiter currui alligari solitos, sicut ζυγίους, sed ἀφέτως παραείρεσθαι, ἤτοι παραζεύγνυσθαι. At pag. 695 à simplici ἀείρω deducit significante συζυγῶ. HINC Παρηορία, Habena seu lorum equi qui παρήορος appellatur. vt Il. θ, v. 87, Ὄφρ' ὁ γέρων ἵπποιο παρηορίας ἀπέταμνε, id est, τὰς τοῦ παρηόρου ἡνίας, inquit Eustathius. Suidas autem παρηορίαι exponit τὰς ἔξω τοῦ ζυγοῦ ἡνίας.

Παρήορος, Prominens vbique, vt exponitur à Camer. in hoc loco Il. π, — ἐπειδὴ κεῖτο παρήορος ἐν κονίῃσι. Ab Eustathio autem παρήορος in hoc Il. η versu, Πολλὸς γάρ τις ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα, exponitur παρηρτημένος, ὅ ἐστι κεχυμένος, item ἔκλυτος, χαῦνος: atque sumptam esse metaphoram ab equo qui παρήορος appellatur.

Παρήορος, Stolidus. q. d. Qui menti non firmiter adhæret, sed ab ea velut excurrit longius & euagatur, ducta ἀπὸ τῶν παρηόρων ἵππων metaphora. Hoc enim voluisse puto Eustath. pag. 1319, cuius verba ibi vide. Id autē scribit in hunc locum Homeri Il. ψ, — ἐπεὶ οὔτι παρήορος οὐδ' ἀεσίφρων Ἦεν πάρος. at quidam παρήορος ab ἄρω deriuari putarunt.

C. Συνήορος (pro quo & συνώρος in vulg. lexicis mendosè legitur) itidem ab ἀείρω significante συζεύγνυω, inquit Eustathius in hunc versum Od. θ, Φόρμιγγος θ' ἣ δαιτὶ συνήορός ἐστι θαλείῃ, id est congruens, & velut apto quodā vinculo ei annexa. Vide Eustathiū pag. 1587. In vulg. lex. συνήορος exponitur etiam Consors, Compar: & φόρμιγξ δαιτὶ συνήορος, epuli coniuga & socia. Et apud Nonnum συνήορα γούνατα, Consociata genua, & paria seu comparia.

¶ Μετέωρος itidem ab ἀείρω, idem quod μετήορος, paulo antè positum: videlicet Sublimis. Budæus μετέωρος deductum esse ait à nomine αἰώρα, vel potius vtrunque ab ἀείρω. quæ posterior deductio magis mihi placet, sicut & Eustathio placuisse video: qui scribit, (aliorum tamē referens sententiā, sed quam approbare videtur)

ab ἀείρω fieri ἄοιρος, & mutato α in ε, & diphthongo οι in ω, μετέωρος. Recordor tamen in vet. codicibus aliquando μετάωρος me legisse, & quidē vet. cod. alioqui nō inemendatè scriptis. Apud Etymologicum quoque (in antiquiore etiam illa editione) legitur μεταωριζόμενον, in verbo Αἰωρῶ. Sic autem vicissim ἑώρα pro αἰώρα scribunt Graeci lexicographi. Sophoclis autem scholiastes ab hoc ἑώρα fieri μετέωρος, addit. Cui certè potius subscriberem quàm deducentibus ab αἰώρα. Ad hoc autem nomen quod attinet, verbo αἰωρῶ posterius esse puto, quod quidem malim ab ἄρω per pleonasmum quàm ab ἀείρω deducere. A

Μετέωρος igitur (quæcunque sit eius deductio) prima significatione sublimē significat siue editum. Thucyd. lib. 3, ἐς τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὰ μετέωρα τῆς πόλεως καταφυγεῖν, Ad loca edita ciuitatis, vel editiora. Sic lib. 4, οἱ δὲ λοιποὶ καταφυγόντες πρὸς τὰ μετέωρα ἡσύχαζον. Apud eundem lib. 2, ἀπὸ τοῦ μετεώρου exponitur E loco superiore. Sic apud Synesium epist. 104, τὰ μετεωρότερα comparat. gradu, Superiora & montosa loca. ‖ Μετέωρα etiam dicūtur quæ fiunt circa locum astris vicinum, de quibus Aristoteles tres libros scripsit, qui μετεωρολογικὰ dicuntur, Bud. pag. 837. Alii μετέωρα interpret. Quæ supra nos sunt, in aere videlicet aut in cælo. vnde μετεωρολόγος apud Platonem, Qui verba facit de iis quæ in cælo fiūt. ‖ Μετέωρος, Erectus: vt equus μετέωρος apud Xenoph. Qui posterioribus pedibus insistens erigitur (vt annotat Camer.) in lib. De arte equestri, ὥς τις βούλεται καὶ πομπικῷ καὶ μετεώρῳ καὶ λαμπρῷ ἵππῳ χρήσασθαι. ‖ Apud Suidam μετέωρον ἄρας videtur ita dictum vt Lat. Sublimem rapere: οἱ γὰρ δορυφόροι μετέωρον ἀράμενοι τὸν Σύφακα, &c. ‖ Budæus apud Galenum, μετέωροί τε εἰσὶ καὶ τεταμέναι φλέβες, interpr. Tumidæ & extantes. ‖ Μετέωρος, Qui est in summo tantùm & non profundus, Superficiarius, ἐπιπόλαιος. Bud. ex Theophr. De caus. pl. lib. 1, ὅτι μετέωρα καὶ οὐ βαθύρριζα ἐστίν. ‖ In vulg. lex. μετεωρότερον πνεῦμα citatur ex Galeno lib. 3 De diffic. spirandi pro τὸ σμικρὸν καὶ μετεώρως πυκνόν, vt ei anhelitus vehementior atque incitatior opponatur. Ibidem exponitur ex Horatio Sublimis anhelitus. Quæ expositio conuenire mihi non videtur illi interpretationi, quum sublimem anhelitum vocet Horatius eum, qui ex alto imóque pectore ducitur, qui à Virgilio appellatur Attractus ab alto spiritus. Quòd si μετεωρότερον opponeret Galenus vehementiori & incitatiori, significaret contrà non ex alto, id est nō ex profundo petitum, sed veluti superficiarium, & ita μετέωρον hic affinē significationem haberet ei quæ est in proximè præcedente exemplo. Gorræus μετέωρον πνεῦμα ab Hippocrate dici tradit secundum tertiam Galeni interpretationem, spiritum qui ad fauces modò penetrare, atque in iis subsistere, non autem in imum thoracem subire videatur. Vide ibidem plura de μετεώρου πνεύματος expositione. ‖ Μετέωρος, Qui in alto nauigat, Qui in altum prouehitur, Qui vela in altum dedit. Bud. ex Demosthene. Sic Synes. μετέωρος πλεῖν. Vide Comm. pag. 837. Dicitur & ipsa nauis esse μετέωρος (& quidem frequentius, vt opinor) Quæ altum tenet. Apud Thucydidem autem frequentior est hic vsus. Sic lib. 1, καθορῶσι ταῖς τῶν Κερκυραίων ναῦς μετεώρους τε καὶ ἐπὶ σφᾶς πλεούσας. Sic lib. 2, ἔτυχε δὲ ὁλκὰς ὁρμοῦσα μετέωρος. Sic & lib. 4, pag. 126, & 130: item lib. 8, pag. 267, & alibi. Sed & ipsa nauis dicitur σαλεύειν ἐπὶ μετεώρου, à Synes. epist. 4, id est (Bud. interpr.) In alto stare in ancoris, In salo iactari, id est οὐ προσπελάζειν τῇ γῇ. Sic autem & in Demosthenis loco qui ab eodem Budæo affertur (postquam dixit μετεώρους esse qui in alto nauigant, siue in altum prouehuntur) habetur ἀποσαλεύειν μετεώρους, & additur etiam ἐπ᾽ ἀγκύρας cum ἀποσαλεύειν. Sic & in illo Thucyd. loco lib. 4, καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον, αἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ᾑροῦντο κατὰ μέρος, αἱ δὲ μετέωροι ὥρμουν, schol. in μετέωροι annotat ἤγουν ἐπ᾽ ἀγκυρῶν. Cui loco & similibus non conuenit illa expositio In alto nauigare, nec quod dicit Suidas, μετεώρους νῆας apud Thucydidem esse πελαγίους καὶ μὴ ἐπ᾽ ἀγκυρῶν ἱσταμένας. Quare distinguendum est inter exempla citata ex Thucydide. Budæus tamen postquā scripsit μετεώρους dici qui in alto nauigāt, Syn- B C D E F G H

esii loco subiungit illum Demosth. ἐπ᾽ ἀγκύρας ἀποσαλεύειν τὴν νύκτα μετεώρους, & Thucydidis, ἔτυχε δὲ ὁλκὰς ὁρμοῦσα μετέωρος.

Μετέωρος (metaphoricè Erectus & intentus. Lucianus, οὐ δὲ ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν πραττομένων μετέωρος εἶ. Significat (addit Bud.) & ἐπαιρόμενον καὶ ὑπερφαιδρούμενον. Plutarch. Catone, καὶ σάλον αὖθις ἡ Ἑλλὰς εἶχε, καὶ μετέωρος ἦν, ἐλπίσι διαφερομένη ταῖς βασιλικαῖς ὑπὸ τῶν δημαγωγῶν. Quanquam metaphoram hoc loco Plut. à nauigantibus duxisse videtur qui in alto nauigant & vndis eriguntur. μετέωροι enim sunt qui in alto nauigant, &c. Idem paulo pòst, Μετέωρον dicitur quod adhuc certum non est, sed expectatione suspensos homines tenet. Dem. De fals. leg. ἔτι γὰρ τῶν πραγμάτων ὄντων μετεώρων, καὶ τοῦ μέλλοντος ἀδήλου. Et inde μετέωρος δίκη, quæ pendere Latinè dicitur, cuius scilicet iudicium suspensum est. Hactenus Budæus. Vt autem μετέωρος δίκη, sic & μετέωρος ἀρχὴ φέρεσθαι dicitur ab Herodiano, lib. 1, principatus de quo adhuc contenditur, siue qui adhuc controuersus est. A Budæo exponitur μετέωρος ἀρχὴ, Quum imperiū adhuc controuersum est, & in nullo residet, & vno verbo Interregnum, apud eundem Herodianum, vbi dicit τὰ τῆς βασιλείας μετέωρα, scribens, οἱ δὲ ὕπατοι τὰ τῆς Ῥώμης διοικεῖν εἰώθασιν ὁπηνίκα ἂν τὰ τῆς βασιλείας μετέωρα ᾖ. quod Polit. interpr. Quoties de imperio ambigitur. Et μετέωρα πράγματα, Quæ in expectatione sunt, vel Quorum exitus expectatur. Rursum μετέωρος de persona dictum exponitur ab eodem Budæo Suspensus, Erectus animo, Nondum fixo animo sed suspenso, vt qui est ex euentu consulturus. vt apud Thucydidē lib. 2, ἥ τε ἄλλη Ἑλλὰς πᾶσα μετέωρος ἦν, ξυνιουσῶν τῶν πρώτων πόλεων. veluti ἐπαιρομένη τῇ ψυχῇ, vel ταλαντευομένη τῇ γνώμῃ. Sic ferè & ὀρθὸς interdum vsurpatur. Μετέωρος exponitur etiam Animi dubius, quod conuenit cum præcedēte interpretatione. ‖ Dicitur etiam aliquis esse μετέωρος ad rem quampiam pro Eius desiderio erectus esse: vt quum ita scribit quidam innominatus autor apud Suidam, ὁ δὲ μετέωρος ἦν πρὸς πᾶσαν καινοτομίαν. Et, μετέωροι ταῖς πόλεις μετεώρους πρὸς ἀπόστασιν οὔσας. Sic apud Ciceronem Ardens & erectus ad rem quampiam faciendam. Subiungit autem illud exemplum Suidas postquam μετέωρος significare dixit, ὁ ἤδη πρὸς πρᾶξίν τινα ηὐτρεπισμένος. Vide & alia exempla ibidem cum alia constructione. Budæus scribit μετέωρον à Polybio solere dici qui defectionem circunspectat. vnde μετεωρίζειν apud eum lib. 5, Ad defectionem excitare. Pro hac autē expositione τοῦ μετέωρος faciunt quæ à Suida in ea voce citantur. ‖ Μετέωρος etiam dicitur Elatus spe alicuius rei: ita enim intelligendum puto in hoc Luciani loco in Nigrino, γαῦρός τε γὰρ ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ μετέωρός εἰμι, καὶ ὅλως μικρὸν οὐκέτι οὐδὲν ἐπινοῶ. Dictū autem fuerat eadem de re initio dialogi, ὡς σεμνὸς ἡμῖν σφόδρα καὶ μετέωρος ἐπανελήλυθας. Sic Latinis dicitur non solùm Erigi ad spē, vel in spem, & Erectus spe, sed & Erectus absolutè. Videtur autem tali quadam metaphora μετέωρος cum γαῦρος & cum σεμνὸς copulari qua dicitur Gall. Auoir la teste leuee. Sic ferè & apud Ciceronem, Extollere caput & se erigere: cui opponit Abiicere se. Itidem Horatius Liberum & erectum fortunæ responsare, dixit.

Μετεωρότερος, Sublimior, vel Altior. Μετεωρότατος, Sublimissimus, si Latinè dicere liceat: vel Altissimus. τὸ μετεωρότατον, Quod est omnium altissimum: vnde & pro fastigio ponitur. At vulg. lexica perperam μετεωρότατον interpretantur Fastigium.

C. Μετεωροθῆραι, q. d. In sublimi venantes. Auium genus, ita dictum quòd prædam in sublimi petant. Aristot. De animal. lib. 9, μετεωροθήραι εἰς ἱέρακα, quo in loco si ἱέραξ vertatur Accipiter, non bene μετεωροθῆραι dicetur esse accipitrum genus. alioqui enim perinde esset ac si ita loqueretur Aristoteles, Accipiter est ex accipitrū genere qui μετεωροθῆραι appellantur. Nisi accipitrum appellatio generalius & peculiarius accipiatur. Μετεωροθῆραι (inquit tamē Bud.) Aristoteli sunt ex accipitrū genere qui prædam in sublimi petunt, οἳ τὴν περιστερὰν πετομένην πειρῶνται λαμβάνειν, οὐκέτι δὲ τὴν ἐπὶ γῆς καθημένην. quod faciunt οἱ χαμαιπέται. Obseruandum est autem

A dici μετεωροθῆραι eadem forma qua ὀρνιθοθῆραι.

C. Μετεωροκοπεῖν, Latiore remi parte frustra aquam cædere: ita quidem propriè: sed metaphoricè pro περὶ τὰ μετέωρα πέτεσθαι, & μάτην ὡς ἔτυχε κάμνειν: vt schol. Aristophanis tradit in hunc eius locum in Pace, ποῖ δῆτ' ἄλλως μετεωροκοπεῖς; Sic θαλαττοκοπεῖν à Suida exponitur ματαιολογεῖν apud eundem. Mirum verò cur, si à κώπη deducitur hoc verbum, non scribatur μετεωροκωπῶ, cum ω in penult. Quod etiam fecit vt aliquando μετεωροσκοπεῖν legendum suspicatus sim.

C. Μετεωρολέσχης, Qui de rebus sublimibus (id est cælesti- B bus) fabulatur, siue garrit, aut nugatur, Qui de rebus sublimibus inaniter disputat. A Luciano (inquit Bud.) μετεωρολέσχαι appellatur quidam philosophi fastu præditi, & verborum insolentia vtentes, siue philosophi superciliosi & verborum insolentia philosophos se ementientes. Locum autem quem Budæus intelligit, hunc esse puto in dialogo qui Ἔρωτες inscribitur, circa finem, μετεωρολέσχαι δὲ καὶ ὅσοι τὴν φιλοσοφίας ὀφρὺν ὑπὲρ αὐτοὺς τοὺς κροτάφους ὑπερῄρκασι, σεμνῶν ὀνομάτων κομψεύμασι τοὺς ἀμαθεῖς ποιμαίνεσθωσαν. Plato De republica lib. 6, μετεωρο- C σκόπους & μετεωρολέσχας vocari solitos dicit ab ignaris philosophos, vt Socratem. Apud Suidam legimus & μετεωρολέσχαις ex Aristophanis Nebulis. HINC Μετεωρολεσχῶ, De rebus sublimibus garrio, apud Plut. περὶ τοῦ μὴ χρᾶν, &c.

C. Μετεωρολόγος, ου, ὁ, Qui de rebus sublimibus (id est cælestibus) verba facit, seu disputat. Plato Cratylo, κινδυνεύουσι δ' οἱ πρῶτοι τὰ ὀνόματα τιθέμενοι, οὐ φαῦλοι εἶναι, ἀλλὰ μετεωρολόγοι καὶ ἀδολέσχαι τινές. HINC Μετεωρολογία, Sermo de rebus sublimibus, seu disputatio. Sic dicitur D & commentatio ac scriptio de illis. Quod Plato in Phædro de Pericle dicit μετεωρολογίας ἐμπλησθείς, Cicero vertit Quum præclara quadã & magnifica didicisset. Vide pag. 125 mei lex. Cic. Atque ita olim in bonam partem accipiebatur, licet postea in loquacitatis & vanitatis significationem venerit, inquit Bud. pag. 837.
ITEM adiectiuum Μετεωρολογικός, κή, κόν, Ad meteorologiam pertinens. ET Μετεωρολογῶ, De sublimibus rebus verba facio, aut commentor & scribo. Plato in Axiocho (aut quicunque est autor illius dialogi) ἵνα τι E κἀγὼ μιμνησάμενος τοὺς ῥήτορας περιττὸν εἴπω καὶ πάλαι μετεωρολογῶ. Bud. μετεωρολογῶν exponit τὰ μετέωρα ἐπισκεπτόμενος in loco alio eiusdem Platonis. Vide pag. Comm. 837 & 838.

C. Μετεωροπολῶ, Sublimia verso, vel Sublimia perago, vel perlustro. In vulg. autem lexicis malè, Sublimia contemplor. Plato in Phædro, τελέα μὲν οὖν οὖσα ψυχὴ μετεωροπορεῖ τε καὶ ἅπαντα τὸν κόσμον διοικεῖ. q.d. τὰ μετέωρα περιπολεῖ. Philo De vita M. lib. 1, μετεωροπολοῦσα ἀεὶ καὶ τὰ θεῖα διερευνωμένη.

F C. Μετεωροπόρος, In sublimi gradiens. sic dictum vt ἀεροπόρος. Citatur ex Basilio, μήτε λογισμοῖς ἔχε μετεωροπόροις pro Elatos vel Inania sectantes.

C. Μετεωροσκόπος, Sublimium rerum (.i. cælestium) speculator. Accipitur & pro curioso ac inutili rebus agendis, apud Platonem. Vide Bud. Comm. 838. ET Μετεωροσκοπική, in vulg. lex. Astrologiæ pars quæ eleuationum differentias astrorúmque distantias exquirit. ITEM Μετεωροσκοπῶ, Sublimia speculor. Apud Aristoph. in Pace, pro Cælum intueor.

C. Μετεωροσοφιστής, οῦ, ὁ, Qui circa sublimia (id est cælestia) philosophiam ostentat. Aristoph. Neb.

C. Μετεωροφένακες, Qui per suas de rebus sublimibus argutias imponunt auditoribus. Aristoph. Neb.

¶ Μετεωρίζω, In sublime tollo. Vel simpliciter attollo, Extollo. Plut. De Socr. dæm. ἐγὼ μὲν ἐκ μέσου διαλαβὼν τὸ δόρυ, καὶ μετεωρίσας ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐβόων ἀφεῖναι. ‖ Interdum absolutè ponitur pro μετεώρως φέρομαι, Sublime peto, Bud. ex Theophr. pag. 838. Sic μετεωρίζειν εἰς πέλαγος citatur ex Philostrato pro In altum prouehi, de nauigante dictum. ‖ Ponitur etiam metaphoricè μετεωρίζειν signif. actiua pro In spem erigere, Ad spem rerum nouarum excitare. Polyb. 5, πολλοὺς ἐμετεώρισε τῶν παρὰ τοῖς ἐναντίοις ἡγεμόνων, id est, Ad defectionem excitauit, inquit Bud. Idem scribit μετεωρίζειν pro Erigere, Confir- A mare; Ad spem meliorem perpellere, apud Plutarchũ sumi, & Athen. 66. ‖ Reperio item μετεωρίζειν iũctum cum φυσᾶν, id est, Inflare, metaph. (vt ἐπαίρειν & φυσᾶν copulata antea vidimus) pro Elatum reddere, Animum addere. Apud Phil. De vita M. lib. 1, μετεωρίσας καὶ φυσήσας ἡμᾶς τῷ λόγῳ.
Μετεωρίζομαι, In sublime tollor, &c. Apud Thucydidẽ lib. 8, pag. 268, μετεωρισθεὶς ἐν τῷ πελάγει, In altum prouectus, de nauigante dictum. Apud Alex. Aphrod. μετεωρίζομαι περιπατῶν exponitur Vultu sublimi suspensóque B corpore incedo. Et metaphoricè μετεωρισθέντων δὲ τῶν Βοιωτῶν διὰ τὴν ἐπιμέλειαν, Elatis propter successum, ἐπαρθέντων, inquit Suid.

Μετεωρισμός, οῦ, ὁ, Eleuatio in sublime, Ipsa actio attollendi in sublime. A Suida exponitur etiam ὑπερηφανία, id est Superbia.

Ἄρτος, Panis (ab αἴρω significante προσφέρω, inquit Etymologicus, quasi ὁ καθ' ἑκάστην τὴν [illegible] ἡμέραν προσφερόμενος. Huic autem etymo Eustathium quoque subscribere docui in voce πρόσαρμα à προσαίρω. Sed ad- C ditur & alia ratio huius deriuationis ab Etymol. vt videlicet ἀπὸ τοῦ αἴρω deducatur nomen ἄρτος, διὰ τὸ αἴρειν καὶ κουφίζειν τὴν δύναμιν. Ego autem, si ab αἴρω deriuari dicẽdum sit ἄρτος, alteram illam etymologiæ rationem potius amplector, vt simpliciorem & deriuationi nominis πρόσαρμα consonam. Nisi quòd πρόσαρμα à composito, ἄρτος autem à simplici ortum esse manifestum est. A Gaza ἄρτος exponitur etiam Massa triticea, inquit Budæus. Ἄρτος ναυτικός Luc. Panis nauticus, Plin. in vulg. lexicis. Quæ & buccellatum interpr. ex Spartiano & Am- D miano. Eadem & δίπυρον ἄρτον ex Aristotele in Probl. afferunt. ‖ Ἄρτος Suidæ est etiam ψωμός, Panis frustum, Buccella, Alex. Aphrod. loco in Probl. πάσχουσι δὲ αὐτὸ καὶ ἀθρόως μέγιστον ἄρτον καταπιόντες.

C. Ἀρτόδειγμα, ατος, τὸ, siue Ἀρτοδεῖγμα, q.d. Specimen panis, id est, Specimen frumenti in pane ex eo confecto. In vulgaribus lex. ex Polluce annotatur, ἀρτόδειγμα specimen fuisse aduecti frumenti. mercatores enim, vt frumenti bonitatem probarent, emptoribus ex eo confe- E ctum panem dare solitos. Quæ ex loco Pollucis elici posse videntur (lib. 9) si tanquam integer expendatur.

C. Ἀρτοδοτέω, τῶ, Panem do, id est, Panem aliquibus distribuo. Dicitur eadem forma qua σιτοδοτῶ, & alia.

C. Ἀρτοθήκη, ης, ἡ, Repositorium panis, Locus in quo panis reponitur. In vulgaribus lexicis exponitur Panarium, ex Varr. Plin. Suet. quo nomine eadem lex. interpretantur aliud nomen ex ἄρτος compositum, videlicet ἀρτοφόρον.

C. Ἀρτοκόπος, ου, ὁ & ἡ, Pistor, Pistrix. vt interpretãtur vulg. lex. Xenoph. Hell. 7, ὅτι βασιλεὺς ἀρτοκόπους καὶ ὀψοποιοὺς καὶ F οἰνοχόους καὶ θυρωροὺς παμπληθεῖς ἔχοι. Artocopum dixit etiam Iuuenalis. Apud Herodotum genere fœminino. ET Ἀρτοκοπέω, πῶ, Pistrinam exerceo. ET Ἀρτοκοπεῖον, Pistrinum, in iisdem lex. Videntur autem hæc composita aliam etiam interpretationem admittere. ET Ἀρτοκοπικός liber apud Athenæum.

C. Ἀρτόκρεας, Panis carni mixtus, Cibus pane & carne constans. Persius, — oleum artocreásq; popello Largior: an prohibes?

Ἀρτολάγανα, vide in Λάγανα.

G Ἀρτολάγυνος πήρα, Panem & lagenam habens pera, in Anthol. epigr.

C. Ἀρτοσιτέω, τῶ, Pane vescor. Et generaliter pro ἐσθίω. Xen. Pæd. 6, καὶ γὰρ ὅστις ἀλφιτοσιτεῖ, ὕδατι μεμιγμένην ἀεὶ τὴν μᾶζαν ἐσθίει· καὶ ὅστις ἀρτοσιτεῖ, ὕδατι δεδευμένον τὸν ἄρτον. Luc. in Lexiph. principio, καὶ λουσαμένοις ἀρτοσιτεῖν. In vulg. lex. habetur & Ἀρτοσιτόω, quod exponitur Pane cibo. In prioribus autem hoc solum habetur (non Ἀρτοσιτέω) sed exemplum desidero. malè enim locus ille Xenoph. in ἀρτοσιτόω citatur.

H C. Ἀρτοτροφέω, ῶ, Pane alo. In vulgaribus tamen lexicis exponitur Pane vescor, ex Aristoph. & Polluce, sed non additis eorum locis, adeo vt mihi suspecta sit hæc expositio.

C. Ἀρτοφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Paniuorus, Qui pane vescitur. Ath. 10, Αἰγυπτίους δ' Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι. Muris nomen

apud Hom. in Batrachom. ET Ἀρτοφαγέω, ῶ, Panem voro, Pane vescor.

C. Ἀρτοφόρον, ου, τὸ, Vas quo panis fertur. Ἀρτοφόρον (inquit Bud.) Vas ad ferendum panem, quod structores ferūt in conuiuiis. Athen. 4, καὶ ἀργυροῦν ἀρτοφόρον ἄρτων Καππαδοκίων. In vulg. lex. exponitur Panarium, ex Varrone, Plin. Suet.

C. Ἀρτοποιὸς, οῦ, ὁ, Panifex, ad verbum: Pistor. Plut. Alex. τέλος δὲ, τοῖς δοκοῦσι τοῖς δεινοτάτοις ὀψοποιοῖς καὶ ἀρτοποιοῖς, ἔφη τούτων μηδὲν δεῖσθαι. Item ἀρτοποιὸς adiectiuè: vt ἀρτοποιὸς ζύμη apud Nazianz. Panificum fermentum, Fermentum ex quo panis conficitur. ET Ἀρτοποιέω, ῶ, Panem conficio, Sum pistor, Pistoriam artem exerceo. Exponitur etiam In panem vel in panes formo. ET Ἀρτοποιΐα, Panificium, Pistura. Xenophon, ἀπὸ δὲ ἀρτοποιίας κύκλος τὴν οἰκίαν πᾶσαν διατρέφει. ET Ἀρτοποιϊκὸς, Inscriptus liber apud Athen.

C. Ἀρτοπωλεῖον, ου, τὸ, Officina in qua panes coquuntur. Vel, Vas in quo panis coquitur, Testus, secundū quosdam. qua voce Cato vtitur pro tegmine testaceo, sub quo placentæ & alia coquuntur. ET Ἀρτόπτης, pro eodem, Artopta, apud Plautum: cuius vocabuli meminit & Plinius. Pollux postquam dixit ἀρτοπτεῖον vocari τὸ ἐργαστήριον, videlicet τῶν ἀρτοποιῶν, addit nihil vetare quominus ita vocetur vas etiam in quo panes coquant, quod (inquit) nunc ἀρτόπτην nominant.

HINC Ἀρτοπτικίνος ἄρτος, Panis in artopta coctus, Artopticius panis, Plinio lib. 18. cap. 9. Athen. lib. 3, ὁ ἀρτοπτικίνος ἄρτος καλούμενος κλιβανικίου καὶ φουρνακίου διαφέρει. Plinius quoque eadem panum genera ponit quod ad diuersam coquendi rationem attinet, lib. 18, cap. 11, Panes à coquendi ratione appellati vel furnacei, vel artopticii, aut in clibanis cocti. Sunt autem qui apud Athenæum putent legendum ἀρτοπτίκιος ex Plinio: & certè ἀρτοπτίκιος cum κλιβανίκιος & φουρνάκιος conueniet. inuenitur tamen & altera terminatio in quibusdam huiusmodi adiectiuis.

Αἰσχύνω. F. υνῶ, Pudefacio, Erubeſcere facio. In qua ſignificatione volunt accipi Cõfundo apud Liuium, quum dicit, Adeo vt ipſum quoque confunderent dicentem. ‖ Item αἰσχύνω, Dehoneſto, Fœdo, Deturpo: contrarium τῷ καλλύνω: vt αἶσχος & κάλλος opponuntur. Il. σ, — χάριεν δ' ᾔσχυνε πρόσωπον. ‖ Significat & Infamo, Dedecoro, Dedecore afficio. Il. ζ, Μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν. Od. θ, — λέχος δ' ᾔσχυνε καὶ εὐνὴν Ἡφαίστοιο ἄνακτος, id eſt, Dedecorauit cubile, Polluit cubile, Contemerauit. ‖ Et vt H αἰσχύνη ſtuprum ſignificat, ita αἰσχύνειν interdum Stuprum offero, ſiue Vitium offero. Lyſias, ἐάν τις παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ. Eadẽ ſignif. dicitur καταισχύνειν ab eodem, τοὺς παρὰ τοὺς νόμους τὰς ἀλλοτρίας καταισχύνουσι γυναῖκας.

Αἰσχύνομαι, F. οῦμαι, Pudeſio, Pudeſco: ſed Latiniꝰ, Me

A pudet. Iungitur autem vel cum alio verbo, vel cum nomine, videlicet cum infinitiuo verbi, aut cum participio. Cum infinitiuo, Herodot. 1, αἰσχύνομαι ἀπονοστέειν, Reuerti me pudet. Xenophon Pæd. 8, αὐτὸν δέ με αἰσχυνόμενον περὶ ἐμαυτοῦ λέγειν. Idem Pæd. 5, αἰσχυνοίμην ἂν εἰπεῖν. Æſchines contra Cteſ. αἰσχύνθητι ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν. Sæpe etiam participio iungitur. Demoſth. Pro corona, τεθνεώτων δ' οὐκ αἰσχύνῃ κατηγορῶν. Xen. Pæd. 3, αἰσχύνομαι παραιτῶν. Idem, αἰσχυνοίμην ἂν τούτοις ἀντιλέγων. Plato Minoe, τί ἂν ἀποκρινάμενοι οὐκ ἂν ᾐσχύνθημεν. ‖ Nonnunquam cum B futuro indicatiui, aut cum præſenti ſiue aoriſto optatiui, interiecta particula εἰ. Æſchines, ᾐσχύνοντο γὰρ (οἶμαι) οἱ δικασταὶ εἰ φανήσεται ὁ αὐτὸς ἀνὴρ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει. Xenoph. αἰσχύνοιτο ἂν εἰ ὠφελούμενος ὑπὸ σοῦ μὴ ἀντωφελοίη σε. Iſocr. De pace, οὐ μὴν ἀλλ' αἰσχυνθείην ἂν εἰ φανείην μᾶλλον φροντίζων. &c. Demoſth. in Epitaph. αἰσχυνοίμην ἂν εἴ τι τούτων φανείην παραλιπών.

Cum nominibus item iungitur, aut datiui caſus videlicet aut accuſatiui. Datiui: vt apud Xenophontem Pæd. 5, αἰσχύνομαι τῇ αἰτίᾳ. Idem, τοῖς πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι. C Ariſtoph. Nubibus, αἰσχύνομαι τοῖς αἰσχροῖς. ‖ Interdũ cum nomine aut articulo relatiuo datiui caſus, interiecta præpoſitione ἐπὶ vel ἐν. aut (ſiquis ita malit dicere) cum præpoſitionibus ἐπὶ vel ἐν, datiuum habentibus: vt αἰσχύνομαι ἐπὶ τῇ ἀρχῇ. Æſchines contra Cteſ. οὐκ ἐπὶ ταῖς ἐμαυτοῦ διατριβαῖς αἰσχύνομαι. Iſocr. ad Philippum, ᾐσχύνοντο μὲν ἐφ' οἷς ἐθρασύναντο. Æſch. contra Cteſ. αἰσχύνεται ἐφ' οἷς ἡμάρτηκε, Illum pudet eorum quæ peccauit. vel, Eum ſuorum peccatorum pudet. vel, Suorum peccatorum pudore mouetur. Cum ἐν autẽ apud Thu- D cydidem, lib. 2, ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι. Sic apud D. Paulum, ad Philippẽſes 1, ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι. ‖ Cum accuſatiuo item frequenter conſtruitur. Hom. Odyſſ. φ, Ἀλλ' αἰσχυνόμενοι φάτιν ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν. Ariſtoph. Pluto, αἰσχύνομαι δὲ τὰς ἐμαυτοῦ ξυμφοράς. Gregorius, τὴν μετάθεσιν αἰσχυνόμενος, Quem pudebat immutatum videri. Plut. πῶς ἄν τις ὑπ. &c. τοὺς ἐχθροὺς αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ τοὺς φίλους ἐφ' οἷς ἐξαμαρτάνομεν. Sæpe tamen αἰσχύνομαι cum accuſatiuo Reuereri ſignificat: vt in proximè ſequentibus dicetur.

E Αἰσχύνομαι pro αἰδοῦμαι, Reuereor. Chryſoſtomus, αἰσχυνόμενοι τὸν θεὸν, Reuerentes deũ. Xen. Pæd. 1, αἰσχυνόμενος τὸν πατέρα. Iſoc. ad Demonicũm, τοὺς γονεῖς τίμα, τοὺς δὲ φίλους αἰσχύνου, Amicos reuerere, & in eorum conſpectu erubeſce indecorè agere. Idem ad Euthynum, καὶ τούτοις ἐγκαλοῦσιν οἱ ἂν μήτ' αἰσχύνωνται, μήτε δεδίασιν. Plut. quoque in Præc. connub. αἰσχύνεσθαι & αἰδημόνως ἔχειν pro eodem vſurpat, quum duobus in locis Platonis præceptũ refert, oportere ſenes αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους. Budæus quoq; in Comm. hæc ſcribit, Thuc. lib. 3, in prima concione, F αἰσχύνεσθαι pro αἰδεῖσθαι dixit, αἰσχυνθέντες οὖν τάς τε τῶν Ἑλλήνων εἰς ὑμᾶς ἐλπίδας, καὶ Δία τὸν ὀλύμπιον, hoc eſt, Verentes igitur & rationem habentes, Honorem hunc habentes Græcis. Hoc eſt, Pudeat vos contra Græcorum ſpem nos miſſos facere, conceptámque de vobis expectationem deſtituere. Ac ſi diceret, Sinite vos exorari. Addit idem Budæus, Αἰσχύνεσθαι etiam cum duobus accuſatiuis conſtruitur pro Verecundari. Demoſth. καὶ οὔτε τὸν ἥλιον ᾐσχύνοντο οἱ τοιαῦτα ποιοῦντες, οὔτε τὴν γῆν πατρίδα οὖσαν. Sic ille. Malim tamen & hîc ᾐσχύνοντο interpretari Reue- G rebantur quàm Verecũdabantur. Sed nec ſatis intelligo quod de duobus accuſ. dicit.

Αἰσχυντὸς, οῦ, ὁ, Pudẽdus, Cuius nos pudere debet. citatur ex Phocylide. At quũ præfixũ habet ἀ priuatiuũ, tũc actiuam ſignif. habet. Nam ἀναίσχυντος dicitur impudens.

Αἰσχυντία, ας, ἡ, Pudor, Verecundia. aut Verecundatio, vt oſtendatur eſſe verbale nomen, & ab αἰσχύνη differre. Habetur autem hæc vox in vulg. lexicis non addito exemplo. Vide Ἀναισχυντία.

Αἰσχυντηλὸς, οῦ, ὁ, Verecundus, Pudibundus. Nam pudi- H bundum pro verecundo ſunt qui Latinum eſſe dicant. Ariſtoteles pro eodem ponit νέους αἰδήμονας & αἰσχυντηλοὺς, eos laudari dicens: ſicut & Iſocrates αἰσχύνην inter iuuenum virtutes enumerat. Idem Ariſtoteles Ethicõn quarto, πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν ὅτι αἰσχυντηλός· ἐπαινοῦμεν δὲ τῶν νέων τοὺς αἰδήμονας. ‖ Αἰσχυντηλοὺς

Pudorē mouēs,seu afferēs,vel Pudendū. Arist.Rhet.2, αἰσχύνονται δ' οὐ μόνον αὐτὰ τὰ ῥηθέντα αἰσχυντηλὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ σημεῖα. ET Αἰσχυντηλία, Verecundia, vel potius Habitus quidam animi ad verecundiam propensi. Plut. περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς, Ἡ μὲν οὖν δύναμις, ἀρχὴ καὶ ὕλη τοῦ πάθους, οἷον ὀργιλότης, αἰσχυντηλία, θαρραλεότης. Vide Ἀναισχυντηλία.

Αἰσχυντηλῶς, aduerb. Verecundè, Pudibundè.

Αἰσχυντηρὸς, idem quod αἰσχυντηλός. Plato, αἰσχυντηρότερος μᾶλλον τοῦ δέοντος. Hesychius αἰσχυντηλὸς exponit αἰσχυντηρός. sed mēdosè legi αἰσχυντηρὸς pro αἰσχυντηλὸς, & αἰσχυντηρὸς ac αἰσχυντηλὸς ita dici vt σιωπηρὸς & σιωπηλὸς existimo. Mirum est verò si αἰσχυντηρὸς dicatur lingua communi: at αἰσχυντηλὸς Attica (annotauit enim quidam αἰσχυντηρὸς κοινῶς, αἰσχυντηλὸς Ἀττικῶς) quū Plato dixerit αἰσχυντηρότερος potius quàm αἰσχυντηλότερος. B

C. Ἀναίσχυντος, ου, ὁ καὶ ἡ, Impudens, Inuerecundus. Demosthenes in Epitaphio, οὐδένα οὔτ' ἀναίσχυντον, οὔτε πονηρὸν οὕτως εἶναι. Apud Aristophanē in Nubibus, καταπύγων εἶ κἀναίσχυντος. ‖ Dicitur ἀναίσχυντος non solùm persona, sed & res. vt apud Thucydidem, καὶ πολλοὶ ἐς ἀναισχύντους θήκας ἐτράποντο σπάνει τῶν ἐπιτηδείων. vbi ἀναισχύντους enarrator exponit ἀλλοτρίας, ξένας. ego Pudēdas interpretandum puto. vt apud Ouidium, Amor pudendus, ἔρως ἀναίσχυντος, & Lucra pudenda, κέρδη ἀναίσχυντα. Sic facta pudenda, πράξεις ἀναίσχυντοι. C

Ἀναισχύντως, aduerb. Impudenter, Inuerecūdè. Plato in Apologia, ἔδοξε δή καὶ αὐτὸ ὅτι εἰ κατηγόρει τἄλλα πάντα οὕτως ἀναισχύντως κατηγορήσωσι, τοῦτό γε οὐχ οἷοί τι ἐγένοντο ἀπαναισχυντῆσαι.

Ἀναισχυντία, ας, ἡ, Impudentia, Inuerecundia. Cicero impudentiam interpretatur, quum hæc ex Platonis Apologia verba, οὔτε ἀνοίας οὐδὲν ἐλλείπει, οὔτε ἀναισχυντίας, ita vertit, Multa facere cum temeritate atque impudentia. In vulgatis lexicis habetur etiam simplex Αἰσχυντία: cuius tamen exemplum nullum afferunt, nec me legere memini. D

¶ Ἀναισχυντέω, ῶ, Impudēter loquor, vel ago, Impudentia vtor, Impudenter dico aut facio: vt λόγῳ δ' αἱ ἀναισχυντοῦσιν, οὐ καλῶς ποιοῦσιν. Sunt qui vertant Impudēs sum. Ego malim Impudentia vtor, aut potius Impudenter me gero: quā tamē interpretationē apud neminē reperio. Apud Demosthenem & Athenæum inquit Budæus accipi pro Impudenter & improbè ago. Cum præpositionibus πρὸς & περὶ iungitur: vt ἀναισχυντῶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, Impudentia vtor erga veritatem. vel, Impudenter me gero erga veritatē, id est, Impudenter oppugno veritatem, vel Impudēter veritati resisto. Apud Isocratem autem, ἀναισχυντῶ περὶ τούτου, Impudens sum de hac re: sed Latinius, Huius rei me non pudet. E

C.2. Ἀπαναισχυντέω, ῶ, Impudenter me gero, Impudentia vtor. Plato Apolog. in loco quem modò citaui in ἀναισχύντως. In vulgatis lexicis falsò exponitur etiam Verecundè facio. In iisdem ex Hierem. cap. 3, ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας, pro Desiisti erubescere apud omnes. F

ET Ἀπαναισχυντέομαι in iisdem ex Chrysost. pro Impudenter attendo.

C. Ἀναισχυντηλία, ας, ἡ, Idem quod ἀναισχυντία, vt in vulg. lexicis Græcolat. annotatur: at ego dixerim ἀναισχυντηλίαν sic ab ἀναισχυντία differre, vt αἰσχυντηλία differt ab αἰσχυντία vel potius αἰσχύνη. nam αἰσχυντία nondum apud vllum scriptorem reperi. Secundum autem hanc differētiam quam dico, erit ἀναισχυντηλία, Habitus quidam impudentiæ, Impudentia quædam velut à natura insita, non impudentia duntaxat circa hanc aut illam rem. G

C. Ἐπαισχύνομαι, Erubesco, Verecundor, Me pudet. Vel, Valde erubesco. ἐπαισχύνομαι τῷ ὀνόματι ex Herodoto citatur pro Pudore afficior nominis causa. Ego ita reddere malim, Pudet me nominis, Vel, Nomen mihi est pudori. Vel, Nomen mihi pudorem affert. Iungitur etiam accusatiuo, cuius constructionis exempla sunt in Nouo Testamento: vt apud Marcum, cap. 8, ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με. & paulo pòst, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτόν. Sic Paulus ad Rom. cap. 1, οὐκ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον. Iungitur præterea participio, & interdum infinitiuo. Cum participio, vt apud Sophoclem, οὐδ' ἐπαισχύνῃ λέγων. Cum infinitiuo, vt ἐπαισχύνομαι καλεῖν. H

A C.2. Ἀνεπαίσχυντος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inuerecundus, Impudens, Basil. in epist. pro ἀναίσχυντος. ET Ἀνεπαισχύντως, Inuerecundè, Impudenter. Naz. pro ἀναισχύντως.

C. Καταισχύνομαι, vide post Καταισχύνω.

C. Καταισχύνω, Pudefacio, Dedecoro, Probro afficio, Fœdo. Demosthenes Pro corona, οὐ κατῄσχυνας μὰ Δί' οὐδὲν τῶν προϋπηργμένων τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ. Herodianus lib. 5, κλέος προγονικὸν περιλαμβάνοντα τῷ που φαυλότητι καταισχύναι, id est (Politiano interprete) Fœdis moribus contaminare. Καταισχύνασα παρθενίαν apud Plutarchum in Numa, Quæ virginitatem polluit, vel contaminauit. A Budæo exponitur Notam & infamiam inuro, in hoc Antiphontis loco, μηδὲ καταισχύνειν τὴν πατρίδα πρὸς ἅπαντας. ‖ Καταισχύνω, Vitium vel stuprum offero. Lysias, ἢ τοῖς παισὶ τοῖς νόμοις ταῖς ἀλλοτρίας καταισχύνουσι γυναῖκας. Vide & alia exempla apud Budæum Comm. pag. 679.

Καταισχύνομαι, Pudefio, Dedecoror, Probro afficior, &c. passiua significatione. ‖ Interdum verò deponentis significationem habet eandem quam αἰσχύνομαι, & ἐπαισχύνομαι, pro Erubesco, Me pudet. Iungiturque interdum accusatiuo: vt apud Isocratem, καταισχυνθέντες γὰρ οἱ Πελοποννήσιοι τὴν ἀρετὴν τῶν ἡμετέρων, Quum eos virtutis nostrorum puduisset.

ΑἸΤΕΏ, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Peto, Postulo, Posco. Cū accusatiuo rei: vt Xenophon Hellenicωn

1, πρὶν αἰτῆσαι χρήματα, λαβών. Itidem cum accusatiuo personæ, (Xenoph. Pæd. 4, σοὶ, ὅτι ἐμὲ ᾔτησας, ἢ σὺ ἐμοὶ, ὅτι λαμβάνεις) sed ferè coniuncto cum accusatiuo rei: vt idem Xen. Pæd. 8, ἐμὲ πολλοὶ οἰκέται σῖτον αἰτοῦσι, πολλοὶ δὲ πιεῖν. Æschines in Ctesiphontem, μέλλετε δ' αἰτεῖν τοὺς θεοὺς τἀγαθά. Aristophanes Pluto, ἔπειτ' ἴσως ᾔτησεν ἄν σ' ὑποδήματα. Sic Posco apud Latinos vtrunque accusatiuum habet aliquando. ‖ Interdum αἰτεῖν accusatiuū rei habet cum præpositione παρὰ genitiuo iuncta: eodem modo quo Latini dicunt, Peto hoc abs te. Plutarchus in Themistocle, αἰτεῖν παρὰ Ἱέρωνος τὴν θυγατέρα εἰς γάμον, id est, Petere ab Hierone filiam in matrimonium. ‖ Sæpe etiam cum infinitiuo: vt αἰτοῦσι πιεῖν in loco Xenophontis modò prolato, Petunt bibere, Petunt potum. Iliad. ζ, — ἤτεε σῆμα ἰδέσθαι, Petebat videre. Dicunt etiam αἰτῶ λαβεῖν, q.d. Peto accipere. in quo loquendi genere videtur superuacaneus esse infinitiuus λαβεῖν. Isocrates in Areopag. οὔτ' ἔχομεν, οὔτε λαβεῖν αἰτοῦμεν. Aristoph. Pluto, Αἰτῶν λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον.

Αἰτεῖν δίκας, vt Latinè, Pœnas poscere, vel reposcere: sic apud Platonem Pol. 1, αἰτῶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς. Et cum duplici accusatiuo, vt, αἰτῶ σε δίκας τοῦ φόνου, Pœnas cædis te posco, Pœnas a te reposco.

Τὸ ἐν ἀρχῇ, vel τὸ ἐξ ἀρχῆς αἰτεῖν siue αἰτεῖσθαι, Vide in Ἀρχή.

Vult autem Etymologicus Αἰτῶ, à τῶ significante ζητῶ (id est Quæro) deriuatum esse, præfixo α epitatico, cum pleonasmo τοῦ ι. at Eustathius tradit αἴτης esse itidem ex α epitatico & τῶ, sed significāte λαμβάνω. Vtut sit, vel αἴτην ab αἰτῶ, vel contrà αἰτῶ ab αἴτης deducamus necesse est.

Αἰτέομαι pass. voce nonnunquam actiuam significationem habet, atque idem valet quod αἰτῶ, eandem etiam constructionem seruans. Aristoph. Nubibus, ἐμοῦ μέτεια τε καὶ δίκαι' αἰτουμένου, Me æqua postulante. Apollonius in Argon. Ἡ δὲ ἐ παρθενίην ᾐτήσατο. Item αἰτοῦμαι παρά τινος, vt & αἰτῶ. Xenophon Pæd. 1, αἰτεῖσθαι τἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν. Æschines autem dixit (vt paulo antè annotatum est) αἰτεῖν τοὺς θεοὺς τἀγαθά. Et cum infinitiuo, sicut & αἰτῶ. Xenophon Pæd. 5, ἵνα σε τούτων ἕνεκα αἰτήσωμαι πιστὰ δὲ μοι δοῦναι. Nam quidam perperam citāt hunc locum, tanquam vbi αἰτοῦμαι duos habeat accusatiuos. ‖ Interdum αἰτοῦμαι est τὸ κιχρῶμαι, Vtendum peto. cuius exēplum apud Suidam. Volūt autem quidā esse hanc differentiam inter αἰτεῖν & αἰτεῖσθαι, quòd αἰτεῖν simpliciter sit petere: at αἰτεῖσθαι, Vtendum petere, Commodatò petere. Sed quis non ex modò citatis exemplis perspicit hanc differentiam confundi?

Αἰτοῦμαι, in passiua significatione, præsertim in participiis αἰτούμενος & αἰτηθείς: vt, αἰτουμένην τὴν πύλην ὑπὸ τοῦ βασιλέως Μαρίαν, apud Athenæum libro 13.

Sic αἰτηθεὶς, apud Thucyd. 2, ἄξιον ἦν αἰτηθέντα μὴ δοῦναι ἢ αἰτήσαντα μὴ τυχεῖν, Turpius erat eum qui poscebatur non dare, quàm eum qui poscebat non impetrare. Plutarchus in Themistocle, αἰτηθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεμιστοκλέους ἵππον. Itē Αἰτούμενος δίκας, Qui pœnas poscitur, A quo reposcuntur pœnæ. Alii exponunt, In ius vocatus. Sed malim, Qui pœnas reposcitur coram iudice, vel apud iudicem.

Αἴτημα, τος, τὸ, Petitio, Postulatio, Postulatum, αἴτησις. ‖ Bud. in Annot. in Pandectas, Quæ positiones notæ sunt, quæque simulac à præceptore ponuntur, admittuntur ab auditore, ὑποθέσεις vocantur: quæ verò non vsqueadeo notæ sunt, sed argumento quodam astruuntur antequam fidem faciant, & tamen citra demōstrationem sumuntur à præceptore, αἰτήματα dicuntur, id est Petitiones vel Postulata.

Αἴτησις, εως, ἡ, Idem quod αἴτημα. Isocrates Archid. ὡς οὐ δικαίαν ποιουμένοις τὴν αἴτησιν, ad verbum, Vt non iustam facientibus petitionem, Id est, non iusta petentibus.

Αἰτητὴς, οῦ, ὁ, Petitor, Postulator. Quidam historicus apud Suidam, οὐκ αἰτηταὶ τῆς εἰρήνης μᾶλλον ἢ δόται ὄντες, Nō magis petitores pacis quàm datores.

Αἰτητὸς, οῦ, ὁ, Petendus, Qui peti debet, vel potest. Barbarè, Petibilis. αἰτητὴ ἀρχὴ in vulgatis Græcolatinis exponitur Petitum imperium. Hesychius ait αἰτητὰ esse τὰ κατ' ἔρανον διδόμενα.

Αἰτήσιος, apud Suidam, ὁ αἰτῶν, Petitor, Qui petit. Si modò ita scripsit Suidas.

Αἰτητικὸς, οῦ, ὁ, Petax. accipiendo petacē pro homine propenso ad petendum, & propemodum assiduè petente. A Budæo exponitur Flagitator & procax, in hoc Aristot. loco Ethic. 4, οὐκ ἂν εἴη δὲ αἰτητικὸς ὁ ἐλευθέριος. Et αἰτητικὸς στίχος, Versus petitorius, Versus petitionem continens, Versus quo quid petitur.

Αἴτης, ου, ὁ, Mendicus. Qui frequentius ἐπαίτης dicitur. Quanquam Eustathius vult factum esse ex τῷ quod est accipio, præfixo α epitatico. Intelligendum autem, inserto etiam ι. Vide supra in αἰτῶ.

C. Ἀπαιτέω, τῶ, Reposco, Repeto, Exigo, cum duobus accusatiuis: vt ἀπαιτῶ σε τὸ χρέος. Aristophanes Nubibus, ἀπαιτῶν με τἀργύριον. Lucianus, ἀπαιτῶ τὰ ὀφειλόμενα παρὰ σοῦ. Respondet autem ἀποδιδόναι, id est Reddere, verbo ἀπαιτεῖν. vt apud Platonem Pol. 1, εἰ μανεὶς ἀπαιτοῖ, ὅτι οὐ χρὴ τὰ τοιαῦτα ἀποδιδόναι. Et ἀπαιτεῖν δίκας, Latinè Pœnas expetere. Pausanias, οἱ Ἠλεῖοι δίκας τοῦ φόνου παρ' Ἀργείων ἀπῄτουν. Dicitur & de aliis rebus, vt Lucianus in Nigrino, λόγον ἀπῄτουν τῆς δεῦρο ἀφίξεως, Rationem exigebam, Volebam mihi rationem reddi.

Ἀπαιτοῦμαι, Reposcor, Exigor, cum duobus itidē accusatiuis. vt enim dicitur ἀπαιτῶ σε τὸ χρέος, sic etiam ἀπαιτοῦμαι τὸ χρέος. Naz. πόσον ἀπαιτούμεθα, quantum exigitur à nobis.

Ἀπαιτοῦμαι signif. etiam actiua, pro Reposco, in vulg. lex. annotatur.

Ἀπαίτησις, εως, ἡ, Repetitio, Exactio. vt ἀπαίτησις τοῦ χρέους, vel τῶν ὀφειλομένων. ET Ἀπαιτητικὸς, Promptus ad reposcendum, vel Qui frequenter reposcit, seu Qui reposcere solet. In vulg. autem lex. exponitur Repetitiuus, & Repetens, & Agens repetitorem, ex Ouidio.

ET Ἀπαιτητοὶ χάριτες, in iisdem lex. Debitæ gratiæ.

C. 2. Ἀνταπαιτέω, Vicissim reposco, seu exigo. Thuc. 3, τὴν τε δωρεὰν ἀνταπαιτήσαι αὐτούς.

C. 2. Προσαπαιτέω, Insuper reposco, seu exigo.

C. Ἐξαιτέω, τῶ, Posco, Mihi dari peto. Ἐξαιτῶ σε, & Ἐξαιτῶ σε τοῦτο. vt apud quendam tragicū, Τίνος θανόντος ἦλθον ἐξαιτῶν πόλιν. Ἐξαιτῶ ἐπὶ τιμωρίᾳ, Exposco ad pœnam, vt Ἐξαιτῶ εἰς βάσανον, Exposco ad quæstionem. sed frequentissimus est verbi ἐξαιτεῖν vsus sine adiectione: pro Exposcere ad pœnam: (vt & Lat. interdum Exposcere vel Deposcere pro Exposcere ad pœnam dicitur) Isocr. Trapez. ἐὰν δὲ μηδὲν τούτων ποιῶ, παρ' ὑμῶν ἐξαιτεῖν, vt me à vobis exposcerent, Vt me à vobis dedi sibi postularent. Plut. in Narr. amat. εἶτα πέμπουσι Θηβαῖοι ἐξαιτοῦντες τοὺς Φώκου φονεῖς. Et passiuum ἐξαιτοῦμαι, Exposcor ad pœnam: vt Demosthenes dicit se ἐξαιτεῖσθαι ὑπὸ Φιλίππου & ὑπ' Ἀλεξάνδρου. Apud eundem ἐξαιτεῖν τὸν παῖδα, Seruum exposcere ad quæstionem, vel postulare: vt Dedere illum est παραδιδόναι vel ἐκδιδόναι: Bud. Comment. pag. 45 & 46. Interdū additur εἰς βάσανον. idem enim Budæus in lexico ex eodem Demosthene citat ἐξαιτοῦντα ἀνδράποδα εἰς βάσανον. quemadmodum & ἐπὶ τιμωρίᾳ adiunctum verbo ἐξαιτεῖν pro Exposcere ad pœnam, in vulgatis lexicis habetur. Dicitur autem & Ἐξαιτεῖσθαι significatione actiua pro ἐξαιτεῖν, id est Deposcere ad pœnam: vt Plutarchus De orac. defectu, οὕτως ἰσχυροὶ καὶ βίαιοι δαίμονες ἐξαιτούμενοι ψυχὴν ἀνθρωπίνην περιεχομένην σώματι.

Ἐξαιτεῖν, vel potius Ἐξαιτεῖσθαι voce passiua, sed signif. actiua, & quidem præcedenti contraria, pro Deposcere reum, Deprecari rei pœnam, Noxæ & periculo reum eximere. Demosthenes in Midiam, παιδία γὰρ παραστήσεται καὶ κλαήσει, καὶ τούτοις αὐτὸν ἐξαιτήσεται, id est, Eorum lacrymis sese condonari postulabit. Æsch. ἐξαιτοῦνται γὰρ σε τῶν κατηγορουμένων, postulant reorum delationes hominúmque reatus ob maleficia condonari precibus suis. In quibus exemplis à Budæo citatis pag. 45 alteram tantùm habemus huius verbi significationem. Cum quibus conuenit & hoc ex Lysia, τούτοις δὲ ἀφῆτε ἀνδρὶ ἐξαιτουμένῳ. His autē addo ea in quibus ἐξαιτοῦμαι non tantùm significat Deposco reum (vt Valer. loquitur) sed etiam impetro. Xenophon [illegible] lib. 1, principio, ὁ δὲ πείθεταί τε καὶ συλλαμβάνει Κῦρον ὡς ἀποκτενῶν. ἡ δὲ μήτηρ ἐξαιτησαμένη αὐτὸν ἀποπέμπει πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. pro quo ἐξαιτησαμένη dictum fuisse παραιτησαμένη ab aliis eandem historiam narrantibus; docebo in verbo παραιτοῦμαι. Ἐξαιτησαμένη autem expono vnico verbo Deprecata. (de qua interpretatione dicam & in παραιτοῦμαι, quod alteram quoque verbi Deprecor significationem habet) Potest etiam exponi, Quum deprecatione sua periculo eum liberasset. Item, Quum effecisset vt ille suis precibus condonaretur. Vel, Quum suis precibus eum seruasset. Eurip. Hec. ἐξῃτησάμην τοὺς κάτω δίκην τάφου κυρῆσαι simpliciter pro Impetraui ab illis, &c. Et ἐξαιτούμενος τὰ σφάλματα, apud eundē, pro Erratorū veniā impetrās, seu exposcens. Item ex Plutarcho, ἐξῃτήσατο τὴν Ἀσπασίαν δεηθεὶς τῶν δικαστῶν, pro A iudicibus exorauit Aspasiam, vel, Impetrauit. Sed malim A iudicibus deprecatus est Aspasiam: vt Cicero dixit, Nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Simul autem obseruandum dico in hoc Plutarchi loco, addi δεηθεὶς, quanuis alioqui δεήσεως significatio verbo ἐξαιτεῖσθαι inclusa sit, sicut ex aliis locis liquet: quemadmodum & cum παραιτεῖσθαι idem significante addidit δεόμενος, vt in illo verbo docebo. hoc tamē interest quòd non simpliciter δεόμενος, sed πολλὰ δεόμενος adiunxit. ‖ Ἐξαιτεῖσθαι passiuè in hac posteriore signif. apud Lysiam.

Ἐξαίτησις, ἡ, Ipsa actio deposcendi aliquem, ad supplicium videlicet. Postulatio ad quæstionem. ‖ Item, Deprecatio pro reo, vt interpr. Bud. in hoc Dem. loco, ἢ οὔτε ἡ τῶν συγγενῶν οὔθ' ἡ τῶν φίλων ἐξαίτησις ὠφέλησεν αὐτόν.

C. Ἐπαιτέω, τῶ, q. d. Superpeto, i. Insuper peto, vel Post aliud peto: vt Il. ψ, v. 590, — ἵππον δέ τοι αὐτὸς Δώσω τὴν ἀρόμην. εἰ καί νύ κεν οἴκοθεν ἄλλο Μεῖζον ἐπαιτήσαις, ἄφαρ κέ τοι αὐτίκα δοῦναι Βουλοίμην. Vbi ἐπαιτήσειας Eust. exponit, ἐπὶ τῷ ἵππῳ αἰτήσειας. Legitur tamen & ἀπαιτήσειας: quā lectionem mea editio in contextu habet (vtpote in pluribus exempl. à me repertam) alteram margini adscriptam. Ipse quoque Eust. vtriusque meminit, sed ita vt ἐπαιτήσειας magis probet.

Ἐπαιτῶ, Stipem peto, Mendico. Athen. lib. 8, Νόμος Κορώνη χεῖρα δὸς ὡς ἐπαιτοῦσιν. vbi pro ὡς ἐπαιτοῦσιν fortasse reponendum δοῦ ex hoc præcedente versu, Ἐσθλοὶ Κορώνῃ χεῖρα πόρδοτε κριθῶν. Vbi fortasse reponendū itidem ἐσθλῇ pro ἐσθλοί. HINC Ἐπαίτης, Qui stipem petit, seu corrogat, Mendicus. ἐπαίτης (inquit Suidas) ὁ πτωχὸς, καὶ κλίνεται ἐπαίτου. ‖ Item Ἐπαίτης, Circulator & θαυματοποιὸς, apud Chrys. pag. 15, inquit Bud. quam tamen expositionē locus Chrysost. admittere non videtur, qui ita habet, ὥσπερ ἐκείνων οἱ οἰκέται τῶν ἐπαιτῶν τοῖς θαυματοποιοῦσι προσέχουσιν, εἶτα ἥκοντες βραδέως, οἴκοι τὰς ἐσχάτας ὑπομένουσι πληγάς. Hic enim ἐπαῖται non ponuntur αὐτὶ τῶν θαυματοποιούντων, quum dicat, Illis qui, ἐπαῖται

quum sint, θαυματοποιοῦσι. quasi peculiare quibusdam A
ἐπαίταις sit θαυματοποιεῖν, id est Circulari, vel circulatoriis quibusdam præstigiis uti. Dedi autem huic significationi τῶ ἐπαιτεῖν pro Stipem petere, posteriorem locum, quòd planè persuasum habeam antiquiorem esse: & primùm dixisse Græcos ἐπαιτεῖν (sicut & προσαιτεῖν) pro Insuper petere vel Vltrà petere, de quibusuis: deinde ad mendicos hæc verba restrinxisse, quòd aliud semper atque aliud petant, siue quòd ad petẽdum quotidie redeant. Nisi quis malit eò illos respexisse quòd sæpe coniuncti aliquot stipẽ petant, adeo vt quum vni donata est, succinat alter, Et mihi diuiduo findetur B
munere quadra. Et ita ἐπαιτεῖν diceretur aliquis & προσαιτεῖν respectu eorum qui iam ᾔτησαν. Quò respexisse videri possunt in verbo Μεταιτεῖν potissimùm, de quo statim pòst tractabo: vt dicatur μεταιτεῖν quasi qui stipem vnus post alterũ petunt, vel vnà cum aliis. Potest tamen (& quidẽ melius) significationis huius verbi reddi alia ratio, vt videlicet μεταιτεῖν sit post petitũ vnũ alterum petere, sicut ἐπαιτεῖν & προσαιτεῖν, vltra vnum quod petitum sit, petere & alterum, id est, aliud atque aliud C
petere.

Ἐπαιτῶ in vulg. lexicis exponitur præterea Insimulo, Incuso. in quo errari puto, & verbo ἐπαιτῶ dari significationem quæ est verbi ἐπαιτιῶ.

C. ΜΕΤαιτέω, τῶ, Inter alios peto, Vnà cum alio vel aliis peto. Vnde etiam ponitur pro Partem peto, ab Herodoto: sicut μεταδίδωμι pro Partem do, vt annotat Bud. Sic Demosth. ἡ παρὰ τούτων ἀφ' ὧν εἰλήφασι, μεταιτεῖν. Adiungitur tamen τὸ μέρος ab Aristoph. vbi scribit, Τούτων μεταιτεῖ τὸ μέρος, εἰ δὲ μή, δάκνει. Vbi vacat præpositio in D
hoc verbo, vel certè abundat τὸ μέρος.

Μεταιτῶ, Stipem peto, Mendico. cuius significationis rationem vide in fine proximè præcedentis verbi Ἐπαιτῶ. Heraclitus in epist. ἀμείνους αὖ ἦσαν μεταιτοῦντες. Luc. cum accusatiuo iunxit, οἱ τὴν ἐφήμερον τροφὴν μεταιτοῦσι. Sic & Lat. Mendicare ponitur interdum absolutè, interdum cum accusat.

C. ΠΑΡαιτέομαι, οῦμαι, Deprecor. Exponitur etiam Recuso, Auersor, Repudio. Plut. Cor. καὶ μηδένα τρόπον κρίσεως, μηδὲ, αὖ ἄλλ. κολάσεως παραιτεῖσθαι. Quod exemplum primum pono, quòd eodem planè modo & sensu dicatur Lat. Deprecari pœnam, quo hîc παραιτεῖσθαι κόλασιν. E
Cic. autẽ etiã Deprecari & recusare copulauit in eodẽ genere loquendi, Tusc. 2, Nullum genus supplicii deprecatus est neque recusauit. Sic apud eundem pro C. Rab. Et vt idem Cic. Deprecari inuidiam, & Deprecari odium, dicit, sic παραιτεῖσθαι τὸν φθόνον, Aristides & Plutarchus. παραιτεῖσθαι τὸν πόλεμον, apud eundem Plut. Pericle. Herod. lib. 4, ὁ δὲ τὸ γῆρας προϊσχόμενος, παρῃτήσατο, id est F
(Bud. interpr.) Ipse autem, senectutem excusans, repudiauit, deprecatus est. Politian. autem vertit Abnuit imperium. Eadem iisdem verbis dixit idem Herodianus, lib. 7, παραιτούμενος δὲ καὶ γῆρας προϊσχόμενος. vbi Pol. vertit Recusare. Idem hist. iisdem verbis & lib. 2 vsus est, ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα παρῃτεῖτο, τῆς ἀρχῆς τὸ ἐπίφθονον γῆρας τε προϊσχόμενος, id est (Pol. interpr.) At ille recusare instituit, tanquam rem inuidiosam, nomẽ imperii. Sic idem Herod. de Commodo, τὴν πατρῴαν προσηγορίαν παραιτήσασθαι, id est, Vt repudiaret, Pol. interpr. Qui alibi vertit etiam Detrectare. Apud Plut. Themist. παραιτεῖσθαι G
πότους συνήθεις, Repudiare assueta conuiuia, vel Auersari. Potest etiam exponi vitare. Budæus παραιτεῖσθαι pro Vitare & cauere ex Diosc. citat: à Laertio quoque identidem sic accipi tradens. Idem παραιτεῖται interpr. Vitat Vel Refugit, in hoc Halic. loco, de Isocr. loquẽtis, τῶν τε φωνηέντων τὰς παρ' ἀλλήλοις θέσεις παραιτεῖται. Idem in Augusti apophth. ὥστε τὴν ἡμέραν ἐκείνην παραιτήσασθαι τὸ δεῖπνον, ita vt prandium recusauerit: vel commodius per infinit. Prandere recusauerit. Bud. interpr. liberius Prandio abstinuerit. ‖ Παραιτεῖσθαι τὴν γυναῖκα apud Plut. in H
Apophth. Vxorẽ repudiare, Vxori nuntiũ remittere, in vulg. lex. Budæus autem hoc exemplum ponit pro παραιτεῖσθαι significãte Repudiare, Vitare, Auersari. Affertur præterea ex Diosc. παραιτεῖσθαι ἀμβλυωπίας, pro Hebetudines oculorum amoliri, vel discutere. ‖ Παραιτοῦμαι cum infinit. Herod. lib. 3, φανερὰν ἔχθραν ἀεράδης καὶ πόλεμον ἐγεῖραι παρῃτήσατο, Minimè inimicitiis apertis ac manifesto bello agendum putauit, Pol. interpr. Ego malim (ad retinendã vim verbi Græci) Ab apertis inimicitiis abstinuit. Citatur & ex Porphyrio παραιτοῦμαι λέγειν pro Supersedebo dicere.

Παραιτοῦμαι τὴν ψυχὴν apud Herodotum ea itidem signific. qua Deprecari vitam dixit Cicero. ita enim ille in Clione, de Arione loquens, τὸν δὲ, συνέντα τοῦτο, λίσσεσθαι χρήματα μὲν προϊέντα σφι, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον, id est (Aulo Gell. interpr.) Tũ illum ibi pernicie intellecta, pecuniam cæteráque sua vt haberent dedisse, vitam modò sibi vt parcerent orauisse. Cicero dixit Vitã alicuius ab aliquo deprecari. Sic παραιτοῦμαι τινά (cuius constructionis exemplum affert Suidas, postquam dixit παραιτεῖσθαι esse συγγνώμην αἰτεῖν, id est, Veniam petere) puto reddi posse eadem planè constructione, Deprecor aliquem: ex hoc Ciceronis loco, De lege agr. contra Rullum, Sic, siquid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Vtitur autẽ τῷ παραιτεῖσθαι in hac construct. & signif. quidam ἀνώνυμος apud Suidam, ita scribens, ὁ δὲ, ἀναιρεῖν μέλλων αὐτὸν, ἀφῆκε, Παρυσάτιδος παραιτησαμένης αὐτὸν, καὶ τὴν στρατείαν αὐτοῦ φυλαξάσης. Quæ verba eandem prorsus historiam continent quam habemus initio τῆς ἀναβάσεως Xenophontis, sed vtentis verbo ἐξαιτήσασθαι pro eo quod ille dixit παραιτήσασθαι. scribit enim, ὁ δὲ πείθεταί τε καὶ συλλαμβάνει Κῦρον ὡς ἀποκτενῶν· ἡ δὲ μήτηρ ἐξαιτησαμένη αὐτὸν ἀποπέμπει πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Plutarchus tamen, sicut & ille qui à Suida citatur, verbo παραιτήσασθαι in eadem re commemoranda vti maluit, in vita Artoxerxis, ὀδυρομένη πολλὰ καὶ ποτνιωμένη, [μήτηρ Παρύσατις] παρῃτήσατο καὶ κατέπεμψεν αὖθις ἐπὶ θάλασσαν. Idem Plutarchus in Demetrio ita loquutus est, sed addens πολλὴ δεήσει, vbi scribit, παρῃτήσαντο πολλῇ δεήσει τοὺς Μεγαρέας. Sunt qui παραιτοῦμαι τοῦτον reddat Deprecor pro hoc: sed mihi longè aptior videtur illa mea interpretatio ad verbu, præsertim quũ & Cic. ita loqui obseruarim. nam videtur posse aliquis dici Deprecari pro aliquo, qui tamen illi veniam non impetret. At in vulg. lex. ex Plut. Pericle, παραιτούμενος τὴν πόλιν, Veniam orans ciuitati. Et ex eodem in Theseo, παραιτούμενος τὸν ἀνεψιὸν, liberandum patruelem impetrans. ‖ Dicitur etiam (& quidem frequentius) παραιτοῦμαί σε, A te veniam peto pro me, aut pro alio. Vel potius, A te veniã impetro, Te exoro. Sic apud Aristoph. in Vespis, ἢ τὸν παρῃτήσαντο τὸν πεπονθότα, Eum exorarunt qui læsus est, Ab eo veniam impetrarunt. Sic apud Herodotum παραιτέομαι τὸν βασιλέα. Et apud Plat. παραιτούμενος τοὺς ἄρχοντας ἀποδημεῖν, exponitur, Cum bona magistratuum venia peregrè proficiscatur. Et vt dicitur παραιτεῖσθαι τινά, sic etiam παραιτεῖσθαι τὴν ὀργήν τινός. Plut. Themistocle, παραιτεῖσθαι μνησικακοῦντος ὀργήν. Vtitur & in Romulo, & alibi. Obseruandum est autẽ, παραιτεῖσθαι tam in his loquendi generibus quàm in proximè præcedentibus eodem modo exponi, videlicet συγγνώμην αἰτεῖν: quæ tamen expositio ita distinguẽda est, vt quũ dicitur παραιτοῦμαι τοῦτον pro Deprecor hunc, id est deprecatione mea periculo libero, sit συγγνώμην αἰτῶ ὑπὲρ τούτου: at quum dicitur παραιτοῦμαι τοῦτον pro Deprecando exoro, sit συγγνώμην αἰτῶ τοῦτον. (vt dicitur αἰτῶ σε τοῦτο) Sed non satis mihi placet hæc expositio quum aliud sit Veniam petere, aliud Veniam impetrare. Suidas tamen hanc expositionem vtrique loquendi generi accõmodat: nam postquam dixit παραιτεῖσθαι esse συγγνώμην αἰτεῖν, & posuit exemplum in quo παραιτήσασθαί τινα est Veniam alicui impetrare: subiungit aliud in quo παραιτήσασθαί τινα est Veniam ab aliquo impetrare. Simul autem exponit & παρακαλεῖν, de qua expos. paulo pòst dicam. ‖ Dicitur etiam παραιτεῖσθαι περί τινος, id est aliqua de re, quod itidem exponitur συγγνώμην αἰτεῖν, vel ἀπολογεῖσθαι: vt apud Aristidem, παραιτεῖσθαι μὲν οὐκ οἶδα ὅτι δεῖ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις. Sic autem παραιτεῖσθαι in hoc loco exponitur à Thoma Magistro, & à Moschopulo. ac certè eam hic admitto libentius quàm in præcedẽtibus exemplis, propter eam quam reddidi rationem.

Παραιτοῦμαί σε τὸ μέμψεως (inquit Thomas Magister)

id est ἀπολύω καὶ ἐλεύθερος, vt sit Libero te crimine. Ego autem melius expressum iri παραιτοῦμαι existimo, retinendo verbum Deprecor in hoc etiam loquendi genere: vt quemadmodum dicitur à Cicerone aliquis A se crimen deprecari, ita dicamus Ab aliquo crimen deprecari, quod sit Depellere seu Remouere quasi deprecando. Simile autem esse puto apud Synesium, παρῃτούμην σε τῆς εἰρωνείας, Hanc à te dissimulationem deprecabar, quæ videlicet tibi crimini dabatur. Nec dissimile apud Plut. De Herod. Θεσσαλοὺς τοῦ μηδισμοῦ παραιτεῖσθαι. Melius tamen respondebit constructio Latina Græcæ, si παρῃτούμην σε τῆς εἰρωνείας interpretemur
B Excusabam te de dissimulatione: eodémq; modo Θεσσαλοὺς τοῦ μηδισμοῦ παραιτεῖσθαι, Thessalos de medismo excusare. id est, De eo quòd Medis fauerint. Sunt autem affinia Excusare & Veniam alicui impetrare: atque ita affine erit hoc loquendi genus (excepta cōstructione) illi præcedenti, παραιτοῦμαι τοῦτον, Deprecor hunc, id est, Deprecando veniam illi impetro. In vulg. lex citatur ex Philostrati Heroicis παραιτοῦμαί σε τοῦ πατρὸς pro Apud patrem te excuso. Item ex eodem libro, παραιτοῦ-
C μαι τοῦ λόγου pro A sermone abdico. Quæ duo exempla tamen in illis lexicis non simul ponuntur. ‖ Post quæ tot exēpla nō debet noua videri significatio verbi παραιτεῖσθαι quæ est apud Lucam, cap. 14. v. 18, καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες, id est Se excusare. Ita tamen vt fatear, quod ibidem subiungitur bis, ἔχε με παρῃτημένον, pro Habe me excusatum, minus vsitato loquendi genere esse dictum. Iam verò & apud Plutarchum παραιτεῖσθαι de re eadem ponitur, vt videlicet παραιτεῖσθαι sit eius qui inuitatus ad cœnam, non it: & παραιτεῖσθαι dicatur
D vel Recusare, vel Excusare se. ἐδόκει γὰρ ὑπὸ Καίσαρος εἰς δεῖπνον καλεῖσθαι παραιτούμενος δὲ, ἀγαγὼν τῆς χειρὸς ὑπ' αὐτοῦ, μὴ βουλόμενος.

Παραιτοῦμαι pro simplici αἰτοῦμαι, Precor, Rogo (vt Deprecor interdum pro simplici Precor, vel pro Postulo aut Posco: vt docet Bud. 1035. Nisi potius dicamus in παραιτοῦμαι præpositionem παρὰ, in Deprecor præpos. De, significationem augere.) Aristoph. Equitibus, ἓν δ' αὐτοὺς παραιτησόμεσθα, vnum hoc eos rogemus. Sic Plato
E Apol. ὅπερ κατ' ἀρχὰς ὑμᾶς παρῃτησάμην. Sic παραιτοῦμαί σε συγγνώμην, apud Menandrum. Dicitur & cum infinitiuo, παραιτοῦμαί σε τοῦτο ποιεῖν. Nam pro eodem ponuntur παραιτοῦμαί σε συγγνώμην, & παραιτοῦμαί σε συγγνώμην ἔχειν, vel συγγνώμονα εἶναι. Herodotus, συγγνώμην παραιτέετο θεὸν αὐτοῦ ἔχειν τῶν ἐρηθέντων. Sic apud Suidam nescio quis, παραιτοῦμαι τοὺς θεωμένους συγγνώμην ἔχειν εἰ μὴ ἀγωνίζοιτο. (Cui exēplo apta est expositio per verbū παρακαλεῖν, nō autem illi cuius suprà memini. Sed huic expositioni rursum adiūgit aliā minimè cōuenientē, videlicet ἀπαγορεύοι) at tertium illud vsurpat Xenophon, quum scribit
F παραιτήσῃ τοὺς θεοὺς συγγνώμονας σοι εἶναι. Nec tantùm dicitur παραιτοῦμαί σε ποιεῖν, sed etiam παραιτοῦμαί σε μὴ ποιεῖν. Thuc. lib. 5, pag. 186, ὁ δὲ παρῃτεῖτο μηδὲν τοιοῦτον δρᾶν. Sic Demosth. παραιτήσομαι δ' ὑμᾶς μηδὲν ἀχθεσθῆναί μοι. Quāuis autem apud veteres scriptores παραιτοῦμαι in hac postrema signif. sæpius obseruarim, primum tamen eilo cum non dedi quòd viderentur illa exempla in quibus præpositio vim suam obtinet, poni debere ante illa in quibus illam amittit.

G Παραιτοῦμαι in pass. signif. vt παραιτηθεὶς δὲ διὰ τῶν φίλων τοῦτον ἀπέλυσε τῆς αἰτίας. quod exemplum à Suida citatur, & παραιτηθεὶς exponitur παρακληθεὶς. Sic autem παρῃτημένος pass. pro excusatus, in Lucæ loco quem suprà citaui.

Παραίτησις, εως, ἡ, Deprecatio, & quidem accipiendo hoc nomen in vtraque signif. Sed frequentius pro deprecatione, i. vehementi precatione: vt apud Plat. in Gorg. οἶκτος μόνου καὶ λιταὶ καὶ φίλων παραίτησις, ἐν ὄχλῳ μόνοις τῆς κρίσεως, χρῆσιμα, Amicorum preces supplices & deprecatio, apud populum multum valent. Item Ve-
H niæ petitio. Thucyd. lib. ·, ἐνδεήσεται δ' οὐ παραιτήσεως μᾶλλον ἕνεκα ἢ μηνύσεως, καὶ δηλ. &c. nam hic exponit schol. οὐχ ἕνεκα τοῦ αἰτεῖν συγγνώμην. At Valla vertit, Non purgandi nos gratia. Sunt & qui pro deprecatione (in recusandi signif.) accipiant. Apud Plutarchum in Numa, πρὸς θεῶν τιμὴν ἡ παραίτησιν exponitur Ad postulādam à diis veniam. Est παραίτησις eius etiam qui veniam dat, sequēdo Bud. qui παραίτησιν ait esse etiam veniam, id est, gratiam & indulgentem concessionem, in hoc Plat. loco De leg. lib. 11, καὶ μηδεμία τῆς μονῆς παραίτησις ἐπὶ τούτῳ παρ' ἀρχόντων γιγνέσθω. Sed possit hic quoque παραίτησις ad eum referri (& quidem rectius, meo iudicio) cui venia indulgetur: vt dicat Nullo pacto veniā moræ impetret à iudicibus. ‖ Παραίτησις, Excusatio (de qua significatione dixi & in ipso verbo) Synesius, ἀνθρώπῳ δὲ παραίτησις γίνεται, διευλαβουμένῳ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν. Sic & apud Basilium in epist. ad Leontium. Affinia autem sunt Excusare & Purgare, quo posteriori verbo Vallam dixi in interpr. Thuc. loco vsum.

Παραιτητὴς, οῦ, ὁ, Deprecator. ET Παραιτητὸς, q. d. Deprecabilis (vt Gellius Indeprecabilis) Apud quem deprecationes valent, Exorabilis. Plato De legibus lib. 10, τὸ δὲ παραιτητοὺς αὖ θεοὺς εἶναι τοῖς ἀδικοῦσι, δεχομένους δῶρα, &c.

C. Ἀπαραίτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Indeprecabilis, Inexorabilis. (Gellius Indeprecabilis dixit, sed de re tamen non de persona. Citatur enim ex eo, Indeprecabilis pœna subeunda esset) Plato, θεοὶ παρὰ τὸ δίκαιον παντάπασιν ἀπαραίτητοι. Apud Plut. in Cæsare ἀπαραίτητος δοκεῖ, Durus & inexorabilis, vel Inclemens, Bud. interpr. Idem affert ex Antiphonte in Leocratem, ἀπαραιτήτους δικαστὰς μὴ παρέχοντας συγγνώμην. Et ex Gregorio, ἀπαραίτητος δῆμος, Crudelis, Qui precibus non flectitur, ἡ δίκαστὴς ἀπαίθευτος, ἡ δήμιος ἀπαραίτητος. Rursum apud Plutarchum ἀπαραίτητον ἰαθὲν & ἐπίπονον esse ait Qui seuerè curat, qui τῷ ἡδίστῳ opponatur. Dicitur etiā aliquis ἀπαραίτητος esse περί τι
D vt apud eundem Plut. Pericle, ἀπαραίτητος περὶ τὰς δίκας, Seuerus in exigendis rationibus, vel potius Seueritate quadam inexorabili vtens. Itē dicitur aliquis esse ἀπαραίτητος τὴν ὀργὴν, Esse sæuus ira & inexorabilis, vel Esse inexorabili quadam ira & implacabili præditus: apud Philonem De vita Mosis lib. 1, εἶτ' ἄπο χαλεπὸς καὶ βαρύμηνις καὶ ἀπαραίτητος τὴν ὀργήν. Et τὸ ἀπαραίτητον substantiuè, Seueritas quadam inexorabilis, siue indeprecabilis: vt Plut. Publicola, τὸ ἀπαραίτητον αὐτοῦ πρὸς τοὺς πονηρούς. ‖ Dicitur etiam de re, ac primùm vt dicitur aliquis esse ἀπαραίτητος τὴν ὀργὴν in proximè præ-
E cedente exemplo, sic etiam ira eius esse ἀπαραίτητος. Itē ἀπαραίτητος δίκη, & ἀπαραίτητος τιμωρία, vt à Gellio Indeprecabilis pœna. Philo de mundo, ἀπαραίτητον δίκην ἀπέτισε. Sic apud eundem De vita M. lib. 1, ἀπαραιτήτου τιμωρίας. ‖ Apud Plutarchum, ἱκέτευμα ἀπαραίτητον, q. d. Irrecusabilis supplicandi modus. Plut. De primo frig. ἐν δὲ Πέρσαις τῶν ἱκετευμάτων μέγιστον ἦν καὶ ἀπαραίτητον. id est (Turn. interpr.) Atque etiam apud Persas genus erat supplicandi sine vlla recusatione. Ego existimo posse etiam verti Repulsam non patiens. Apud Plut. autem
F ἀπαραίτητος πορεία, Profectio quæ recusari non potest, Iter quod suscipiendū est sine recusatione. Plut. in Consol. ad Apoll. καθάπερ γε τῆς εἰς κοινὴν πατρίδα πορείας προκειμένης πᾶσιν ἀναγκαίας καὶ ἀπαραιτήτου, &c. At verò ἀπαραίτητος κίνδυνος, Ineuitabile periculum, interprete Ruellio, apud Diosc. lib. 7. cap. 2, in principio, καὶ ὁ ἀπ' αὐτοῦ κίνδυνος ἀπαραίτητός ἐστιν εἰ μὴ πολλοῖς χρήσαιτο τοῖς βοηθήμασι. Sic ἀπαραίτητον κακὸν, interpretor Ineuitabile malum, non, implacabile, vt in vulg. lexicis.
G HINC aduerb. Ἀπαραιτήτως, Inexorabiliter, Cum seueritate inexorabili: vt ὠμῶς καὶ ἀπαραιτήτως, Thuc. lib. 3. ἀπρεπῶς καὶ ἀπαραιτήτως, Philo De vita Mosis lib. 1. Apud Plut. in Solone, ἀπαραιτήτως κολάζειν. Et in Pericle, ἀπαραιτήτως τούτοις χρώμενος, Quum se inexorabilem seu implacabilem illis præbuisset, Quum rigidus & inclemens erga illos fuisset. Ad verbum, Quùm inexorabiliter illis vsus fuisset, id est, Valde inclementer erga illos se gessisset. Ex eodem Plut. in Themist. citatur, ἀπαραιτήτως ἔχει πρὸς αὐτὸν δοκεῖ, pro Non videtur
H cum eo in gratiam vnquam rediturus.

C. Δυσπαραίτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ET Εὐπαραίτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, contraria. Δυσπαραίτητος, Exoratu difficilis, Qui difficilè exoratur, Non facilè exorabilis. Item pro ἀπαραίτητος, Inexorabilis, Implacabilis. Æschyl. Prometh. p. 7 meæ edit. — Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες. Citatur & ex Plu

tarcho in Fabio, δυσπαραίτητος θυμὸς pro Implacabilis ira. HVIC oppositum Εὐπαραίτητος, Facilè exorabilis, Placabilis, Non durus deprecantibus. Vel Deprecabilis, quo nomine antè exposuimus παραιτητής. A

C. ΠΡΟΣαιτέω, τῶ, Insuper peto. Xen. in Apol. Socr. πτωχὸν ἐπὶ προσαιτῶν. Nisi quis malit Petens tanquam mendicando. De qua signif. nunc dicam. Vide quæ in Ἐπαιτῶ dixi de præpositione quæ est in hoc verbo.

Προσαιτέω, τῶ, Stipē peto, Stipē ostiatim peto, Mendico: vt ἐπαιτῶ & μεταιτῶ. Isocr. Areop. τότε μὲν οὐδεὶς ἦν τῶν πολιτῶν ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων, οὐδὲ προσαιτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας, id est, Stipem petens à quouis obuio, Bud. Sic apud Plutarch. περὶ εὐθυμίας, Καὶ ζῆν ὥσπερ ἡμῖν ὁ βίος οὐ προσαιτοῦμεν, οὐκ ἀχθοφοροῦμεν, οὐ κολακεύομεν. B

Προσαίτης, Qui stipem petit, Mendicus. Plut. in Hellen. problem. ἀναλαβὼν ῥάκια καὶ πήραν, καὶ προσαίτης ὤν. Chrysostomus, ἐλθεῖν εἰς ὁμιλίαν τῶν προσαιτῶν. Ab Homero dicitur προΐκτης.

ΑΙ'ΤΙΟΣ, -ου, ὁ, Fœm. αἰτία, Neutr. αἴτιον, Qui vel quæ vel quod in causa est. vel, Qui causa est rei alicuius. Autor. vt Isocr. ad Phil. θεοὺς τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν αἰτίους ὄντας, Deos bonorum nobis autores. Aristophanes Pluto, πάντων αἴτιος καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν. Demosth. Pro corona, ὡς φόβων καὶ κινδύνων αἰτίῳ τῇ πόλει γεγενημένῳ. Isocr. De pace, τὴν εἶναί φασί τινες αἰτίαν γενέσθαι τῇ Σπάρτῃ τῶν κακῶν. Demosth. τί ποτ' οὖν αἴτιον ὅτι, &c. Quid in causa est cur, &c. Interdum αἴτιος fœm. gen. pro αἰτία. Aristot. De mundo, ἡ ἐν οὐρανῷ δύναμις σύμπασιν αἴτιος γίνεται σωτηρίας. ‖ Aliquādo αἴτιος ponitur cū datiuo personæ duntaxat: vt Il. γ, Οὔτι μοι αἰτίη ἐσσί· θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσι. vbi Eust. subaudit genitiuum πολέμου. C

Αἴτιος, Culpæ affinis, Culpandus, Accusandus, Qui culpari debet ob rem aliquam, vtpote eius autor. ὁ αἰτιατός, ὁ ὑπὸ αἰτίασιν καὶ μέμψιν, vt exponit Eustath. Homerus Il. α, Οὔτι μοι αἴτιοι εἰσί. Od. π, Ἠπεδανός ... ἀτὰρ οὔτι μοι αἴτιος ἄλλος, Ἀλλὰ ... Idem Il. γ, Ὦ θεαί, οὔτις ἀνὴρ νῶϊ αἴτιος. Il. ο, — ὅς τ' αἴτιος, ἔστι καὶ ... Il. τ, — οὐδέ τι ἡμεῖς Αἴτιοι. Herod. 1, οὐδὲν ἐόντας αἰτίους, minimè affines culpæ, vel Innocentes, ἀναιτίους. Exponūt quidam, Nihil commeritos. Cicero apud Platonem οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι interpretatur, Non accusare quod esset accusandū. Idem hæc eiusdem verba, εἰ γὰρ ἦν τοῦτο [τὸ γῆρας] αἴτιον, vertit, Nam si id culpa senectutis accideret. Vide meum lex. Cic. Αἴτιος ab Eustath. exponitur ὑπεύθυνος καὶ κολάσεως ἄξιος, id est, Sons vel reus, & supplicio dignus: hoc in versu, Αἴτιος ὁ γράψας αἴτια Καλλιμάχου. D E

Αἴτιος cum genitiuo putatur sumi pro Obnoxius apud Dioscoridem, lib. 8, ληθαργικοὶ δὲ γίνονται καὶ καταφορᾶς αἴτιοι, id est Lethargici fiunt & veterno obnoxii.

Comparatiuū αἰτιώτερος, Qui magis est causa, vel in causa. Superlat. αἰτιώτατος, Qui maximè est in causa. Apud Athen. 2, ὡς ταύτης αἰτιωτέρας οὔσης. Xen. Ἀπομν. 1, οἴει τι ἄλλο αἰτιώτερον εἶναι; Quicquam aliud magis in causa esse putas? Idem Hell. 5, αἰτιώτατοι ἦσαν. Apud Thuc. αἰτιώτατος ἐγένετο, Præcipuus autor fuit. F

¶ Αἴτιον, ου, τό, Substant. Causa, Ratio. Demosth. Pro corona, τὸ δ' αἴτιον οὐκ ἀγνοεῖς. At Philipp. 3, πολλὰ μὲν οὖν ἴσως τὰ αἴτια τοῦ ταῦτ' οὕτως ἔχειν, hic & in huiusmodi locis αἴτια est adiectiuè positum, non substantiuè. At substantiuè passim apud philosophos: vt αἴτια κύρια καὶ αὐτοτελῆ, Causæ principales & perfectæ. αἴτια προηγούμενα vel προκαταρκτικά, Causæ antecedentes vel antegressæ. αἴτια προσεχῆ, Proximæ causæ. Συναίτια, Adiuuantia causarum, vel, Quæ rerum adiuuant causas. Quas interpretationes ex Cicerone habes in meo lexico Ciceroniano. Gregorius Nazianzenus De theologia, τὸ πρῶτον αἴτιον vocat Deum. Inscripsit Theophr. quendam suum librum, αἴτια φυσικά. Callimachus item quendam suum appellauit αἴτια absolutè: cuius meminit Martialis. legendum enim apud eum ætia Callimachi, non ethia. De illis fertur & hic versus, Αἴτιος ὁ γράψας αἴτια Καλλιμάχου. sed apud Eustath. legitur Καλλιμάχου. ‖ Quandam apud rhetores differentiam inter αἴτιον & αἰτίαν vide apud Fabium. G H

¶ Αἰτία, ας, ἡ, aliud substāt. Causa, Ratio. Plato in Timæo, διὰ δὴ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν ἐπικλίναντα, id est (Cicer. interprete) Hanc rationem habuit vt absolueret. Idem ibidem, δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο vertit, Quæ causa collocandi fuerit. Idem αἰτίας πρώτας, Causæ primæ. A

Αἰτία, Culpa, Crimen. Plato Pol. 1, ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι καὶ τῶν γε πρὸς τοὺς οἰκείους μία τις αἰτία ἐστίν, οὐ τὸ γῆρας, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων, id est (interprete Cic.) Sed in moribus est culpa, non in ætate. Vbi tamen αἰτία verti etiam potest fortasse causa. Est autem frequentissimum hoc loquendi genus, αἰτίαν ἔχειν cum genitiuo, vt αἰτίαν ἔχειν τοῦ πολέμου. Plut. in Pericle, Culpam belli sustinuit, Culpatus fuit ob bellum, Vitio verterunt illi bellum. ita enim malo quàm vt exponitur vulgò, Inuidiā belli ... vertit. Xenophon, αἰτίαν ἔχει τούτου, Ob hoc culpatur, Huius rei culpa in illū cōfertur. Dicitur & αἰτίαν ἔχειν ἐπί τινι τούτῳ. Idem, οὐ παύω γε ... ἐστιν ... τὴν ... αἰτίαν ἔχοι. Nonnunquam infinitiuum habet loco genitiui, Lucianus, αἰτίαν ἔχω ψεύδεσθαι, pro ψεύδους, Insimulor mendacii, Culpor vt mendax. Plut. Themistocle, αἰτίαν ἔχει μηδίζειν, accusatur quòd Medorum partibus faueat. Synesius, ὅς καὶ παιδόθεν αἰτίαν εἶχον ἐπιμαίνεσθαι τι καὶ ἱπποманεῖν, id est (vt Budæus interpretatur) Qui ab ineunte ætatula malè audieram, quasi insano studio armorum equorúmque flagrarem. Idem eiusdem Synesii hæc verba, αἰτίαν ἔχειν πρᾳότατος εἶναι, reddit, Cui vitio vertebatur nimia clementia. Et cum præterito infinitiui. Demosthenes Pro corona, Φιλίππῳ προδεδωκέναι πάντα αἰτίαν ἔχει. Dicitur & αἰτίαν ἔχειν, absolutè. Xenoph. Pæd. 5, διὰ τὸ σὺν πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν, eo quòd cum multis in culpa sint. Hic enim αἰτίαν ἔχειν hoc significat: quum alibi frequentissimè αἰτίαν ἔχειν is dicatur qui accusatur rei alicuius nomine, in quem culpa confertur, siue meritò, siue immeritò. Quo etiam modo vsurpatur αἰτίαν ἔχω ταύτην, Accusor hoc nomine, Crimen hoc in me cōfertur. Dem. contra Midiam, δικαίως ἂν ταύτην ἔχει τὴν αἰτίαν. Isocr. in Areop. εἰκότως ἂν ἔχοιεν τὴν αἰτίαν ταύτην. Dicunt & αἰτίαν ἔχειν ὑπό τινος, Accusari ab aliquo. Thucydides, αἰτίαν πολλὴν ἔχω ὑπὸ σοῦ vbi ἔχω pro λαμβάνω accipitur. Dicitur & αἰτίαν ὑπέχειν pro αἰτίαν ἔχειν. Xenophon Pæd. 6, καὶ αἰτίαν ὑπέχειν, ἢ ἐξαμαρτάνετε. Quod loquendi genus imitari volens Cicero, ad verbum dixit Causam sustinere, vt Budæus annotat. ‖ Sunt autem aliæ phrases αἰτία cum verbo ἔχειν habentes, quæ actiua significatione dicuntur. Nā vt αἰτίαν ἔχω passiuè sumitur pro Accusor, Insimulor, Mihi vitio vertitur, In me culpa transfertur: sic δι' αἰτίας ἔχω σε, vel ἐν αἰτίᾳ σε ἔχω, capitur pro Accuso, Insimulo, Culpo. Thuc. 2, ὑμᾶς αὐτοὺς δι' αἰτίας ἔχετε. Idem 5, ἐν αἰτίᾳ ἔχοντες τὴν Ἄγιν. B C D E

Alia sunt verba quæ cum nomine αἰτία iuncta idem valent quod αἰτίαν ἔχειν, passiua significatione: & quod δι' αἰτίας ἔχειν vel ἐν αἰτίᾳ ἔχειν, actiua. Xenoph. Pæd. 5, ἐν αἰτίᾳ εἶναι & αἰτίαν ἔχειν eodem loco dixit in eadem significatione, ita scribens, καὶ πάντες ἐδόκουν ἐν αἰτίᾳ εἶναι καὶ οὐδεὶς τῇ αἰτίᾳ οὔτε αἰσχύνεσθαι, οὔτε φοβεῖσθαι ὁμοίως, διὰ τὸ σὺν πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν. Est autem ἐν αἰτίᾳ εἶναι, Latinè verbum è verbo, In culpa esse. Quanquam siquis propius intueatur, animaduertet posse aliquem αἰτίαν ἔχειν, id est Accusari, & in eum culpam conferri, qui tamen non ἐστὶν ἐν αἰτίᾳ, atque immeritò accusatur. Αἰτίαν λαμβάνω pro αἰτίαν ἔχω, id est Accusor. Thucyd. 6, ἐς τὴν περὶ τῶν μυστικῶν αἰτίαν λαβέσθαι. Dicitur pro eodem αἰτίαν φέρομαι. Thucyd. αἰτίαν τοῦ ἀδικεῖν φέρομαι. Item αἰτίαν ὑπομένειν, idem quod αἰτίαν ὑπέχειν. nam ὑπέχειν & ὑπομένειν synonyma sunt. Æsch. contra Ctesiph. τὴν τοῦ βοιωτιάζειν ὑπομεῖναι αἰτίαν. ‖ At verò pro δι' αἰτίας vel ἐν αἰτίᾳ ἔχω in actiua significatione, videlicet pro Culpo, Accuso, Culpam in aliquem confero, vel impingo, Crimen impingo, dicitur, ἐν αἰτίᾳ τίθημι. Herodotus, ἐν αἰτίῃ τιθέντες τὸν Μαρδόνιον. Id est ad verbum, è Cicerone, In culpa ponentes Mardonium. Idem valet, αἰτίαν σοὶ ἀνατίθημι. Apud Isocratem autem ad Demonicum, in plurali, ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσι. Reperitur pro eodē αἰτίαν σοὶ ἐπάγω, vel αἰτίαν ἐπί σε ἄγω, apud Demosthenem. sic enim in Æschinem, ἐμὲ τὴν αἰτίαν σοὶ ταύτην ἐπάγειν. Idem, αἰτίαν φόνου ἐπ' ἐκεῖνον ἄγω. Dicitur & αἰτίαν ἐπιφέρειν. & apud Isocratem De pace, αἰτίας ἐπιφέρειν. Item ἐν αἰτίᾳ ποιεῖσθαί τινα, apud Synesium: vel αἰτίαν ποιεῖσθαί τινος: vt apud Plutarchum in Pericle: vel κατά τινος, vt apud eundem in F G H

Publicola, οἱ δὲ δήμαρχοι τοῦ Μαρκίου τὴν αἰτίαν ἐποιοῦντο. Sophocles autem dixit eodẽ sensu, αἰτίαν νέμω, scribẽs, — ἐκείνῳ ποῦ τις αἰτίαν νέμει. Habetur item apud Plutarchum, αἰτίαν τρέπω εἴς σε, vt Latinè dicitur, Culpam in te transfero. ad verbum, Culpam in te verto, seu Conuerto. ‖ Contraria autem sunt his, αἰτίας ἀπολύειν, αἰτίας ἐξελεῖν, Culpa liberare siue culpæ, (vt Liuius loquitur) Absoluere culpa seu crimine, Exoluere culpa, cum Tacito. Dimouere culpam ab aliquo, vel Remouere. Itẽ Culpæ eximere, vel ex culpa: quod loquendi genus ad verbum respondet illi posteriori, αἰτίας ἐξελεῖν.

Αἰτίαν ἐνδέχεσθαι (inquit Budæus) est In se crimen recipere, Crimini se offerre, Agnoscere rem perpetratam, & se mandatorem profiteri. Quod & ἀναδέχεσθαι τὸ ἔγκλημα & τὰ ἐγκεκλημένα dicitur: quibus omnibus Demosth. vsus est.

Αἰτίας pluraliter sæpe etiam dicunt: vt Isocrates ad Nicoclem, ὡς αὐτὸς τὰς αἰτίας ἕξων ὧν ἂν ἐκεῖνοι πράξωσι. Idem ad Demonicum, ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν. Sic dictum est, αἰτίας μεγάλας ἔχω, Grauia crimina in me conferuntur. Reperitur & ἐν αἰτίαις γίνεσθαι, sicut & ἐν αἰτίαις εἶναι apud Æschinem contra Ctesiphontem, ἐν ταῖς μεγίσταις δ᾽ ἦσαν αἰτίαις οἱ πρέσβεις, Grauissimæ res legatis obiiciebantur, Grauissima crimina legatis impingebãtur. Budæus autem annotat ἐν αἰτίαις εἶναι significare non solùm Accusari & inculpari, sed etiã pœnas pendere. Apud Athenæum, ἐν αἰτίαις ἔσονται ταῖς μεγίσταις, verba sunt edicti Antiocheni, Non impunè ferent, Graui animaduersione plectentur.

Notandum est autem αἰτίαν vsurpare Isocratem in bonam etiam partem, cum his verbis ἔχειν, ἀνατιθέναι, ἐπιτιθέναι, ἐπιφέρειν. fortasse & cum aliis: sed hæc tantùm obseruaui: vt, ἡμεῖς τούτων τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν ἔχομεν, pro, Hæc bona nobis ferentur accepta. In epistola quadam ad Philippum, ἀλλὰ καὶ τοιούτων τὴν αἰτίαν τοῖς στρατοπέδοις ἀνατιθέασι, Talia exercitibus accepta ferunt. In Panathenaico, καίτοι τῶν μὲν ῥηθέντων, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον συμβαλοίμην, ἅπαντες ἂν ἐμοὶ τὴν αἰτίαν ἐπιθεῖεν. Idem ibidem, τὸ μὲν οὖν διαφερόντως τῶν ἄλλων οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν ἡμῶν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον, δικαίως ἂν ἐπενέγκαιμεν τὴν αἰτίαν τοῖς βασιλεύσασιν αὐτοῖς.

Αἰτιώδης, εως, ὁ καὶ ἡ, Causalis: vt αἰτιώδεις σύνδεσμοι, apud quosdam Græcos grammaticos, quæ apud Latinos causales coniunctiones. frequentius tamen vocantur αἰτιολογικοί. ‖ Αἰτιῶδες ψεῦδος vide apud Suidam.

C. Αἰτιολόγος, ου, ὁ, Qui rationem reddit. Alii exponũt, Qui sequitur rationem & vtitur probationibus.

Αἰτιολογία, ας, ἡ, Causæ redditio, seu rationis, Causatio, Causificatio. Est autem schema apud rhetores αἰτιολογία, de quo ita Fabius lib. 9, cap. 3, Quod verò schema est ad propositum subiecta ratio? vtcum quod Rutilius αἰτιολογίαν vocat? nam de illo dubitari possit an schema sit distributis subiecta ratio. Meminit idem lib. 1. cap. 15: quanquam ibi pro ætiologiæ & ætiologia legitur in nõnullis exemplaribus ethologiæ & ethologia.

Αἰτιολογικὸς, οῦ, ὁ, Peritus ætiologiarum, id est reddendi rationem eius quod in quæstione versatur, vel quasi artẽ illam factitans, apud Sextum philosophum. ‖ Αἰτιολογικὸς, Causalis, Causæ redditiuus: vt apud grammaticos Græcos σύνδεσμοι αἰτιολογικοί, coniunctiones causales apud vulgus Lat. grammat. siue rationales. ‖ Αἰτιολογικὴ, pars medicinæ quæ causarum differentias & vires expendit. Quum autem causæ duplices sint (vt docuit Galenus) salubres & insalubres, quarum illæ ad tuendam sanitatem, hæ ad morbum gignendum plurimum habent momenti, non est dubium, ambarum cognitionem ad eam medicinæ partem spectare, sed earum maximè à quibus morbi prodeunt. quam ob causam etiam à quibusdam παθολογικὴ pars eadem dicta fuit. Eam in totum neglexerunt olim methodici, sed maximi semper fecere dogmatici, Hippocratis vestigiis insistentes. Hæc Gorr.

Αἰτιολογέω, ῶ, F. ήσω. P. ηκα, Rationem siue causam reddo. Apud Sextum philosophum cum accusatiuo: vt ὥστε πολυτρόπως αἰτιολογῆσαι τὸ ζητούμενον. Exponitur & Causor. ‖ Αἰτιολογῶ, Vtor schemate quod ætiologia dicitur.

‖ Exponitur præterea in vulg. lex. Græc. Causas ago: sed perperam.

Ἀκανθήεις, εντος,ὁ, in carmine,idem quod ἀκανθικὸς vel po
tius ἀκανθώδης in proſa:vt ἀκανθῆεν πετάλειον,Nic.Ther.
ET Ἀκανθής apud Heſ.idē.Nā ἀκανθὲς exponit ἀκανθῶδες.
Ἀκάνθινος,ου,ὁ καὶ ἡ,Spineus, Ex ſpinis factus,Ex ſpinis cōtex
tus:vt ἀκάνθινος στέφανος apud Marcū & Ioannem Coro-
C na ſpinea;Corona ex ſpinis cōtexta,qua fuit coronatus
Seruator noſter.Quidā ſpinoſam corona vertit,nō diſ-
cernens ἀκάνθινος,i. Spineus,ab ἀκανθώδης, i. Spinoſus.
Dioſc.ἀκάνθινα ξύλα,Spinea ligna,Spinea materies.
Ἀκανθεὼν,ῶνος,ὁ,Spinetum,Senticetū.nomen περιεκτικόν,vt
à χαράδρα dicitur χαραδρεών. ET Ἀκανθὼν quoque
triſyllabum pro ἀκανθεὼν,in vulg.lex.habetur. Quod ſi
recipiamus,tale eſſe dicemus quale δαφνὼν à δάφνη.
Ἀκανθόω,ῶ,F.ώσω,Spinoſum ſeu aculeatū reddo . Vnde ἀ-
κανθοῦμαι paſſ.Spinoſus ſeu aculeat⁹ fio,vel ſum,Spinis
D ſeu aculeis horreo.Theophr.de lactuca ſylueſtri ,θριδα-
κίνη τὸ,τε φύλλον ἔχει βραχύτερον τῆς ἡμέρου,καὶ τελειουμένον ἀκανθοῦ
ται.Cicer.animalia ſpinis hirſuta vocat quæ ἠκανθωμένα
Græci dicerēt,vt opinor. ET cōp.Ἐξακανθῶ,pro eo-
dē.Vnde paſſ.Ἐξακανθοῦμαι.quod Baſil.metaph.vſurpa-
uit in epiſt.quadā ad Libaniū,μέμψεσι δέ ποι καὶ ἐγκλήμασι
τὰ γράμματά σου ἐξηκάνθωτο , accuſationibus quibuſdā &
criminationibus literæ tuæ tanquā aculeis horrebant,
vel,tanquam ſpinis inhorreſcebāt , vel,horridæ & aſpe
ræ redditæ erant.
E Ἀκανθίζω, Spinoſum reddo,in actiua ſignif . Exponitur &
in neutra,Spinoſus ſum,Spinis horreo. ET Ἐξακαν-
θίζω cōpoſ.cōtraria ſignif.q.d.Expinare,i.Spinis priua-
re,Spinas euellere. ‖Sed in vulg.lex.exponitur etiam
Aculeatum eſſe.
¶Ἄκανθος,Echinus,ſeu Erinaceus:vel(vt alii)Erinacei ge-
nus.Habet autē erinaceus aculeatū totū fere corpus.vn
de & ab aculeis ac ſpinis nomē accepit : ob quas etiam
ἀκανθονώτης apud Heſ.appellatur.Sic & in illo verſu quē
ſuprà citaui,videmus echinos appellatos καρηκομόωντας
F ἀκάνθαις. Heſychio ἄκανθος eſt ζῶον & φυτὸν & πτίλον . vbi
poſt ζῶον deeſſe videtur aliquid. ET cōpoſ. Ἀκανθό-
χοιρος in vulg.lex.Echinus terreſtris.
Ἀκανθίων,ωνος,ὁ,idem quod ἄκανθος,[illegible] Echino. Ἀκανθίων
(inquit Gal.lib.1,τῶν κατὰ τόπους)terreſtris erinaceus dictus
eſt à Sorano,quòd armatus ſit ἀκάνθαις,id eſt Spinis. In
vulg.lex.ex eodem citatur ἀκανθίων ἐπίγειος quem Heſy
chius ἐχῖνον χερσαῖον nominat.
¶Ἀκανθίς, Auis quæ Spinus à Gaza dicitur apud Ariſtot.
item Ligurinus. Virg.Georg.3, Littoráq; halcyonē re-
G ſonant & acanthida dumi.Vbi Seruius, Per dumos ve-
rò [reſonat]acanthis,quam alii luſciniam eſſe volunt,
alii verò carduelem, quæ ſpinis & carduis paſcitur : vt
inde etiam apud Græcos ἀκανθὶς dicta ſit ἀπὸ τῶν ἀκαν-
θῶν,i.ſpinis, quibus paſcitur.Hæc Seruius. Theocr.Idyl.
7,Ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες. ET Ἀκανθὶς adiect.po
ſitū(vt quidā putāt)vide ſuprà in Ἀκανθὶς poſt Ἄκανθα.
Ἀκανθυλλὶς eadem auis quæ & Ἀκανθὶς, ſi ſchol. Theocriti
fidem adhibemus. Is enim in illum Theocriti verſum
hæc ſcribit, Ἀκανθὶς δὲ ὀρνεόν ἐστι ποικίλον καὶ λιγυρόν. καλεῖ-
H ται δὲ καὶ ποικιλὶς διὰ τὴν χροιάν. Quibus ſubiungit,ἀκανθί-
δα vocari à Theocrito quòd (vt Ariſtoteles & Alex.
teſtantur)διατρίβει ἐπ' ἀκανθῶν.Et addit,καὶ ἀκανθίδες ὄρ-
νεα νεμόμενα ἐπ' ἀκανθῶν . λέγονται δὲ καὶ ἀκανθυλλίδες.εἰσὶ
ποικίλαι τὴν χροιάν ὅθεν καὶ ποικιλίδες λέγονται.In vulg.tamen
edit.legitur hic ἀκανθιλλίδες. Heſychio autē ἀκανθυλλὶς

est passeris species. Etymologico quoque (ex Orione) A ἀκανθὶς vel ἀκανθυλλὶς, est passer qui spinis insidet. In vulgatis lexicis Ἀκανθυλλὶς, Spinus auis, Aristot. De nat. an. lib. 8, cap. 3, & lib. 9, cap. 13, vbi argatilis auis exponitur.

¶ Ἀκανθίας, ου, ὁ, Cicadæ species, vt ait Hesychius. At Suidas negat cicadæ speciem esse ἀκανθίαν, traditque esse eius epithetum ex eo quòd ἐν ἀκάνθαις (id est inter spinas) canat. ET Ἀκάνθιος Etym. est itidem species cicadæ. In vulg. lex. Ἀκάνθιος τέττιξ, prouerb. in mutos, musices ignaros atque indoctos, ἐπὶ τῶν ἀφώνων καὶ ἀμούσων: quòd cicadæ ἀκάνθιοι dictæ, minimè sint vocales, sed mutæ. B

Ἀκανθίας, Spinax piscis, apud Aristot. De nat. anim. lib. 6, cap. 10, & lib. 9, cap. 37, ἀκανθίαι καὶ γαλεοὶ, Spinaces & mustelli. Sic interpres. Vide & Athen. lib. 7.

ἌΚΑΤΟΣ, ου, ὁ, Genus nauigii actuarii, quod probari possit hoc Bassi versu in Anthologia epigr. Ἀνθαίης ἀκάτοιο πεντηκοσίοις ὅτε ναύταις Δεύτερον ἔσχ᾽ ἀΐδης πάντας ἐρηϊφάτους. Sed apud Herod. est nauis oneraria, in Polymnia scribentem, καὶ τοῖς ἐν τῇσι ἀκάτοισι σιταγωγοῖσι ἐοῦσι, id est, In acatis frumentariis. Quidam poeta apud Athen. lib. 1, φορτηγοὺς videtur ἐπιθετικῶς appellare ἀκάτους, dicens eorum inuentores Caras fuisse: C Φορτηγοὺς δ᾽ ἀκάτους Κᾶρες ἁλὸς ταμίαι. ‖ Bayfius De re nauali, Ἄκατος etiam dicitur à Thucydide & Luciano De veris narrationib⁹, qui agebatur velis potius quàm remis, καὶ τὴν ναῦν (ἄκατος δ᾽ ἦν) ὡς πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐκρατυνάμην, id est, Et nauem quæ acatus erat, vt ad longam sæuámque nauigationem ferendam esset idonea, armandā instruēdámque curaui. Et paulo pòst subdit, καὶ οὐκ ἔτι οὐδὲ στεῖλαι τὴν ὀθόνην δυνατὸν ἦν. ἐπιπεσόντες τῷ πνεύματι, i. Neque amplius contrahere vela in potestate nostra erat. Thuc. in 7, μάλιστα τελήρεσι πλαγίαις, καὶ πλοίοις καὶ ἀκάτοις, ἐπ᾽ ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες. Hactenus Bayfius. ‖ Ego autem obseruaui (quod à nemine annotatum reperi) poetas Græcos vtplurimum Charonti dare ἄκατον. Hermesianax apud Athen. lib. 13, Ἔνθα Χάρων ἀκοινὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον Ψυχὰς οἰχομένων. vbi mendum videtur subesse voci ἀκοινὴν. Sic Bassus in Anth. epigr. Ἀνταίης ἀκάτοιο, &c. nam modò hunc locum citaui. Sic Antiphilus Byzantius ad Charontis cymbam alludens, Πλώσῃ ἐπ᾽ οἰκείης εἰς ἀΐδην ἀκάτου. Alia testimonia mihi nunc non succurrunt. Videndum est autem an ἄκατον Charontis dixerint pro eo quod Latini interdum dixerunt Charontis cymbam, Græci Χάροντος σκάφος vel σκαφίδιον. D E

Ἄκατος, Genus poculi metaphoricè sic dicti à magnitudine vel à concauitate. Eustathius scribit esse φιάλην πλοιοειδῆ, i. phialam nauigii formam habētem. Quæ autem ea esset, lege apud illum.

Ἀκάτιον, Parua acatus. est enim diminut. ab ἄκατος. Thuc. ἀκάτιον ἀμφηρικὸν, ὡς λῃσαὶ, ἐκ πολλοῦ τετεχνευκότες τὴν ἄνοιξιν τῶν πυλῶν, ἀνέθεσαν ἐπὶ ἁμάξῃ, πείθοντες τὸν ἄρχοντα διὰ τῆς τάφρου κατακομίζειν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ ἐκπλεῖν, id est (interprete Bayfio) Acatium ambireme, ceu prædones, multo antea aucupantes facultatem aperiendarum portarum imposuerunt currui. quò nocte intempesta, permissu magistratus, per fossam transportarent ad mare. Quem in locum annotat Græcus schol. ἀκάτιον ἀμφηρικὸν esse nauigiolum quod vtrinque remis agatur, in quo vnusquisque remigum binos remos ducat. Idem Bayfius alio loco annotat Strabonem ἀκάτια pro prædatoriis nauigiis posuisse, ita scribētem lib. 11, ζῶσι δ᾽ ἀπὸ τῶν κατὰ θάλατταν λῃστηρίων, ἀκάτια ἔχοντες λεπτὰ, στενὰ καὶ κοῦφα, ὅσον ἀνθρώπους πέντε καὶ εἴκοσι δεχόμενα· σπάνιον δὲ, τριάκοντα δέξασθαι τοὺς πάντας δυνάμενα, id est, A latrociniis quæ in mari factitant, vitam tolerant, acatia habētes leuia, angusta & velocia, quæ vix vectores vigintiquinque recipiant: rarum autem est ea posse in totū triginta capere. Videtur autem Bayfius hoc potuisse confirmare (videlicet ἀκατίῳ prædones etiam vti consueuisse) ex Thucydidis loco modò citato vbi dicit, ἀκάτιον ἀμφηρικὸν, ὡς λῃσαὶ, &c. Idem Bayfius non probat quòd Valla Nauigium actuarium reddit. Quanquam Hermolaus quoque nauigii actuarii genus fuisse tradit, autores esse dicens cum alios omnes ferè historicos, tum verò Plutarchum. Ego verò, si actuariæ naues gene- F G H

raliter esse dicantur (cum Nonio) celeres, ita vocatæ A quòd cito agi possent, ἀκάτιον actuariam nauem, seu actuarium nauigium non malè reddi crediderim: aut, (vt formam diminutiuam exprimamus) actuariolum. vel, cum Cicerone, Actuarium minutum. Budæus actuarias naues à Latinis dici putauit quæ remis agerentur, non tantùm velis. Certè ἀκάτιον non solùm velis solitum agi (vt apparet ex Xenophonte, καὶ τοῖς ἀκατίοις δὲ, καὶ εἰ ἔφορον πνεῦμα εἴη, ὀλίγα ἔχειν) sed & remis, ex Thucydidis loco modò citato manifestissimū est. Quidā ἀκάτιον esse voluerunt quod Galli brigantin vocant. quod propriè sonat nauigiolum velox & expeditum quo prædones vtuntur. eos enim appellamus brigants. & quidem ἀκάτιον etiā appellari prædatorium nauigium, ex Strabonis loco patuit paulo antè.

‖ Quod autem scribit Bayfius ἀκάτια etiam quædam fuisse maxima, & ad id probandū hūc ex 1 Polyb. locū affert, παρεσκεύαζον δὲ καὶ τὰ τέλλοιπα τῶν πλοίων, τελήρεις καὶ πεντηκοντόρους καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀκατίων, in hoc verò ne fallatur vereor. Neque enim dicit Polybius καὶ τὰ ἀκάτια, τὰ μέγιστα ὄντα: sed τὰ μέγιστα τῶν ἀκατίων, id est, Quæ ex acatiis erant maxima, vel Maxima quæque acatia. Vt si quis scripsisset apparari cum aliis nauigiis etiam maximas quasque cymbas, esse cymbas maxima etiam nauigia, nequaquam inde colligeremus. Siquidem per maximas quasque cymbas intelligeremus eas quæ inter cæteras maximæ essent, vel Quæ præcipuæ essent magnitudine, siue Quæ cæteras magnitudine excederent. Sic & maximas quasque formicas dicere quis possit, non intelligens tamen formicas maxima esse animalia.

Ἀκάτιον (inquit Hesychius) Velum acatii, aut, Princeps qui ciuitatem gubernat, aut Iudex, aut Magnum velum, aut Nauis, seu nauigium. Est etiam phiala, ideo fortasse quòd rotundo nauigio sit similis. Hæc Hesych. Harum autem signif. (quarum quædam metaphoricæ sunt) exempla desiderantur.

Ἀκάτιος (inquit Iul. Pollux) ὁ μέγας καὶ γνήσιος ἱστὸς, id est, Magnus & proprius (ad verbum, germanus) malus. ὁ δὲ κατόπιν, ἐπίδρομος· ὁ δὲ ἐλάττων, δόλων, id est, Qui autem est retrò, ἐπίδρομος: at minor, δόλων. Ita quidem accipiendo ἱστὸν pro malo: sed Hermolaus ἱστὸν pro velo accipit: ita scribens, Est enim acatium nauigii genus actuarii: autores Plutarchus & omnes ferè historici. Pollux quidem velum in naui maximum acatium vocari tradit: sicut minimum, dolonem: tertiū verò quod retrorsum panditur, epidromon. Vbi ἱστὸς malum significet an velum, dicetur in explicatione ipsius vocis, suo loco. Hesych. certè præter significationes modò ex eo descriptas, vult ἀκάτια esse etiā calceamenti genus: itē τὰ μεγάλα ὑποδήματα. Et Suidas δόλωνας esse scribit τὰ μικρὰ ἱστία. ‖ Notandum est interim & hoc ἀκάτιος ex Polluce poni, nō ἀκάτιον. quāuis non distinguat Hermolaus, eius locum proferens. Hesychius certè pro omnibus significationibus neutrum genus ponit. B

ἈΚΕΌΜΑΙ, οὖμαι. Fut. ἔσομαι (& ήσομαι, vnde ἄκημα) Sano, Medicor, Medeor: vt Il. π, Ἀλλὰ σύ πέρ μοι ἄναξ τόδε καρτερὸν ἕλκος ἄκεσαι, Vlcus hoc sana, Vlceri huic medere, vel medicinam adhibe. Ibidē ἰητῆρες ἕλκε᾽ ἀκειόμενοι posito ἀκειόμενοι pro ἀκεόμενοι, pleonasmo literæ ι. Apollon. Argon. 2, — ἕλκεά τ᾽ ἀνδρῶν Οὐταμένων ἀκέοντο. Rursum Hom. dicit ἀκεῖσθαι δίψαν (Il. χ, — πίον τ᾽ ἀκέοντό τε δίψαν) ad verbū, Sanare sitim, pro Sedare siue restinguere sitim. quasi videlicet sitis sit morbus.

Ἀκεῖσθαι, Mederi, metaphoricè. Herodotus in Thalia, οὕτω δὴ ἀκεόμενος τὰ ἐπιφερόμενα. Quæ exponuntur, Rei venturæ medens. Sic enim dicitur vt & ἰᾶσθαι pro incommodo cuipiā mederi, aliquo videlicet salubri cōsilio, aut alio modo: vt Od. κ, — ἀλλ᾽ ἀκέσασθε φίλοι. δυνάμεις γὰρ ἐν ὑμῖν. Idem Il. ν, Ἀλλ᾽ ἀκεώμεθα θᾶσσον. ἀκεσταὶ τοι φρένες ἐσθλῶν. Potest tamen & aliter accipi, vt dicam in ἀκεστός. Idem Herodotus ibidem, ὥστε μὴ ἐναλλὰξ ἤδη αἱ δυστυχίαι τι τῷ τόδε αὐτοῖσι πάθεσι προσπίπτωσι, ἔτ᾽ ἔπω τῶν ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἄκεο. ‖ Capitur & pro Expiare apud Platonem Pol. 2, θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς εἴτε τι ἀδίκημά του γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι, Mederi sceleribus, id est scelera

expiare. Nam scelera ex animi morbo proueniunt: eorum igitur expiatio veluti medicina est. A

Ἀκεῖσθαι, Sarcire, Resarcire. Aristot. de phalangio, πάλιν ὁρμᾷ πρὸς τὴν θήραν, ἀκεσαμένη πρότερον τὸ διερρωγός. Atque vt hîc Aristoteles dixit ἀκεσαμένη τὸ διερρωγός, ita Lucianus, ἀκεῖσθαι τὰ διερρωγότα. Sic enim ἐν δραπέταις scribit, αὐτὰς ἀκεῖσθαι τῶν ἱματίων τὰ διερρωγότα. Rursum vestimenta rupta sarcire. Idem, μισθοῦ ἀκούμενος τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων. ‖ Item, Ἀκεῖσθαι, Sarcire, metaphoricè. Xenophon, ζημίας τῶν φίλων τὰς δι' ἄγνοιαν ἐπειρᾶτο γνώμῃ ἀκεῖσθαι, id est, Damna quæ amici in re familiari passi erant ex ignorantia, sarcire consilio conabatur. B

Ἀκέω etiam inueniri testatur Hesychius, qui ἀκέουσι exponit θεραπεύουσι. A quo Ἀκεῖσθαι interdum passiuè accipitur, pro Sanari. Item pro Sarciri. νόσου δὲ ἀκεσθείσης apud Pausaniam, Sanato autem morbo. & Hes. ἀκούμενα exponit θεραπευόμενα.

Ἄκεσμα, τος, τό, ET Ἀκεσμός, οῦ, ὁ, Sanatio, Medicatio, Medela. Hesychius ἀκέσματα exponit ἰάματα, & ἀκεσμόν, θεραπείαν, ἰατρείαν. Exponitur & ὑγίασμα, id est Sanitatis recuperatio, vno verbo, Conualescentia, si Latinè dici posset. Fit à præteriti prima persona ἤκεσμαι. C

Ἀκέσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanabilis. Idē quod ἀκέσιμος. Hesychius ἀκέσιμον exponit ἰάσιμον. Et vt ab ἄκεσις fit ἀκέσιμος, sic ab ἄκεσμα fieri ἀκέσμιος dicemus: nisi fortè deprauatè legitur apud Hesych. ἀκέσμιον.

Ἄκημα, ατος, τό, Idem quod ἄκεσμα siue ἀκεσμός, siue ἄκεσις, aut ἄκος, quorū illa duo hic præcedūt, hæc sequuntur. Iliad. ο, — ἐπὶ δ' ἕλκεϊ λυγρῷ φάρμακ' ἀκήματ' ἔπασσε μελαινάων ὀδυνάων, id est Remedia. Fit autem ἄκημα tanquā à futuro ἀκήσω, quum præcedentia omnia verbalia ab ἀκέσω fiant: sicut & quæ sequūtur composita. Verbi ἀκῶ ἀκήσω (inquit Eusthathius) videtur futurum esse per η etiam: vt apparet ex ἀκήματα significante θεραπεύματα. nam ab ἀκῶ ἀκήσω fit ἄκημα. Quod tamen Eusthathii dictum non ita intelligendum est quasi ἄκημα immediatè formetur à futuro habente η, sed illud η futuri in præterito quoque poni (siue vsitato, siue inusitato) à quo formatum sit ἄκημα: quemadmodum ab ἤκεσμαι habente ε futuri ἀκέσω, vel potiùs ἀκέσομαι, formantur ἄκεσμα & ἀκεσμός. D E

Ἄκεσις, εως, ἡ, Idem quod præcedentia Ἄκεσμα siue Ἀκεσμός, ab ἤκεσαι formatum. Erotianus apud Hippocratem ἀκέσιας exponit ἰάσιας. Sed ἀκεσίας ibi legitur tanquam ab Ἀκεσία. Exponitur etiam ὑγίασμα, id est, Valetudinis recuperatio, apud Plutarchum in Lycurgo.

Ἀκέσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanabilis, Medicabilis. ἀκεστός. ‖ Item Valens ad sanandum.

Ἀκέσιος dicitur Apollo quasi ἀκέσιμος, à facultate sanandi qua præditus est. nam & arti medicæ præesse fertur.

C. Ἀκεσίμβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mortales sanans. Orpheus initio libelli De lapidibus filium Apollinis ἀκεσίμβροτον appellat. Ex ἀκέσαι & βροτός, inserto μ, vt in aliis ex βροτός compositis. F

C. Ἀκεσίπονος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanans laborem, ad verbum: vt sit quasi Corroboratorius. Linguam nostratem sequendo Confortatiuus. ex ἀκέσαι & πόνος. Scribitur interdum ἀκεσσίπονος duplici σσ, metri gratia.

C. Ἀκεσώδυνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanans dolores. Ex ἀκέσαι & ὀδύνη, verso ο in ω, vt fit in aliis multis ex ὀδύνη compositis. Ἀκεσώδυνον, θεραπευτικὸν τῶν ὀδυνῶν, Suidas. De Hippocrate quidam loquens, dixit, ὢ στῆ πατὴρ ὑγίας, ὢ σωτὴρ, ὢ ἀκεσώδυνος. G

Ἀκεστός, οῦ, ὁ, (ex ἤκεσαι, tertia præteriti: vt ἄκεσις, à secunda ἤκεσαι: ἄκεσμα & ἀκεσμός à prima ἤκεσμαι) Sanabilis, Medicabilis. Idem quod ἀκέσιμος. Erotianus apud Hippocratem ἀκεστὰ explicat ἰάσιμα. Potest verò ἀκεστός reddi etiam Sanatu facilis. nam ἀκεσταὶ Hesychius exponit ἰᾶται. ‖ Apud Homerum ἀκεσταὶ exponitur διορθωταὶ ab Eustathio, hoc in versu Iliadis ν, Ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον. ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν, id est, Faciles emendatu sunt mentes virorum virtute præditorum. Videtur autem, vt exponitur ἀκεσταὶ, sic & ἀκεώμεθα exponi debere. quod tamen in breuibus scholiis non est obseruatum. in iis enim exponitur ita hic locus, Sed errori seu peccato medeamur. virorum strenuorum mentes H faciles sunt sanatu, id est, facilè in melius conuertuntur. Ita illic: at si exponendum sit ἀκεώμεθα eodem sensu quo ἀκεσταὶ, existimo ἀκεώμεθα perinde esse acsi quis diceret, Sed hanc animorum infractionem & demissionem sanemus. Nec tamen nego posse aliò ἀκεώμεθα, aliò ἀκεσταὶ referri.

Ἀκεστής, οῦ, ὁ, Sanator, Medicator, Medicandi peritus, Medicus. Apud Eustathium ἀκέστης habetur cum acuto in penultima, scribentem ex vet. gram. Phryges medicum ita appellare. Apud Suidam legitur ἀκέστας (itidem παροξυτόνως) vt sit α Doricè pro ἀκέστης: fortasse quòd apud quempiam Dorica vtentem dialecto scriptum ita reperisset. Volunt tamen quidam, sequentes eum qui voces collegit diuersum pro diuersa significatione accipientes accentum, ἀκεστὴς pro medico scribi ὀξυτόνως, at quum est nomen proprium, ἀκέστης, παροξυτόνως.

Ἀκεστής, οῦ, ὁ, Sartor. Xenophon Pæd. 1, ὥσπερ ἱματίων ῥαγέντων εἰσί τινες ἀκεσταὶ, οὕτω καὶ ἰατροὶ, ὅταν τινὲς νοσήσωσι, τότε ἰῶνται τούτους, id est, Vt sunt vestimentorum ruptorū quidam sartores, sic & medici, quum aliqui in morbū inciderint, tunc illis medētur. Quo tamen in loco vetera nonnulla exemplaria non ἀκεσταὶ sed ἠπηταὶ habent. sed si ἀκέστριαν dicere oportet non ἠπήτριαν, & ἠπήσασθαι prorsus est barbarum, nequaquam hîc exempl. illis adhibere fidem debemus.

Ἀκεσταὶ vocantur etiam vehicula quædam Sicula, à quadam Siciliæ vrbe. Fortasse autem ἀκίσται potius scribendum est apud Hes. (quamuis duobus locis ἀκεσταὶ in eius exempl. legatur) nam apud Stephanum est ἀκέστη vrbs Siciliæ. ET Ἀκεστίς, ίδος, ἡ, Fornacis ferreæ genus, ἐν ᾗ καμινεύεται ὁ χαλκός, vt habet Dioscorides lib. 5. cap. 84. Is enim postquam dixit, γίνεται δὲ ἡ καδμεία ἐκ τοῦ χαλκοῦ καμινευομένου, προσιζανούσης τῆς λιγνύος τοῖς τοίχοις καὶ τῇ κορυφῇ τῆς καμίνου, subiungit, εἰσὶ δὲ αὗται σιδηραῖ παμμεγέθεις, ὑπὸ τῶν μεταλλουργῶν καλούμεναι ἀκεστίδες, κατὰ κορυφὴν συνημμέναι, &c. Quæ postrema verba ita vertit Ruellius, Prægrandes autem ac ferreæ sunt rudes ab officinis appellatæ acestides, per summa fastigia connexæ, &c. Marcellus quoque (vt in vulgatis lexicis refertur) ἀκεστίδας esse tradidit virgas veluti axes transuersas aut regulas, qua voce Græci ab Acesta Siciliæ ciuitate plostelli genus axibus huiusmodi compactum vocabant. At ego satis mirari nequeo qui factum fuerit vt hi interpretes non viderint αὗται ad præcedens καμίνων referri, vt sit αὗται αἱ κάμινοι.

C. Ἀνήκεστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Insanabilis, Immedicabilis: vt ἀνήκεστον νόσημα, Morbus insanabilis, ἀνίατος. Dicitur & ἀνήκεστος διαφορὰ à Plutarcho in Pericle, & ὀργὴ ἀνήκεστος ab eodem in Coriolano, Dissidium & ira quibus nullum adhiberi remedium potest. Ego ἀνήκεστον in his aliisque huiusmodi locis existimo reddi posse Implacabile. quum Placare & inter se reconciliare dissidentes & iratos, sit velut Sanare dissidium & iram. Eodem verò sensu ἀνήκεστον Irreconciliabile verti etiam posset, si Latina lingua pateretur. ‖ Transfertur autem & ad alia & dicitur ἀνήκεστον κακὸν, Malum graue, seu grauissimum. q. d. Malum ex quo sequatur damnum irreparabile. Vel, Malum inexpiabile. Isocr. Helenes encomio, καὶ κακοῖς ἀνηκέστοις περιπεσόντες. Idem in Panathenaico, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀνηκέστων κακῶν. Citatur & ex Hesiodo, — καὶ ἀνήκεστον κακόν ἐστι. Ex Herodoto autem, ἀνήκεστον πάθος ἔρδειν, pro Atrociter tractare. Apud eundem in Thalia legitur ἀνήκεστος λώβη de Zopyro, pro fœdissima, & qua nulla fœdior esse possit. Sicut & ἀνήκεστον κακὸν, Malum grauissimum, seu maximum, & quo nullum maius esse queat. ducta à morbis metaphora, qui quum insanabiles sunt, pro grauissimis habentur. Sed quibusdā in locis puto μηδὲν ἀνήκεστον aptissimè reddi posse, Nihil grauius, quibus verbis Latini sæpe vtūtur cū verbo Cōsulere: vt Cic. ad Att. Quintū fratrē ames, néue quid eum patiare grauius cōsulere de se quā expediet sororis tuæ filio. Vide & alia exempla in Thesauro Lat. linguæ à patre meo edito. Talis autem interpretatio huic Thucydidis loco conuenire videtur, lib. 1, μὴ ταχέως εἶναι περὶ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου, ἄνευ ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων, βουλεῦσαί τι ἀνήκεστον. ‖ Budæus ἀνήκεστον vult significare interdum

Atrox & facinorosum, vel inexpiabile: vt apud Demosthenem, τὸ μηδὲν ἀνήκεστον γενέσθαι. vbi per ἀνήκεστον declarari cædes & homicidia: & sic ab eo sæpe accipi. Ibidē citat hæc ex Iuliano, quæ ille scribit de morte Cōstantii loquens, ζῶμεν δὲ ὅτι θεοὶ ἐλευθερώσαντες τὸ παθεῖν ἢ δρᾶσαι τὰ ἀνήκεστα, id est (eodem Budæo interprete) Deûm benignitate nō necesse fuit nobis aliquid indignū vel pati vel admittere. Sed vox Indignum non satis significans esse videtur ad exprimendam vim nominis ἀνήκεστον. Obseruandum est autem in hoc & in præcedente loco (sicut & passim in aliis apud scriptores Græcos) ἀνήκεστον & ἀνήκεστα poni, nō addito κακὸν & κακά. ET Ἀνηκέστως, aduerbium, Insanabiliter, Immedicabiliter: vt ἀνηκέστως ἔχω, Insanabili morbo teneor, seu laboro.

¶ Ἀνηκέστως, Atrocissimè, Crudelissimè, Exitialiter. q.d. Insanabili malo vel clade. Herodotus non procul à fine Thaliæ, φὰς δὲ ὅτι πολιορκευμένους σεωυτὸν ἀνηκέστως διαθεῖναι. Apud Plutarchum, μήτε χρήσασθαί τινι τῶν ἐχθρῶν ἀνηκέστως exponitur, Neque in quempiam inimicorum se crudelem præstare.

Ἀκεστικός, ἡ, ὁ, q.d. Sartorius, Ad sarturā vestiū pertinē s: vel, Ad sarciendū aptus: aut Sarciendi peritus. Ἀκεστική (subaudiēdo τέχνη) Ars sartoria, Ars sarciēdi vestes, Ars sartrix vestiū. Plut. in lib. πότερα τῶν ζώων φρον. &c. tradit Democritū dixisse homines ab aranea duas hasce artes didicisse, ὑφαντικὴν & ἀκεστικήν. Gal. περὶ συστάσεως ἰατρικῆς ad Patrophilum, ἀλλ' ὡς ἥτε τῆς πεπονθυίας οἰκίας ἐπανορθωτικὴ καὶ τῶν ῥαγέντων ἱματίων ἀκεστική. Apud Platonem in Politico ἀκεστικὴ subiecta est fullonicæ, vt πλυντική. ¶ Possit etiam ἀκεστικὸς dici Medicatorius, Ad medicinam pertinens, vel, Medicandi peritus: & Ἀκεστική, Ars medicandi, ab ἀκεστὴς significante medicum.

D

Ἀκέστρια, ας, ἡ, Medicatrix: vt sit ἀκεστής, ἀκέστρια: sicut ποιητής ποιήτρια. ¶ Item Sartrix, ῥάπτρια. Ælius Dionysius vult ἀκέστριαν dici, non ἠπήτριαν: scribens & ἠπήσασθαι prorsus barbarum esse: vt quidem refert Eustathius. qui etiam ὑφάντειαν appellari tradit ἀκέστριαν. Quidam vir doctus Antiphanis fabulam ἀκεστρίας interpretatus est Sutrices, quid sequutus, nescio: ego certè Sartrices vertissem. ¶ Ἀκεστρίας (inquit Erotianus in lex. in Hippocr. pag. 16 meæ editionis) Attici τὰς ῥαφίδας appellant (id est acus) παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι καὶ ὑγιᾶ ποιεῖν τὰ ἱμάτια, id est, Ex eo quòd sanent (id est sarciant) vestimenta. Vbi vereor ne pro ἀκεστρίας vel ἀκέστρας vel ἀκέστρια legendum sit, de quibus iamiam dicam.

E

Ἀκέστρα, ας, ἡ, Acus. Lucianus in dialogo Mercurii & Charontis, καὶ ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου, id est Acum ad velum sarciendum. Quod rectè conuenit cum eo quod ab Etymologico scribitur, Ἀκέστρα ἡ βελόνη ἡ μείζων, ἣν νῦν σακκορράφιον καλοῦσι. Id est, ἀκέστρα, acus maior, quam nunc appellant σακκορράφιον. Dicitur autem ἀκέστρα παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι τὰ διερρωγότα τῆς ὀθόνης. Hæc ille. Generaliter tamen quāuis βελόνην (i. acū) significari hac voce crediderim: quum scribant quidam grammatici ἀκεστρίας esse quæ subtilissimis ῥαφίσι (confunduntur autem ῥαφὶς & βελόνη interdum) vestimenta sarciant. DICITVR & Ἀκέστριον eadem signif. qua ἀκέστρα, videlicet pro acu. nam Etymologicus ἀκέστραν ait esse ἠπήτριον: quo nomine Eustathius exponit ἀκέστριον: sed apud hunc legitur ἠπητήριον, quod perinde valet. ET Ἀκεστήριον Hesychio idem quod Ἀκέστριον Eustathio: sicut vicissim Hesychius & Eust. nominant ἠπητήριον quod Etymol. ἠπήτριον.

F

Ἀκέστωρ, ορος, ὁ, Idem quod ἀκεστὴς, Medicus. Suid. Gregorius, Χρήζων δὴ παθέεσσιν ἀκέστορος. Apud Euripidem ἀκέστωρ Φοῖβος, Medicus Apollo, vel potius Medicinæ præses. ¶ Est etiam Ἀκέστωρ nomen proprium filii Ephippi ab Achille occisi. Plut. in Probl. HINC Ἀκεστορία, ας, ἡ, Medicina, Ars medica. Apoll. Argon. 2, — ἀκεστορίην τε θεοπροπίας τ' ἐδίδαξεν. vbi ἀκεστορίην Ionicè posuit pro ἀκεστορίαν. VNDE Ἀκεστορικός, ή, όν, Medicinalis, Ad medicum vel ad medicinam pertinens. ET Ἀκεστορικῶς, Aduerb. Medicinaliter, ad verbum.

Νήκεστος pro ἀνήκεστος, apud poetas interdum: vt apud Hesiodum, — νήκεστον ἀάσθη, quod aduerbialiter ponitur pro ἀνηκέστως, id est insanabiliter.

A ¶ Ἄκος, εος, τὸ, Medela, Medicina, Medicamentum, Remedium. ἄκεα, Ionicè pro ἄκη, remedia, apud Herodotum lib. 1. Propriè medela quæ adhibetur alicui morbo, vt & apud Hippocratem vsurpatur. Vide apud Colum. ἐμβρύου ἄκος, lib. 7. cap. 3. ¶ Item ἄκος remedium cuiuslibet mali. Il. ι, — οὐδέ τι μῆχος ῥεχθέντος κακοῦ ἔστ' ἄκος εὑρεῖν. Archias in Anthologia epigramm. — οἱ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι. Apud Platonem, ἄκος πιέσθαι, Remedium afferre.

B

C. Πανακής, έος, ὁ καὶ ἡ, Omnia sanans, Omnibus morbis medens. In vulg. lex. ex Strab. lib. 6. Apud Pollucē quoque hac significatione πανάκη φάρμακα accipi videtur, sed pro πανακῆ malè scriptum, vt opinor.

Πανάκεια, Medela, Medicina. Apud Hesychium autem legitur πανακεία, accentu in penult. At verò apud Suidā (sicut & alibi passim) πανάκεια: qui non solùm exponit θεραπεία, vt Hesychius: sed & nomen deæ esse scribit. Est autem hæc dea, filia Æsculapii, vt ex Aristophanis Pluto annotatur. Sed & Plinius id testatur lib. 25. cap. 4. Callimachi autem schol. in hunc illius locum hymni in Apollinem, Οὐ λίπος Ἀπόλλωνος ἀποστάζουσιν ἔθειραι, Ἀλλ' αὐτὴν πανάκειαν, exponit τὴν ἴασιν. quod idē est cum θεραπείαν, quod ex Hes. & Suida attuli. Sed non placet ita exponi simpliciter, quum significet omnem morborum curationem.

C

Πανάκεια, Panacea herba (quæ & Πάνακες, & Πάναξ à Galeno ad Glauc. lib. 2) ita dicta quasi omnia sanans. vnde Plinius, lib. 25. cap. 4, Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit. Hinc à Lucano vocatur potens, in hoc versu, Et panacea potens & Thessala centaurea. Schol. Nic. in hunc Ther. versum, Πρώτην μὲν Χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι, scribit ἐπαλθέα, id est, θεραπευτικὴν vocari τὴν Χειρωνείαν, quæ & κενταυρεία & πανάκεια vocetur. Πάνακες (inquit Hesychius) herba quædam, quæ multis nominibus appellatur. Dioscorides πάνακες Ἡράκλειον, & πάνακες Ἀσκληπιοῦ, & πάνακες Χειρώνιον describit lib. 3. cap. 55. & 56, & 57. Πανάκεια (inquit Gorr.) à quibusdam leuisticum, à quibusdam etiam centaureum maius dictum fuit, quòd succurrat omnibus vitiis, plurimisque polleat remediis. Idem subiungit, varia medicamēta hoc nomine vocata fuisse. Ligusticū autem hoc vocabulo appellatū fuisse testatur Dioscorides eiusdem libri cap. 58, & Theoph. Histor. lib. 9, cap. 7. Nicandri schol. in Ther. vbi ipse poeta πάνακες dicit, ait posse intelligi vel τὸ Ἡράκλειον, vel τὸ Κενταύρειον (quod & Χειρώνειον) vel τὸ Ἀσκληπίειον. multa enim esse πάνακη. Idem schol. in hunc eiusdem libri locum Ἄγρει καὶ πάνακες φλεγύειον, ὅρρά τε πρῶτος Παιήων Μέλανος ποταμοῦ παρὰ χεῖλος ἀμέρσεν, annotat, καὶ τὸ πάνακες, τὸ καὶ πανάκειον, εἶδος φυτοῦ. In vulg. lex. habetur Lucretium salem etiam hoc nomine adoptare consueuisse.

Πανάκη, ης, ἡ, pro πανάκεια herba, & filia Æsculapii, in vulgatis lexicis citatur ex epigr. ET Πανακίς, ίδος, ἡ, apud schol. Nicandri.

Πάναξ etiam vocatur illa herba (vti dixi) vnde succus eius ὀποπάναξ, sed peculiariter succus seu liquor panacis Heraclei. Ita enim Dioscor. orditur caput 55 libri 3, Πάνακες Ἡράκλειον ἐξ οὗ ὁ ὀποπάναξ συλλέγεται.

Πανακίτης οἶνος, Panacites vinum, id est, Ex panace herba confectum, Diosc. lib. 5. cap. 72.

G C. Ἐξακέομαι, οῦμαι, Medeor, Sano. Vel potius Persano, vt exprimatur vis præpositionis quæ auget. Sed & vacare interdum constat. ¶ Ab Homero metaphoricè dicitur χόλον ἐξακέσασθαι, Il. δ, & Od. γ, pro Placare: sicut & ἀνήκεστον ὀργὴν suprà interpretatus sum Implacabilem iram. Elegāter autem hoc dicitur, tanquā sit ira morbus animi. ¶ Et Ἐξακεῖσθαι pro Sarcire, sicut & ἀκεῖσθαι Eustath.

Ἐξακέω, ῶ, etiam inuenitur eadem signific. in Pyth. Car. aureis.

H Ἐξάκεσις, Sanatio. ET Ἐξακεστήριος, Sanandi vim habēs. Quod nomen Iupiter & Iuno habent, vt tradit Hesych. In vulg. lex. exponitur Expiatorius, Exitialia depellens. Item, Exitialis, fœdo & manifesto errore.

¶ Ἀκιύω, pro ἀκέω, & Ἀκιύομαι pro ἀκέομαι, vnde Ἄκιυμα, pro ἄκεσμα, Medela. ἴαμα.

ἈΚΗ', ῆς, ἡ, Mucro, Cuspis, Acies ferri. In compositione præsertim vsurpatur. nam hinc ταναήκεα χαλκὸν & τανύηκες ἄορ deducit Eustathius. Ab eodem ὠκήκης αἰχμὴ exponitur ἡ εὖ τῆς ἀκῆς ἔχουσα. de quibus paulo pòst dicetur. Ab ἀκὴ formantur ἀκὶς & ἀκωκὴ, quæ sunt vsitatiora: hoc per reduplicationem: illud per formam diminutiui. Quin & ἀκμὴ ab ἀκὴ deductum esse volunt grammatici epenthesi literæ μ.

Ἀκάζω, Acuo. Et pass. Ἀκάζομαι, Acuor: vnde ἠκασμένος, Acutus, & sine incremento ἀκασμένος: deinde ἀκαχμένος, mutato σ in χ. Hom. Od. α, Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ. id est ἠκονημένον, vel ἐστομωμένον, inquit Hesychius. Eustath. autem hanc quidem & ipse significationem agnoscit, videlicet pro ἐστομωμένον: sed vt sit ἀκαχμένον quasi ἀκὴν ἔχον, quæ etymologia multo minus esse videtur rationi consentanea quàm altera illa ex Etymologico à me allata. Affert autem idem Eustath. & aliam deriuationem, simul cum alia significatione. sed ridiculè subtilem, meo iudicio: vt videlicet dicatur ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ, τὸ λυπουν, à verbo ἀκαχεῖν.

C. Ἀμφήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, Vtrinque acutus, Anceps. Ex vtraque parte incidens: vt ἄμφηκες ἔγχος, apud Sophoclem in Aiace, id est, ξίφος ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένον, Ensis vtrinque exàcutus cote, vel redditus acutus. Non dubium est autem quin ἀμφήκης dicatur quasi ἀμφιακὴς, eadem formatione qua & reliqua quæ sequūtur. Quare nemo (vt opinor) negauerit deprauatū esse Etymologici locū, in quo ab ἥκω deducitur. & pro eo quod ibi post ἀμφηκες, ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένον, legitur ἀπὸ τοῦ ἥκω, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων μερῶν ὀξύ, ita legendum, ἀπὸ τοῦ ἥκω, ἥκη καὶ ἀκὴ ἡ ὀξύτης. quanquā nec hæc deductio τοῦ ἀκὴ mihi valde placet. Cæterùm ἀμφῆκες non ἄμφηκες, ab aliis scribi sciendum est.

Ἀμφήκης γλῶττα, metaphoricè Aristoph. in Nebulis, Lingua anceps. quæ metaphora & in nostrate sermone manet. Chion in epistola ad Matridem, ἀμφήκης φιλοσοφία πρὸς τὸν πολιτευτικὸν βίον καὶ πρὸς τὸν ἀπράγμονα, id est ancipitem vsum præbens.

C. Εὐήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, Valde acutus. q.d. Bene acutus. Nic. Alexiph. εὐήκεϊ ξυρῷ. vbi schol. εὐακονήτῳ. Sic Apoll. Arg. 2, εὐήκεα φάσγανα, acutissimos enses dixit: quod alius poeta εὐήκη per contractionem. Apud Hesychium εὔηκες.

C. Νεήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, vt νεῆκες ξίφος, Ensis quem aliquis nuper seu recēs exacuit. Hesychius, νεηκέσι, νεωστὶ ἠκονημένοις, ὀξέσι. Vbi obserua νεηκέσι (non νεήκεσι) tanquam à νεηκής. Habet tamen idem Hesych. εὔηκες, non εὐηκὲς, aut εὐῆκες. Sed fuerit τὸ νεηκὴς simile sequentibus compositis ταναηκὴς, & τανυηκὴς, quæ ita scripta sunt apud eundē Hes. Dicitur signif. eadem & νεηκονὴς, quod vide infrá.

C. Ταναήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, ET Τανυήκης, Protensam habēs aciem, siue longam. Il. η, Εἰ μέν κεν ἐμὲ κεῖνος ἕλῃ ταναήκεϊ χαλκῷ. Ita enim legit Eustath. quum alioqui in textu inserto eius comment. sit ταναηκεῖ, accentu in penult. Sic & apud Hesychium ταναηκὲς, & ταναηκεῖ, item τανυηκὲς & τανυηκέας. Sed contrà Suidas τανύηκες & τανυήκεας, vt Eustathius. Exponit autem τανύηκες Hesychius, τὴν ἀκὴν ἔχον παρατεταμένην. quæ simplicissima & optima est tam huius quàm alterius vocis expositio. Idem tamen ταναηκεῖ χαλκῷ vult esse simpliciter τῷ ἐκτεταμένῳ σιδήρῳ. Sed ταναηκὲς exponit & εὐμήκες. de qua signific. vide in sequentibus.

Τανυήκης, Protensus, In longum protensus, Longus: quum alioqui significet etiam Protensam habens aciem, veluti quum dicitur τανύηκες ἄορ, à τανύω & ἀκή. At verò apud Homerum Il. ψ, τανυήκεας ὄζους, simpliciter significat ἐκτεταμένους, vt Hesych. siue μακροὺς, vt Eustath. tāquam per παραγωγὴν dūtaxat à τανύω factum, minimèque nomen ἀκὴ inclusum habens, vt idem scribit.

¶ Ἀκὶς, ίδος, ἡ, Diminutiuum ab ἀκή: vt σκαφὶς à σκάφη, habet tamen significationem primitiui ἀκή. quanquam Græca lexica volunt peculiariter ἀκίδα esse sagittæ cuspidem: quibus assentiri videtur Pollux. At Chrysostomus quodam loco non ἀκίδα simpliciter, sed ἀκίδα βέλους appellat sagittæ cuspidem. Hinc & ἀκιδωτὸν βέλος, quasi

dicas Cuspidata sagitta, Cuspidatum telum. Dioscorides lib. 3, ἀνάγει σκόλοπας καὶ ἀκίδας. vbi ἀκίδας alii aculeos, alii cuspides, quidam & spicula interpretantur. Apud eūdem verò alio loco ἀκὶς exponitur Sagitta. ‖Poni autem generaliter ἀκὶς pro acumine, siue acie, apparet ex eo quod appellatur ὀνύχων ἀκὶς, Vnguium acumen siue acies, in Anthol. epigr. Pro eodē ὀνύχων ἀκμὴ dicitur.

Ἀκίδες, teste Seruio, dicūtur à Græcis curæ. vnde Acidalia Venus, iuxta quosdam. Non video autem quomodo hæc significatio quam Seruius huic voci tribuit aliter quàm per metaphoram accipi possit. eadem videlicet qua Latini aculeos vsurpant.

C. Τανακίδες, Protensam habens aciem. Idem quod ταναήκες, siue τανύηκες. Erit autem τανακιδὲς (si apud Hesychiū rectè scriptum est) à τανύω & ἀκὶς, vt illa à τανύω & ἀκή.

Ἀκιδώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Cuspidis sagittæ formam habens, Acuminatus in modum cuspidis sagittæ.

Ἀκιδωτὸς, οῦ, ὁ, Cuspidatus, ad verbum. ἀκιδωτὸν inquit Suidas, τὸ ἔχον ἀκίδας. At Hesychius contrà, ἀκιδωτὸν βέλος explicat χωρὶς σιδήρου, id est Sine ferro. nisi fortè legendum est σιδηρείου, id est Sine acie. Sed rectius Suidas, meo quidem iudicio. nam ἀκιδωτὸς formatur tanquam à verbo ἀκιδόω, vt λεπιδωτὸς squamatus, tanquam à λεπιδόω facto à nomine λεπίς.

¶ Ἀκωκὴ, ῆς, ἡ, Idem quod ἀκὴ, & ab ἀκὴ formatū per ἀναδιπλασιασμὸν, id est reduplicationem, vt Etymol. tradit, vt ab ἔδω: ἴδη, & ἐδωδή, itidem, ἄγω, ἀγὴ, & ἀγωγή. Ἀκωκὴ generaliter Mucro, Cuspis, ὀξύτης, vt ait Hesychius, id est acumen. Ab eodem tamen exponitur particularius, ἡ τοῦ ἐπιδορατίδος ἀκμή: & ab Etymologico, ὀξύτης τοῦ βέλους. Ab Homero ἀκωκὴ δουρὸς siue ἔγχεος & αἰχμὴ ἔγχεος pro eodem ponuntur. Il. χ, Ἀντικρὺ δ' ἁπαλοῖο δι' αὐχένος ἤλυθ' ἀκωκή. vbi intellige ἀκωκὴ ἔγχεος ex proximè præcedente versu. Vsurpatur & in soluta oratione à Luciano in dial. Diog. Antisth. & Cratetis, τῇ πέλτῃ ἀπεκρούσατο τὴν προσβολὴν, καὶ παρῆλθεν ἡ ἀκωκή. HINC deriuari volunt quidam nomen ἀνακωχὴ, vt dicetur suo loco.

Ἀκωκὴ, Turris forma quædam. Etymol.

C. Ἀνακωχὴ, ῆς, Induciæ, Pax sequestra, Requies à bello. Thucydides lib. 1, Κορινθίοις μέν γε ἔνσπονδοί ἐστε· Κερκυραίοις δὲ οὐδὲ δι' ἀνακωχῆς πώποτε ἐγένεσθε. Herodianus lib. 6, εἶχεν δὲ ἀνακωχὴν καὶ μέλλησιν τοῦ βαρβάρου. Ἀνακωχὴ generaliter Requies, Laxamentum: vt ἀνακωχὴ κακῶν ex Thucydide citatur à Budæo. Ab eodem autem poni videtur pro remoratione seu retardatione, lib. 8, pag. 290, τειχῶν ἕνεκα καὶ ἀνακωχῆς τῶν Ἑλληνικῶν. Dictum ἀνακωχὴ παρὰ τὸ ἄνω τὰς ἀκωκὰς ἔχειν (id est, quod sursum uersus habeatur telorum cuspides, induciarum tempore videlicet) tradunt schol. Thuc. Suidas & Etymol. atque alii quidam grammatici. Quam deriuationem quanuis hîc sequar, quod ad ordinem attinet, suspectam tamen habeo, & potius ab ἀνοχὴ, verbali τοῦ ἀνέχω deduci posse ἀνακωχὴ dico: præsertim quum Galenus apud Hippocratem ἀνακωχὴ exponat ἀνοχὴ & ἀναβάσταξις. Dionysius Halic. inter vocabula γλωσσηματικὰ & ἀπηρχαιωμένα, atque adeo δυσεικαστα τοῖς πολλοῖς, quibus est vsus Thucydides, hoc annumerat. Ab Hesychio ἀνακωχὴ exponitur etiam ἀναχώρησις διὰ τῶν νεῶν. HINC Ἀνακωχεύω, ET Ἀνακωχέω, ῶ, Retineo nauem in alto, Nauem in ancoris stare facio, subductis velis propter tempestatem, vt Bud. ex Suida & Hesych. exponit. Herodot. in Eratone, ὑπὸ τούτου ἀνακωχεύσαντες τὰς νέας. Sed & ipsæ naues dicuntur ἀνακωχεύειν: vt apud Arrianum lib. 2, ὀλίγον γὰρ πρὶν προσχεῖν τῇ πόλει, ἀνεκώχευσαν ἐπὶ πελάγιαι αἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ νῆες. Metaphoricè etiā ἀνακωχεύειν ἅρμα, Currum retrahere & inhibere. secundum quam signific. schol. Sophoclis in Electra ἀνακωχεύειν exponit ἀναστρέφειν, & κατέχειν. ‖Ἀνακωχεύειν in alio Herodoti loco Valla Stabilire vertit: sed eius interpretatio reprehenditur. Ἀνακωχεῖν autem apud Hesychiū habetur, qui exponit ἀναχωρεῖν: sicut & ἀνακωχήσαντες, ἀναχωρήσαντες, & ἀνακωχὴ, ἀναχώρησις διὰ τῶν νεῶν.

ἈΚΌΝΗ, ης, ἡ, Cos, in Isocratis apophthegmate, καὶ γὰρ ἡ ἀκόνη, αὐτὴ μὲν οὐ τέμνει, τὰ δὲ ξίφη ὀξέα ποιεῖ, Etenim cos

non secat ipsa quidem, at gladios acutos reddit, siue acuit. Horatius in Arte poetica — fungar vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi. Ἀκόνη Ναξία, Cos ex Naxo insula, apud Diosc. l. 9. Prouerbia sunt, ξυρὸς εἰς ἀκόνην, Nouacula in cotē. sub. ἔπεσε, vel ἐνέπεσε. i. incidit. & Ἀκόνην σπίζεις, Cotē alis, vt Erasmus exponit. quem vide. Huius autē vocis ἀκόνη Etymologicus aliā etiam deductionem affert, videlicet à κονῶ, sed prætuli quam ponit ab ἀκή. Vide Κατακονῶ paulo pòst. A

Ἀκόνη à quibusdam exponitur, ex Iulio Polluce, Pila, Hirci pars iuxta tempora. Intellige autem hircum (βάγον dicit Pollux) cautiatis eam partē quæ sub temporū extremitate in interiorem neruum assurgit. B

Ἀκονάω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Acuo, Exacuo, propriè cote. nā ab ἀκόνη factum esse manifestissimum est. Luc. in Timone, ὅπως τ κεραυνὸν ἀκονήσαντες ἐπισκευάσωσι.

Ἀκονάω, metaphoricè, etiā pro Incito, Impello. vt apud Latinos Acuo, Exacuo. & sæpe apud Græcos παροξύνω, & θήγω. Herodianus, εἰς ὠμότητα ἠκόνησαν τὴν τ Μαξιμίνου ψυχήν. Id est, Maximini animum ad crudelitatem exacuerunt & incitarunt. Xenophon autem Παρακονᾶν ψυχὴν dicit absolute pro animum exacuere ad fortitudinem, & quasi alacritatem animo comparare. Pæd. 6, ὁ γὰρ λόγον ἀκούσας, ἐκεῖνος καὶ τὴν ψυχὴν τι παρακονᾶ. Vsurpatur verò hoc compositum Παρακονῶ in propria significatione à Theophrasto De pl. lib. 5, cap. 6, pro simplici ἀκονᾶ. ‖Passiua autem terminatione huius verbi in actiua significatione vtitur idem Xenophon Hell. 7, παῖδες δὲ ἠκονῶντο καὶ λόγχας. Alioqui Ἀκονάομαι, ῶμαι, est Acuor, Exacuor. C D

Ἀκόνημα, ατος, τὸ, Incitamētum, metaphorica significatione, vt ἀκονᾶν pro Incitare.

C. ΚΑΤακονάω, ῶ, ab Etymologico affertur ex hoc Euripidis loco. κατακονᾶ μὲ σῶν ἀξιωτὸς βίς, idque, vt confirmet etymologiam vocis ἀκόνη à κονῶ significante φθείρω & λεπτύνω, præfixo α epitatico, vt videlicet dicatur ἀκόνη quasi διαφθείρουσα ἢ λεπτύνουσα τ σίδηρον. Cum hac autem expositione verbi κατακονῶ conuenit quod legimus apud Hesychium, videlicet κατακόνα expositum διαφθορά. Fuerit igitur Κατακονῶ (vt opinor) Corrumpo & attenuo atterendo, vt cos acuens ferrum, illud atterit & attenuat. Sed & quin pro Acuo sumatur hoc cōpositum, minimè dubitandum puto. In illo porro Euripidis loco pro βίς reponendum credo βίον, siqua ex tam paucis verbis de eo fieri coniectura potest. E

C. ΠΑΡακονάω, ῶ, vide paulo antè cum simplici Ἀκονάω.

C. Νεηκονής, Recens vel nuper exacutus, id est redditus acutus. Νεηκονές, ἠκονημένον νεωστί, Hes. Pro eodem dicitur νεήκης, quod habes paulo ante.

ΑΚΩΝ, & Ἄκων, οντος, ὁ, Iaculum, Spiculū, Missile, Telum. In Anthol. epigr. — κατ γὰρ ἤλασε δόνει ἄκων, Ab ἀκὴ significante ὀξύτητα, fit ἄκων (inquit Eustath.) vnde & ὀξὺς dicitur tanquam per etymologiam. & priorem corripit, quum contrà ἄκων quo significatur Inuitus, priorem producat, vtpote ex ἀέκων factum per contractionem. Hom. Odyss. ξ, versu tertio à fine, Εἵλετο δ' ὀξὺν ἄκοντα, κυνῶν ἀλκτῆρα καὶ ἀνδρῶν. Aristid. in Romæ encomio, οἱ δ' ἄκοντες, οἷον ἐκ Διὸς περιπίπτοντες, ἀλλήλους ἔκτανον ἀμείβοντο. Vsurpant tamen poetæ frequentius ἄκοντα, prosæ autem scriptores frequentius ἀκόντιον. Hesychius ἀκόντων exponit per ἀκοντίων, tanquam per notius: exponit & per δοράτων. F G

C. Ἀκοντοβόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Iaculi vibrator, Qui iaculum seu spiculum mittit, Iaculator. Opp. De venat. lib. 3, Οὐ πλησίον ἐπιοῦσαι ἀκοντοβόλων αἰζηῶν.

C. Ἀκοντοδόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui iacula obseruat, id est iaculorum ictus, vt videlicet eos vitet. Vide Etymol. qui habet ἀκοντίῳ malè pro ἀκοντι.

C. Ἀκοντοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Iaculifer, Iaculum ferens. Quē ferentarii appellatione quidam comprehendi volunt. Vtitur autē hac voce ἀκοντοφόρος Dion historicus. H

¶ ΑΚόντιον, idem quod ἄκων, (licet formam diminutiui habeat) sed frequentiore in vsu, ac præsertim in oratione soluta. Xenoph. Hell. 4, ἤρεσαν τε χωρία ἐξ ἀκοντίου βολῆς. Sic autem ante Xenophontem Thuc. ἀκοντίου βολὴν dixit lib. 5, p. 186, καὶ μέχρι μὲν λίθου καὶ ἀκοντίου βολῆς ἐχώρησαν. Callim. apud Athenæum, Πολλοὶ δ' φιλέοντες ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε Οἰνοπόται. Hesychius ἀκόντιον exponit δόρατιον, μικρὰ λόγχη. Interdum ἀκόντιον pro teli iactu sumitur: vt apud eundē Xenoph. ὅπου μὲν αἱ εἰς ἀκόντιον ἀφικνῆται, ἀκοντίζῃ τ φεύγοντα. Vbi ἀκόντιον existimo posse exponi ἀκόντισμα, ex hoc eiusdem scriptoris loco, Hellen. 4, τοῖς μὲν τοι Λακεδαιμονίοις οὕτως αὖ οἱ πελτασταὶ ἐδεδίεσαν ὡς ἐντὸς ἀκοντίσματος οὐ προσῄεσαν τοῖς ὁπλίταις. Ἀκόντιον à Macedonibus dicta fuit & spina dorsi, teste eodem Hesychio. qui addit & aliam significationem, sed quæ mendosè scripta esse videtur.

Ἀκοντίας, ου, ὁ, Iaculus, serpentis genus. Sonat autem ἀκοντίας quasi à Iaculum dicas Iacularis. Luc. De dipsad. δυστρήσεις δ' ἀκόντια δ' ἀμφίσβαιναι καὶ δράκοντες. Nicād. in Ther. —σὺ δ' ἴσοι ἀκοντίαι ἠδὲ μύουροι. vbi schol. dicit ἀκοντίας esse ὄφις κατὰ τὰ ἀκόντια διατρέχοντας. addens esse & alia animalia quæ ita vocentur διὰ τὸ ἱμᾶν ὥσπερ τὰ ἀκόντια.

Ἀκοντίαι, Stellæ sic dictæ quòd iaculi modo ferātur.

Ἀκοντίας, Herba quæ medetur canibus morsis à serpentibus, vt inquit Hesychius. Existimo autem de serpentibus id intelligendum qui ἀκοντίαι vocentur in Luciani loco quem modò citaui.

Ἀκοντικὸν, medicamentum quoddam, quod à sanandis ἀκόντων vulneribus ita dictum videtur. Hesychius tamen habet duntaxat, ἀκοντικὸν, φάρμακον οὕτω καλούμενον.

Ἀκοντιζὸς, Hesychio idem serpens qui & Ἀκοντίας. B T

Ἀκοντίλη, idem in lex. vulg. ex Nicandro. Etymologicus autem scribit, Ἀκοντίαι, ὄφεις τινὲς καλοῦνται δ' καὶ ἀκοντίλαι. καὶ Ἀκοντία, βοτάνη τις. Vbi pro ἀκοντία reponendum esse ἀκοντίαι, apparet ex iis quæ modò dicta sunt. Sed & ἀκοντίας pro ἀκοντία legendum puto.

¶ Ἀκοντίζω, Iaculor, Iaculum vibro, vel intorqueo, seu spiculum, aut telum. Xen. Pæd. 1, de Persis loquens, πρὸς δὲ τούτοις μανθάνουσι τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. Interdum cum accusatiuo, accusatiuo (inquam) rei vel personæ: cum accusatiuo rei, vt Il. ξ — ἀκόντιζον δ' ϑαμειαὶ Αἰχμαί. Sic ἀκοντίσας τὸ δόρυ, apud Plutarchum, περὶ τῆς Ἡροδ. κακ. (Sed & datiuo rei iungit idem poeta, quū dicit ἀκοντίζειν δουρί & ἀκοντίζειν δουρὶ) Cū personæ autē accusatiuo, pro Iaculo peto, seu ferio. (quo etiam modo Horatius verbo Iaculari est vsus) vt apud Herodotum, ἀκοντίζων τὸν σῦν, τοῦ μὲν ἁμαρτάνει. Sic Xenoph. ἀκοντίζῃ τ φεύγοντα. Dicitur & ἀκοντίζω εἰς τινα. vt Thuc. lib. 7, ἐς τοὺς ναύτας ἀκοντίζοντες. Citatur ex eodem cum datiuo: sed eum locū aliter accipio. Ab Homero autē dicitur ἀκοντίζειν cum genitiuo personæ, sed subaudita præpositione κατὰ, vt Il. ο, Ἕκτωρ δ' αὖτ' Αἴαντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ. Animaduertendum est autē (vt etiam ex citatis exemplis colligi potest) ἀκοντίζειν licet ab ἄκων deductum, tam latè patere interdum quàm Iaculari quod à iaculo deducitur. De vētis dicitur à Musæo, ἀκοντίζοντες ἀήτας.

Ἀκοντίζομαι, pass. Iaculo seu telo petor. vnde ἀκοντισθεὶς, Iaculo petitus, siue ictus.

Ἀκόντισμα, ατος, τὸ, & Ἀκοντισμὸς, οῦ, ὁ, Iaculatio, Iaculi seu teli iactus Xen. Hell. 4, ὡς ἐντὸς ἀκοντίσματος οὐ προσῄεσαν τοῖς ὁπλίταις. Idem ἀκοντισμὸν pro eodem dicit. ‖Ἀκόντισμα (q. d. Iaculamentum) pro vulnere quod est iaculatione seu iaculando inflictum. Plut. Alex. πολλῶν ἀκοντισμάτων καταπλέως. At vulg. lexica ἀκόντισμα non solùm pro vulnere, sed & pro ipso iaculo seu telo poni volunt.

Ἀκόντισις, Iaculatio. Hoc verbali ἀκόντισις vtitur Suidas ad expositionem τῆς ἀκοντίσεως.

Ἀκοντιστής, οῦ, ὁ, Iaculator. Interdum Iaculandi peritus, vt ἀκοντιστὰν Ἀχιλῆα apud Theocr. (Dorice pro ἀκοντιστήν.) Hom. Od. σ, Ἡ μὲν ἀκοντιστὰς, ἠδὲ ῥυτῆρας ὀϊστῶν. Vbi obseruandum est coniungi ἀκοντιστὰς & τοξότας (quod per ῥυτῆρας ὀϊστῶν significatur, id est οἰστευτὰς Eustathio) sicut & passim apud scriptores Græcos coniungūtur. Thuc. lib. 1, πεζούς δ' τοξότας τε καὶ ἀκοντιστάς. Xenoph. Pæd. 1, ὅπως ἱππικὸν φυλάττεσθαι, ἢ ὅπως ἀκοντισταὶ ἢ τοξόται. Herodianus lib. 7, μάλιστα τε οἱ ἀκοντισταὶ καὶ οἱ τοξόται πρὸς τὰς Γερμανῶν μάχας ἐπιτήδειοι δοκοῦσιν. Sic τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν suprà.

Ἀκόντισις, ιος, ἡ, Iaculatio. Vel, Iaculandi ars, seu peritia. Hom. Il. ψ, describens illa quatuor celebria certamina,

— οὐ γὰρ πύξ γε μαχήσεαι, οὐδὲ παλαίσεις, Οὐδέ τ' ἀκοντισὺν ἐν- A
δύσεαι, οὐδὲ πόδεσσι θεύσεαι. Ea autem forma dici puto ἀ-
κοντισὺν pro iaculandi arte seu peritia, qua dicitur ἀγρευ-
τὺς & alia nonnulla.

Ἀκοντιστικός, Iaculandi peritus, Xenoph. Pæd. 7, οὐδ' ὅσον τι
ἱππικοί, οὐδὲ ὅσον τι ἀκοντιστικοί, οὐδὲ ὅσον φιλόπονοι.

C. ἈΝακοντίζω, Eiaculor. Ab Herodoto metaphoricè dicitur aqua ἀνακοντίζειν (& quidē neutraliter, vt opinor) in Melpomene, ἀνακοντίζει ἐκ μέσου τοῦ ἄλσος ὕδωρ ψυχρὸν καὶ γλυκύ, aqua erumpit. Adeo vt huic loco possit accommodari illa expositio ἀθρόον αἰρεῖ σθαι. B

C. ἈΠακοντίζω, pro simplici ἀκοντίζω, in vulg. lex. exponitur enim simpliciter Iaculor. Fortasse autem ἀπὸ significationem auget, aut iaculationem è certo loco fieri indicat.

C. ΔΙακοντίζω, Iaculor. Idem quod simplex ἀκοντίζω. Potest etiam διὰ esse ἐπιτατικόν, sicut ἐξ in ἐξακοντίζω. Citatur autem διηκόντιζε ex Xenoph. Et ex eodem διηκοντισμένης ὑπὸ διηκοντισμένος passiuē.

C. ΕΙΣακοντίζω, Iaculor in aliquem locum. In vulg. lex. exponitur, Missilia ingero. C

C. ἘΞακοντίζω, Iaculor, Iaculum emitto, seu telum. Sed ἐξ videri potest significationem intendere. Plutarchus Artoxerxe, ἐξηκόντισεν ἐπ' αὐτὸν· ὁ δὲ Ξέρξης γίνεται αἴτιος. Xenophon autem iunxit cum datiuo rei, & quidem datiuo instrumenti, dicens Hellen. 4, ταῖς δέρασιν ἐξακοντίζοντες, vt paulo antè vidimus ex Homero, δουρὶ δ' ἀκοντίζω. HINC Ἐξακόντισμα & Ἐξακοντισμός, Iaculatio. In vulg. lex. annotatur esse etiam fulgoris genus in aere, Aristoteli De mūdo. Esse item scatebram, κρουνόν, singuinis ductum, apud Eurip. in Iphig. Quæ expositio Eustathio tribuitur. D

C. ἘΠακοντίζω, Itidem pro iaculor. VNDE Ἐπακοντισμός pro ἀκοντισμός, Iaculatio. Sed & βολισμὸν ὄνομα Hes. esse dicit.

C. ΚΑΤακοντίζω, Iaculis confodio, seu telis, vel missilibus. Herod. lib. 4, οἱ ἀδελφεοὶ τὸν Μασσάλιον κατηκόντισαν. ET pass. Κατακοντίζομαι, Greg. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ Περσῶν αὐτὸν κατηκοντίσθαι φασίν.

C. ΥΠΕΡακοντίζω, ad verbum, Supra iaculor, seu vltra, aut vlterius. Sed frequentius est in metaphorica significatione, pro Supero, quemadmodum videlicet qui vlterius iaculatur quàm aduersarius, eum iaculatione superat. Exponi etiam potest Antecello. Aristoph. in Auib. Ὑπερακοντίζεις σύ γ' ἤδη Νικίαν τοῖς μηχανήμασιν. Citatur ex eiusdem Pluto, τοὺς λέγοντας ὑπερηκόντιζε. Sic vsus est & Chrysostomus, scribens, τοὺς πολλοὺς πατέρας καταβαλόντας ὑπερακοντίσαι τῷ πλούτῳ τῆς γνώμης. E

Ὑπερακοντίζομαι, eadem signif. metaphorica ex Alex. Aphrod. citatur cum genit. τὸ ἀπόλυτον δῶρον πασῶν τῶν καθ' ὅλον χρειῶν ὑπερηκοντίσθη κατὰ τὴν ἀξίαν. F

Ἀκμή, ῆς, ἡ, Cuspis siue Acies: vt ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, In acie nouaculæ. quod etiam prouerbiale est dictum, pro, In summo discrimine. Il. κ, Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι. Sic in Anthol. epigr. Ἀκμῆς ἑστηκυῖαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν. Alio eiusdem libri loco, dicitur hac signif. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμή absolutè. qui tamē locus mēdi suspectus est, putántque multi reponendum esse ἀκμῆς pro ἀκμή. Notandum est autem vt dicitur ἀκμὴ ξυροῦ, ita & ἀκμὴν ὀνύχων dici à Plutarcho, in lib. περὶ τῶν ζώων ἐφορ. Sic & Basilius, τοῖς μὴ ἀσπαλακοῖς πρὸς τὴν ἄγραν τὴν τῶν ὀνύχων ἀκμήν, Acumen vnguium potest verti ἀκμὴ ὀνύχων: sed Plinius aciem vnguium dixit. Ἀκμὴ ὀμμάτων, Acies oculorum, apud Ælianum. Huic autem significationi primum tribuo locum, quòd nomini ἀκὴ subiungam, tanquam ab eo deductum, per pleonasmum videlicet literæ μ. Non ignoro tamen & alteram deductionem à κάμνω. G

Ἀκμή, Vigor ætatis vel flos, Integra ætas, Firma ætas. Exponitur etiam νεότης à Suida, id est iuuentus. οἱ ἐν ἀκμῇ ὄντες siue ἀκμάζοντες, siue (participio verbi ab hoc nomine facti) ἀκμάζοντες dicuntur, Qui firma sunt ætate & vigente, vel Ætate vigentes, Ætate florentes. iidem qui & ἐντελεῖς τὴν ἡλικίαν, & οἱ ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ appellantur. Gal. ad Glauconem lib. 1, καὶ ἡ ἡλικία τῆς ἀκμῆς ἐπίκαιρα. ‖ Vt autem ἀκμὴ exponitur νεότης à Suida, sic H

& τοὺς ἐν ἀκμῇ, iuuenes quibusdam interpretari placet. B. interpr. adolescētes in hoc Polybii loco, ἐάν τις τῶν ἐν ἀκμῇ παραχρήματα ληφθεὶς εὑρεθῇ τῷ σώματι, ξυλοκοπείτω. Interdū pro ἀκμὴ τῆς ἡλικίας dicitur ἀκμὴ τοῦ βίου, vt apud Xen. Pæd. 7, ὁ δ' ἄριστος γενόμενος ἐν ἀκμῇ τοῦ βίου ἀπώλετο. Sic ἀκμὴ τοῦ ζῆν, quidam apud Athenæum, σὺ δὲ νέος εἶ, καὶ ἀκμὴν ἔχεις τοῦ ζῆν. Dicitur etiam absolutè nonnunquam ἀκμή (vt paulò antè οἱ ἐν ἀκμῇ) Luc. in Dearum iudicio, εἰς ἀκμὴν κατέστη. Sed Isocratem frequentius quàm vllum alium ex antiquis scriptoribus ita vsurpare obseruaui. vt in Euagora, ὑστερίζω γὰρ τῆς ἀκμῆς τῆς ἐμαυτοῦ. Idē ad Philippum, ἀνδρὸς αὐξοῦσαν τὴν ἀκμὴν ἔχοντος. Et in plurali ἀκμαί eodem modo, apud eundem in Areop. ἐν αὐταῖς ταῖς ἀκμαῖς πλείονος ἐπιμελείας ἐτύγχανον ἢ παῖδες ὄντες. Ἀκμή exponitur virilis ætas à Budæo in hoc Plutarchi loco, de Pompeio loquentis, καὶ τὸ νεαρὸν καὶ αἰδοῦν τι δίεγεῖρεν αὐτοῖς ἡ ἀκμὴ τὸ γεραρὸν καὶ βασιλικὸν τοῦ ἤθους. ‖ Notandum est autem vt dicitur ἡλικίας ἀκμὴ & σώματος ἀκμή (vt proximè sequēte annotatione docebitur) ita etiam dici θέρους ἀκμὴν, æstatis vigorem, id est, illud æstatis tempus quo maximè viget calor. Sic ferè dicitur & σίτου ἀκμή. quæ phrasis exponetur paulo pòst in Ἀκμάζω, vbi σίτου ἀκμάζοντος.

Ἀκμή, inquit Budæus, est quæ Latinè summa dicitur, vt apud Quintilianum in 5, Vt enim sunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est. Habent enim omnia exordium, incrementum, summam. ‖ Idē, Ἀκμὴ in morbo, Plenus impetus, & morbus iam adultus. Παρακμή, Morbus iam inclinatus & consenescens. morbus enim increscit, consistit, minuitur seu inclinatur. Celsus morbum increscentem vocat τὸ ἐπακμάζοντα, consistentem & subsistentem, τὸ ἐν ἀκμῇ νόσημα: ad sanitatem inclinantem & qui imminuitur, τὸ παρακμάζον. Hæc Budæus in Commentariis. His autem addere potes ἀκμὴν ἰδιωτικῶς, item ἀκμὴν κακῶν ex Æliano apud Suidam. Idem Budæus in suo lexico ἀκμὴν ἀγῶνος, exponit intensionem certaminis, in hoc Pausaniæ loco, vbi de quodam picto bello loquitur, γέγραπται δὲ οὐκ ἐς ἀκμὴν ἀγῶνος οὐδὲ τολμημάτων ἐς ἐπίδειξιν τὸ ἔργον ἤδη προῆκον, ἀλλὰ &c.

Ἀκμή, inquit idē Budæus, est etiam cuiusque rei summum incrementum. ἀκμὴ etiam intercedit inter ἄνεσιν & ἐπίτασιν ἐν τοῖς ἀνωμάλως κινουμένοις. sic Aristoteles in 2 De cælo. Idem Budæus ait alio loco, ἀκμή, Status rerum inter incrementum & decrementum.

Ἀκμή (inquit idem Budæus) est etiam καιρός. Sophocl. Aiace, Χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν, οὐχ ἕδρας ἀκμή, non tempus est sedendi & quiescendi. Significat etiam punctum occasionis & momentum. Idem in Electra, ὡς ἐνταῦθ' ἐσμέν, ἵν' οὐκ ἔτ' ὀκνεῖν καιρός, ἀλλ' ἔργων ἀκμή, Quandoquidē in eo sumus vbi iam minimè cunctandum est, sed rei efficiendæ momentanea occasio. vt sit ἀκμὴ αὐτὴ τῆς ὀξύτητος καὶ σπουδῆς, id (vt opinor) quod Virgilius in 1 Æneid. dixit, — haud tanto cessabit cardine rerum. Hactenus Budæus. Notandum est autem pro hac significatione, videlicet pro puncto occasionis & momēto, siue articulo tēporis quo res aliqua debet agi, dici interdū ἀκμὴν καιροῦ: interdū καιρὸν εἶναι ἐπ' ἀκμῆς: nōnunquā etiā solū ἀκμὴν cū infinitiuo. Isocr. ad Nicoclē, κράτιστον μὲν τῆς ἀκμῆς τοῦ καιροῦ τυγχάνειν, Optimum est ipsum occasionum punctum seu articulum assequi, vel nancisci. Aristoph. Pluto, σπεύσατ', ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν, ἀλλ' ἔσ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς ἢ δεῖ παρόντας ἀμύνειν. hic enim malo ἐσ' esse positum pro ἐστί, vt eius nominatiuus sit ὁ καιρός: sitque sensus, Properate: quoniam non est cunctandi tempus: sed est in ipso articulo quo oportet &c. vt intelligamus tempus in ipso articulo & puncto esse, pro adesse ipsum temporis articulum. At vulgò exponitur (vt etiam in Tus. lexico) Quoniam tempus non est cunctandi: sed estis in ipso articulo, quo &c. vt sit ἐσ' pro ἐστέ. Cum infinitiuo autē, apud Isocratem ad Philippum, ἀλλ' ἐγὼ μὲν πρεσβύτερος ἤδη, καὶ περὶ τὴν διατριβὴν ταύτην ἀκμὴν εἶχον. ‖ Notandum est autem Suidam ἀκμὴν καιροῦ exponere felicitatem: citantem locum Isocratis paulo antè à nobis positum, vbi dicit τῆς ἀκμῆς τοῦ καιροῦ τυγχάνειν. Sed viderit Suidas.

A Ἀκμαῖος, ου, ὁ, Vigens ætate, Florens ætate, Integer æui. aliquando ἀκμαῖος τὴν ἡλικίαν, aliquando ἀκμαῖος ſimpliciter. & de eo dicitur qui ætate viget ſimul & robore, id eſt cui per ætatem datur robuſto eſſe. quo ſenſu ἀκμαίων λέοντι dicebatur, cuius Plutarch. in Probl. meminit. vnde à Suida ἀκμαίων exponitur ἰσχυρῶν, ἀνδρείων, γενναίων. Plut. in Alexandro, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ἀκμαιοτάτης δυνάμεως εἰς Ὑρκανίαν κατέβαινε. id eſt, cum validiſſima & robuſtiſſima parte exercitus. ‖ Transfertur verò & ad alia ἀκμαῖος. vt ἀκμαιότατος χειμών, maximè vigēs hyems, B vel vehemens. Greg. Naz. De baptiſmate, μεσημβρία τὸ τοῦ φωτὸς ἀκμαιότατον, Meridies tempus lucis maximè vigens. vel, Tempus quo lux maximè viget. Aut per nomen verbale vigor, Meridies luminis vigor præcipuus. Ἀκμαῖος τὴν ὀργήν, Lucianus in Timone, Ira vigens, ira vehemēs, vt ira ſit ablatiuus. Et cum præpoſitione, ἀκμαίη πρὸς ἔρωτα, in Anthol. epigr.

Ἀκμαῖος, Tempeſtiuus. Antipater Sid. in Anthol. epigramm. ἀκμαῖος ῥοθίῃ νηῒ δρόμος. Sic exponitur ἀκμαῖον & apud Theophr. De cauſ. plant. lib. 3. ſed Scaliger ἀκμαῖον C ad ipſa vigoris momenta ac tenorem referendum eſſe docet. Vſurpatur & de perſona: atque ἀκμαῖος venire dicitur qui tempeſtiuè aduenit. Soph. Aiace, Ποῦ Τεῦκρος; ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι. Vbi Teucer? quàm tempeſtiuus, ſi acceſſerit, adueniat. Notat autē hic ſchol. ἀκμαῖος, καίριος, κατὰ καιρόν, παρὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ καιροῦ. quod dicēdi genus paulo antè expoſuimus. ‖ Ἀκμαῖος, Maturus (ſunt autem affinia tēpeſtiuus & maturus) vt ἀκμαία παρθένος apud Lucianum, nubilis virgo. quæ matura viro à poeta Latino dicitur. D

Ἀκμάζω, F. σω, Vigeo vel floreo ætate. Ætate ſum firma. Item, Sum vegetus & validus per ætatem, Polleo iuuenili robore. Iſocr. De pace, τοῖς δὲ νεωτέροις καὶ μᾶλλον ἀκμάζουσιν ἢ ἐγώ. Apud eundē ἀκμάζοντες & πρεσβύτεροι opponūtur, in Panath. Ἀκμάζοντες νεότητι πολλῇ, Thuc. 2. Sic ἀκμάζουσα ἡλικία, iuuenilis ætas, viuida & vegeta. ‖ Dicitur verò per metaphoram ἀκμάζειν pro florere, vigere, pollere quacūq; re. vt ἀκμάζειν πλούτῳ, apud Herodotum in 1, Opibus florere. Et apud Æſchinem in Cteſ. dicitur Perſarum rex ἀκμάζειν nauibus & pecuniis & E pedeſtribus copiis. Interdum & cum præpoſ. πρὸς accuſatiuo iuncta. vt Plut. in Fabio, ἀκμάζων πρὸς δύναμιν, quod quidā interpr. ἀκμάζων δυνάμει, Florens opibus.

Ἀκμάζειν non ſolùm de homine dicitur, ſed de variis etiam rebus: ſicut & ἀκμή. Et vt ἀκμὴ dicitur νοσήματος, ſic ἀκμάζον νόσημα vel πάθος, quod eſt ἐν ἀκμῇ. quaſi quod eſt in ipſo vigore mali, quum dolor ad ſummum venit, vt ita dicam: adeo vt iam conſiſtat. Ἀκμάζων πόλεμος, Bellum quod eſt in ſuo veluti vigore, Bellū vigens, F Fortaſſe feruere potius diceretur bellum hoc ſenſu: vt dicitur calere pugna. Fortaſſe etiam non malè ἀκμάζοντος πολέμου reddideris Flagrante bello, quæ phraſis idem ſonat quod Feruente bello. Sic ἀκμαζούσης τῆς συνουσίας, Plut. in Ant. Calente conuiuio, vt ita loquar. Vel, Quum vigeret conuiuium, In medio conuiuio. ‖ Ἀκμαζούσης νυκτὸς, apud Herodianum, Nocte intempeſta, interpr. Politiano. q. d. Vigente nocte. tunc videlicet quum eſt μεσονύκτιον, id eſt medium noctis, ſiue media nox. Sic ἀκμάζουσα ἡμέρα, apud eundem Herodianum dicitur meridies. quò pertinet illud Gregorii, μεσημβρία G τὸ τοῦ φωτὸς ἀκμαιότατον. Apud Thucydidē ἀκμάζον θέρος, adulta æſtas, vt loquitur Cornel. Tacitus, helleniſmum hunc (vt opinor) æmulās. At παρηκμακὸς θέρος, præceps æſtas, vel potius præcipitans, ſeruata eadem quidem in Græco, ſed non & in Latino ſermone, metaphora. Dicitur etiam ἀκμάζοντος τοῦ σίτου, Xen. Hell. 1, adultis iā frugibus. Vbi adultus in propria ſignificatione capitur, nō metaphoricè, vt modò in Adulta æſtas. Intelligendū autem, Tempore eo (æſtatis videlicet) quo iam adultæ ſunt fruges. Interdum copulantur hæc duo θέρους & σί- H του. vt apud Thuc. 2, τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν. Pollux περὶ σίτου ἀκμὴν & σίτου ἀκμάζοντος coniungit. Apud Dioſc. lib. 1, τὰ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα μῆλα, quæ vere ad maturitatem perueniunt. Sic σίτου ἀκμάζοντος, quod expono Iam adultis frugibus, quidā Maturis iam frugibus, reddiderunt.

A Ἀκμάζει τὰ πράγματα, apud Xenophontem exponitur, Res ſunt in ipſo articulo, Res ſunt in cardine. Pæd. 4, οὐ γὰρ διαπέπρακται ἡμῖν ἃ βουλόμεθα, ἀλλ' αὐτὰ πάντα ἀκμάζει, ὅτι ἐπιμελείας δεόμενα.

Ἀκμαστής, οῦ, ὁ, Strenuus, Validus, Robuſtus. Herodianus, νεανίσκον γενναῖόν τε καὶ ἀκμαστὴν πείθουσι. Ita accipi ἀκμαῖος, paulo antè docui. Fit autem ἀκμαστὴς ab ἀκμάζω, formādo videlicet à tertia præteriti perſona verbi paſſiui. (quod tamen inuſitatum eſt) ἤκμασται: at ἀκμαῖος fit ab B ἀκμή.

C. Ἐνακμής, & Ἔνακμος, Vegetus, Robuſtus, In vulg. lexicis.

ET Ἐνακμάζω, Vigorem accipio, Vegetus reddor, Inualeſco, ἐνισχύω, Suid.

C. Ἔπακμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod præcedens Ἔνακμος. Dioſcorides autem ſcribens, ἧττον δὲ στερεὰς ἔχει καὶ ἐπάκμους τὰς ἀκάνθας, vocat ἧττον ἐπάκμους ἀκάνθας, minus validos aculeos, vt quidam interpret. id eſt minus validè pungentes. In vulg. lex. ἔπακμος ἄκανθα, redditur Non penitus integra ſpina, ex Marcello. (perperam, vt opinor, C addita negatione.) Itē, Rotunda & mucronata, ex Hermolao. Ἔπακμον eſſe dicit Budæus, Quod eſt acie exacutum, vel Quod aciem ſeu cuſpidem habet. Cui expoſitioni ſubiungit illum Dioſcoridis locum.

Ἐπακμάζω, Vigeo, Vegeta ſum ætate. Et ἐπηκμακὼς, Vigens, Adoleſcens, Validus, Vegetus. Bud. Et ἐπακμάζουσα ἡλικία pro florente ætate, citatur ex eodem B. HINC Ἐπακμαστικὸς, Inualeſcens paulatim, vel Senſim efferueſcens, vt Bud. exponit in hoc Galeni loco, πολλοῖς δὲ ἄλλοις συνόχοις ἐθεασάμεθα, τοὺς μὲν ἐπακμαστικούς, τοὺς δὲ, ὁμοτόνους, ἢ ἀκμαστικούς, ἐνίους δὲ, παρακμαστικούς. Idem, πυρετὸς D δὲ ἐστὶν δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπακμαστικός. Gorræus ἐπακμαστικὸν πυρετὸν eſſe ſcribit qui quum vnam à principio ad finē vſque acceſſionem habeat, non tamen eodem tenore perſeuerat, ſed aſſurgit atque inualeſcit: eúmque ἀναβατικὸν alio nomine appellari. In vulgat. lex. annotatur, morbum increſcentem Celſo eſſe τὸν ἐπακμάζοντα, cui opponit τὸν παρακμαστικὸν, qui ſenſim decreſcit, leuiórq; fit & languidior.

C. ΠΑρακμή, ῆς, ἡ, Vigoris remiſſio, Languor, inquit B. Plut. De cohib. irac. διὸ καὶ δῆλόν ἐστιν οὐ παρακμῇ τινι δι' ἡ- E λικίαν τὸ θυμοειδὲς οὐδὲ αὐτομάτως ἀπομαραινόμενον. quem locum Eraſ. ſic reddidit non malè, (meo iudicio) Vnde liquet & illud, iracundiam ac ferociam non per ætatem ſimul cum deficiente corporis vigore neque ſuapte ſpōte velut emarceſcere. Apud Galenū παροξυσμῶν παρακμαί, acceſſionum remiſſiones, quas vulgò declinationes medici appellant. Et παρακμὴ πυρετοῦ apud eundem, Remiſſio febris. Et παρακμὴ cuiuſuis morbi, Tēpus quo ſe remittit & miteſcere incipit. Latini morbū F inclinatum dixerunt. ‖ Παρακμή, ſenilis ætas & flacceſcens, quando iam robur conſeneſcit, Budæus 605. Ad quam ſignificationem pertinet exemplum ex Plutarcho modò allatum. De vi autem præpoſitionis in hoc nomine, dicam in ſequente verbo.

ΠΑρακμάζω, Vigorem languidiorē habeo, Vigor meus elangueſcit, aut iacet. Vel, Vigorem amitto, Flacceſco. Hoc autem quia fit in ſenectute præcipuè, exponitur παρακμάζω & Conſeneſco, Marceſco ætate, Florem ætatis amitto. Quæ ex tribus interpretatio magis mihi placet: qui verti etiam poſſe exiſtimo, Ad effœtam ætatē G vergo. quia quum effœta ætas dicitur, vigor amiſſus declaratur. At verò Marceſcere ætate, & Marcere ab annis, (vt dixit Ouidius de Tithono) eſt decrepiti, ideóque lōgè vlterius progreditur quàm τὸ παρακμάζειν. In quo verbo (ſicut & in nomine παρακμή) præpoſitionē παρὰ tempus elapſum denotare arbitror. vt παρακμάζειν propriè dicatur is cuius vigoris tempus elapſum eſt, ſiue cuius vigor aut vegeta ætas præteriit, ſeu deſiit: aut παρακμάζων ſit is cuius vigor præterit, ſeu deſinit: παρηκμακὼς autē, cuius vigor iam præteriit ſiue deſiit. ean- H démque vim habeat præpoſitio παρὰ in παρηκμακὼς quam habet in παρηβηκὼς, (pro quo & ἀφηβηκὼς dicitur) & in παρηλικιωμένος. Denique παρηκμακὼς propriè ſonare exiſtimo, Vigoris tempus egreſſus, aut vegetam ætatem, ſicut παρηβηκὼς, Pubertatem egreſſus. Sed παρηκμακὼς exponitur etiā Emeritus, Qui cōſenuit. ‖ Trāſ-

fertur autem & ad alia. vt apud Xenoph. Symposio, τὸ μὲν τῆς ὥρας ἄνθος ταχὺ δήπου παρακμάζει, marcescit. In qua significatione de flore itidem dictum μαραίνεσθαι observaui. Cui exemplo aptè adiungi puto hoc ex Plutarcho, in quo παρακμάζειν & παρανθεῖν copulat, vt Xenophon ἄνθος παρακμάζειν dicit. Habetur autem apud eum in Bruto, ὅταν παρακμάζῃ καὶ παρανθήσῃ τῆς ὀργῆς, id est (Bud. interpr.) quū consenuerit ira & deferbuerit. In vulg. lex. citatur ex Dioscor. lib. 5, cap. 27, παρακμάζοντα μύρτα, pro Quammaturissimæ baccæ myrti, Marcello interprete. (Ruellius autem vertit Quæ maturitatem excesserunt: ego lubenter verterim Flaccescentes) contrà ex Plutarcho in Cæsare, παρακμάζειν pro Non peruenire ad maturitatem seu vigorem. Et παρηκμακὼς φθινόπωρος, præceps autumnus, Bud. interpr. Item παρακμάζοντος κινδύνου ex Diosc. citatur pro Inclinato decedenteque periculo. Quum autem de homine dicitur παρακμάζω, interdum additum habet accusatiuum ἡλικίαν, & dicitur παρακμάζειν τὴν ἡλικίαν (vt apud Gregor. Naz.) pro παρακμάζειν simpliciter. A B

Παρακμασις, Vigoris amissio, & secundum quosdam Effœtatio (ficto nomine) in hoc Theophr. loco De caus. pl. lib. 1, ὅταν δ᾽ ἐλλίπῃ σπέρμα διὰ τὴν ἡλικίαν ἢ παρακμάσιν, ἀδυνατεῖ τὸ φύειν. C

Παρακμαστικὸς, Cuius remissus est vigor, vt παρακμαστικὴ ἡλικία, apud Galenum, Ætas cuius remissus seu remissior est vigor, Ætas iam vergens & inclinata, Bud. Eam Galenus à tricesimoquinto anno incipere tradit, & vsque ad quadragesimumnonum durare, à quo senectus capiat initium. Et παρακμαστικὸς πυρετὸς Febris quæ sensim leuior fit & languidior, eodem Budæo interprete. Gorræus παρακμαστικὸν πυρετὸν esse dicit febrem decrescentem (vt ἐπακμαστικὸν increscentem) & speciem esse vnam febris continentis quæ συνόχος vocatur, quæ à primo die ad postremum vsque semper de sua magnitudine remittit aliquid, donec prorsus desinat. D

¶ ΣΥΝακμάζω, Simul vigeo & ætate floreo, vt συνήκμαζε Γοργίᾳ τῷ σοφιστῇ, Bud. Συνήκμασε αὐτῷ exponitur etiā Temporibus eius floruit, seu claruit. Sic συνακμάσαι τῷ Ἰφίτῳ, Iphiti temporibus claruisse. ¶ Metaphoricè etiam dicitur συνακμάζουσα ὀπώρη, epigr. lib. 2, Ἀλλ᾽ αἰεὶ πρόθηκα συνακμάζουσαν ὀπώρην. E

¶ ΥΠΈΡακμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ætatis florem egressus. vel Qui excessit æt. &c. Ætatem vegetam egressus, ὑπερεκδραμὼν τὴν ὥραν, inquit Suidas. Paulus 1 ad Cor. cap. 7, versu 36, εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, vbi vet. interpr. ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος reddit Quòd sit superadulta: Erasmus, Si prætereat nubendi tempus: vt videlicet dicatur ὑπέρακμος quæ sit non matura viro (vt loquitur Virgilius) sed plusquam matura. vt ἀκμὴ hoc in composito sit tempus illud quo nuptiæ contrahi solent, aut certè debent: quod esse scimus in ætatis flore. ΕΤ Ὑπερακμάζω, quo Myron Prienensis apud Athenæum vtitur lib. 14, εἴ τινες ὑπερακμάζοιεν τὴν οἰκετικὴν ἐπιφάνειαν. id est (vt opinor) Siqui vegetiores essent quàm pro seruili forma. Vel, Siqui vigorem quendam præ se ferrēt maiorē quàm qui in seruis soleat cōspici. vt sit pro ἀκμάζοιεν ὑπὲρ τὴν οἰκετικὴν ἐπιφάνειαν. F

¶ Ἀκμάω, μῶ, idem quod ἀκμάζω. nam Etym. ἀκμῶσαν exponit ἀκμάζουσαν. G

¶ Ἀκμὴς, ῆτος, malè ab hoc ἀκμὴ quidam deduxerunt, quū à κάμνω deriuatum sit, vt ibi docebo.

¶ Ἀκμηνὸς, οῦ, ὁ, Adultus, vel Florens & exuberans, vt inquit Bud. citans ex Hom. Od. ψ, v. 200, Θάμνος ἔφυ τανύφυλλος ἐλαίης ἕρκεος ἐντὸς, Ἀκμηνὸς θαλέθων. Vbi Eustath. ἀκμηνὸς obseruat ὀξύνεσθαι, ex Aristarchi sententia, exponentis, ἀκμὴν ἔχων τοῦ θάλλειν.

Ἄκμηνος autem pro Ieiunus, quidam ac ἀκμὴ, quod Æolibus inediam significat, alii ab ἰχμὰς deduxerunt, vbi & ponere decreui.

¶ Ἀκμὴν, Adhuc, Etiam nūc. idem quod ἔτι, inquit Suidas. Isocr. ad Demonicum, & σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς. Sic & in hoc epigramm. loco, quem Suidas citat, Οὕτως ἐν ἡρώεσσι ποτ᾽ ἦν χόλος, οὐ μέρος ἀκμὴν Ἔχθρον ἐν ἀψύχοις σώζεται ἀκρέμοσιν. id est, seruatur etiamnunc. Citat & alia exempla. Sic accipi mihi videtur & à Theocrito Idyll. 4, in fine (legitur autem ἀκμὰν apud eum Doricè pro ἀκμὴν) hoc in versu, Ἀκμὰν γ᾽ ὦ δείλαιε. παρὰν γίνετ᾽ αὐτὸς ἐπενθὼν, & in vulg. lex. exponitur ἀκμὰν, nuper. Cuius interpretationis error contigit ex non satis attentè considerata expositione scholiastæ, qui per πρὸ ὀλίγου exponit πρώην, non autem ἀκμάν. Planè enim existimo hîc ἀκμὰν esse quod versu vno interiecto dixerat ἔτι. nam Battus interrogat, τὸ γερόντιον ἦρ᾽ ἔτι μύλλει Τήναν ταν κυανόφρυν ἐρωτίδα, τᾶς ποτ᾽ ἐκνίσθη; Respondet, Ἀκμὰν γ᾽ ὦ δείλαιε. Perinde ac si diceret, ἔτι μύλλει αὐτήν. H

Ἀκμὴν, pro Etiam eo tempore (inquit Budæus) citas ex Polybio, παρὰ μὲν τοῖς Καρχηδονίοις τὴν δύναμιν ὁ δῆμος ἤδη μετειληφὼς, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις ἀκμὴν εἶχεν ἡ σύγκλητος. Huic autem loco aptè fortasse subiungetur hic eiusdem scriptoris, in fragmento quodam libri 16, καὶ τὰ μὲν περὶ τὸ δεξιὸν κέρας τοῦ Φιλίππου ταύτην εἶχε τὴν διάθεσιν, ὥστε ἀκμὴν ἄκριτα μένειν τὰ ὅλα. Sunt tamen quiἀκμὴν significare hîc putent Aliquādiu. Cæterùm an sit deriuatum ab ἀκμὴ hoc aduerbium, magis otiosis iudicandum vel potius diuinandum relinquo.

ἈΚΚΩ, οῦς, ἡ, Acco mulier (de qua paulo pòst dicetur) à cuius nomine originem habere putatur verbum ἀκκίζομαι, id est, Simulatè recuso, Fictè aspernor, Fingo me nolle quum maximè velim. Est etiā generaliter, Simulatione vtor. Lucianus, ἐν δεῖ πρότερον ἱκέτων ποιήσασθαι, παραβύσαντες εἰς τὴν χεῖρα ἐντειλάμενοι πέντε δραχμὰς ὁ δὲ, ἀκκισάμενος, καὶ, ἄπαγε, παρὰ σοῦ δ᾽ ἐγώ; ὦ Ἡράκλεις, μὴ γένοιτο, ἐπείπών, τέλος ἐπείσθη. Vbi Lucianus affert verba hominis ἀκκιζομένου. dicuntur enim hæc à famulo vocatore, qui cœnipetis pecuniam illi offerentibus, fingit se magnopere reniti, & eam ab illis nullo modo velle accipere: tandem tamen accipit, veluti coactus. Plutarch. Sympos. 1, μικρὰ μὲν οὖν ἠκκίσαντο παραιτούμενοι. Synesius epist. 121, σὺ δὲ ἀκκίῃ καὶ κατειρωνεύσῃ. Ælianus apud Suidam, de quadam astuta muliere, ἅτε δὴ οὐκ ἄπειρος ἐρωτικῆς περιεργίας, ἀκκιζομένη σὺν καιρῷ, καὶ πρὸς ζῆν λυπηρὰν ἀφυῶς ἄγουσα τὸν ἄνδρα. Sic de mulieribus sæpe dicitur, & quidem de veteratoris scortis, quæ vt pluris se addicant, morosiora se præstant (dissimulatione vtendo) & difficiliora, nec facilè se exorari sinūt. Tale quiddam apud Latinos est Delicias facere, meo quidem iudicio, nisi quòd hoc latius patet. Gall. dicitur de huiusmodi hominibus, *Ils se veulent faire prier*. Cæterùm suspicor errorem esse apud Suidā, vbi legitur ἀκκίζεσθαι esse τὸν λέγοντά τι προσποιεῖσθαι μὴ ἐθέλειν. legendum enim crediderim θέλοντα pro λέγοντα. vt sit, Volentem aliquid, simulare se nolle. Cicero ad Atticum, Certi sumus periisse omnia. quid enim ἀκκιζόμεθα tandiu? Id est dissimulamus, vt vulgò exponitur. Suidas & Hesychius volunt hoc verbum inter alia significare προσποιεῖσθαι. Paulo certè aliter quàm in præcedentibus locis videtur sumi in hoc Themistii in orat. quadam ex iis quas editioni Aldinæ addidi, οὔκουν ἔτι μοι θρύπτεσθαι καὶ ἀκκίζεσθαι καθάπερ Ἰσοκράτης ὁ Θεοδώρου, ὅτι σεμνύνεται ... καὶ ἰσχυρίζεται τὰ ἐμὰ δωρήματα, καὶ οὔτε ἐν χρόνῳ μεγάσκει, &c.

Ἀκκίζεσθαι (si eidē Suidæ credimus) non solùm προσποιεῖσθαι significat (vt modò dixi) sed etiam γυναικίζεσθαι & μωραίνειν. accipienti (vt opinor) γυναικίζεσθαι pro Muliebriter lasciuire, μωραίνειν autem pro Stulta facere aut dicere, Stultitiā dictis aut factis ostendere. Addit autem manasse hoc verbum à quadam stulta muliere quæ Ἀκκὼ vocabatur. Easdem Hesychius dat expositiones actiuæ voci Ἀκκίζειν, sed nihil de origine huius verbi addens. Plut. in lib. qui περὶ τῶν Στωϊκῶν ἐναντιωμ. inscribitur, pag. 693, ὡς οὐδὲν διαφέροντα τῆς Ἀκκοῦς καὶ τῆς Ἀλφιτοῦς, δι᾽ ὧν τὰ παιδάρια τοῦ κακοσχολεῖν αἱ γυναῖκες ἀνείργουσιν. Quibus hæc ex Erasmi adag. visum est addere, Ἀκκίζειν (id est accissare) Græco prouerbio dicebātur, qui quum maximè cuperent accipere quippiam, tamen fictè recusabant. qui mos hodie quoque multis durat. Scribūt Ἀκκὼ mulierem fuisse quampiam notæ stultitiæ, quæ solita sit ad speculum cum imagine sua, perinde atque cum alia muliere, confabulari: vt hinc vulgò, quæ stultius aut ineptius aliquid agerent, ἀκκίζειν dicerentur & Ἀκκοῦς nomine compellarentur. Apparet, illud etiam

moribus huius mulieris adfuisse, vt recusaret quæ tamen cupiebat. vnde & ἀκκισμὸς ficta huiusmodi recusatio dicatur. Hactenus Erasmus, qui stultū hoc Accūs factum ex Etymologico trāstulit. Ad me autem quod attinet, non video qui verbum ἀκκίζεσθαι pro vna significatione ab Ἀκκὼ deducere possimus, quin & pro altera ab eodem deriuare cogamur: ideóque Erasmo assentior.

Ἀκκισμὸς, ȣ, ὁ, Ficta recusatio, simulatio qua quis vtitur fingens se accipere nolle quod tamen vult. Philostratus in epist. λάβε λάβε καὶ σὺ, τὸν ἀκκισμὸν ἀφελοῦσα τὸν σώφρονος. qua in significatione ἀκκίζεσθαι apud Lucianum sumi, modò ostendimus. Est tamen ficta recusatio in alia etiam qualibet re. Erasmus vertit tergiuersation in hoc Luciani loco ex Amoribus, πάντα δὴ παρελκῶν ἀκκισμὸν, sublata omni tergiuersatione. At nomen Græcū retinet hoc in loco Philemonis apud Athenæum, οὐκ ἔστ' οὐδὲ εἷς ἀκκισμὸς, οὐδὲ λῆρος. Item in hoc eiusdem Luciani, πολὺς δὲ ὁ μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀκκισμός. Vertit enim vtrobique accisimus. Ego verò existimo in illo Philemonis loco de ficta recusatione dici ἀκκισμὸν: in hoc autē Luciani ἀκκισμὸς non malè (meo quidem iudicio) vertetur Deliciæ. Loquitur enim illic de mulieribus quæ coram maritis vix audent primoribus digitis cibos attingere, & summis tantùm labris eos degustant. Gall. *Qui font la petite bouche*. &, *qui font des sucrees*.

¶ Ἀκκίζεσθαι ab Hesychio exponitur etiam ὀξύνεσθαι, id est acui: sed quin mendosè scriptum sit pro ἀκίζεσθαι cum vnico κ, & quin sit ἀκίζεσθαι ab ἀκὶς ἀκίδος (deriuato ab ἀκὴ) minimè mihi dubium est: ideóque suprà post ἀκὶς ponendum censeo.

ἈΚΟΛΟΥΘΟΣ, ȣ, ὁ καὶ ἡ, Pedissequus, vel pedissequa, Comes, Assectator. Demosth. contra Midiam, ἀκολούθους τρεῖς ἢ τέτταρας αὐτὸς ἔχων. Lucianus in Nigrino, φορτικὸς ἀκολούθων ὄχλῳ, inuisus siue odiosus ob comitum turbā. Xenoph. Hell. 3, τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀκολούθους ἐσπαρμένους εἰς ἁρπαγήν. Plato in Cratylo, ait in ἀκόλουθος, sicut & in ἄκοιτις positum esse α pro ο. sed intelligendum est etiam detractam esse syllabam μο, facto videlicet ἀκόλουθος, ex ὁμοκέλευθος. rursum dicitur ὁμοκόλουθος pro ὁμοκέλευθος, videlicet ex ὁμοῦ & κέλευθος. Ita enim formare malo, quàm cum Etymologico dicere α hîc significare ὀπίσω, id est retro. Quod autem ad propriam huius nominis significationem attinet, notādum est Hesychium ἀκόλουθον & θεράποντα ita distinguere, ἀκόλουθος, ὁ νεώτερος παῖς· θεράπων δὲ ὁ περὶ τὸ σῶμα. Reperio tamen interdum copulata hæc duo, vt apud Platonem in Symposio, διὸ δὴ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος καὶ θεράπων γέγονεν ὁ ἔρως. Apud Athenæum 6, καλοῦνται δ' οἱ δοῦλοι, ἄζοι καὶ θεράποντες καὶ ἀκόλουθοι. Quinetiam ipsemet Hesychius θεράπων explicat alibi per ἀκόλουθος. ‖ Dicitur etiam ἀκόλουθον quicquid sequitur vel consequitur, Consequens, oppositum videlicet habens Præcedens. Cum genitiuo, vt, τούτου ἀκόλουθον, apud Xenophontem. Apud Plutarchum ἀκόλουθον & προηγούμενον opponuntur. Vide Κέλευθος.

Ἀκόλουθος, Consentaneus, vel Congruens, Conueniens. Hermogenes, καὶ γίνεται ἡ θέσις ἀκόλουθος. Demosthenes Pro corona, ἐξελθόντι δὲ ὀκταπήχων, ἀκόλουθα τούτοις περιέθει. Sic οὐδὲν ἅτερος θατέρῳ λέγοντες ἀκόλουθον. Itē ἀκόλουθος τοῖς σκέλεσιν exponitur Crurum modo descriptus. Apud Xenoph. in Œcon. cum genitiuo ἀκόλουθα ἀλλήλων exponitur Coniuncta inter se. ‖ Ἀκόλουθον vult Suidas significare ὅμοιον, id est simile, hoc in loco, ἀκόλουθον ἀπέβη τὸ τέλος ταῖς προτέραις ἐνεργείαις. ‖ Ἀκόλουθον, sub. ἐστὶ, Consentaneum est, vel Reliquum est. Greg. De diuinitate, εἰδέναι δὲ ἀκόλουθον ὑμᾶς, Consentaneum est vt sciamus. vel, Reliquum est aut Superest vt sciamus.

Ἀκολουθότερος, Gradus compar. vt apud Basilium, ἀκολουθότερον ἦν, Magis consentaneum erat, Conuenientius erat, vel Magis conueniebat.

Ἀκολούθως, Aduerb. Consequenter vt apud Diosc. 6, ἀκολούθως τούτοις, Consequenter his, Post hæc. Item ἀκολούθως, Conuenienter, Consentaneè. Plutarchus, ἀκολούθως τούτῳ εἴρηται.

A Ἀκολουθία, ας, ἡ, Assectatio, Comitatus. Synes. epist. 101, οὐκ εἰκὸς ἀγνοεῖσθαι διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν δανειστῶν. Plutar. De dæm. Socr. ἀκολουθίας πλήθει καὶ κατασκευῇ σοβαρόν. ‖ Ἀκολουθίαν φύσεως ἀσπαζόμενον. Philo De vita Mos. lib. 2, vbi exponitur Sectam. ‖ Ἀκολουθία, Consequentia, Cōsequutio. Philo De mundo, ἀκολουθίαν τῆς φθορᾶς ἔχει, id est, Bud. interprete, Continet dissolutionis consequentiā. Κατ' ἀκολουθίαν Herodianus dicit pro Per gradus quosdam, vt Polit. duobus locis interpr. quorum vnus est lib. 7, ἐκ πολλῶν ἡγεμονιῶν, ὥσπερ κατ' ἀκολουθίαν,

B ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντα, per honores plurimos, quasi per gradus quosdam, ad imperii culmen ascendisset. ‖ Ἀκολουθία, Conuenientia, Congruentia. κατ' ἀκολουθίαν, Cōgruenter, Conuenienter. Philo De vita Mosis, lib. 3, λέγε δ' ἄρα οὐδὲν ὄφελος τῶν καλὰ καὶ σπουδαῖα σεμνηγορήσαντος, ὧν μὴ πράξεσιν οἰκείων ἀκολουθία πράξεων, id est Nisi congruentes actiones ei respondeant.

¶ Ἀκολουθέω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Sequor, Assector, vel Comitor. Dicitur autem ἀκολουθεῖν τινι, & μετά τινος. interdum & κατόπιν τινός. Luc. in Dearum iudicio, ὑμεῖς δὲ μὴ βραδέως

C ἀκολουθεῖτέ μοι, Vos autem me non tardè sequimini. Aristoph. in Pluto, ὅτι τυφλῷ ἀκολουθοῦμεν ποτέ. Dixerat paulo antè, ἀκολουθῶ κατόπιν σοῦ. Item ἀκολουθεῖν μετά τινος, vt modò dictum est. Demosth. in Androtionem, χάλας ἀκολουθεῖν μεθ' ἑαυτοῦ. Isocr. in Plataico, τοῖς μὲν σώμασι μετ' ἐκείνων ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δ' εὐνοίαις μεθ' ἡμῶν ἦσαν. Apud eundem ἀκολουθεῖν μετά τινος, sequi alicuius partes in bello. Alii vertunt, Alicuius signa sequi. Isocr. De pace, οἷς ὁπόταν τις πλείονα μισθὸν διδῷ, μετ' ἐκείνου ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσι, Quibus siquis ampliorem det mercedem,

D eius signa aduersus nos sequentur. ‖ Ἀκολουθεῖν exponitur etiā Famulari. Mallem vertere Pedissequum esse, vel A pedibus esse, aut Sequi tanquam famulum.

Ἀκολουθεῖν, Consentaneum esse, Conuenire, Cōgruere. ἀκόλουθον εἶναι. vt ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις, Inter se conueniunt & congruunt, siue consentiunt. Et ἀκολουθεῖ impersonaliter positum. pro Consentaneum est, vel potius Consequens est. Arist. in Præd. δυεῖν μὲν γὰρ ὄντοιν ἀκολουθεῖ τὸ ἓν εἶναι.

Ἀκολουθεῖν, Sequi aliquem vel aliquid, pro Formā eius

E sequi, Id imitari. Luc. ἐν δίκῃ φωνηέντων, Τῷ γὰρ τούτου σχήματι φασὶ τοὺς τυράννους ἀκολουθήσαντας, καὶ μιμησαμένους αὐτοῦ τὸ πλάσμα. Item ἀκολουθεῖν τινι, Sequi aliquem, pro alicuius exemplum, Alicuius exemplo quidpiam facere vel dicere. Citatur item ex Aristotele, ἀκολουθεῖ κατὰ τὸ σῶμα δασύτητι, & exponitur, Corporis modum pilis imitatur.

Ἀκολουθεῖν τῷ λόγῳ, Assequi intelligētiam orationis, Intelligentia consequi orationem. Plato in Phædro, καὶ ἐὰν αὐταῖς ὑποθέσεις ἱκανῶς διέλητε, ὡς ἐγῴμαι, ἀκολουθήσετε ὦ

F λόγῳ καθόσον δυνατὸν μάλιστα ἀνθρώπῳ ἐπακολουθῆσαι. Vbi obserua ἐπακολουθεῖν composito verbo significari quod simplici ἀκολουθεῖν modò significatum erat. Idem exprimitur & alio composito παρακολουθεῖν, de quo (sicut & de ἐπακολουθεῖν) dicam paulo pòst.

Ἀκολούθημα, τος, τὸ, ET Ἀκολούθησις, εως, ἡ, (frequētius) Cōsequentia, Cōsequutio. Item, Assectatio, vel Consectatio. Aristot. in Præd. δεύτερον δὲ τὸ μὴ ἀντιστρέφειν κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν. Gregor. Naz. σαρκὸς ὑπόθεσις, πνεύματος ἀκολούθησις.

G Ἀκολουθητικὸς, οῦ, ὁ, Sequax, Sequi solitus, vel Procliuis ad sequendum vel consectandum. Aristot. Rhet. 2, ἀκολουθητικοὶ ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια [ἐπιθυμίαις]. Idem 1. Ethic. ad Nicom. cap. 3, ἀκολουθητικὸς ὢν τοῖς πάθεσι. q.d. Consectatiuus perturbationum, Propensus ad sequendum perturbationes. Idem lib. 7. cap. 7, ἀκολουθητικὸς τῇ φαντασίᾳ. Sic ἀκολουθητικὸς τῷ λόγῳ, Sequax rationis, Gaudens sequi rationem, vel Propensus ad sequendum rationē, id est, rationi obtemperandum.

C. Ἀνακόλουθος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, (q.d. Inconsequens) Non respondens præcedentibus. Ἀνακόλουθον (inquit Erasmus) est

H vitium orationis quando non redditur quod superioribus respondeat: vt si in oratione ponatur μὲν, & non sequatur δέ. ‖ Ἀνακόλουθος, Non consentaneus, Ineptus, ἀνάρμοστος, apud Hermog. vt inquit Budæus. ET Ἀνακολουθία, ας, ἡ, q.d. Inconsequentia. vt ἀνακολουθία orationis

tionis, quum structura sequentium non respondet structuræ præcedentium: aut quum ea quæ dicuntur, non respondent illis quæ iam dicta sunt. Demetr. Phaler. οὐ γὰρ παρὰ προσδοκίαν μόνον ἐπηνέχθη, ἀλλ' οὐδ' ἠκολούθει τοῖς προτέροις. ἡ δὲ τοιαύτη ἀνακολουθία καλεῖται γρῖφος. Si fingere verba liceat, ἀνακόλουθος, Incohærens, & Ἀνακολουθία, Incohærentia, posse reddi existimo.

ἈΝΤακολουθέω, ῶ, Vicissim sequor, inquit Bud. Laertius in Zenone, τὰς δ' ἀρετάς φασιν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις. Sic Hermogenes pro iis quæ mutuò consequuntur. vt, Si hoc est, etiam illud: &, si illud, hoc etiam.

C. ἘΠακολουθέω, θῶ, Subsequor, vel simpliciter Sequor. Plutarch. in Camillo, τοὺς ἄλλους ἐκέλευσεν ἐν τάξει ἐπακολουθεῖν. quod exponitur, Alios ordinata acie subsequi iussit. Plato in Apolog. οἱ νέοι μοι ἐπακολουθοῦντες. Naz. τῇ σαρκὶ ἐπηκολούθησε. Dicitur & ὄπισθεν ἀκολουθεῖν τινι, vacante aduerbio, vt apud Aristoph. in Vespis, κλαύσεταί τις τῶν ὄπισθεν ἐπακολουθούντων ἐμοί. Sic autem ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου pro ἀκολουθεῖ μοι, Matth. 10. Ἐπακολουθεῖν Budæus vertit Assectari in hoc Æschinis loco aduersus Timarchum, πάλιν ὁ αὐτὸς εἶπεν νομοθέτης, δοῦλον ἐλευθέρου παιδὸς μὴ ἐρᾶν, μήτ' ἐπακολουθεῖν. Ibidem, ἐπακολουθεῖν καὶ ἐφορᾶν de custode dixit. Addit autem Budæus ἐπακολουθεῖν pro Assectari, tā in bonam quàm in malam partem poni. ‖ Ἐπακολουθεῖν ἔργῳ τινὶ, vel πράξει τινὶ, & apud Platonem, ἐπακολουθεῖν τῷ πραττομένῳ, De rep. 2, Persequi opus aliquod. Quod etiam exponitur Operi instare, seu rei agendæ. Latinè nō solùm Cœpta seu incœpta persequi dicitur, sed etiam Persequi rem quampiam, pro Studium & operam in ea ponere. De re etiam, vt quum Cic. in fine lib. 1 De fin. dicit, Eas ergo artes persequeretur, viuendi artem tantam támque operosam & perinde fructuosam relinqueret? Ad quem locū & similes respiciens, ἐπακολουθεῖν in illo genere loquendi ita reddi posse censeo. Sic autem eo vsus est Paulus 1 ad Tim. 5, ver. 10, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε. quod vertit Vet. interpres, Si omne opus bonum subsequuta est. quum potius dicere debuisset Persequuta est. Non malè & alii postea reddiderunt, Si omne opus bonum est sectata. Sunt & qui addiderint aduerbium Assiduè, cum participio Sectata, Nonnulli autem ita, Si assidua fuerit in omni bono opere. quæ interpretatio mihi non displicet. At persequendi seu sectandi verbum quandam assiduitatis significationem inclusam habere videtur, vt aduerbium Assiduè illis adiungere minimè necesse sit. Sic autem Gallicè dicitur *Estre apres quelque œuure*, vel, *quelque entreprise*. Italorum quoque vulgus eodem modo dicit, *Andar drio a qualche impresa*, pro *Andare drieto*. &c.

Ἐπακολουθεῖν, Animaduersione & intelligentia consequi dicentē, Plato in Phædone, pag. 57, ἀκολουθήσετε τῷ λόγῳ καθ' ὅσον δυνατὸν μάλιστα ἀνθρώπῳ ἐπακολουθῆσαι. In hac autem significatione Latini non solùm Consequi, sed & Assequi vsurpant.

Ἐπακολούθημα, Quod consequitur ex alio. In vulg. lexicis Appendix. Gall. dicitur, *Ce qui est de la dependence.* ET Ἐπακολούθησις, Consequētia, Cōsequutio, apud Cic. Plut. Consol. ad Apoll. τῶν κατὰ προηγούμενον λόγον συμβαινόντων, ἢ τῶν κατ' ἐπακολούθησιν. ET Ἐπακολουθητικός, q. d. Consequutiuus. In vulg. lex. Qui consequitur, Qui respondet & refertur, cū genit. ex Gazæ lib. 4. Item, τὸ ἐπακολουθητικὸν, Consectarium, ex Cic.

ΚΑΤακολουθέω, θῶ, Sequor, Sector, seu Assector. Itē Sequor, (ea significatione qua dicimus Sequi aliquem pro Assentiri ei, Accedere opinioni eius) vel Obsecundo, Obsequor. Greg. Ἐπίκουρος ἔφη, εἰ ταῖς τῶν ἀνθρώπων εὐχαῖς ὁ θεὸς κατηκολούθει, θᾶττον ἂν ἀπώλλυντο.

C. ΠΑΡακολουθέω, θῶ, Sequor, Assector, Comitor. Plutarch. Pericle, ἀπῄει κοσμίως οἴκαδε, παρακολουθοῦντος τοῦ ἀνθρώπου. Et apud Demosth. Pro corona, οἷς σὺ ζῶντας μὲν ὥ κίναδος κολακεύων παρηκολούθεις. Nec tātū persona, sed & res quælibet dicitur παρακολουθεῖν. Aristot. Ethic. 3, cap. 2, εἰ δὲ προγίνεται δόξα τῆς προαιρέσεως, ἢ παρακολουθεῖ, οὐδὲν διαφέρει. Luc. Alcyone, ἡ γὰρ ἡλικία παντελῶς ἄποσος δήπου πάντων καὶ ἀμήχανος ἐξ ἀρχῆς παρακολουθεῖ τοῖς ἀνθρώποις κατὰ φύσιν. Idē in Anacharside, ἡ δὲ παρακολουθοῦσα τούτοις δόξα τὸ πάντων ἀξία τοῖς νενικηκόσι. Herodianus lib. 4, τοῖς μὲν δυστυχήσασιν ἔλεος, τοῖς δὲ κρατήσασι φθόνος παρακολουθεῖ. Idem ibidem, τῇ μὲν συμφορᾷ τοῦ πεσόντος, καὶ ἀνανδρίας ψόγος παρακολουθεῖ. Apud Dioscoridē in præfatione lib. 6, τὰ παρακολουθοῦντα σημεῖα ἑκάστῳ τῶν φαρμάκων. Et ibidem, duabus pagellis pòst, ἀδύνατον γὰρ πάντα τὰ συμπτώματα ἑνὶ παρακολουθῆσαι. Idem verò quod initio 1 cap. libri eiusdem dixerat παρέπεσθαι, paulo pòst dixit παρακολουθεῖν. Ex Hermogene autē citatur τὰ παρακολουθοῦντα τῷ προσώπῳ, pro Personæ attributa. Ab Aristotele Rhet. 1, παρακολουθοῦντα vocantur quæ alicui adiuncta sunt, adeo vt posito illo, & ipsa consequantur.

Παρακολουθῶ ad animum trāslatum, Animaduersione & intelligentia assequor dicentem, vt inquit Budæus, p. 665, qui affert ex Æschine, ὑμᾶς τε βουλοίμην ἂν ἀκοῦσαι καὶ προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ παρακολουθεῖν ἀκριβῶς. Sic ex Gal. citat παρακολουθεῖν βιβλίοις παλαιοῖς, pro Intelligentia cōsequi. Demosth. De fals. leg. καὶ ὁ τούτου πονηρεύματα εἰδὼς ἐγὼ, καὶ παρηκολουθηκὼς ἅπασι, κατηγορῶ, vt qui omnium arbiter fuerim & spectator, vt comes legationis: interprete Bud. ibidem. Hæc autem Demosth. verba, διὰ καὶ παρηκολουθηκότα ἐξ ἀρχῆς τοῖς πράγμασι, interpretatur, Qui ab initio, vt quæque res nata esset, ita quidnam ea re ageretur, compertum haberet animóque comprehensum. Idem apud Lucam initio cap. 1, Euang. παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, exponit πάντα μεμαθηκότι καὶ πεπυσμένῳ. Ego autem παρηκολουθηκότα πᾶσιν in hoc Lucæ & in illo Demosth. loco, sicut & παρηκολουθηκότα τοῖς πράγμασι apud eundem Demosthenem, (tum in loco modò citato, tum in hoc quem habemus in epistola ad Athenienses quam in exilio scripsit, ὅστις τυγχάνω δι' ἐμπειρίαν καὶ τὸ παρηκολουθηκέναι τοῖς πράγμασιν, εἰδὼς) puto dici qui rerum illarum cognitionem studiosè persequutus est, ita vt eam sit consequutus. Sic autem interpretādo, significationem metaphoricam huius verbi, à prima non recedendo, exprimere mihi videor. Vel (eodem sensu) ἐγὼ παρηκολούθηκα ἅπασιν, Omnia sum ita perscrutatus vt nihil me fugerit vel præterierit. Qui enim studiosè omnia persequitur, cum nihil fugere verisimile est. A Luca autem ἄνωθεν παρηκολουθηκότα, dici quem Demosthenes dicat ἐξ ἀρχῆς παρηκολουθηκότα, persuasum habeo. Vide Ἐπακολουθῶ.

C. 2. Συμπαρακολουθῶ, pro παρακολουθῶ, itidem metaphoricè, apud Platonem Politic. καλῶς τῷ λόγῳ συμπαρηκολούθηκας, rectè atque ordine disputationem prosequutus es.

C. 2. Εὐπαρακολούθητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Quē intelligētia facilè consequi possumus, Intellectu facilis. Dionys. Halicarnas. in Isocrate, τὸ δ' ἀπαρακολούθητα ἤθελόν μοι μᾶλλον τὰ προειρημένα. Ponitur & substantiuè τὸ εὐπαρακολούθητον, vt apud Aristotelem Ethic. 2, σαφηνείας ἕνεκα καὶ τοῦ εὐπαρακολουθήτου. ‖ Item εὐπαρακολούθητος signif. actiua, Acutus ad res intelligentia consequendas, Qui facilè res intellectu percipit. ὀξὺς εἰς τὰ πράγματα, καὶ εὐνοχαλής, inquit Hesychius.

C. 2. Δυσπαρακολούθητος, oppositum præcedenti εὐπαρακολούθητος. Quint. lib. 4, cap. 1, δυσπαρακολούθητον causæ genus esse dicit quod obscurum appellatur.

C. ΣΥΝακολουθέω, θῶ, Simul sequor, (sed malim, Euntē sequor) Comitor, Assector. Plat. epist. 7, ἡμῖν ξυνακολούθησον πρὸς Διονύσιον, Sequere nos ad Dionysiū. Id est, Sequere nos eūtes ad Dionys. Vel, Nobiscū veni ad D. Isoc. Areop. συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλουσίοις καὶ τοῖς δυναστείαις ἄνοια. Sic Lat. rectè dixeris, Stultitia diuites comitatur. In vulg. lex. citatur ex Platone De leg. συνακολουθῶ σοι τῷ λόγῳ: vbi malo σου. Et ex eodem ibidem, τοῦτο συνακολουθῶ, hoc concedo. In iisdem exponitur Correspondeo. ‖ Apud Athenæum libro 1, συνακολουθεῖν accipio pro Exemplum alicuius sequi, Alicuius factum imitari, in hoc loco libri 1, ἔφασαν γὰρ αὐτὸν καὶ τοὺς ὀψοφαγοῦντας προπιεῖσθαι ἵνα θερμότατα παραπίνωσι, καὶ μόνος καταναλίσκῃ αὐτὸς, τῶν λοιπῶν συνακολουθεῖν μὴ δυναμένων.

Συνακόλουθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Comes. Item Correspondens, vt quidam interpretantur. ‖ ET Συνακολουθία, Correspondentia.

ἈΚΟΥ'Ω, Futur. ἀκούσομαι, à passiua voce sumptum: (vt ἐπαινέσομαι ferè semper pro ἐπαινέσω dicitur, & alia multa.) Fut. 2, ἀκοῶ. Præter. ἤκουκα. Sed vsurpatur potius medium Atticum ἀκήκοα. nā commune est ἤκοα. Aorist. 1, ἤκουσα. 2, ἤκοον, minus vsitatus. Aorist. 2. pass. ἠκόην, vnde futur. 2, ἀκοήσομαι, vt à 1, ἠκούσθην, ἀκουσθήσομαι. at fut. 2 medium ἀκοοῦμαι. Est autem ἀκούω Audio. Quidam grammatici inter ἀκούω & ἀκροῶμαι hoc discrimē statuerunt, vt ἀκούω esset sensus, ἀκροῶμαι studii: sed hæc differentia nimium significationem verbi ἀκούω restringit. Iungitur autem personæ quidem genitiuo soli, rei autem genitiuo, vel accusatiuo. Nam quod grammatici quidam tradunt, ἀκούω, quando iungitur cum persona sola, vel re sola, genitiuum exigere: si autem cum vtroque simul iungatur, tunc personam in genitiuo & rem in accusatiuo poni, hoc nequaquam perpetuò obseruatum reperitur. Vsitata autē constructio ex iis quæ subiungā exēplis patebit. Primùm igitur personæ genitiuo, vt Iliad. τ, — ἀκούοντες βασιλῆος. Xenophon, καὶ ἀκούονται αὐτῶν [τῶν στρωμάτων] κηλεῖσθαι. Sæpe cū participiis, Od. θ, — βαρὺ δὲ στενάχοντος ἄκουσεν. Od. β, — τοὶ δ' ἐπευχόμενος ἄκουσαν. Od. θ, — πατρὸς ἔργον εἰπόντος ἄκουσα. Dem. Epit. οὐδὲ γε λέγοντος χαίρουσιν ἀκούοντες. Apud Ath. l. 12, αὐτὸς γὰρ σοῦ διηγουμένου ἀκούων πεπονηκέναι τὴν πλευράν, Audiens te narrantē. Xenophon, ἤκουσα αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλεγομένου, Audiui ipsum de amicis etiam disserentem. Qui genitiuus participii in verbale nomen resolui posset, hoc modo, ἤκουσα τῆς αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλέξεως, Audiui eius dissertationem etiam de amicis. Demosthenes Pro corona, ἀκοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου δικαίως, Audire me ad ea quæ mihi obiecta sunt respondentem. vel, Meipsum defendentem aduersus ea de quibus accusatus sum. Possit autem hoc itidem participium in nomen verbale resolui tam Græcè quàm Latinè. vt ἀκοῦσαί μου τὸν περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογισμόν, vel τὴν ἀπολογίαν. Latinè autem, Audire meam defensionem aduersus &c. ¶ Rei autem genitiuo iungitur pariter & accusatiuo, vti dixi: etsi frequentius genitiuo. Lucianus ἐν ἁλιεῖ. Καθήμεθα ἕτοιμοι ἀκούειν τῶν λόγων. Ibidem, ἀκούσας τοῦ μύθου. Plutarch. in Othone, ἤκουσε θορύβου καὶ βοῆς ἐπὶ θύρας, Pro foribus tumultum & clamorem audiit. Xenophon, ἀκούων τὰ ἀκουστά, Audiens ea quæ sub auditum cadunt. Isocrates De pace, ἐν γὰρ ἀκούσαντες, γνώσεσθε καὶ περὶ τῶν ἄλλων. Lucianus in Somnio, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα οὐκέτι εὐκαταφρόνητα ἀκούσεσθε. Sic ἀκούειν φωνὴν τινος, Demostheni Pro corona, item Isocrati. Apud Homerum quidem certè hunc casum habere solet, videlicet accusatiuum. vt Iliad. υ, Αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε. & Iliad. ξ, — τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν. Odyss. γ, — ἢ ἄλλου μῦθον ἄκουσας. Iliad. φ, — ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσεν. Itidem Hesiodus in Theogonia, οὐδ' οὔασιν ὅσσαν ἀκοῦσαι. ¶ At cum persona & re iunctum ἀκούω, genitiuum personæ & accusatiuum rei habet. Xenophon, τοῦτο πολλῶν ἔφη ἀκούειν, Hoc se ex multis audire dicebat. Plutarch. in Camillo, πολλὰ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκηκοότες ἀνθρώπων. Demosthenes Pro corona, ἅπερ εἰκότως ἀκούσεσθέ μου, Quæ meritò de me vel ex me audietis. Plato Apologia, ὑμεῖς δέ μου ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Interdum verò interiicitur præpositio παρά vel πρός. vt τοῦτο ἀκούω παρά σου, vel πρός σου. Herodotus lib. 1, ἤκουσε πρὸς τοῦ βουκόλου τὸ πρῆγμα. Interdum accusatiuus in nominatiuum mutatur, posito videlicet verbo substantiuo. Plato epist. 7, αἱ δὲ ἦσαν βουλήσεις, ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ σαφῶς. Poterat tamen dicere, τὰς οὔσας βουλήσεις ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ. Et vicissim Herodoto licebat ita loqui, ἤκουσε πρὸς τοῦ βουκόλου ὃ ἦν τὸ πρῆγμα. Quū autem ponitur ἀκούω cum præpositione περί, tunc non ad ipsum ἀκούω, sed ad genitiuum illa fertur: vnde etiam genitiuo postponitur interdum. Dicitur enim, Ἀκούω ταῦτα περί σου, Ἀκούω ταῦτα περὶ τῶν πραγμάτων, & Ἀκούω ταῦτα σοῦ πέρι, Ἀκούω ταῦτα τῶν πραγμάτων πέρι. Interdum verò genitiuo personæ iungitur ἀκούω, addito participio eiusdem casus ad quod præpositio περί tendit. vt apud Xenophontem, ἤκουσα αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλεγομένου. Ponitur tamen interdum περί post ἀκούω, etiam non præcedente accusatiuo. Isocr. ad Philippum, οἶμαί σοι συμφέρειν ἀκοῦσαι περὶ αὐτῶν. Sed in hac phrasi & aliis huiusmodi, accusatiuus è re ipsa petitus, subaudiendus relinquitur. ¶ Notandum est autem, vt quum dicitur ἀκούω σοῦ τοῦτο vel παρά σου, vel πρός σου, tunc ἀκούω σοῦ, quoniam addimus genitiuum personæ, simul & accusatiuū rei, nō vertitur Audio te, sed Ex te: ita etiam nonnunquam ἀκούω reddi, etiamsi genitiuum duntaxat personæ habeat. Quibus in locis sequi solet ferè particula ὡς vel ὅτι: vt ἀκούω ἐκείνου, ὅτι ταῦτα οὕτω γέγονεν, Ad verbum, Audio ex illo quòd hæc ita facta sint. Sed Latinè per infinitiuum loquendum est, Audio ex illo ita hæc esse facta. Demosth. Ol. 1, ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων ὡς οὐδὲ δώσειεν. ¶ Iungitur etiam participio verbum ἀκούω, vt ἀκούω σε ὄντα, posito ὄντα pro εἶναι, Audio te esse. vt videlicet dicitur, οἶδά σε ὄντα. Demosth. Pro corona, οὐκ αὖ αὐτὸν ἠκούομεν ἐν Ἐλατείᾳ ὄντα. ¶ Reperiuntur etiam hæ verbi ἀκούω constructiones, notandæ potius quàm imitandæ, vtpote rarissimæ & licentiosius positæ: ἀκούω videlicet vno in loco cum datiuo personæ, in alio cum accusatiuo itidem personæ iunctum. Iliad. π, δύναμαι δέ τε πάντοσ' ἀκούειν Ἀνέρι κηδομένῳ. vbi ἀντίπτωσιν agnoscit Eustathius. At apud Sophoclem in Electra, scholiastes vult τίνι ἀκούσομαι pro περί τινος esse positum. Cum accusatiuo autem personæ, vt in opusc. de Herone & Leandro, (quod falsò veteri Musæo adscribitur) hoc in versu, Νηχόμενόν τε Λέανδρον ὁμοῦ καὶ λύχνον ἀκούω. Sed ita accipiendum est ἀκούω νηχόμενον Λέανδρον, quasi dixisset ἀκούω τὴν νῆξιν τοῦ Λεάνδρου. Alioqui certè dura est illa constructio: durior etiam foret siquis diceret ἀκούω λέγοντα pro λέγοντος. Illud autē ἀκούω τὴν νῆξιν τοῦ Λεάνδρου, ad verbum, Audio natationem Leandri: intellige pro Audio strepitum seu sonitum natationis Leandri, vel potius natantis Leandri. Nam posset etiam accipi pro Fando audio, Fando accipio natationem Leandri. de qua significatione verbi ἀκούω paulo pòst dicetur. ¶ Ponitur ἀκούω etiam absolutè nonnunquam. Il. ο, Οὔατ' ἀκουέμεν ἐστί. Participium ἀκούοντες, auditores, apud Demosthenem. Item ἀκούω absolutè positum pro Audiendi sensu præditus sum, id est auditu.

Ἀκούω ταῦτα πρός σου, Audio hæc ex te, pro Tu mihi hæc dicis. quo etiam modo Audio Latini vsurpant. Sophocles, Ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά; Hæc nos audire à seruis: id est, Hæc nobis dici à seruis. Hes. Ergois, Εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις. Id est, Si malum verbum alii dixeris, statim ipse aliud peius audies. id est, tibi dicetur. Homerus eandem sententiam & eadem forma exprimens, composito ἐπακούειν vsus erat. Sic enim Iliad. υ, Ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις. Sic autem (vti dixi) Latini quoque suum Audio vsurpant. Terentius in Andria, Si mihi pergit quæ vult dicere, quæ non vult audiet. Itidem in prouerbio quod tanquam triuiale refert Hieronymus, Quum dixeris quæ vis, audies quæ noles. Quod sumptum esse atque adeo translatum ex his Alcæi verbis existimo, εἴ κ' εἴπῃς τὰ θέλεις, ἀκούσαις τά κ' οὐ θέλοις. Vnde & Plutarchus, λέγοντες ἃ θέλουσιν, ἀκούωσιν ἃ μὴ θέλουσιν: Erasmus tamen hac forma enuntiatum prouerbium à Græcis originem habere non putauit. Sciendum est autem huc referri debere & illum Aristophanis locum, χαίρω πόλλ' ἀκούων δὴ κακά, & exponi, Gaudeo quum audio multa mala, id est, quum mihi dicuntur. Nam cur ἀκούων hîc exponant quidam ὀνομαζόμενος, & referant inter illa dicendi genera, ἀκούω χρηστός, ἀκούω κακός, non intelligo: quum in his ἀκούω nominatiuum habeat: at in illo accusatiuum: nec possit negare quisquam quin ἀκούω κακά ita dicatur vt ἀκούειν κακὸν in illo versu Hes. modò citato.

Ἀκούω, Fando audio, Fando accipio. Quæ tamen significatio ab aliis non annotatur, Audio duntaxat ponentibus, quod generale est. Interdum cum infinitiuo. Iliad. ω, Καί σε γέρον τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι. Sæpe autem cum nomine accusatiui casus. Lucianus aduersus indoctum lib. &c. Ἑλικῶνα μὲν γὰρ οὐδ' ἀκήκοας, οἶμαι, ποτὲ, Heliconem nunquam fando accepisti, Helicō tibi

nunquam fando auditus est, Nunquã fando tuas peruenit ad aures Heliconis nomẽ. Durè enim hîc dixeris Latinè, Heliconem nunquam audisti. quasi videlicet Heliconem facias hominem. At in huius interpretatione, ἐδίδασκε δ᾽ ὁ πατὴρ αὐτὸν γράμματα, ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἀκούω, possit verbum Audio solum vsurpari, vertendo, Vt ego de senioribus audio, vel ex seniorib⁹. In hoc itidem Xenophontis loco interpretando, Audio non malè ponatur solum, Pæd. 1, ἤκουεν ἀνδρὸς ἤδη τὰ ἔργα διαπεπραγμένον τὸν Κῦρον. sed participium in infinitiuum mutare oportebit, hoc modo, Cyrum iam res viro dignas gerere audiuit. Potes etiam dicere, Intellexit, Accepit. Xen. Hell. 6, ἀκούετε μὲν οὖν εὖ οἶδ᾽ ὅτι καὶ ὑμεῖς Ἰάσονος ὄνομα, Fando auditis, Fando accipitis vos quoque (sat scio) Iasonis nomen. Idem participium ἀκούων absolutè posuit pro eo quod est Ex auditu, Ex iis quæ fando audieram: Hell. 6, πρόσθεν μὲν ἀκούων ἐζήλουν τήνδε τὴν πόλιν ὅτι πάντας &c. νῦν δ᾽ οὐκέτ᾽ ἀκούω, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἤδη παρὼν ὁρῶ. Id est, Antea quidem ex iis quæ fando acceperam, ciuitatem hanc fortunatam esse dicebam quòd omnes &c. nunc autem non iam fando audio, sed præsens cerno.

Ἀκούω, Audio, Auditor sum, Discipulus sum. Laertius, Ἀναξιμένης Μιλήσιος ἤκουσεν Ἀναξιμάνδρου, ἔνιοι δὲ καὶ Παρμενίδου φασὶν ἀκοῦσαι. pro eo quod est Παρμενίδη σχολάσαι. Idem & composito Διακούω interdum significatur: vt apud Plutarchum in Pericle, διήκουσε Ζήνωνος, Zenonis fuit auditor, siue discipulus. Idem in Themistocle, Ἀναξαγόρου διακοῦσαι τὸν Θεμιστοκλέα φασί.

Ἀκούω, Audio, Dicto sum audiens, Ausculto. Id est, Obtempero, Pareo. Demosthenes ad Lept. καὶ πρότερον τοῖς ἄλλοις ἐπιτάττοντας [Λακεδαιμονίους] εἴθισεν ἀκούειν ὑμῶν, Et Lacedæmonios prius aliis imperantes, vobis dicto audiẽtes esse assuefecit. Aristides in Panath. τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἀκούειν βασιλέως. Plutarchus in Lycurgo, οὐκ ἀκούειν ὑπομένουσι τῶν προστάττειν μὴ δυναμένων, Imperare nescientibus parere non sustinent. Sic apud Sophoclem in Aiace, τοῖς ἀκούουσι λέγε, id est τοῖς πειθομένοις, vt inquit scholiastes, Iis qui tibi dicto audientes sunt. Quidam tamen vertunt, iis qui mouentur. sed illi viderint. ‖ Huic significationi finitima est quæ à Budæo annotatur, pro Iubeor. Themist. in primum Anal. poster. οὐδεὶς οὖν οἰκέτης ὁμόγλωττος ἄνθρωπον ἀκούσας ἀγαγεῖν, ἵππον ἤγαγεν. Possit fortasse accipi & in ea significatione quæ paulo antè adnotata est, Audio hoc, pro Hoc mihi dicitur. vt sit, Nullus famulus cui dictum sit vt adducat famulum, equum adduxit.

Ἀκούω, Audio, pro Intelligo & interpretor, vt docet Budæus. Galenus in Meth. 10, ἁπλοῦν δὲ ὅταν εἴπω, ῥᾴδιον ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἀκούειν σε χρή. Themist. in 2 De anima, genitiuo iunxit hac in significatione, ἁπλούστερον ἀκουστέον τούτων ἁπάντων τῶν ὀνομάτων, Hæc simplicius intelligenda.

Ἀκούω, Audio, Id est Vocor, Appellor, Dicor. Item, ἀκούω εἶναι, Feror esse. Cum nominatiuo, ἐσθλὸς ἀκούω, apud Theocritum, Probus vocor, seu dicor. Demosthenes Pro corona, νῦν κόλακες καὶ θεοῖς ἐχθροὶ καὶ τἄλλα ἃ προσήκει πάντα ἀκούουσι, nunc appellantur adulatores, & diis inuisi, &c. Lucianus, οὐδ᾽ ἀναίνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν, neque recuso figulus appellari. Item cum nominatiuo participii. Huc autem non pertinere exemplum hoc ex Aristophane, χαίρω πολλ᾽ ἀκούων δὴ κακά, docui antea. ‖ Cum infinitiuo habente nominatiuũ, apud Herodotum, τότε γὰρ Ἀργεῖοι ἤκουον εἶναι μουσικῶν πρῶτοι. Gregor. Nazianz. De Filio, Σαμαρείτης ἀκούει καὶ δαιμονῶν. ‖ Cum aduerbiis κακῶς & εὖ sæpe etiam vsurpatur, eodem modo quo dicunt Latini Malè audio, Bene audio. Dicitur autem κακῶς ἀκούω ὑπό τινος, itidem etiam vt apud Latinos Malè audio ab hoc, pro Vituperor. Isocrates in Busiride, κακῶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀκούειν, Malè audire a ciuibus. Dicitur etiam κακῶς ἀκούειν ἐν λόγοις τινὸς, apud Lucianum, Malè audire in sermonibus alicuius. i. vituperari sermonibus alicuius. Apud Plutarchum in Pericle additur participium, ὁ μὲν δῆμος ἀδοξεῖ καὶ κακῶς ἀκούει μεταγαγών. pro

A διὰ τὸ μεταγαγεῖν. ‖ Contrarium εὖ ἀκούω, Bene audio, Laudor. Plutarch. in Pericle, ὁ μὲν δῆμος ἀδοξεῖ καὶ κακῶς ἀκούει. Plato Dionysio, οἱ δ᾽ ἐπιεικέστατοι πᾶν ποιοῦσιν ὅπως ἂν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εὖ ἀκούωσι, vt celebretur eorũ memoria. Sic ἄμεινον ἀκούειν apud Thucydidem, lib. 3, ἀπρεπεία δὲ λόγου οἷς ξυμβαίη ἐπιφθόνως τι διαπράξασθαι, ἄμεινον ἤκουον. Vbi quidam ἄμεινον ἤκουον iungũt cum ἀπρεπεία λόγου. at scholiastes ita exponit, οἷς ποτε δὲ συνέβαινεν ἐξαπατήσασι διὰ λόγου τινὸς ἀπρεπεῖς πρᾶξαί τι φθονερὸν, οὗτοι ἐπῃνοῦντο.

B Ἀκούομαι passiuum, Audior: vt ἀκούω, Audio, in prima & propria significatione. Iliad. δ, — οὐ γάρ πω σφιν ἀκούετο λαὸς ἀϋτῆς. Plutarchus De audiẽdo, οἱ δὲ αὐτοὺς ἀποκόπτοντες, οὔτε ἀκούοντες, οὔτε ἀκουόμενοι. ‖ Item Ἀκούομαι valde rarò vsurpatum pro ἀκούω, in eo loquendi genere quo pro Appellor seu Dicor vsurpatur: vt χρηστὸς ἀκούω. Phalaris in fine epistolæ ad Messenios, ἢ τυραννοκτόνοι Φαλάριδος ἀκουσθῆναι.

Ἀκουστέον, aduerbium positionis, Audire oportet, Audiendum est. ‖ Ἀκουστέον Audiendum est, pro Obediendum, parendum, cum genitiuo, apud Euripidem. Sic

C apud Herodotum, ὡς Σμέρδιος τοῦ Κύρου ἀκουστέα εἴη τοῦ λοιποῦ. vbi ἀκουστέα pro ἀκουστέον positum est.

¶ Ἄκουσμα, τος, τὸ, Idem quod ἀκρόαμα, Res quæ auditur. eo videlicet modo quo Spectaculum à Latinis appellatur res quæ spectatur, & à Græcis itidem θέαμα. Apud Xenophontem in Hierone, ἔπαινος (id est Laus) dicitur esse ἥδιστον ἄκουσμα. hoc est, res auditu siue ad audiendum vel audientibus iucundissima, Res cuius auditio summopere delectat, & est iucũdissima, vel Iucũdissima

D auditio: accipiendo auditionem pro audimento, vt ita dicam: Sic ἀκούσματα τερπνὰ, Auditiones delectabiles. Herodianus, πᾶν γὰρ ἐκεῖνος δι᾽ ἡδονῆς ἦγε θέαμα ἢ ἄκουσμα διεφθείρετο. Lucianus in Nigrino, τοσούτοις δὲ θεάμασί τε καὶ ἀκούσμασι, tot spectaculis & auditionibus. Idem in Act. vocalium, καὶ οἰστὸν ἦν μοι τὸ ἄκουσμα, Et tolerabilis erat mihi auditio, vel Et auditio huius rei mihi erat tolerabilis. Nam auditio propriè ipsam audiendi actionem significat. Existimo tamen & pro re quæ auditur, posse vsurpari, quemadmodum vsurpaui modò,

E quum auditionem iucundissimam appellaui laudem, Xenophontis locum interpretans. nam quum dicunt Latini fictas auditiones, falsas auditiones, non video quomodo quis auditiones aliter quàm pro rebus quæ audiuntur intelligere possit. Cicero tamen Græcam vocem vsurpauit, Epistol. ad Atticum lib. 12, epist. 3, Hoc ipsum tamen iis odiosum ἄκουσμα sit. ‖ Ἀκούσματα, Auditio discipuli, & ἀκούσματα, Auditiones discipuli, id est, quæ audit discipulus ex præceptore. eodem videlicet modo quo auditor Platonis appellatur disci-

F pulus, ἀκουστὴς Πλάτωνος. Quidam ἀκούσματα in hoc Isocratis ad Demonicum loco exponunt præcepta, πολλὰ τῶν ἀκουσμάτων πολλῶν ἐστὶ χρημάτων κρείττω, existima multa ex præceptis esse multis pecuniis potiora. Idem, τὸν μὴ πολλῶν καὶ καλῶν ἀκουσμάτων πεπληρωμένον. Quidam in illo priori loco disciplinas interpretantur, malè, meo quidem iudicio. Si autem præceptum interpretari velimus, accipiemus præceptum nõ præceptoris tantùm, sed latè cuiuslibet: vt videlicet sint ἀκούσματα quæcunque ad nos instituendos à quolibet viua

G voce nobis traduntur. ‖ Ἄκουσμα videtur accipi pro persona quæ auditur, apud Athen. lib. 6. Sic ἀκρόαμα.

Ἄκουσμα, Fama, Rumor. Hesychius, ἄκουσμα, φήμη. Eodem modo & Latinis Auditio vsurpatur. Interdum etiã copulantur Fama & auditio, Rumor atq; auditio. In plurali quoque auditiones pro rumoribus dicuntur, cum ab aliis tum à Cicerone.

Ἄκουσμα, annotatur à quibusdam significare etiam auditionem, id est audiendi actum: sed exemplum desidero.

H Ἀκουσμάτιον, Diminutiuum, Auditiuncula. quo diminutiuo Gellius vtitur. Exponitur etiam Narratiuncula, item Sermunculus. Lucianus in Philopatride, ἀλλ᾽ ἄγε δὴ τὸ θαυμάσιον ἐκεῖνο ἀκουσμάτιον ᾆσον. vbi explicatur cantiuncula, propter ᾆσον.

¶ Ἀκουστὴς, οῦ, ὁ, Auditor, Qui audit. Isocrates ad Nicoclem,

tat in quo ait ἀκρωτήρια, pro ἀκροστόλια (dixerat autem antea ἀκροστόλια esse Rostra) positum sibi videri: Xenoph. Hell. 2, ἀπάγων τὰ τῶν αἰχμαλώτων νεῶν ἀκρωτήρια. ‖ Ἀκρωτήρια Vitruuius lib. 3 nuncupat angularia & mediana. videtur autem (inquit Cælius Rhodiginus) statuæ sic plerunque in ædificiis excitari consuetæ. Vide Vitruu. Sit autem simplex an compositum hoc nomen, dicam in proximè sequenti verbo, quod ab eo de ductum est. F

Ἀκρωτηριάζω. F. σω, Extremitates corporis amputo, Corpus mutilo, Hominem mutilo aliqua corporis parte, Mutilo. Polyb. in 5, ἀκρωτηριάζων δὲ καὶ φονεύων καὶ σφάζων πολλοὺς διέφθειρε. Athen. lib. 5, de Scythis loquens, εἰς τοῦτο προῆλθον ὕβρεως ὥστε πάντων τῶν ἀνθρώπων εἰς οὓς ἀφίκοιντο, ἠκρωτηρίαζον τὰς ῥῖνας, id est, Eò processerunt insolentiæ, vt ad quoscunque homines venissent, illis nares mutilarent. Sic enim & apud Latinos dicuntur mutilari hæ partes, aures videlicet & nasus, vt à Græcis ἀκρωτηριάζεσθαι. Nec verò desunt qui existiment ἀκρωτηριάζειν esse G
propriè aures mutilare, quasi videlicet vox ὦτα hoc in verbo inclusa sit: atque hoc placuit Etymologico, qui posito verbo Ἀκρωτηριάζω, subiungit morē fuisse apud veteres, eorum quos in flagitio aliquo deprehēdissent, τὰ ἄκρα τῶν ὤτων ἀποτέμνειν, id est extremitates aurium amputare. Quam etymologiā, vt & alias multas eiusdē autoris, planè absurdam esse mecum fatebūtur, vt spero, qui mecum considerabunt quæ dicam. ἀκρωτηριάζω quin ab ἀκρωτήριον deductū sit, nemo ire possit inficias. Quòd si ab ἀκρωτήριον fiat ἀκρωτηριάζω, & significet τὰ H
ἄκρα τῶν ὤτων τέμνω: dicamus necesse est nomini ἀκρωτήριον eādem subesse τῶν ἄκρων τῶν ὤτων significationem. At hoc dicere absurdum est, quum ἀκρωτήρια nihilo magis aurium quàm nasi, quàm manuum, quàm pedum ἄκρα dicantur: quinetiam ἀκρωτήριον sumatur (vt & ἄκρον, vel ἄκρα ἄκρας) pro montis vertice, item promontorio. Dico igitur compositum non esse ἀκρωτήριον, & ab eo dici ἀκρωτηριάζω pro τὰ ἀκρωτήρια τέμνω, eadem planè ratione qua ab ἄκρον Euripides formauit ἀκρίζω, & vsurpauit pro τὰ ἄκρα τέμνω.

Ἀκρωτηριάζω, metaphoricè, quemadmodum & apud Latinos Mutilo. Chrys. in epist. ad Rom. c. 1, δι' οὐδὲν δὲ ἕτερον τοὺς ἀνούχους ποιοῦντες κολάζουσιν οἱ νομοθέται, ἢ ὅτι τὴν φύσιν ἀκρωτηριάζουσιν, id est, Imminuunt naturæ vim castratione. Demosthenes quoque ἠκρωτηριασμένος metaphoricè vsurpat, præteritum in actiua significatione positum ab ἀκρωτηριάζομαι, in orat. Pro corona, ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάστορες, ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας, pro ἠκρωτηριακότες, id est, Imperii & finiū patriæ circuncisores, Qui laceram patriam & mutilam flagitiosa proditione reddiderunt, vt Budæus interpretatur. Suidas ἠκρωτηριασμένοι (quod pro ἠκρωτηριακότες capitur) exponit λελυμασμένοι, id est qui labefactarūt. Existimo autem verbo ἀκρωτηριάζειν siue ἀκρωτηριάζεσθαι fœdam quandam iniuriam significari: vt videlicet fœdum remanet corpus post mutilationem. ‖ Ἀκρωτηριάζεσθαι autem in passiua voce simul & significatione, eáque itidem metaphorica, apud Herodianū, de Alex. Mām. exercitu à Perside redeunte ita loquentem, καὶ ἠκρωτηριάσθησαν οὐκ ὀλίγοι ἐν δυσχειμέρῳ χώρᾳ. quod exponitur Labefactata fuerunt eorum corpora & attrita.

Ἀκρωτηριάζω, pro Rostra adimo. Herodotus in Thalia, καὶ τῶν νεῶν κάπρους ἐχουσέων τὰς πρώρας ἠκρωτηρίασαν, id est, Rostra ademerunt, vt vertit Budæus, dicens ἀκρωτήρια inter cætera significare etiam rostra nauium & ornatus. Xenophon Hell. 6, ὁ μὲν τοι Ἰφικράτης τὰς μὲν τριήρεις ἀκρωτηριασάμενος.

Ἀκρωτηριασμός, οῦ, ὁ, Mutilatio, Extremarum partium corporis amputatio, vel extremæ alicuius partis. Diosc. lib. 7, c. 1, ἐπὶ δὲ δι' ἀκρωτηριασμοῦ.

ΑΚΡΕΜΩΝ, ονος, ὁ, (secundum Suidam autem ἀκρεμὼν όνος, ὁ) Ramus maior, Grandis ramus, vel prægrandis. Virgultum vertit Hieronymus in Esaiæ cap. 13. Redditur & Stipes à Gaza apud Theophrastum De causis plantarum, οὐ γὰρ ἀπὸ παρασπάδος καὶ ῥίζης καὶ κλωνός, οὐ πάντως δύναιτ' ἂν καὶ ἀπὸ ξύλου καὶ ἀκρέμονος, καθάπερ ἄμπελος καὶ συκῆ, id est (Budæo interprete) Non enim quod auulsione & radice & ramulo prouenit, ligno etiam prægrandique ramo, exurgere potest, vt vitis & ficus. Sic autem Budæus reddit, Gazæ interpretationem sequens: qui alicubi ἀκρέμονας pluribus verbis exponēs ait esse ramos prægrandes in quos arbor à caudice spargitur. Ab Etymologico ἀκρεμὼν exponitur ὁ κλάδος. à Suida & Hesychio ἀκρέμονες exponuntur βλαστοί, κλάδοι. in qua explicatione existimo illos κλάδους in generali significatione accipere. alioqui enim κλάδος propriè minorem ramum seu surculum significat. ‖ Sic & ἀκρέμων apud poetas interdum generaliter pro quouis ramo. ‖ Dioscorides ἀκρέμονας dixit μαράθρου, id est fœniculi. lib. 3, cap. 81, ἔτι σὺν τοῖς φύλλοις καὶ τοῖς ἀκρέμοσι. Vide etiam Κλὼν & Πτόρθος. ‖ Metaphoricè ἀκρέμων σοφίας quidam dixerunt, imitantes Homericum illud ὄζος ἄρηος, vt tradit Eustathius.

‖ Κρεμὼν etiam dicitur pro ἀκρέμων, inquit Etymologicus. fit autem κρεμὼν à κρεμῶ, id est pendeo: vt ἀκρέμων ab ἄκρος, id est summus: quòd sit in sūma arbore, id est in summitate arboris, ὁ ἐπ' ἄκρου τοῦ δένδρου ὤν. Quidam autem subtilius (& quidem subtilius quàm par sit) ὁ ἐπ' ἄκρου μένων. quasi verò illa terminatio μων non itidem in multis huiusmodi deriuatis cerneretur, quæ talem deductionem admittere nō possunt. Quod autem ad κρεμὼν attinet pro ἀκρέμων, nullo testimonio fidem eius facit Etymol. eiúsque cæteri lexicographi nō meminerunt: ideóque in dubio relinquo.

Ἀκρεμονικός, ή, όν, Adiectiuum formatum ab ἀκρεμὼν, vt si quis à Ramus formet Ramalis, vt ἀκρεμονικαὶ ἀποφύσεις apud Theophr. lib. 4, id est ramorum grandium.

ΑΚΡΙΣ, ίδος, ἡ, Locusta. Theocrit., — βάτραχος δέ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω. Comicus quidam apud Athenæum εἰ σπὶν δ' ἂν εἰμι ἀκρίς. Apud D. Matthæū vbi dicitur Ioannes Baptista esitasse ἀκρίδας, fuerunt qui ἀκρίδας acci-

piendum putauerint pro fruticibus; aut surculis quibusdam delicatis, nouamq; huic voci tribuentes significationem: quùm recepta optimè conueniat. Cõstat enim cum ex Aristophanis tum ex aliorum autorum locis, locustis vesci solitos veteres. vnde & ἀκριδοφάγοι quidam populi fuerunt appellati, de quibus Strabo, Agatharchides, & alii. Ponuntur autem variæ huius nominis etymologiæ: ex quibus vnica mihi placet (quam & sequor) παρὰ τὸ ἄκρας τῶν ἀσταχύων καὶ τῶν φυλῶν νέμεσθαι. A

Ἀκρὶς, quæ & Phalæna & Lampyris, quæ vocabula vide. B

Ϛ. Ἀκριδοθήκα, Instrumentum ad venandas seu capiendas locustas. In vulg. lex. Capsula ad venandas locustas. Theocr. Idyll. 1, Αὐτὰρ ὅγ᾽ ἀνθερίκοισι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήκαν.

C. Ἀκριδοφάγος, Locustarum esitator, Qui locustis victitat. Vide paulo antè in Ἀκρίς.

Ἀκρίδιον, ου, τὸ, diminut. Locustula.

ἈΚΡΙΒΗΣ, έος, ὁ καὶ ἡ, Exactus, Exquisitus, Accuratus. Item, Exploratus, Certus. De rebus dicitur pariter ac de personis. sed frequentius de rebus, nisi me fallit memoria. Isocrates ad Nicoclem, ἀκριβεῖς ποιοῦ τὰς δοκιμασίας τῶν συνόντων, id est exactas explorationes, vel accuratas. Quo sensu Chrysostomus De sacerdotio ἀκριβῆ & βεβασανισμένην ἔρευναν dixit. Aristot. Rhet. 3, διὸ τὰ ἀκριβῆ πάρεργα καὶ χείρω φαίνεται ἐν ἀμφοτέροις. Sic dicitur ἀκριβὴς σταθμὴ, exacta amussi, pro Exactè ad amussim. Plutarch. in Præcept. de san. ἡ μὲν οὖν ἀκριβὴς σφόδρα καὶ δι᾽ ὄνυχος λεγομένη δίαιτα. Ἀκριβὴς τὴν ἐργασίαν apud Lucianũ, Exquisitus & exactus. Sic & ἀκριβὲς ἔργον, apud Demosthenem Pro corona. ἀκριβὴς μνήμη, Accurata memoria. Ita enim malo reddere, generalem significationem vocabuli retinendo, quàm vt alii Tenax memoria. Demosthenis locus est hic, ἀλλ᾽ οὐ πάνυ ταῦτα παρ᾽ ὑμῖν εἰς ἀκριβῆ μνήμην, ὧν ἐγὼ προσῆκεν ὀργῇ. id est (vt quidem ego interpretos) Sed hæc accuratè & diligenter non mandatis memoriæ. Ἀκριβὲς σημεῖον, Certum & exploratum signũ. Ἀκριβὴς μνήμη, Certa memoria. Ita enim malo reddere quàm cum aliis Tenax memoria. ‖ Ἀκριβὴς, inquit Budæus, Plenus, id est iustus, apud Lucianum. Ἀκριβὴς πυρετὸς, Gal. ad Glauconem. id est iustus, ὁ μὴ νόθος, καὶ ὁ γνήσιος, inquit idem Budæus. Rursus idem in pr. Annot. in Pand. Iustum enim est omnibus numeris plenum, quod Græci ἀκριβὲς dicunt. Galenus identidẽ vtitur, ἀκριβὲς ἐρυσίπελας, id est, iustum plenúmque erysipelas, & huiusmodi alia appellando, lib. Therap. 14. Bud. ‖ Ἀκριβὴς quum de persona dicitur, non significat duntaxat generaliter hominem aliqua in re, siue aliquo in opere exactum, sed etiam eum qui ad rem est attentior, & quasi circa eius curam curiosè exactus. vno denique verbo, hominem tenacem, siue parcum. quam tamen significationem nondum à quoquam annotatam reperi, & apud Plutarchum solum obseruare me memini: qui & ἀκρίβειαν eodem vsurpat sensu, vt paulo pòst ostendam.

Ἀκριβὲς, substantiui locum obtinens, pro ἀκρίβεια. Lucianus in Anacharside, τὸ γὰρ ἀκριβὲς τῆς περὶ αὐτῶν διασκέψεως, id est, ἡ ἀκρίβεια τῆς διασκέψεως. id est ἡ ἀκριβὴς διάσκεψις, exacta consideratio, siue accurata examinatio. Interdum etiam ponuntur πρὸς τὸ ἀκριβὲς & εἰς τὸ ἀκριβὲς pro ἀκριβῶς. vt apud Eusebium, εἰς τὸ ἀκριβὲς τῆς ὁμοιώσεως ἀπειργασμένος. Eodem planè modo dictum est illud εἰς τὸ ἀκριβέστατον εἰκασμένον ἀνδρὸς. vbi τὸ ἀκριβὲς, id est ἡ ἀκρίβεια, exactã quadã expressionẽ significat, imaginis videlicet. Quare εἰς τὸ ἀκριβὲς τῆς ὁμοιώσεως ἀπειργασμένος, vel εἰς τὸ ἀκριβὲς εἰκασμένος, vertere possimus, Ad viuum expressam imaginem habens. Idem vnico vocabulo dicunt ἀπηκριβωμένος. quod est participium ab ἀπακριβοῦμαι. ‖ Item εἰς τὸ ἀκριβὲς, pro ἀκριβῶς, id est ἀληθῶς, verè. Thucyd. 6, καὶ εἰς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν, οὐδὲ ἀδίκως καταστρεψάμενοι. vbi schol. vult esse pro ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν. Cæterùm huius nominis ἀκριβὴς quũ apertè ridiculas notationes ab Etymologico afferri viderem, meo ipse iudicio vtens, hîc collocaui post ἄκρος. præsertim quum ἄκρος inter alia de eo etiam dicatur qui aliquam artem ἀκριβῶς teneat: atque adeo Hesychius ἀκριβὲς pro ἄκρον, ex Eurip. Philoctete afferat. Quòd si & mihi tam audacter subtili esse liceat quàm video in plerisque aliis vocibus veteres esse grammaticos, dixerim verisimile esse ex ἄκρον & βῆσαι (à βάω) factum esse, videlicet παρὰ τὸ εἰς τὸ ἄκρον βῆσαι. nam qui est ἀκριβὴς ad summum vsque peruadit.

Ἀκριβόω, ῶ, F. ώσω, Exactè cognosco, vel cognitum habeo, Compertum exploratúmque habeo, Probè calleo, aut Exactè disco, Exactè perquiro, Accuratè & diligenter exploro. Isocr. in Panath. σπουδάσαι μὲν φασὶν αὐτοὺς οἱ πάντες τῶν ἀκριβούντων, Qui res eorum diligenter inuestigant, vel Exactè cognoscunt. Iuxta Budæum, Iis qui diligenter scribunt vel indagant. Herodianus, τοῖς τὰ Ῥωμαίων οὐκ ἀκριβοῦσιν, Qui res Romanorum non exactè cognitas habent. Lucianus in Piscatore, τοὺς μὲν λόγους ἠκρίβωσαν ἀκριβοῦσιν οἱ πολλοὶ αὐτῶν. Itẽ dicitur aliquis artem quampiam ἀκριβοῦν, pro exactè callere, exactè peritus eius esse, exquisitam eius peritiam habere. Herodianus de Commodo, σωπῶσαν δὲ αὐτοῦ οἱ τέχνην ἀκριβοῦντες. Xenophon Pæd. 2, οὐ γὰρ ἔστι διδάσκαλος τούτων οὐδεὶς κρείττων τῆς ἀνάγκης, ἣ ἡμᾶς καὶ λίαν ἀκριβοῦν ταῦτα ἐδίδαξε, Necessitas enim optima est horum magistra, quæ nos hæc pernoscere docuit, vel perdiscere. idem Pæd. 1, ὁ διδάσκαλός με ὡς ἤδη ἀκριβοῦντα τὴν δικαιοσύνην, καὶ ἄλλοις καθίστη δικάζειν, Magister me, vt qui iam iustitiæ exactam cognitionem haberem, aliis etiam iudicem constituebat. C

‖ Ἀκριβῶ, Exactè facio, Exactum & exquisitum reddo, Exacta cura & diligentia facio, Omnibus numeris absolutum reddo. quum videlicet de opere quopiam dicitur. Interdũ verò ἀκριβῶ significat Exactum reddo, non pro Exactè factum reddo, sed pro Facio vt quis sit exactus. Sic Dioscorides lib. 2, ἀκριβοῦν τὰς αἰσθήσεις dixit pro Exactos sensus reddere, Facere vt sensus sint exacti. Quidam vertunt, Sensus exacuere, Aciem sensuum excitare. D

Ἀκριβοῦν iungitur etiam cum περὶ & παρὰ. Aristot. lib. 5 De generatione animalium cap. 1, ἀκριβῶ περὶ τὰς διαφορὰς χρωμάτων, Exacta cura & diligentia vtor circa differentias colorum, Exactè colorum differentias perdisco, aut pernosco, siue percognosco. ‖ Cum παρὰ autem apud D. Matthæum, Exactè vel diligenter inquiro, aut inuestigo, Accuratè sciscitor, vel scrutor. cap. 2, ἠκρίβωσε παρ᾽ αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Alii hîc ἀκριβῶ volunt significare Diligenter disco. quæ interpretatio non æquè mihi placet. E

Ἀκριβόομαι, οῦμαι, pass. Ἀκριβοῦσθαι dicitur res aliqua, id est Exactè fieri, Exquisita & exacta cura ac diligentia elaborari. Item Ἀκριβοῦσθαι, Exactè cognosci, Pernosci. ἀκριβωθήσεται Suidas & schol. Aristophanis exponũt ἀκριβῶς ἐξεταθήσεται, in hoc ipsius poetæ loco in Conc. — εἰ μὴ τοῦτ᾽ ἀκριβωθήσεται. ‖ Hinc præteritum ἠκριβωμένος, Exactè factus, Accuratè elaboratus, vel Exactus, Exquisitus: accipiẽdo pro ἀκριβής: vt ἠκριβωμένη συνέσις. ET Ἠκριβωμένως aduerbium ab hoc præterito, Cum exacta cura & diligentia, Accuratè vel accuratissimè. ἀκριβῶς. F

C. Ἀπακριβόω, ET Διακριβόω, ET Ἐξακριβόω, ῶ, Exacta diligentia aliquid facio, siue Exacta aut exquisita diligentia in re aliqua vtor, Accuratissimè & summo studio aliquid elaboro, aut aliquid describo. In his enim præpositiones significationem simplicis augent. Apud Lucianum ἀπακριβοῦν exponitur etiam Ad normam exigere. Sunt qui hæc tria composita interpretetur & istis metaphoricis loquẽdi generibus, Ad amussim facio, Ad vnguem facio, & Affabre facio. Dicitur etiam ἀπακριβώσασθαι, & διακριβώσασθαι, & ἐξακριβώσασθαι, pro ἀπακριβοῦν. Greg. ἐν ἀρετῆς εἶδος ἐκ πάντων ἀπηκριβώσατο, Exactè seu exquisitè composuit. Ἀπακριβῶ, διακριβῶ, ἐξακριβῶ, (inquit Budæus) pro eodem ponuntur, hoc est Exactè compono & absoluo, Omni ope & exacta diligentia efficio, hoc est ἀπεργάζομαι. Aristot. Eth. 10, ἐξακριβῶσαι δὲ δόξειεν μᾶλλον τὸ καθ᾽ ἕκαστον ἰδίας τῆς ἐπιμελείας γινομένης. Hæc Budæus. Vtitur autem Aristot. verbo διακριβοῦν eadem signif. eodem libro, τοσοῦτον γὰρ περὶ αὐτῶν εἴρηται. διακριβῶσαι γὰρ μεῖζον τοῦ προκειμένου ἐστί, Pollux (teste eodem Bud.) ἀπακριβώσασθαι, & ἀπεργάζεσθαι. H

σθαι, & εἰς ἑαυτὸν ἀναδέξασθαι, vt synonyma ponit col. 200, & 310. Passiua sunt, Ἀπακριβοῦμαι, Διακριβοῦμαι, Ἐξακριβοῦμαι, quorum participia præt. vsitatiora sunt, Ἀπηκριβωμένος, Διηκριβωμένος, Ἐξηκριβωμένος, Exactè factus, vel exacta diligentia, Ad amussim vel ad vnguem factus, Affabrefactus. A Cicerone ἀπηκριβωμένοι λόγοι redditur apud Plutarchum in Timæo Dilucidè & planè exornata oratio. quem locum vide paulo pòst. Plut. de fastis Cæs. loquens, διηκριβώθη ἐπανόρθωσις τῆς ἀνωμαλίας. A

Διακριβῶσαι (inquit Budæus) Diligenter cauere & exactè stipulari, & διομολογῆσαι, Isæus pag. 38. Significat etiam (inquit) Exactè respondeo, id est statis horis euenio. Aristot. De historia anim. lib. 7, καὶ μετὰ τόκους δ' αἱ καθάρσεις βούλονται τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἀποδιδόναι τούτων· οὐ μὴν ἐξακριβοῦσί γε πάσαις ὁμοίως, non tamen exactè tricesimo die menstruæ purgationes redeunt omnibus. Cui exemplo, quod affert Budæus, puto aptè adiunctum iri hoc ex Platone, vbi itidē ἀπηκριβωμένους & ἀποδοῦναι habemus. Ita igitur ille in Tim. ἐὰν οὖν, ὦ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντη πάντως αὐτοὺς ἑαυτοῖς ὁμολογουμένους καὶ ἀπηκριβωμένους λόγους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς. Quæ Cicero sic interpretatur, Quocirca si fortè de deorum natura ortúque mundi disserētes, minus id quod habemus animo, consequimur, vt tota dilucidè & planè oratio exornata sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat, haud sanè erit mirum. B C

Ἀπηκριβωμένως, & Διηκριβωμένως, & Ἐξηκριβωμένως, aduerbia, quæ eandem itidem significationem habent, videlicet pro Exactè, vel Exacta diligentia. Vel, Ad amussim, Ad vnguem. Διηκριβωμένως pro Exactè, citatur ex Aristotele in Rhetoricis. Ἀπηκριβωμένως autem à Budæo in Annotationib. exponitur etiam Bona fide, Citra vllum figmentum. D

¶ Ἀκριβάζω, Idem quod Ἀκριβόω. Sed Pollux hoc Ἀκριβάζω ait esse ἀπειρόκαλον. ac re vera nō memini me apud vllū ex antiquis scriptoribus hoc legere. Dicitur & Ἐξακριβάζω idem significans. quo Libanius vtitur in Epistola ad Basilium, ἴσθι τοίνυν ὡς τῆς μὲν χώρας τοὺς τόπους ἐξακριβάζων, id est, Diligenter indagans. ‖ At ex Eccles. cap. 46, citatur ἠκριβάσθη (aor. 1, à passiuo Ἀκριβάζομαι) Probatus est. ἠκριβάσθη προφήτης. Magis vicina esset interpretatio, Examinatus est. E

Ἀκριβασμὸς, Exquisita examinatio & perpensio, inquit Budæus. Dionysius De eccl. hier. καὶ τῆς ἀκριβείας καθάρσεως ἐν τοῖς αὐτοῦ παντεπισκόποις ἀκριβασμοῖς. Iudic. cap. 5, μεγάλοι ἀκριβασμοὶ καρδίας. vbi pro eodem mox sequitur ἐξιχνιασμοί.

Ἀκριβασμὸς, Exacta limitatio. Prouerb. Salom. cap. 8, ἐν τῷ τιθέναι τῇ θαλάσσῃ ἀκριβασμὸν αὐτοῦ. Cuius significationis exemplum vt nimis alienæ non posuissem, nisi Budæus in suos commentarios eam retulisset, dicens significari hic terram certis & exactis finibus circunscriptam.

Ἀκριβαστὴς, οῦ, ὁ, Diligens inquisitor, Accuratus explorator. Bud.

C. Ἐξακριβάζω, idem quod ἐξακριβόω: vt simplex ἀκριβάζω significat ἀκριβόω.

C. Ὑπερακριβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Supramodum exactus, Exactus plusquam necesse sit.

C. Φιλακριβέω, ῶ, Amo exactam diligentiam, Exactam diligentiam lubenter adhibeo. In vulg. lex. φιλακριβεῖν exponitur Cum diligentia auscultare, Gnauum & sedulum esse. G

C. Ἀκριβοδίκαιον, ου, τὸ, Substantiuum, ex ἀκριβὲς & δίκαιον, Ius summum, Ciceroni, Terentio, & aliis: quod iuriscōsulti Strictum ius appellant. Propriè autem sonat Ius exactum. Ius autem (inquit Budæus) quod strictum iurisconsulti dicunt, Aristoteles ἀκριβοδίκαιον appellat, quasi ius exactius duriúsque.

Ἀκριβοδίκαιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Summo iure vtens, vel stricto iure, Summo iure agens: cui opponitur ἐπιεικής. quem describens Aristoteles lib. 5 Ethic. ad Nicom. cap. 10 his verbis claudit, ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς καὶ πρακτικὸς καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς, καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθὸν, ἐπιεικής ἐστιν. Vbi ἀκριβοδίκαιος appellatur (Budæo teste) qui τὸ ἀκριβοδίκαιον, id est summum ius, æquitati præfert, quasi prædurus interpres iuris, quasique deterioris iuris studiosus vsurpatórque: vt contrà ἐπιεικής, iudex bonus & æquus. H

C. Ἀκριβολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, ex ἀκριβὴς & λόγος, propriè Exacto & accurato sermone vtens, Exacto vel exquisito sermone aliquid exprimens. Sed generalius accipitur pro Exacta diligentia & curiosa circa quidlibet vtens, & in quouis seu dicto seu facto. Quam significationem & ab eo composita retinent. HINC Ἀκριβολογία, ας, ἡ, Exacta discussio, vel examinatio, aut Exacta tractatio. Aristot. Rhet. ad Theodecten lib. 1, ἀλλ' οὐδὲν ἡ ἀκριβολογία χρήσιμος ἡ περὶ τούτων εἰς τὰ νῦν. ‖ Ab eodem Aristot. Ethic. 4, ἀκριβολογία in vitio ponitur, pro Exacta expensæ & sumptuum examinatio. ET Ἀκριβολογέω, ῶ, F. ήσω, Exactè perpendo, Exactè examino. Chrysostomus in 8, ad Rom. τί φιλοσοφεῖς ἀκαίρως, καὶ ἀκριβολογεῖς περιττά; ‖ Frequentius multo in passiua terminatione vsurpatur Ἀκριβολογοῦμαι itidem pro Exactè perpendo, vel Excutio, & (vt ait Budæus) pro Exactè discepto, Exquisitè disputo, & æstimo cōsideróque. Æschines contra Timarchum accusatiuo iunxit, ἵνα μή τις εἴπῃ ὡς ἄγαν λίαν ἀκριβολογοῦμαι ἅπαντα. Sic Demosth. in Æschinem, καὶ ταῦτι πάνθ' ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀκριβολογοῦμαι καὶ διεξέρχομαι. Plato Pol. 1, ὥστε κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον (ἐπειδὴ καὶ σὺ ἀκριβολογῇ) οὐδεὶς τῶν δημιουργῶν ἁμ. &c. id est, quandoquidem tu quoque exactè rem examinas. Potest verò exponi illud Æschinis modò citatum, ἀκριβολογοῦμαι ἅπαντα, Exactè omnia dicendo persequor. Dicitur & ἀκριβολογοῦμαι περὶ τούτου, Vtor in hoc vel circa hoc exacta disquisitione: apud Demosthenem pro Ctesiph. ἐμοῦ περὶ τούτων ἀκριβολογουμένου, Me hæc exactè disquirente. Alii vertunt, Exactè de his disceptante. Ἀκριβολογοῦμαι etiam est (inquit Budæus) Exactam sumptuum rationem subduco.

Ἀκριβῶς, aduerbium, Exactè, Exquisitè, Accuratè. Secundum quas significationes (quæ eodē omnes pertinent) Isocrates non semel ἀκριβῶς & ἁπλῶς inter se opponit. potest etiam expon per periphrasin, Exacta cura & diligentia, vel accurata cum diligentia. Demosth. aduersus Timocratem, τοῖς δὲ πάλαι κειμένοις ἀκριβῶς χρῶνται. ‖ Item ἀκριβῶς, Exactè, id est Plenè & perfectè, planè: vt Lucianus, χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς. Vbi stultè quidam interpretati sunt perpetuum candorem. Idem, ἀκριβῶς μέλαν, Plenè & perfectè nigrum, vel Planè nigrum. aut, Exactam, vel plenam & perfectam nigredinem habens, & ad quam nihil addi possit. Vulgò exponitur Vehementer nigrum: sed perperam. significantius est enim ἀκριβῶς quàm σφόδρα. ‖ Item Ἀκριβῶς, Certò: vt ἀκριβῶς οἶδα. Demosth. ἀκριβῶς εἰδώς, Æschin. Isocr. Dicitur & ἀκριβῶς γινώσκω. Possumus autem ἀκριβῶς οἶδα exponere Certò scio, vel (quod idem valet) Pro comperto habeo: aut, Compertum exploratúmque habeo. ‖ Ἀκριβῶς apud eundem Isocratem habet ἐπιεικῶς oppositum. vbi vertendum puto Summo iure. quasi dicas, Supramodum exactè, Nimis exacto quodam studio. Sic ad Nicoclem, ἀκριβῶς περὶ μικρῶν ἐξελέγχονται dicit. at in Areopag. addit λίαν, dicēs, τὰ μὲν ἁμαρτήματα τοῦ δήμου λίαν ἀκριβῶς ἐξετάζουσι. Is autem (meo quidem iudicio) ἀκριβῶς vel λίαν ἀκριβῶς ἐξετάζει rem quampiam, qui (vt Cicero loquitur) ad viuum resecat. Ita enim ille in Lælio, Sed hoc primùm sentio, nisi in bonis amicitiam esse nō posse. neque id ad viuum reseco, vt illi qui hæc subtilius disserunt. Ἀκριβῶς affinem hanc significationem habet apud Thucydidem, lib. 1, οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἀκριβῶς ἔπρασσον, id est seuerè. ἀνενδότως, vt schol. exponit.

Ἀκρίβεια, ας, ἡ, Exacta cura, Exacta diligētia circa aliquid, Exactum studium, Accuratio: vt μετ' ἀκριβείας περιέπειν. & apud Aristotelē, δι' ἀκριβείας λέγειν, Cum exacta quadam diligentia, Exquisitè. Apud Isocratem plurali numero ἀκρίβειαι non semel: vt ad Philippum, ταῦθ' ὅπως γέγραπται τοῖς καιροῖς καὶ ταῖς ἀκριβείαις. Idem in Areopagitico, ἐπεὶ τό γε πλῆθη καὶ τὰς ἀκριβείας τῶν νόμων, σημεῖον εἶναι τοῦ κακῶς οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν αὐτῶν. Quem locum Bud. sic vertit in Ann. pr. in Pādectas, Nam quod ad legum multitudinem atque exactiorem circa eas diligentiam attinet,

attinet, iudicium certè hoc ipſum eſt, parũ bene cum ciuitatibus illis agi. Idem Iſocrates ibidem dicit νόμοι μετ' πλείστης ἀκριβείας κείμενοι, id eſt, eodẽ Budæo interpr. Leges exquiſitiſſima ſcribentium diligentia latæ.
‖ Ἀκρίβεια, Rigor iuris, in Pand. Bud. ‖ Ἀκρίβεια, Exacta cura qua vtitur homo nimium attentus ad rem, id eſt Tenacitas, Parcitas, Plut. in Pericle, χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ παιδὸς ἀκρίβειαν, γλίσχρα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ χορηγοῦντος. Obſeruandum eſt autem eodem metaphoræ genere vtranque linguam vti in exprimendo homine tenaci. nam hunc Latini appellant Attentum vel attẽtiorem ad rem. qui autem eſt attentus ad aliquid, is certè eſt ἀκριβὴς, id eſt faciens ἀκριβῶς (hoc eſt exacta diligentia) id ad quod eſt attentus.

Quòd vides, lector, deriuata ab Ἀκριβὴς non eſſe hîc collocata eo ordine qui in aliis nominibus obſeruatus à me fuit, non mutationi conſilii, ſed coactæ feſtinationi (quæ chartularum mearum ordinem confudit) imputato. Non taliũ autẽ dũtaxat, ſed & aliorũ ἁμαρτημάτων à te mihi veniam polliceor.

ἈΛΑ'ΟΜΑΙ, ὦμαι, Vagor, Erro, Sum vagus & erro: vt apud Hom. Il. ζ, Ἤτοι ὃ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο, id eſt, ſolus vagabatur. (Cic. interpr.) Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis. Et Vlyſſes ἀλώμενος, apud eundẽ, Odyſſ. ε. ‖ Ἀλάομαι metaphoricè apud Sophoclem pro πλανῶμαι τῷ νῷ, Vagor mente, Incertus ſum quid agam, Animi pendeo.

Ἀλάω, ῶ, vocem actiuam apud grammaticos duntaxat memini me legere: qui eam proferunt in tradẽdis quarundam vocabulorum etymis, & quidem volentes ea ſignificari etiam πλανῶ, decipio. Vide ἀλώπηξ.

Ἄλημα, ατος, τὸ, Vagatio, Erratio. πλάνημα. vt ait Euſtathi[us], ita exponens & in hoc Sophoclis loco, κακοπινέστατόν τ' ἄλημα στρατοῦ. vbi tamen τρίμμα à ſcholiaſte exponitur.

Ἀλήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Erro, Vagus. Od. τ, Τοιοῦτοι πτωχοὶ καὶ ἀλήμονες ἄνδρες ἔασιν, id eſt, Tales ſunt mendici & errones. Vbi notandum copulare Homerum πτωχοὶ καὶ ἀλήμονες. exponitur tamen ἀλήμονες etiam πτωχοί: vt Anth. epigr. lib. 1, Ἄμφω μὲν πηροὶ καὶ ἀλήμονες. At verò apud Nonnũ ἀλήμονες tranſlatè pro Peccatores. nam qui peccant, errant, & à recta via deflectunt. ET Ἀλημοσύνη, ης, ἡ, Idem quod ἄλημα, Vagatio, Erratio. ‖ Apud Apollonium autem ſchol. ἀλημοσύνην ait ſignificare ἐμπειρίαν τῶν τόπων, id eſt peritiam locorum. Quam ſignificationem ex conſequenti eſſe puto, quòd videlicet qui vagati ſunt, eam habere ſoleant.

Ἀλήτης, ου, ὁ, Vagus, Erro. Od. ρ, — καὶ πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ. & ξ, — ἄνδρες ἀλῆται ψεύδονται. ‖ Aliquando tanquam adiectiuum ponitur: vt ἀλήτην βίον εἵλου, apud Herodotum, Vagam vitam maluiſti. ET Ἀλῆτις, ιδος, ἡ, Vaga, Errabunda. ‖ Item, Feſtum quoddam Athenis, Heſych.

Ἀλήτης, Mendicus, apud Baſilium identidem. Propriè autem eſt Mendicus vagus, ſiue erraticus. Id eſt, Qui inter vagandum mendicat, Mendicans oſtiatim aut etiam oppidatim. Sic autem & in Herodoti loco modò citato ἀλήτην βίον alii exponunt Mendicam vitam.
ET Ἀλητοβόρος comp. q. d. Mendiciuorus, in vulgatis lexicis.

Ἀλητεύω, F. εύσω. Vagor, Erro. Od. ρ, Ξεῖνός τις δύστηνος ἀλητεύει κατὰ δῶμα Ἀνέρας αἰτίζων.

Ἀλητεία, Verbale, Erratio, Vagatio. Ionicè ἀλητείη: at Doricè ἀλατεία, ſicut ἀλάτας pro ἀλήτης.

¶ Ἄλη, ης, ἡ, Erratio, Vagatio. Od. φ, Ἤδη μοι ὄλεσσεν ἄλη τ' ἀκομιστίη τε. Od. ο, — ὅτι μ' ἔπαυσας ἄλης καὶ ὀϊζύος αἰνῆς. pro eo quod dicit eiuſdem Od. σ, ἀλητεύειν ἀπέπαυσας. ‖ Item metaphoricè ἄλη pro anxietate animi, quæ eſt veluti eius vagatio. ‖ Ἄλη autem deduco ab ἀλάω ἀλῶ, vt βοὴ à βοάω βοῶ formatur. Fortaſſe tamen malet aliquis contrà verba hæc deduci à nominibus: qua de re alius erit dicendi locus. Ἀλῶ autem à πλανῶ, & ἄλη à πλάνη fiant néc ne, aliis cogitandum relinquo.

Ἄλη, Sordes. ῥυπασμὸς Euſtathio, ſecundum aliam etymologiam.

C. Ἐπαλάομαι, Peruagor, Peragro: vt Od. ο, — πολλὰ παθὼν καὶ πόλλ' ἐπαληθεὶς, Οἴκαδε νοστήσῃ. Quod ἐπαληθεὶς falſò in vulg. lexicis ab ἐπαληθεύω deducitur.

¶ Ἀλαίνω, Idem quod ἀλάομαι, Erro, Vagor. Apud Euripidem, ἀλαίνων μανία. Ad quem locum reſpiciens, aut ad ſimilem Etymol. ἀλαίνειν exponit ἐξεστηκέναι, μαίνεσθαι, id eſt, Extra ſe poſitũ eſſe, Inſanire. Atqui id per ſe nõ ſignificat in hoc Euripidis loco, ſed cũ adiunctione. Dicunt autem ἀλαίνω ab ἀλῶ eſſe παράγωγον, vt δραίνω à δρῶ. Euſtathius quoque ab ἀλῶ deducit ἀλαίνω, vt βαίνω à βῶ, & λυσσαίνω à λυσσῶ, atque alia itidem quæ profert. ET Ἄλαινος (inquit) inde dictus fluuius, ὁ ἐπὶ πολλὴν γῆν ἀλώμενος.

¶ Ἄλημι, Idem quod Ἀλάομαι, Vagor. Huius autem ἄλημι infinitiu[us] ἀλῆναι, vnde ἀλήμεναι, vt βήμεναι à βῆναι. Il. ε, Ἀργείους ἐκέλευσα ἀλήμεναι ἐνθάδε πάντας. quem infinitiuũ Heſychius exponit συντραφῆναι (ſed hãc ſcripturã corrige, reponẽs συστραφῆναι) itẽ πλανηθῆναι. Magis tamen recepta eſt explicatio τοῦ ἀλήμεναι, vt ſit pro ἀθροισθῆναι, Congregari: ſicut Ἀλέντες apud eundem poetam pro congregati, & ἀλεὶς apud eundem expoſitum συστραφεὶς, συσταλείς. Vide Etymologicum in ἄλεν, de formatione horum. quæ tamen alia eſt apud Euſt.

Ἀλάλημι, ab ἄλημι, per reduplicationem. vnde paſſiuũ Ἀλάλημαι, idem quod Ἀλῶ ſiue Ἄλημι, Vagor, Erro. Vnde ἀλάλησαι Od. ο, — δόμων ἄπο δὴν ἀλάλησαι. & infinitiuum ἀλάλησθαι, eiuſdem Od. ε, — οὐδέ τι σε χρὴ Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον κακὰ πάσχειν, οὐδ' ἀλάλησθαι. Herodianus ἀλάλημαι præt. temporis eſſe putauit. nam ab ἄλημι præteritũ paſſiuum eſſe ἤλαμαι, & Atticè ἀλήλαμαι: à quo per tranſpoſitionem ἀλάλημαι. Contrà Zenobius præſentis temporis eſſe tradidit, ſcribens ab ἀλάω ἀλῶ fieri ἄλημι & ἄλημαι: deinde per reduplicationẽ ἀλάλημι & ἀλάλημαι: vnde participium ἀλαλήμενος cum accentu in antepenultima: vt ἀκαχήμενος ab ἀκάχημαι, ſecundum Æoles, qui penultimam præſentis producunt. Vide Etymol. & Euſtath.

Ἀλαλύκτημι, à quo ἀλαλύκτημαι apud Homerum, vide in Ἀλύσσω poſt Ἀλύω.

ἈΛΑΖΩ'Ν, όνος, ὁ καὶ ἡ, Iactator, Oſtentator, Glorioſus, Ventoſus. Ταὼς, id eſt Pauo, dicitur ἀλαζὼν ὄρνις à Gregorio & ab aliis: id eſt oſtentatrix auis. Ita enim commodiſſimè verti poſſe exiſtimo ex hoc Ouidii verſu, Laudatas oſtẽtat auis Iunonia pennas. (nam ea potius exẽplaria ſequor quæ Oſtentat quàm quæ Oſtendit hoc in verſu habent) Reperitur & genere fœm. apud Plut. in Pericle, ἀλαζὼν γυνή. Grammatici ab ἄλη deducunt hanc vocem & verbo ζῆν: vt propriè ſit qui vagando victum quærit (veluti qui vocãtur ἀγύρται, id eſt circulatores) per conſequens autem iactator, oſtentator, vaniloquus, impoſtor. Ab Heſychio explicatur ὑπερήφανος id eſt ſuperbus. & vulgò exponitur Superbus, Arrogãs, ſed ita nihil planè differret ἀλαζὼν ab ὑπερήφανος. Quare Oſtentatorem aut Venditatorẽ aut Iactatorem ſeu Glorioſum interpretari malo. vt ἀλαζὼν στρατιώτης, Miles glorioſus à Plauto redditur. Ventoſum etiam non malè (meo quidem iudicio) reddiderimus, aut Vanum hominem: vt & Plutarch. κενοὺς καὶ ἀλαζόνας copulat. Pro me facit & Xenophon, cuius hæc verba ſunt Pæd. 2, ὁ μὲν γὰρ ἀλαζὼν ἔμοιγε δοκεῖ ὄνομα κεῖσθαι ἐπὶ τοῖς προσποιουμένοις καὶ πλουσιωτέροις εἶναι ἢ εἰσὶ, καὶ ἀνδρειοτέροις, καὶ ποιήσειν ἃ μὴ ἱκανοί εἰσιν ὑπισχνουμένοις, id eſt, Nam mihi nomen ἀλαζὼν inditum videtur fuiſſe iis qui ſe & ditiores eſſe ſimulant & magis ſtrenuos quàm ſint: & ea quæ præſtare non poſſunt, pollicentur. ‖ Item ἀλαζὼν, Mendax, Vaniloquus. nam Plato ἀλαζόσι dixit pro ψεύσταις, Suida teſte.

Ἀλαζὼν pro ἀλώμενος, id eſt Vagans, Errans. vel (exprimendo participium per nomen) Vagans, Erro. Sic autem vſurpari ἀλαζὼν ab Alcæo teſtatur Suidas, qui ἀλαζὼν non ſolùm παρὰ τὸ ἐν ἄλῃ ζῆν deducit, vt alii: ſed & aliam adfert etymologiam, vt videlicet ſit ἀλαζὼν, ὁ ἄλλως ζῶν, id eſt ματαίως. hoc eſt, Vanè & inaniter viuens.

Comparatiuus gradus Ἀλαζονέστερος, Superlatiuus Ἀλαζονέστατος. Plato in Philebo, ἡδονὴ μὲν γὰρ ἁπάντων ἀλαζονέστατον. ſic enim habet Athenæus: at Euſtath. ἀλαζονίστατον.

O.K

C. Ἀλαζοχαυνόφλυαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, compositum nomen ex tribus, ἀλαζὼν, χαῦνος, & φλύαρος: vt sit ἀλαζοχαυνόφλυαρος qui simul est ἀλαζὼν & χαῦνος & φλύαρος, id est Qui simul est ostentator & animo remisso & nugax. Vide significationes τοῦ χαῦνος. Post ἀλαζὼν apud Suidam habetur καὶ ἀλαζοχαυνόφλυαρος, ὁ μέθυσος καὶ λῆρος. Vtitur hac voce Archestratus apud Athenæum lib. 1, in hoc versu, Εἰ δέ τινες σκώπτουσιν ἀλαζονοχαυνοφλυάρoι.

C. Πτωχαλαζὼν, q. d. Mendicus ostentator. Alexis apud Athenæum lib. 6, οἶδα δὲ κἀγώ τινὰ πλείω ἡμέτερον πτωχαλαζόνα. Quo verbo declaratur is qui quum pauper sit, diuitis tamen fastum præ se fert. B

C. Φιλαλαζὼν, Ostentationis amator, ex Budæo citatur in vulg. lex.

Ἀλαζονικὸς, ὁ, ὁ, Ostentatorius, Iactatorius, Ad ostentationem pertinens, Ad ostentationem compositus. Item Ostentationi deditus. Et pro ἀλαζὼν, id est Ostentator, Iactator. Xenophon ἀπομν. 1, οὐδὲ ἀλαζονικὸς ἦν οὔτ' ἀμπεχόνῃ, οὔθ' ὑποδέσει.

¶ Ἀλαζονεύομαι, F. εύσομαι, Me ostēto, Me vendito, Iactantia vtor, vel ostentatione, Iactator sum siue ostentator. De me falsa prædico. Pro quo alii interpretantur, Ostentabunde mentior. Exponitur & Glorior: sed hoc verbum per se vix ponitur, itidem vt ἀλαζονεύομαι. Isocrates de sophistis, νῦν δ' οἱ τολμῶντες λίαν ἀπερισκέπτως ἀλαζονεύεσθαι, πεποιήκασιν ὥστε, &c. Idem in Panathenaico, ὥμην γὰρ οὕτως ἐπιφανὴς εἶναι, οἷς ἀλαζονευομένοις πλεῖστοι, καὶ περὶ ἐμαυτοῦ μετρίως διειλεγμένος, id est, Ostentatoribus aduersans, & de me modeste loquutus. Idē autē esse ἀλαζονεύεσθαι & ἀλαζονεία χρῆσθαι videtur ex eodem loco patere. nam subiungit, ὥστε μηδένα ποτὲ γενέσθαι πιστὸν τῶν λεγόντων ὡς ἐγὼ πιαύταις ἀλαζονείαις ἐχρησάμην. Xenophon, τοῦ ἀλαζονεύεσθαι ἀποτρέπει τοὺς συνόντας, pro, τῆς ἀλαζονείας, Ab ostentatione auertere discipulos. Ἀλαζονεύεσθαι apud Aristophanem exponitur ψεύδεσθαι. Apud Galenum, Vaniloquenter dicere Budæus vertit. C D

‖Ἀλαζονεύομαι cum accusatiuo, citatur ex Aristot. OEconom. 1, τὰ ἤθη ἀλαζονεύεσθαι, & exponitur Mores mentiri & sibi effingere falsò. Qua in significatione tamen rectius diceretur Ementiri. Itidem libri Sapientiæ cap. 20, ἀλαζονεύεται πατέρα θεὸν exponunt, Gloriatur patrem se habere Deum. E

Ἀλαζόνευμα, ατος, τὸ, Iactatio, Ostentatio, Gloriatio propter aliquod facinus, vel de aliquo facinore. Idē quod ἀλαζονεία. nisi quòd hæc est magis perpetua, nec ob certam aliquam rem, aut certo tempore. ‖Item ἀλαζόνευμα, Facinus insolentiæ, Insolenter factum, à Budæo exponitur ex Æschine in Ctesiph. ἡλίκον δ' ἐστι τὸ ἀλαζόνευμα τοῦτο, ἐγὼ πειράσομαι μεγάλῳ σημείῳ διδάξαι.

Ἀλαζονεία, ας, ἡ, Iactantia, Iactatio, Ostentatio, Venditatio, Gloriatio. Apud Ath. lib. 9, ἀλαζονεία cuidam sophistæ tribuitur, vt ἀλαζονεύεσθαι sophistæ dicuntur ab Isocrate. Æschines in Ctesiph. ἀλαζονείαν & κόμπον copulat, ἀφελὼν τὴν ἀλαζονείαν καὶ τὸν κόμπον τοῦ ψηφίσματος. Vlpianus Demosthenis enarrator ἀλαζονείαν ait esse hominum plura quàm præstare possint pollicentium: atque huic contrariam esse εἰρωνείαν, quæ dissimulat ea se præstare posse quæ potest. Quam Vlpiani annotationem eo lubentius recipio quòd repererim apud Plutarchum (si bene memini) itidem ἀλαζὼν & εἴρων inter se opposita. Et vt ἀλαζονείαν definit hic Vlpianus, ita & ἀλαζονεύεσθαι Xenophō in paulo antè citato loco definiit. Aristoteles quoque Rhet. 2, ἀλαζονείαν describens ait eius esse, sua prædicare, & de se quædam polliceri, item aliorum facta sibi adscribere. Vide eundē in Ethicis, variis locis. ‖Ἀλαζονεία exponitur etiam Vaniloquentia: sed intellige Vaniloquentiam hominis in laudem suam. Vnde malè putant quidam ab Isocrate in hoc Areopag. loco, αὕτη γὰρ ἐστιν αἰτία καὶ τῆς ψευδολογίας τῆς περὶ ἐμὲ γεγενημένης καὶ τῆς διαβολῶν, ψευδολογίαν poni pro eo quod dixerat ἀλαζονείας antea. hic enim ψευδολογία est mētiētiū aduersus aliū, & in eius dānū ac vituperiū, nō autē in suum commodum & in suam laudem. ‖Exponitur etiam ἀλαζονεία, Prudentiæ simulatio: sed nimis artē. nam ἀλαζονεία est simulatio non prudentiæ tantùm, sed generaliter cuiuslibet virtutis, aut cuiuslibet F G H facti aut dicti laudabilis.

C. Ἐπαλαζονεύομαι, vt ἐπαλαζονεύομαι τούτῳ, Iacto me hac de re, vel hac in re. Vulgata autem lexica interpretantur Insulto. Hesychius verò ἐπαλαζονευόμενον (pro quo malè in vulg. edit. legitur ἐπαναλαζονευόμενον) exponit καταθρασυνόμενον.

C. Καταλαζονεύομαι, Iactabunde aliquid dico, vel facio. Item, Arroganter & vanè commemoro. Demosth. ἀποφήσει καὶ καταλαζονεύσεται πρὸς ὑμᾶς αὐτίκα δὴ μάλα, id est (Bud. interpr.) Magnificè & insolenter iactabit, Deprædicabit se fecisse. Apud Isocr. περὶ ἀντιδόσεως alia constructione, καταλαζονεύεσθαι περὶ τοῦ πλούτου, iactare se & gloriari de diuitiis. Bud. exponit simpliciter Mētiri, quod mihi non placet.

C. Εὐαλαζονεύοντες, Ad iactandum apti, In vulg. lex. quod valde suspectum est. A

ἈΛΏΠΗΞ, εκος, ἡ, Vulpes. ab ἀλῶ (id est Decipio) & ὤψ, ὠπὸς, Oculus: vt ita nominata sit à fallendis oculis. Vel à παίζω, ἡ ἐν τῇ πλάνῃ παίζουσα. vtrunque etymum apud Etymologisten. Eustathius habet dūtaxat, παρὰ τὸ ἀλᾶν τὸ πλανᾶν. Vide Ἀλωπὰ & Ἀλωπὸς paulo pòst. Vocatur alio nomine κερδὼ à Græcis. ‖Annotatur & masculino genere positum in Canticis.

Ἀλώπηξ, Vulpecula quædam volucris. Citatur ex Aristotele lib. 2, De anim.

Ἀλώπηξ, Piscis quidam, vide Ἀλωπεκίας paulo pòst.

Ἀλώπεκες, Partes quædam carnium musculosæ circa clunes, inquit Bud. Alii ex Polluce interiores lumborū musculos exponunt: licet Clearchus exteriores spinæ musculos ita vocauerit, apud Athen. lib. 9, σάρκες μυωταὶ καθ' ἑκάτερον μέρος, ἃς οἱ μὲν ψόας, οἱ δὲ ἀλώπεκας, οἱ δὲ νεφρομήτρας καλοῦσι. Vbi legitur & ψύας.

Ἀλώπηξ, Genus quoddam saltationis. ὄρχησίς τις, inquit Hesych.

Ἀλώπηξ, Alopecia, Callimach. in hymno in Dianam, — ὡς ὅτε κόρσην Φωτὸς ἐνιδρυνθεῖσα κόμην ἐπενείματ' ἀλώπηξ. Vide Ἀλωπεκία, paulo pòst.

Ἀλώπηξ metaphoricè, Homo astutus. Aliquando etiam Homo fraudulentus & dolosus. Sic Luc. 13 vsurpauit Christus, πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, Ite dictum vulpi illi. Sic & Galli hominem astutum vocant *renard*, aliquando *un fin renard*, quasi dicas astutam vulpem. Horatius, Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. Ex vulpis autem astutia manarunt etiam prouerbia quædam. vt Vulpinari cum vulpe. &, Si leonina pellis non sufficit, vulpina assuenda est. Sunt autē hæc verba ex Græcis Plutarchi translata, quæ adscribam in Ἀλωπεκῆ, paulo pòst.

Ἀλωπὰ, Idem quod ἀλώπηξ, Hesychius. ‖Idem Ἀλωπὸς exponit ἀλωπεκώδης, πανοῦργος, id est astutus, fraudulentus. ad verbum autem ἀλωπεκώδης sonat quasi dicas Vulpinus. Addit vsum hoc nomine ἀλωπὸς Sophoclem. Videri autem possit idem etymum conuenire nomini ἀλωπὸς quod & nomini ἀλώπηξ tribuitur: imò verò melius illi quàm huic quadrare, videlicet ab ἀλῶ & ὤψ, quòd multa ab ὤψ deriuata hanc in ωπος terminationem habeant. Quòd si hoc sequamur, nihil necesse fuerit ab ἀλώπηξ deducere.

Ἀλωπέκιον, ου, τὸ, diminut. Vulpecula.

Ἀλωπεκὶς, ίδος, ἡ, Catulus vulpis. ‖Item, Canis è vulpe & cane progenitus (qui & composita voce κυναλώπηξ) teste Xenophonte in Cynegetico, vbi scribit, ἀλωπεκίδες κύνες, διότι ἐκ κυνῶν τε καὶ ἀλωπέκων ἐγένοντο. ‖Hesychius scribit duntaxat, ἀλωπεκίδας genus esse canum. In vulg. lexicis (certè in omnium primis) annotatum est, ἀλωπεκίδα significare pellem vulpinam: & ita ἀλωπεκὶς pro ἀλωπεκῆ caperetur. Cuius significationis exēplum desidero. ‖Ἀλωπεκὶς, Vitis genus, quæ vnde nomen acceperit, indicat Plin. lib. 14. cap. 3, vbi vitium genera describens, ait, Contrà damnantur etiam visu cinerea, & rabuscula, & asinisca, minus tamen caudas vulpium imitata alopecis. Apud Hesychium legimus ἀλωπέκιος, esse nomē cuiusdam vitis, & vini quod ea producit. Quam vocem apud illum deprauatam haberi manifestissimum est. fortasse autem post ἀλωπεκὶς scripserat, καὶ ἀλωπεκίτης οἶνος. nam ἀλωπεκὶς com-

mune viti & eius vino esse nomen, mihi parum fit verisimile.

Ἀλωπεκώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Vulpinus. Item, Vulpem imitans, id est, Vulpis astutiam imitans, Astutus & fraudulentus more vulpis, Dolis & imposturis vtens. nam ἀλωπεκώδης exponitur πανοῦργος ab Etymologista: apud quē tamē ἀλωπεκάδης scribitur: legitur verò ἀλωπεκάδης & apud Varinum. Ita etiam habetur in vulgatis lexicis Græcolatinis. sed vndenam esse posset hæc in άδης terminatio? Mirum verò tam euidēs mēdum in tam multis locis seruatū fuisse. Hesychius quidē ἀλωπεκώδης habet, quod tamen non explicat πανοῦργος: sed ἀλωπεκώδης & πανοῦργος ponit pro explicatione nominis ἀλωπός, vt antea docui.

Ἀλωπεκῆ, ῆς, ἡ, Vulpina pellis. Ex ἀλωπεκέη per contractionem ἀλωπεκῆ, vt λεοντῆ ex λεοντέη, itidem λυκῆ ex λυκέη. Iones vtuntur & non contractis. Herodotus, ἀλωπεκέας ἔχοντες. Plutarchus in Apophthegmatis, ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον ἐκεῖ τὴν ἀλωπεκῆν. Vbi metaphoricè poni existimo ἀλωπεκῆν pro astutia seu fraudulentis artibus, sicut λεοντῆν pro aperta vi.

Ἀλωπεκῆ item δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, Hesychius. Hinc ἀλωπεκῆθεν, ἀλωπεκεῖς & ἀλωπεκιανός. Vide Suid.

Ἀλωπεκίας, ου, ὁ, quasi quis dicat Vulpinaris. nam ἀλωπεκίας paulo aliud sonat quàm vulpinus. In vulgatis lex. Græcolat. annotatum est ἀλωπεκίαν à Luciano dici quēdam signum vulpis in fronte habentem.

Ἀλωπεκίζω, F. σω, Vulpinor, Astutè ago, Fraudulentè ago, Artibus fraudulentis vtor, Fraudibus & dolis vtor. Prouerbium est, ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα, Cum vulpe vulpinari, vel Aduersus vulpem vulpinari. Aristophanes in Vespis, οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν. vbi scholiastes exponit πανουργεῖν, id est, Fraudulentè agere, Fraudibus & imposturis vti. item κολακεύειν, id est Assentari.

Ἀλωπεκάω, ῶ, In vulg. lex. Græcol. exponitur Decipio. Videtur idem esse quod ἀλωπεκίζω.

Ἀλωπεκία, ας, ἡ, Defluuium capillorum, aut generaliter pilorum. Alexander Trallianus medicus sic orditur librū suum à patre meo excusum, Ἀλωπεκία πάθος ἐστὶ, τριχῶν μαδησις. Vide & aliam apud Galenum definitionem. ‖ Plurali numero ἀλωπεκίαι apud Dioscoridem, lib. 1 capite 79, vbi de auellanis loquens ait, ἀλωπεκίας ἐπιχρισθέντα δασύνει. exponunt autem hîc Defluuia capilli: Sed cur plurali numero vsus esset Dioscorides potius quàm singulari? Malim ergo per ἀλωπεκίας intelligere loca glabra in capite vel barba. Fortasse etiam loca glabra in quauis parte corporis non malè intellexeris. ‖ Ἀλωπεκίαι pro corruptionibus & immutationibus summi corporis, in vulg. lex. Græcol. ex Aristotelis in probl. sectione 38.

Ἀλωπεκία, Vulpis latibulum, seu cauernula, ἀλώπεκος φωλεός. vt Matth. 8, αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι. quod verus interpres vertit, Vulpes foueas habent. Ἀλωπεκίαι, inquit Hesychius, αἱ τῶν ἀλωπέκων καταδύσεις. Eadem habet verba & Etymologistes.

Ἀλωπεκία à Suida exponitur etiam περικεφαλαία, id est galea.

Ἀλωπεκία, Insulæ nomen. Stephanus ex Strabone.

Ἀλωπεκίασις, εως, ἡ, Idem quod ἀλωπεκία. Habet autem ἀλωπεκίασις, formam nominis verbalis, deriuati videlicet à verbo ἀλωπεκιάω.

C. Κυναλώπηξ, q. d. Caniuulpis, ET Πιθηκαλώπηξ, q. d. Vulpisimia, ET Χηναλώπηξ, q. d. Vulpanser, vide in Κύων, in Πίθηκος, in Χὴν. Quod & in aliis faciendum, si qua occurrent huiusmodi.

C. Ἀλωπεκόννησος, ου, ἡ, Vrbs Hellespontiæ Cherronesi. Sonat autem hæc appellatio ad verbum, Vulpis aut vulpium insula. Fuit enim ex oraculi iussu condita, quod imperauerat ibi vrbem condere vbi vulpis catulos vidissent, vt scribit Stephanus. sed error est apud eum. corruptè enim legitur χηνιδεῖσα pro κλιθεῖσα aut κληθεῖσα.

C. Ἀλωπέκουρος, ου, ἡ, Vulpina cauda. Herba quædā Theophrasto, lib. 7. Hist. pl. cap. 10.

C. Ἀλωπόχροος, οος, ὁ καὶ ἡ, Vulpicolor, Vulpis colorem habens. ὁ πολιός, inquit Suidas. ὁ πολιὸς κατ' ἀλώπεκα, Eust.

A ¶ Ἀλωπεκίας, ου, ὁ, Piscis quidam (quem Plinius inter pisces mari peculiares nominat lib. 32, cap. 11) ex genere τῶν σελαχίων. de quo Athenæus lib. 8, ὁ δὲ ἀλωπεκίας ὅμοιός ἐστι τῇ γεύσει τῷ χερσαίῳ ζώῳ. διὸ καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε, id est, Alopecias autē similis est terrestri animali, vnde & nomen accepit. ET Ἀλώπηξ itidem piscis cuiusdam nomen apud eum, lib. 7, & quidem eiusdem piscis, vt opinor. Illo enim loco, quū inter Rhodios pisces mentionem ἀλώπεκος fecisset, subiungit ex Archestrato, Ἐν δὲ Ῥόδῳ γαλεὸν τὸν ἀλώπεκα. Ante illa autem verba quæ

B modò ex libro 8 protuli, præcedunt hæc, τῶν δὲ σελαχίων ὁ μὲν βοῦς, κρεώδης, ὁ δ' γαλεὸς κρείσσων ὁ ἀστερίας καλούμενος. sequuntur verò illa, ὁ δὲ ἀλωπεκίας ὅμοιός ἐστι, &c. Ex quorum locorum collatione colligo ἀλωπεκίαν siue ἀλώπεκα, esse vnam γαλεοῦ speciem, sicut & ἀστερίαν.

Ἀλύω, (ex quo Latinum Allucinor factum Verrius scripsit, teste Gellio) Errabunda mente afficior & incerta, impotentique consilio, Mœrore confectus & ob id inquietus oberro, vt interpretatur Budæus, citans hunc Plutarchi locum, de Antonio Cleopatram

C expectante miro animi angore, veluti prurientis, καὶ βραδυνούσης ἀδημονῶν ἤλυε. & hunc Luciani de Tyr. ἤ γε περὶ τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος ἀπολλυμένη. atque adeo Homericum hunc Il. vltimo, de Achille Patroclū lugēte, — τοτὲ δ' ὀρθὸς ἀναστὰς Δινεύεσκ' ἀλύων παρὰ θῖν' ἁλός. Item positum apud eundem Plutarchum ait pro Oberro & temerè expatior: vbi de eodem Antonio loquens, qui in Libyam aufugerat, ait, ἀπολαύων ἐρημίας ἀφθόνου σὺν δυσὶ φίλοις ἀλύων καὶ πλανώμενος. Cui loco non

D malè hic eiusdem adiungetur qui est in Romulo, ἀλύων ὑπὸ χολῆς, & hic quoque qui est itidem eius in Artoxerxe, λαβοῦσα δή ποτε τὸν Ἀρτοξέρξην ὡρμημένον ἀλύειν χολῆς οὔσης, προσηνάγκασε περὶ χιλίων δαρεικῶν κυβεῦσαι. Hanc autem significationem ex iis quas Budæus annotat, primam posui: quòd Etymologici autor duo huius verbi ἀλύω etyma tradat, quorum vnum est hoc, vt sit ab ἄλη, id est Vagor: quod qui anxii sunt, vagari soleant. Alterum est, vt ἀλύω sit ex λύω & α priuatiuo: sitque ἀλύω, quasi Solutionem malorum non inuenio. id est

E rationem nullam inuenio qua me exoluam & liberem malis. Erophilus medicus ἀλύειν & πλανᾶσθαι synonyma esse voluit, vt tradit Erotianus, eum reprehendens. Fortasse tamen alicubi reperietur ἀλύειν, iuxta Erophilum, idem esse quod πλανᾶσθαι, aut saltem ei maximè vicinā significationem habere. Certè ἀλύων & πλανώμενος copulat Plutarchus in loco paulo antè citato. nec fortasse idem dubitasset pro ἀλύων ὑπὸ χολῆς dicere πλανώμενος ὑπὸ χολῆς. ‖ Item Ἀλύειν apud eundem Plutarchum ait Budæus significare Animo concidere, & languere

F præ consilii inopia & mœrore, in hoc qui est in vita Ciceronis loco, αὐτῆς δ' ἀλύων καὶ μεταβαλλόμενος κατῄει εἰς θάλασσαν. quasi Spe deplorata confectus. Quam significationem existimo conuenire posse huic Euripidis loco, in Oreste, Ἐα. τί χρῆμ' ἀλύω, πνεῦμ' ἀνεὶς ἐκ πνευμόνων; quæ verba Budæus citat, sed nullam Latinam interpretationem subiungens. Scholiastes autem in hūc locum annotat, poetas duobus modis ἀλύειν vsurpare interdum pro δάκνεσθαι & ἀπορεῖσθαι, id est morderi & anxium esse: interdum pro γαυριᾶν & χαίρειν. id est, Superbire & gaudere: quam significationem paulo pòst tractabi-

G mus. Sciendum est autem hanc annotationem (quo maiorem ei fidē tribuamus) mutuatum esse à Plutarcho interpretem (vt paulo pòst ostendemus) qui δάκνεσθαι (ad verbum Morderi) videtur accipere pro Angi, vel Ringi animo: eo ferè modo quo dixit Ouidius, Mordeat ista tuas aliquando cura medullas. Huius porro significationis, videlicet τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι, citat exē plum hoc Plutarchus, ὡς ἔφατ'. ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο, τείρετο δ' αἰνῶς. Est autem versus Homericus, vbi Erotianus in lex. in Hippocr. ἀλύουσα exponit ἀπορουσα καὶ ῥιπταζομένη. Notandum est autem ab Hippocrate copula-

H ri ἀλύειν καὶ ἀδημονεῖν, vt ἄλυς καὶ ἀδημονία copulata à Plutarcho videbimus paulo pòst. ‖ Ἀλύων exponit stomachans idem Budæus in hoc Homeri loco, Odyss. ι, Τὸν μὲν ἔπειτ' ἔρριψεν ἀπὸ ἕο χερσὶν ἀλύων.

Ἀλύω, Gaudeo, Exulto, Superbio. Homerus Odyss. σ,

Ἢ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην; An superbis quòd Irum mendicum superaueris? vel, An te gaudio effers quòd,&c. Hunc enim versum citat Plutarchus in lib. De aud. poem. probare volens ἀλύειν poni interdum pro χαυνιᾶν καὶ χαίρειν. Plut. autem verba sunt, καὶ τὸ ἀλύειν, ποτὲ μὲν ἀντὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι κέχρηται (Ὣς ἔφαθ'. Ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο, τεῖρετο δ' αἰνῶς) ποτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ χαυνιᾶν καὶ χαίρειν, Ἢ ἀλύεις ὅτι,&c. vt modò citaui. A

Ἀλύω, Insanio etiam significat, secundum veteres, vt tradit Eustathius. ‖Item, μηδὲν πράττω. id est Nihil ago. hoc est, Otiosus sum, Viuo in otio. quæ significatio consentanea est locis Plutarchi à me citatis, ἀλύων ὑπὸ χολῆς, & ἀλύειν χολῆς οὔσης, item ἄλυν καὶ χολήν. B

Ἀλύειν quidam (Eustathio teste) aspirandum contenderunt, quum significat ἐπαίρεσθαι, id est Efferri, vel Efferre sese: tenuandum autem pro λυπεῖσθαι, hoc est Mœrore affici. Suidas quoque tradit pro γηθῆναι aspirari, ἀπὸ τῆς ἀλέας: pro ægrè ferre, tenuari. quanquam apud eum ἀλέας tenuatum est. Alibi testatur idem Eustath. scribi solitum ἀλύειν cum υ.

Ἀλυσμὸς, Idem quod ἄλυς, Anxietas animi, Mœror. Erotianus in Lexico in Hippocr. ἀλυσμὸν exponit ἀπορίαν, ἀμηχανίαν. C

Ἄλυς, ὁ vel ἡ, Oberratio & expatiatio quæ temerè fit, vt ab iis qui non habent quod agant. Plut. in Probl. Rom. καὶ παλαίστρας πολλὴν ἄλυν καὶ σχολὴν ἐντικτούσας ταῖς πόλεσι καὶ κακοσχολίαν. Sic ἀλύων ὑπὸ χολῆς & ἀλύειν χολῆς οὔσης ex eiusdem Plutarchi locis paulo antè protuli. Et Budæus in his eiusdem verbis, ἀπολαύων ἐρημίας ἀφθόνου σὺν δυσὶ φίλοις, ἀλύων καὶ πλανώμενος, exponit ἀλύων oberrans & temerè expatians. Fortasse tamen ἄλυς in illo Plutarchi Problem. loco non tam est Oberfatio, quàm Remissio quædam animi vagi & nulli certæ occupationi addicti. Vel Remissus quidam & languidus animi status, vt est otiosorum. Nam Eustathius ἀλύειν ait inter cætera significare ἐν ἄλῃ καὶ παρέσει τὴν ψυχὴν ἔχειν. D

‖Est item ἄλυς Anxietas mentis, Mœror. Plutarchus πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο. Αἱ τε χάριτες τοῦ φρονήματος διαλύουσι τὸν ἄλυν καὶ τὴν ἀδημονίαν. Vbi nota copulari ἄλυν & ἀδημονίαν, vt ab Hippocrate ἀλύων & ἀδημονέων copulantur. Eustathius ἄλυς exponi t ἄλη, ῥιπασμός. sed ego Eustathii locũ corrigendũ puto, & reponendũ ῥιπτασμός. vt ἀλύουσα Erotianus exponit ἀπορούσα καὶ ῥιπταζομένη. E

¶ Ἀλύσσω, factum ab ἀλύω, Anxius sum, vel Anxio sum animo, Indignor. ‖Aut, Rabie percitus sum, Insanio. ‖Itẽ, Tremo. Hes. Vide Eustathiũ in hunc versum 70 Homeri, Il. χ, Οἵ κ' ἐμὸν αἷμα πιόντες, ἀλύσσοντες περὶ θυμῷ. HINC Ἀλαλύκτημαι præt. pass. ab ἀλυκτῶ facto ex ἀλύσσω, interiecta syll. λα. Nisi dicamus esse præsens pass. ab ἀλύκτημι. Vide Eust. p. 790, vbi exponit ἀλαλύκτημαι apud Hom. δυσχεραίνειν & ἀδημονεῖν. at Cic. interp. Non sum compos mentis. F

¶ Ἀλυσθαίνω, itidẽ ab ἀλύω, Imbecillus sum, Viribus sum cassus. Hesych. Eustath. Sed apud Hesychiũ ἀλυσταίνειν legitur per τ, apud Eustathium ἀλυσθαίνειν per θ. Ego meliorem lectionem esse existimo per τ. quum & ἀλυστάζω per τ scribatur.

Ἀλυστάζω, Idem quod ἀλύω. Hesych.

¶ Ἀλύσκω (vnde ἀλυσκάζω) deductũ itidem ab ἀλύω quidã tradiderunt, quod negat Etymologicus: cui assentior, ideóque alibi ponendum censui. G

ἈΛΔΈΩ, ῶ. F. ήσω. Augeo, Do augmẽtum siue incrementum. vnde compositum Ἐναλδέω q.d. Intrinsecus augeo. Nic. Δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήσαντα κορύνην. Eustathius ponit ἄλδω vel ἀλδέω, vnde ἀλδήσκω.

C. Ἀναλδὴς ET Εὐαλδὴς, ex ἀλδέω & α priuatiuo. Ἀναλδὴς est Non crescens, Incrementum non capiens. Vnde ἀναλδέες apud Hippocratem, quod Erotianus exponit ἀναυξεῖς. Nonnulli malè ἀναλδὴς cum ἀναλθὴς confuderunt, de quo mox dicam. At Εὐαλδὴς contrariam significationem habet, videlicet pro Bene crescens & feliciter, Bonum incrementum accipiens. Hesychius εὐαλδῆ exponit εὐαυξῆ. ET Εὐαλδέως aduerb. apud Hippocratem, qui quod dicit δεξιῶς καὶ εὐαλδέως, Cornarius vertit, Feliciter & cum profectu. H

Ἀλδήσκω, Augeor, Cresco, Incremẽtum accipio: vt Iliad. ψ, Λήιου ἀλδήσκοντος. Vbi Eustathius vult ἀλδήσκειν propriè dici de augmento quod fit irrigatione seu humectatione, tanquam videlicet ex ἄρδω deductum, mutatione literæ ρ in λ. Sed parum sibi constat in huius verbi etymologia Eustathius: quippe qui alibi ἀλδήσκω ex ἄλδω deducat: ἄλδω autem ab ἅλλω siue ἅλλομαι, quòd ea quæ crescunt, veluti in altum subsiliant. Legitur autem apud Suidam ἀλδίσκω per ι, sic & apud Hesychium ἀλδίσκοντος. Malo tamen ἀλδήσκω per η scribere, ab ἄλδω: vt & apud Homerum scriptum reperitur ἀλδήσκοντος, in loco modò citato. Quinetiam Ἀλδήσκος fluuius per η scribitur. A

¶ Ἀλδαίνω, Augeo, Do incrementum siue augmentum. Odyss. σ & ω, — μέλε' ἤλδανε ποιμένι λαῶν. Nicander in Alexiph. — τὴν τε κλιούσαι Γρηόνες ἀλδαίνουσι περὶ πλημμυρίδα κέσρου.

Ἀλδαίνομαι, Augeor, Cresco. Ab Hesychio ἀλδαίνεται exponitur, Impletur, Crescit, Pullulat.

C. Ἀναλδαίνω, vacante tamen præpositione, apud Nonnum, ἐστὶ ἀναλδαίνει καρπόν.

ἈΛΘΩ, Sano, Medeor, ab ἄλδω, vt tradit Eustathius. Hinc passiuum Ἄλθομαι, à quo ἄλθετο apud Homerum, pro ἤλθετο, Iliad. ε, Ἄλθετο χεὶρ, ὀδύναι δὲ κατηπιόωντο βαρεῖαι. ‖Est etiam Augeo. C

Ἀλθέω, θῶ, pro eodem. vnde passiuum Ἀλθέομαι, οῦμαι. ET Ἀπαλθέομαι compositum quo vtitur Homerus Iliad. θ, Ἕλκε' ἀπαλθήσεσθον. Vbi Eustathius ἀπαλθήσεσθαι inquit τὸ θεραπευθήσεσθαι, aut actiuè θεραπεῦσαι εἰς ὑγίειαν.

Ἄλθος, εος, τὸ, Sanatio, Medela, Medicamentum, Hesychius. ET Ἀλθεὺς, Medicus, Idem Hesychius. ET Ἀλθήεις, Sanitati conferens, Saluber, θεραπευτικὸς, Nicand. ET Ἀλθήειον idem quod ἄλθος, Medela, Remedium: apud eundem Nicandrum in Theriacis, Τὰ μὲν ἐγὼ θρίνα πάντα καὶ ἀλθήεια νούσων. ET Ἀλθαία, herba, Maluæ syluestris genus, quæ & ibiscus vocata fuit: vt scribit Dioscorides lib. 3 cap. 163. Appellata est autem ἀλθαία quasi quis dicat Medicamentosa, ob eam qua pollet medendi vim, vt ex Dioscoride referam mox in voce Πολυαλθής. Meminit & Theophrastus Hist. plant. lib. 9 capite decimoquinto. Sunt qui & ἀριστάλθαιαν dictam tradunt. D E

C. Δυσαλθὴς, ET Εὐαλθὴς (quæ inter se opponuntur) ET Πολυαλθὴς. Est autem Δυσαλθὴς, Sanatu difficilis, Cuius sanatio difficilis est, Ægrè sanabilis. Sic apud Dioscoridem δυσαλθῆ ἕλκη, quæ non facilè sanari possunt. Sic dicuntur δυσαλθεῖς νόσοι quæ vsitatiore vocabulo δυσίατοι. Item per metaphoram in Epigr. δυσαλθὴς ἀνίη. Quidam autem δυσαλθὲς malè exposuerunt Insanabile, Incurabile. qui error in vulgatis etiam est lexicis. HVIC contrarium Εὐαλθὴς, Sanatu facilis. Εὐαλθέα (inquit Erotianus expositor verborum Hippocratis) εὐθεράπευτα. AT Πολυαλθὴς, Multa vi medendi pollens, seu varia, Varium ad medendum præbens vsum. Dioscorides lib. 3, cap. 163, nominatam scribit ἀλθαίαν herbam διὰ τὸ πολυαλθὲς καὶ πολύχρηστον αὐτῆς. F

C. Δυσάλθητος Nonno, idem quod δυσαλθής.

¶ Ἀλθήσκω, idem quod Ἀλθέω, siue Ἄλθω, eodem modo quo ab Ἀλδέω habuimus modò Ἀλδήσκω. ET Ἄλθεξις, Sanatio, apud Hippocratem: vt annotant Erotianus & Galenus. apud quos animaduerte scribi ἄλθεξις vt hîc posui cũ ε, licet ἀλθήσκειν scribatur apud ipsum etiam Galenum. G

¶ Ἀλθαίνω, idem: vt ab ἀλδέω factum vidimus ἀλδαίνω. Hesychius exponit non solùm Medeor siue Sano, sed etiam Augeo.

ἈΛΈΑ, ας, ἡ, propriè Locus apricus, & sole calens, siue tepens. nam ἅλιος Doricè dicitur sol, qui communi lingua ἥλιος. Transfertur autem ἀλέα & ad omnia loca calorem habentia. Hæc Etymol. ‖Capitur tamen ἀλέα frequentius pro calore, siue tepore: propriè quidem eo qui est ex sole, in locis apricis: transfertur verò & ad quemlibet calorem. Apud Athenæum 7, χαίρει δ' ἀλέᾳ. διὸ καὶ πρὸς τὴν ἄμμον προσέρχεται. Apud Theophrastum lib. 4 De causis plant. cap. 3, τὴν ἀλέαν διώκει. Plutarchus de asino bal- H

neatoris loquens, λυϑ῀ῶ δὲ μὴ μετέχων, μηδὲ ἀλέας, μηδὲ καθαρειότητος. vbi Erasmus ἀλέαν vertit leporem. Aristophanes ἀλέαν calidum lectum appellauit. Dicitur autē ἀλέα, quasi δαλέα, à verbo δαίω (id est vro) si Etymologico credimus, apud quem tamen alio in loco alteram illam etymologiam habemus modò à me relatam. Certè si ab ἄλιος esset, spiritu aspero notari deberet: quum tamen passim tenui notatum reperiatur, etiam apud Eustathium: licet pag. 1636 ἀλεαίνειν ab Atticis scribi tradat cum aspero. A δαίω autem deriuatio, aliquãtum violenta esse videtur. Quare neutrum me hac in controuersia seruãs, hanc vocem illis scripsi literis quibus primitiua soleo.

Ἀλέα apud Homeri posteros pro calore, apud ipsum autem Homerum pro Effugium. Sic Il. χ, Νῦν δέ δή με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι... Νῦν δέ δή γ᾽ ἐγγύθι μοι θάνατος κακὸς· οὐδέ τ᾽ ἄνευθεν, Οὐδ᾽ ἀλέη. Ita Eustathius: quem, dum hoc annotaret, puto non recordatum fuisse, ipsum quoque Homerum ἀλέην pro calore vsurpasse, Od. ρ, hoc versu, Αὐτίκ᾽ ἐπεί κε πυρὸς θερέω, ἀλέη τε γένηται. Sed & diuersitatis accentus mentionē nō facit, quæ tamē à nōnullis solet pro diuersa signif. constitui. nam ἀλεὴ apud Hesiodum pro καταφυγή, siue ἀλεωρή, id est effugium, seu Vitatio, accentum in vltima habet. Vide Ἀλέω.

Ἀλεεινός, ού, ὁ, Calidus, Tepidus. vt ἀλεεινὴ χώρα, Calida regio, Herodoto & Xenophonti. Apud eundem Xen. ἀλεεινὰ & ψυχρὰ opponuntur in Cyneg.

Ἀλεάζω, Tepeo, Caleo, Calore fruor. Aristot. in Problematis sect. 1, θερμὴ γὰρ λουτρὸν δεῖ ἢ ποιῆσαι ἀλεάζειν. Apud eũdem, in 2 De part. anim. ἀλλ᾽ ἀλεάζει διὰ τὴν κάμψιν.

Ἀλεαίνω, Idem quod ἀλεάζω Caleo. Aristoteles in Probl. ὅτι ἀλεαίνουσα ἡ κοιλία θᾶττον πέττει, οὕτω δὲ καὶ ἀλεαίνει μᾶλλον, quia calens ventriculus celerius concoquit. ‖ Habet & significationem actiuam, pro Calefacio. θερμαίνω, Hesychius.

Ἀλεαίνομαι, pass. Calefio. θερμαίνομαι, Hes.

C. ΣΥΝαλεαίνω, Concalefacio, Calorem adiuuo, apud Plutarch. Exponitur & Confoueo, ex Catone.

ἈΛΕΓΩ, F. ξω. Curo, Rationem habeo alicuius. Cum genitiuo, Il. ϑ, — οὐ σεῦ ἔγωγε Σκυζομένης ἀλέγω. Apollonius Arg. 2, Τῶν μὲν ἔτ᾽ οὐκ ἀλέγει. Cum accusatiuo, Il. η, — θεοὺς ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες. Cum præpositione ὑπὲρ iuncta genitiuo, apud Apollonium, Οἷον ἑῆς ψυχῆς ἀλέγων ὕπερ.

Ἀλεγίζω, F. σω. Idem quod ἀλέγω. Cum genitiuo passim apud Homerum. vt Iliad. ϑ, — σέθεν δ᾽ ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω Χωομένης. Copulatur autem ab eo interdum cum μετατρέπομαι, interdum cum ὄθομαι.

Ἀλεγύνω, Accuro, Paro, Apparo: vt ἀλεγύνειν δαῖτα apud Homerum, non semel.

Ἀλεγεινὸς deductum itidem ab ἀλέγω, Curæ plenus, Molestus, vide in ἀλγεινὸς ab ἄλγος.

C. Ἀνηλεγὴς & Ἀνηλεγέως, vide in Ἀπηλεγὴς & Ἀπηλεγέως.

C. Ἀπηλεγὴς nomen & Ἀπηλεγέως adverbium à verbo ἀλέγω deriuata. Exponitur autem ἀπηλεγής, έος, ὁ καὶ ἡ, Atrox, Sæuus, quasi Nullius curam & quasi respectum habens. A Gregorio Naziãzeno datur hoc nomē morti pro epitheto, in hoc pentametro, Καὶ θανάτῳ θανάτου ῥύσατ᾽ ἀπηλεγέος. Sed frequentior est vsus aduerbii Ἀπηλεγέως, & quidem non solùm pro Atrociter, & Sæuè: sed & pro Apertè, Intrepidè. quia quos nullius cura seu respectus mouet, non trepidant, ideóque apertè agunt. Hom. Od. α, — ἵν᾽ ὑμῖν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποείπω. vbi Eustathius ait ἀφροντίστως καὶ ἀπὸ τοῦ ἀλέγειν. Apollon. Argon. 2, Ὧς φάτ᾽ ἀπηλεγέως. vbi exponitur ἁπλῶς καὶ κατ᾽ ἀλήθειαν, id est Simpliciter, Candidè, Veraciter. Ἀπηλεγὴς etiam pro ἀπηλεγέως posuit Nicander in Ther. πάντα διαμπερέως καὶ ἀπηλεγὲς, id est ἀκριβῶς καὶ συντόμως, vt vult schol. ET Ἀπηλεγέω verbum, Non curo, Contemno, Apoll. Argon. 2, Εἰ δ᾽ ἀπηλεγέοντες ἐμὰς παρ᾽ ἐοιτε θέμιστας. vbi Herodianus ἀνηλεγέοντες legit.

Ἀνηλεγὴς & Ἀνηλεγέως pro eadē significatione, in vulgatis lexicis habentur. quæ tamen multo rariora esse constat. Apud Hesychium ἀνηλεγὴς tantùm legitur, expositum ἀφρόντιστον. Sed & Ἀνηλεγέω pro Ἀπηλεγέω ponitur, vnde ἀνηλεγέοντες de quo modò dixi. ET Νηλεγής, Νηλεγὲς, item aduerbium Νηλεγέως: vide apud eundem lexicographum, cuius expositiones quædam horum verborum deprauatæ esse videntur, vtpote inter se non consentientes.

ἈΛΓΟΣ, εος, τὸ, Dolor, Mœror, Tristitia, Molestia. A Cicerone exponitur Mœror, quum hæc Solonis, — ἀλλὰ φίλοισι Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς, interpretatur, — linquamus amicis Mœrorē: vt celebrent funera cum gemitu. Ita autem copulauit Solon hic ἄλγεα & στοναχὰς vt & apud Homerum copulata reperiuntur aliquot locis. Homerus ἄλγεα & χάρματα (id est gaudia) inter se opponit, Od. ζ. Aristoph. in Pluto, ὑπὸ γὰρ τοῦ ἄλγους κατατείνω σ᾽ ὦ φίλτατε. ‖ Itē Ἄλγεα, Calamitates, Mala. Od. κ, Ἠδ᾽ ὅσ᾽ ἐν πόντῳ πάθετ᾽ ἄλγεα ἰχθυόεντι. Il. α, initio, — ἣ μυρί᾽ Ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκε. ‖ Est denique ἄλγος tam generale quàm Dolor, corporis pariter & animi. Sed ἀλγηδὼν frequentius quàm ἄλγος in prosa vsurpatur de dolore corporis, si bene obseruaui. ‖ Fit autem ἄλγος ex ἀλέγω (id est Curam gero, vel Solicitus sum) vt vult Etymologicus.

Ἀλγίων, Ἄλγιστος, Molestior, Molestissimus, vel Grauior, Grauissimus. Isocr. in Hel. Encom. τί γὰρ ἐστιν ἄλγιον ἢ ζῆν ἀεὶ δεδιότα; Quid enim est molestius quàm viuere metuenter semper? Vel, Quid grauius? Vtitur & Homerus. Ἄλγιστον, Molestissimum, Tristissimum. Sophocles, Ὦ τῶν ἁπάντων δὴ θεαμάτων ἐμοὶ Ἄλγιστον, O omniũ spectaculorũ mihi grauissimum & acerbissimum. Thucydides, ἄλγιστα προσθέσθαι αἰσθέσθαι.

Ἀλγινόεις, εντος, ὁ, Molestus, Acerbus. κέντρῳ ἀλγινόεντι, Nic. in Theriacis. Hesiodus, in Theogonia, — καὶ ὀϊζὺν ἀλγινόεσσαν.

Ἀλγύνω, F. υνῶ. Dolore vel mœrore afficio. & Ἀλγύνομαι, passiuum, Mœrore afficior, Contristor: oppositum τῷ εὐφραίνεσθαι. Apud Xenophontem autem ad dolorem corporis pertinet, vbi dicit, νόσοις ἀλγυνόμενος.

Ἀλγεινός, item Ἀναλγὴς, Βαρυαλγὴς, &c. vide infrà.

Ἀλγέω, F. ήσω. Doleo, ad animum relatum. ‖ Cum datiuo, vt ἀλγῶ τοῖς κακοῖς τῶν φίλων, Doleo propter amicorum mala, Malis amicorum indoleo. Cum accusatiuo, Sophocles in Aiace, προσθ᾽ ἐξῆν ἄλγησ᾽ ἐγὼ, Propter quam dolui, Quæ mihi dolori fuit, vel potius Dolorem attulit, Quæ me malè habuit. Iulianus in epistola ad Amerium, Δαρείῳ γυναικὸς καλῆς ἀλγοῦντι θάνατον, Dolenti interitum eius, siue mortem, vel Dolenti interitu, aut morte. nam vtroque modo Latinè dicitur. ‖ Cum præpositione ἐπὶ, iuncta datiuo. Demosthenes Pro corona, ἀλγεῖς ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν. Sic apud eundem, ἀλγῶ ἐπὶ τοῖς κακοῖς. ‖ Citatur & exemplum constructionis cum genitiuo, apud Euripidem, ἀλγῶ παιδὸς, Doleo vicem filii. Quæ constructio defectiua est, subaudita aliqua præpositione. ‖ Ponitur ἀλγεῖν & absolutè. Demosth. Pro corona, τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖν. Sic apud Hom. ἀλγήσας, Il. β & ϑ.

Ἀλγέω, Doleo, ad corpus relatum: cum accusatiuo, apud Theocritum, ἀλγέω τὰν κεφαλάν, Doleo capite, Caput mihi dolet. Sic & Galenus, ἀλγῶ τὴν κεφαλὴν, ad Glauconem 1. Apud eundem Theocritum, ἀλγῶ τὸν δάκτυλον, Mihi dolet digitus. Sic, ἀλγῶ ταῖς γνάθοις, apud Aristophanem.

Ἄλγημα, ατος, τὸ, Dolor, Ægritudo. ἄλγημα τῆς κεφαλῆς, Dolor capitis, Gal. ad Glauc. 1.

Ἄλγησις, Idem quod ἄλγημα. Suid.

Ἀλγηδών, όνος, ἡ, Idem. A Cicerone vertitur Dolor apud Epicurum: qui & cruciatus corporis ἀλγηδόνας appellat. Ἀλγηδόνας ὑπομένειν, apud Plutarchum itidem exponitur Cruciatu perpeti. Et apud Xenophontem, μετὰ πόνων καὶ ἀλγηδόνων, Cum doloribus & cruciatibus.

Ἀλγηρός, οῦ, ὁ, Molestus, Dolorem afferens. Ἀλγηρά, λυπηρά, Hesych.

Ἀλγεινός, οῦ, ὁ, (vsitatius quàm ἀλγηρός) Molestus, Asper, Grauis, Dolorē siue tristitiã afferens. Xenophon Pæd. 3, τοῖς δὲ κακοῖς πονηρός τε καὶ ἀλγεινὸς καὶ ἀβίωτος ὁ αἰὼν ἐπανακεῖσθαι. Sic apud Plutarchum in Lycurgo ἀλγεινὸς βίος, Vita acerba. ‖ Item pro substantiuo positum τὸ ἀλγεινὸν, Dolor: & in plurali τὰ ἀλγεινὰ, Dolores, Ærumnæ.

Ἀλγινῶς, Aduerbium. Molestè, Cum dolore. vt ἀλγινῶς ἀκούειν, apud Sophocl. schol. Cum dolore audire, Dolorē ex auditione capere.

Ἀλεγεινός, pro Ἀλγινός apud Homerum sæpe: vt Il. β, — σὺν ἀγγελίῃ ἀλεγεινῇ, Cum graui nuntio, siue molesto. Vel, Tristitiam afferente. Apud eundem πυρῆ ἀλεγεινῇ exponitur Rogus luctuosus. ‖ Ἀλγινός, Difficilis. vt Iliad. ρ, — οἱ δ' ἀλεγεινοὶ Ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι ἠδ' ὀχέεσθαι, Ἄλλῳ γ' ἢ Ἀχιλῆι. Sic ἀλεγεινὴ παλαισμοσύνη & πυγμαχίη explicant nonnulli. ‖ Dicemus autem ἀλεγεινός esse pro ἀλγινός interiecto ε, respiciendo deriuationem ab ἄλγος: at contrà ἀλγινός, abiecto ε per syncopen factū dicem⁹, respiciēdo deductionē nominis ἄλγος ab ἀλέγω.

Ἀνάλγης, εος, ὁ καὶ ἡ, vel Ἀνάλγητος, Indolentia præditus, Doloris expers, Carens dolore, Dolorem nullum sentiens, vel Talis vt dolorem sentire nō possit. Sæpe absolutè, interdum & adiuncto accusatiuo: vt apud Lucianum in Timone, εἰ μὴ παντάπασιν ἀνάλγητός ἐστι τὴν ὀσφῦν, Nisi est is cui lumbi dolere nequeant. Budæus hîc ἀνάλγητος vertit Torpidus. Sic ἀνάλγητος τοὺς ἰδόντας. Ἀνάλγης etiam siue ἀνάλγητος dicitur qui nullum in animo dolorem concipit ex re vlla, Qui dolore non tangitur, aut tangi non potest. Thucyd. lib. 3, καὶ μὴ ἀναλγητότεροι οἱ διαφυγόντες τῶν ἐπιβουλευσάντων φανῶμεν. Vnde capitur pro stupido & torpente. item pro crudeli & nullum commiserationis affectum habente: vt ἀναλγήτων Ἀτρειδῶν apud Sophoclem pro ἀσυμπαθῶν. Schol. Thucydidis in locum modò citatum annotat hæc inter cætera, καὶ μὴ ἀναλγητότεροι ἐκείνων ἀξιοῦτε εἶναι, ἵνα μὴ καὶ ἀναίσθητοι δόξητε, οὐκ ἀλγοῦντες ἐφ' οἷς ἀδικεῖσθε. Gellius lib. 2. cap. vltimo, Summa autem totius sententiæ Tauri hæc fuit: non idē esse existimauit ἀοργησίαν καὶ ἀναλγησίαν: aliúdque esse non iracundū animū, aliud ἀνάλγητον καὶ ἀναίσθητον. Suid. itidē aduerb. ἀναλγήτως exponit ἀναισθήτως, vt mox docebo.

Ἀναλγὴς siue Ἀνάλγητος dicitur etiam res aliqua quæ dolorem nullum affert, vt ἀνάλγητον πάθος apud Eurip. Prouerbium Φωκέων ἀπόνοια Stephanus ait dici solitum περὶ τῶν ἐπ' ἀναλγῆ βουλευομένων, Pausanias autem ἐπὶ πάντων βουλευμάτων ἀναλγήτων. vbi ἀναλγῆ & ἀνάλγητα vocantur Quæ dolorem nullum afferunt, vel Quæ cum dolore coniuncta non sunt, Quæ dolore vacant. Notandum est autem Ἀναλγὴς accipere formationem & terminationem a nomine ἄλγος, at verò ἀνάλγητος à verbo ἀλγέω. Quod itidem dicēdum de βαρυαλγὴς & βαρυάλγητος.

Ἀναλγήτως, aduerb. Citra dolorem, Nullo cum sensu doloris in corpore. Item Nullo cū sensu dolor is in animo, vel Non concipiendo vllum dolorem in animo ex cōmiseratione. (Virgilius, Aut doluit miserans inopem) vnde pro Inhumanè & Crudeliter accipitur. Sophocl. μὴ τλῇς ἄθαπτον ὧδ' ἀναλγήτως βαλεῖν. A Suida autē ἀναλγήτως exponitur ἀναισθήτως, itē ἀπόνως. Certè eadē ratione qua ἀνάλγητος dicitur pro Stupidus, eadem & ἀναλγήτως pro Stupidè.

Ἀναλγησία, ας, ἡ, Indolentia, Vacuitas doloris. Plutarchus in Publicola, εἰς ἀναλγησίαν ἐξέστησε τὴν ψυχήν. Gellius ἀοργησίαν & ἀπάθειαν copulat, lib. 12. cap 5: sicut ἀνάλγητον καὶ ἀναίσθητον, lib. 2. cap. vltimo. Itē Stupiditas, Stoliditas, eadem ratione qua dicitur ἀνάλγητος, Stupidus, siue Stolidus, vt qui dolore non tangatur ob ea quæ dolorem afferre debēt. Demosth. pro Ctesiph. συμφέρει δὲ τῆς ἀναλγησίας καὶ τῆς βαρύτητος ἀπαλλαγῆναι τῆς τῶν Θηβαίων. Lucianus, ὅτι καὶ συγκατορύττειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι τὰς ἀμαθίας, καὶ ἀναλγησίαν ἐγγεγραφον ὁμολογοῦσι. Phalaris Megarēsibus, κατηγορῶ δὲ ἐμαυτοῦ τῆς ἀναλγησίας, ὅτι πεπλημμελημένος ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις, οὐ σωφρονίζομαι.

¶C. Βαρυαλγὴς ET Περιαλγὴς ET Ὑπεραλγὴς eadem forma dicta qua præcedens Ἀναλγής. Est autem Βαρυαλγὴς, Graui dolore percitus, Qui grauiter dolet. ET Βαρυάλγητος pro eodem. quod à verbo formatur, vt βαρυαλγὴς à nomine, sicut modò dictum fuit. Interdum verò dicitur βαρυάλγητον quod grauem dolorem affert. Sophocles Aiace, πάντων καχαζόντων γλώσσαις βαρυάλγητ'· ἐμοὶ δὲ, &c. vbi scholiastes exponit βαρία καὶ ἀλγεινά. Alii aduerbialiter accipiunt pro βαρυαλγήτως.

AT Περιαλγὴς (quo vtitur Plato) & Ὑπεραλγὴς cum diuersa præpos. composita sunt, sed idem tamen valent quod ad sensum attinet, significant enim Qui valdè dolet, Qui supramodum dolet, vel supra quàm dici possit. Item ὑπεραλγῶ σοῦ, Vicem tuam doleo. VNDE Περιαλγέω ET Ὑπεραλγέω. Apud Thucydidem περιαλγεῖν τῷ πάθει, casum ægrè (vel potius ægerrimè) ferre. Philo De vita Mosis lib. 3, ἐφ' οἷς ἀχθεσθεὶς καὶ περιαλγήσας. Alterum verbum Ὑπεραλγέω itidem pro Perdoleo, Supramodum doleo. quo videtur modo accepisse Aristoteles (inquit Budæus) Rhet. 2, καὶ τὸ ὑπεραλγεῖν ἐπ' ἀλγοῦντι, κόλακος σημεῖον ἐστι. Frequentius autem poni existimo in altera significatione, videlicet ὑπεραλγεῖν τινος pro Vicem alicuius dolere. q. d. Pro aliquo dolere. Appianus, ὑπεραλγῶ μάλιστα αὐτοῦ τεθνηκότος.

Ἀπαλγέω, γῶ, Fut. γήσω, Dedoleo, Dolere desino. Suidas ex Thucyd. interpretatur παύομαι ἀλγεῖν, ea forma qua vsurpatur ἀπολοφύρομαι. Existimo autem, locum quem intelligit Suidas, esse hunc, lib. 2, ἀπαλγήσαντας δὲ τὰ ἴδια, τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀντιλαμβάνεσθαι. Id est, Deposito dolore rerum suarum (vel, de rebus suis) communem salutem capessere. Scholiastes quoque habet, ἀντὶ τοῦ παυσαμένοις ἀλγεῖν, ὡς τὸ ἀπολοφυρόμενοι. Notandum est autem ibi iungi accusatiuo. At in hoc Pauli loco, ad Ephesios 4, οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ, absolutè ponitur, id est sine casu. pro Qui postquam dedoluerunt, vel omnem doloris sensum amiserunt [pungentis conscientiam videlicet] quasi dicas, οἵτινες ἀνάλγητοι γενόμενοι. Hesychius ἀπηλγηκὼς exponit ἀναίσθητος, addens, παρὰ τὸ ἄλγος. Idem ἀπηλγηκότες explicat μηκέτι θέλοντες πονεῖν. Item ἀναίσθητοι: γενόμενοι. Item ἀποκαμόντες. Quæ postrema expositio conuenit cum Suidæ expositione (aut certè ad eam accedit) ἀπαλγεῖν exponentis ἀπογινώσκειν apud Polybium, id est animū despondere vbi ille scribit, ἀπαλγοῦντες δὲ αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πολέμου ῥίψους ἐπερρώννυον. Et ἀπαλγοῦντες ταῖς ἐλπίσι.

C. ΣΥΝαλγέω, γῶ (q. d. Condoleo) Vnà doleo. συναλγῶ σοι, doleo tuā vice. Apud Soph. cū acc. rei, τὰς ξυναλγούσας τύχας.

ἈΛΕΊΦΩ,

Fut. ψω, Præteritum Atticum, ἀλήλιφα. vnde participium passiuum sæpe in vsu ἀληλιμμένος, & compositè ἐξαληλιμμένος. Vngo, Lino, Illino. ἀλείφειν μύρῳ, Vngere vnguento. quod Gaza vno verbo reddit Vnguentare. Sic ἀλείφειν μίλτῳ (vnde & apud Xenophontem in OEcon. ἀλειφόμενος μίλτῳ) possit quis vno verbo interpretari Miniare. Est autem generale verbum ἀλείφω, vt Lino Latinis. Nam & qui calce murum linit, dicitur Græcis ἀλείφειν. nam sic & Thucydides vsurpat ἐξαληλιμμένον τεῖχος, vacante præpositione ἐξ. Et Eustathius ἀλείφειν τοῖχον exponit τὸ κονιάζειν.

Ἀλείφω autem dicitur interdum absolutè: vt Iliad. ω, Δμωὰς δ' ἐκκαλέσας λοῦσαι κέλετ', ἀμφί τ' ἀλεῖψαι. Quum autem sic ponitur, subauditur vtplurimum μύρῳ. Potissimùm autem in voce passiua sic vsurpatur. Xenophon Hellenicῶν 4, πάντες μὲν ἠλείφοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ἐδείπνουν. Plutarchus in Apophthegmatis, ἐμὲ δὲ ἠλειμμένον καὶ ἀληλιμμένον ἀποκτενοῦσιν. Interdum ἠλειψάμην in voce media, pro, Vnguento me vnxi. Aristophanes in Nubibus, ἀπεκείρατ' οὐδεὶς πώποτ' οὐδ' ἠλείψατο, neque se vnguento vnxit. Vnde participium ἀλειψάμενος, Qui se vnxit vnguento, Vnguentatus, Vnguento delibutus.

‖ Sed & de athletis dicuntur ἀλείφεσθαι & ἀλείψασθαι, qui se vnxerunt oleo, ad certamen. à quibus manauit & significatio quæ est in proximè sequente annotatione.

Ἀλείφω, Incito, Instigo. Ἀλείψας, inquit Suidas, διεγείρας, ab athletis ducta metaphora. vt, εἰς καρτερίαν ἀλείφων τοὺς ἀδικουμένους. Budæus in Comm. Ἀλείπτης Aristoteli esse gymnasii magistrum, qui athletis epulandi & exercēdi legē tradit. vnde ἀλείφειν poni pro Acuere, Exhortari, Excitare, Exercere apud Basilium, Theodoritum, & Appianum. Potest verò & in hoc Plutarchi loco ita accipi (meo iudicio) in Themistocle, ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ὑπὸ τῆς πατρίδος ἤλειφε.

Ἄλειφαρ, ατος, τὸ, Id quo vngimur, Vnguentum. Interdum Oleum. Item Adeps. Sic Hesychius. qui etiam ἀλείμματι seorsum exponit ἐλαίῳ. Suidas autem, ἀλείφατι, ἐλαίῳ, inquit, ἢ ἑτέρῳ ἀλείμματι. Aliquoties vtitur hoc nomine Homerus: vt Il. ψ, Ἐν δ' ἐτίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφι-

φορῆας. & Od. γ, Αὐλοὶ, ἀποτίλζοντες ἀλείφατος. Hes. in Theogonia, Χερσὶ δ' ὅγ' ἀμφοτέρῃσιν ἀείλετο λευκὸν ἄλειφαρ. Eustathius ait ἄλειφαρ esse aliquid suaueolens quo vngimur. aut τὸ ἐλαιῶδες τῆς πιμελῆς. A

Ἄλειφα, pro ἄλειφαρ vel ἄλειφας, Herodianus apud Eustathium.

— Ἀλειφατίτης, ου, ὁ, vt Panis ἀλειφατίτης, cũ adipe commixtus. Eustath.

Ἄλειμμα, τος, τὸ, Vnctio, Ipsa actio vngendi. Plut. in Alexandro, καταλύσας δὲ καὶ τρεπόμενος πρὸς λουτρὸν ἢ ἄλειμμα. ‖ Ἄλειμμα, Id quo vngimur, (Vnctorium nescio an dici possit) apud Athenæum lib. 10, ὡς καὶ ἀλείμματι ἄλλῳ μηδενὶ χρῆσθαι ἢ τῷ οἴνῳ. vbi non rectè quis ἀλείμματι reddiderit vnguento. B

Ἄλειψις, εως, ἡ, Vnctio, Ipsa actio vngendi. Plutarchus in loco proximè citato ἄλειμμα dixit pro ἄλειψιν.

Ἀλοιμὸς, οῦ, ὁ, Tectorium parietum, Id quo oblinuntur & tanquam vnguntur parietes. ab ἤλειμμαι factum itidem vt ἄλειμμα præcedens, Eustath. ‖ Apud Hesych. autem legitur ἀλοίματα, χρίσματα.

Ἀλείπτης, ου, ὁ, Vnctor, Qui vngit. Potest quidem generaliter de quolibet vnctore dici: peculiare tamen fuit hoc nomen vnctoris athletarum in gymnasio. Plutarch. πῶς ἄν τις διακρ. &c. ἀλλ' ἄφωνος ἐν τούτοις καὶ ἄτολμος, ὥσπερ ἀθλητὴν ἀλείπτης ἐῶν μεθύειν καὶ ἀκολασταίνειν. Ex quo loco apparet non duntaxat vngendi officio fungi solitum ἀλείπτην, sed (quod ex Aristotele docet Budæus) fuisse gymnasii magistrum, qui athletis epulandi leges dabat & exercẽdi. Vtitur voce Græca Cic. in epist. ad Lentulũ, & Iuuen. ‖ Vsurpatur etiam metaphoricè: vt apud Plutarchum in Pericle, τῆς πολιτικῆς ἀλείπτης καὶ διδάσκαλος. Quali metaphora vsurpatur interdum & παιδοτρίβης. ‖ Ἀλείπτης, Excitator, Cohortator. Budæus in Comment. ex Gregorio. C D

Ἀλειπτεία apud autores mediæ comœdiæ, (inquit Pollux) quum ἀλείπτης in vsu apud eos non esset.

Ἀλειπτήριον, ου, τὸ, ad verbum, Vnctuarium. Pars quædam balnei, inquit Pollux. Vulgò exponitur, Locus in balneo vnctui accommodatus. ET Ἀλειπτρον, ου, τὸ, Vasis vnctuarii genus apud Athenæum.

Ἀλοιφὴ, Idem quod ἄλειφαρ, apud Homerum sæpe, vt Od. σ, Χρῶτ' ἀπὸ πίεσθαι καὶ ἐπιχρίεσθαι ἀλοιφῇ. Od. ζ, ἦ γε δηρὸν ἀπὸ χροὸς ἔστιν ἀλοιφή. vbi Eustathius vult ἀλοιφὴν esse oleũ quod ad vnctionem adhibetur. Item pro adipe, vt ἄλειφαρ: Il. ι, — πολλοὶ δὲ σύες θαλέθοντες ἀλοιφῇ. Appellatur etiam ἀλοιφὴ τὸ τῶν τοίχων κονίαμα, vt docet idem Eustathius. Tectorium Latinè dici possit fortasse. ET Ἀλοιφεῖον, ου, τὸ, Quo vtebantur ἀλείπται. Eust. Ἀλείφιον, Hes. AT Ἄλειφη in vulg. lex. Gr. col. scriptum etiam reperitur. ET Ἀλειφόβιοι apud Hesychium habemus (per ει scripta secunda) expositum πένητας, id est pauperes. Fortasse quasi Adipe viuentes. E F

C. ἈΠαλείφω ET Ἐξαλείφω, q.d. Deungo, id est, Quod vngendo seu illinendo adhæserat abstergo. vnde pro Deleo seu Oblitero ponitur. In qua interpretatione rationem habeo præpositionum ἀπὸ & ἐξ, præfixarum verbo ἀλείφω, quod Vngo seu Illino sonat. Possumus tamen etiam dicere ἀπαλείφω & ἐξαλείφω esse Deleo, quasi vngendo seu illinendo. quòd illini quædam soleant vt facilius deleantur. Pro qua interpretatione facere videtur verbum Lat. Interlino, quod verbo Deleo interdum adiungitur. Cæterùm, vt Deleo & Oblitero metaphoricè sumũtur, ita etiam ἀπαλείφω & ἐξαλείφω: & hoc quidem frequentius etiam quàm illud. Hinc ἀπαληλιμμένον ἔγκλημα (à pass. ἀπαλείφομαι) Iudicium obliteratum & circunductum. Phocyl. in Admon. Μνημοσύνη κακότητα, δίκη δ' ἀπάλειπτον ἀμῦναι. Vbi secundum illam metaph. significationem sensus fuerit (ni fallor) Ita cum eo transigas in iudicio, vt vindictæ memoria deleatur. Nam quod quidam vertunt, Non imiteris iniurias (id est non rependas iniurias iniuriis) sed iure seu in iudicio eas depellas, placet quidem quod ad sensum attinet: sed ἀπαλείφειν nullo modo significare potest Depellere. Quinetiam mea illa interpretatio, licet vim verbi retineat, aliquantum impedita mihi videtur: ideóque lubenter Theodoro Bezæ assentior, pro ἀπάλειπτον legendum censenti ἀπάμενον. G H

AT Ἐξαλείφω vsitatius est. Xenoph. Hellen. 2, Ἐνεθυμήθη τινὶ ἐξαλείφωσι ἐκ τοῦ καταλόγου. Isocr. Panath. ὡρμήσας ἐξαλείφειν αὐτὸν ἢ καταχεῖν. Apud eundem metaphoricè, ταῖς γὰρ τῶν σπουδαίων φιλίαις οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν, vt Lat. dicitur, Quod nulla ætas deleat. In vulg. lex. ex Euripide citatur ἐξαλείφειν θέσφατα pro Oracula placare, παύειν, implere & perficere. HINC Ἐξάλειψις, Obliteratio, Deletio. ET Comp. 2, Ἀνεξάλειπτος, ET Δυσεξάλειπτος, Εὐεξάλειπτος, quæ opponuntur. Ἀνεξάλειπτος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Indelebilis. Qua voce Ouidius in metaphorica etiam vtitur significatione, quum scribit Metamorph. 15, — nomẽnque erit indelebile nostrum. Δυσεξάλειπτος autẽ, Difficile delebilis, Qui difficilè deletur seu obliteratur. Herod. lib 2, metaphoricè, τὸ γὰρ λυπῆσαι δυσεξάλειπτον. Huic opponitur Εὐεξάλειπτος, Facilè delebilis, &c. Xen. Hell. 2, οὐδὲν τὸ ἐμὸν ὄνομα δυσεξαλειπτότερον ἢ τὸ ὑμῶν ἑκάστου.

Ἐξαλείφω interdum & pro simplici ἀλείφω, Vngo, Lino. A cuius passiuo legitur apud Thuc. οὐκ ἐξαληλιμμένον τὸ τεῖχος quod exponitur οὐ κεχρισμένον. Sic apud illos qui LXX interpretum nomen obtinent, ἐξαλειφθῆναι τοὺς τοίχους, & ἐξαλείψουσι τὴν οἰκίαν, Leuit. 14. Suidas quoq; ἐξαληλιμμένος exponit ἠλειμμένος. HINC Ἐξάλειπτρον, Vnguentarium vas, apud Pollucem, & Suidam quoque qui vocat etiam τὴν τοῦ μύρου λήκυθον, atque ἀλάβαστρον, & ex Aristophane affert, Ὕπεχ' ὧδε δεῦρο τοὐξάλειπτρον ὦ γύναι.

C. ἘΝαλείφω, Inungo, Illino. quod Ammonius vult dici de oculis, ἐπ' ὀφθαλμῶν: at ἐγχρίσαι, dici ἐπὶ σκορπίου, ἢ σφηκῶν, ἤ τινος τοιούτου.

C. ἘΠαλείφω, q.d. Superinungo, Superlino, aut Superillino. Vel pro præcedente ἐναλείφω, Inungo, Illino: vt ἐπαλείφειν ἡμᾶς κηρὸν τοῖς ὠσὶ, Philostr. in Heroicis. ‖ Metaphoricè etiam ponitur (ducta videlicet metaphora ab iis qui certaturos vngebant) pro Acuo, Exhortor, Excito. Theodoritus, ἐπαλείφοντες ἑαυτοὺς τοῖς τῶν πατέρων διὰ τῶν θείων λογισμῶν ἀνδραγαθήμασι. Vide & alia exempla huius compositi, itidémque simplicis, apud Bud. Comment. pag. 810. HINC Ἐπάλειμμα, ατος, τὸ, Inunctio, vel potius Id quod ad inungẽdũ adhibetur, Id quo inungimus.

C. ΠΑΡαλείφω, Illino, ex Aristophane citatur in vulg. lexicis.

C. ΠΕΡΙαλείφω, Circumlino, Circumungo, vt περιαλείφω τὸν πηλὸν, Circumlino lutum, vel Illino lutum. Quod & inuersa constructione exponitur Illino luto. Citatur autẽ ex Theophr. De caus. plant. lib. 3. cap. 6. Et pass. Περιαλείφομαι, vnde περιαληλιπται, Illitus est, apud Aristot. De animal. lib. 9.

C. ΣΥΝαλείφω, (q.d. Coungo) Simul vngo, Collino. Frequenter autẽ metaphoricè ponitur pro Simul misceo, Commisceo, Confundo, In vnum contraho. Quam apud theologos præsertim significationem reperio. Greg. De theol. lib. 1, de trinitate loquens, οὔτε διαιροῦμεν δὲ τὴν θεότητα, καὶ οὐκ εἰς ἓν τὰ τρία συναλείφομεν. Pro quo ibidẽ dicit, τὰς ἰδιότητας χωρίζομεν. Et in significatione τοῦ συναλείφειν ibidem dicit Συναιρεῖν. Idẽ συναλείφεσθαι & χωρίζεσθαι opponit, ita scribens, ὑπὸ μὲν γὰρ τῶν ὡς θεὸς τιμᾶται καὶ συναλείφεται, ὑπὸ δὲ τῶν ὡς σὰρξ ἀτιμάζεται καὶ χωρίζεται. Et in iis quæ ab eodem subiunguntur, συναιρεῖν est συναλείφειν, sicut τέμνειν, χωρίζειν. dicit enim, τίσιν οὖν ὀργισθῆς πλέον; τοῖς συναιροῦσιν, ἢ τοῖς κακῶς τέμνουσι; Chrysost. comment. in epist. ad Cor. 1, fol. 195. a, ὁρᾷς ὅτι οὐδαμοῦ διαφορὰν δείκνυσιν ἐν ταῖς δωρεαῖς πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου; οὐ τὰς ὑποστάσεις συναλείφων, (μὴ γένοιτο) ἀλλὰ τῆς οὐσίας τὴν ὁμοτιμίαν ἐμφαίνων. Quemadmodum autem hîc dicit Chrysostomus τὰς ὑποστάσεις συναλείφων, sic ὑποστάσεων συναλοιφὴν Damascenus dixit, vt paulo pòst docebo: vbi & grammaticorum συναλοιφὴν, simúlque quod sit eorum συναλείφειν, exponam. Hæc autem tot exempla congessi, vt ostendam temere expuncta è nouissimis vulg. lex. fuisse paucula quædã quæ in præcedentibus de hac significatione habebantur.

Συναλείφω pro ἐξαλείφω metaphoricè sumpto, citatur ex hoc Aristotelis loco Rhet. 2, τὸ δὲ ἐπαινεῖν παρόντα,

ἀλειπτικος perswasiue Eccl. 14.16.28.

κολακείας· καὶ τὸ τἀγαθὰ μὲν ὑπερεπαινεῖν, τὰ δὲ φαῦλα συναλείφειν, vitiosa verò obscurare, & quasi inducere & delere, A
seu obliterare.

Συναλοιφὴ, q.d. Counctio. Frequenter autem commixtionem significat, & quidem apud eosdem potissimùm apud quos & συναλείφειν poni pro Commiscere & Confundere, docui. Damasc. De trinitate, ἑνοῦνται γὰρ, ὡς ἔφημεν, αἱ ὑποστάσεις, καὶ τὴν ἐν ἀλλήλαις περιχώρησιν ἔχουσι δίχα πάσης συναλοιφῆς καὶ συμφύρσεως. Suprà autem dixerat, ὥστε μὴ συγχεῖσθαι. ‖ Huc pertinet & illa significatio quam apud grammaticos habet συναλοιφὴ, pro B
duarum vocalium in vnam syllabã coalescentia. Quintil. lib. 9, cap. 4, Nam & coeuntes literæ (quæ συναλοιφὴ dicuntur) etiam leniorem faciunt orationem. Autor libelli qui inscribitur περὶ τῆς παρὰ Κορίνθῳ διαλέκτων, postquam dixit διαίρεσιν esse συναλοιφῇ contrariam, addit, ἔστι δὲ συναλοιφὴ δύο φωνηέντων διῃρημένων εἰς μίαν συλλαβὴν ἕνωσις, οἷον τὸ ὄνομα τοὔνομα. Addit etiam esse Atticorum propriam. At Tryphon (aut quicunque sub Tryphonis nomine ignoratur) συναλοιφὴν esse tradens δύο συλλαβῶν κατὰ φωνήεντας ἕνωσιν καταβολῇ τινων, eius septem modos e- C
numerat: quorum tres simplices esse tradit, κατὰ θλίψιν, & κατὰ κρᾶσιν, & κατὰ συναίρεσιν: quatuor cõpositos, κατὰ θλίψιν καὶ κρᾶσιν, &c. At Eustathius συναλιφὴν scribens sine ο, vult ea significari κρᾶσιν & συναίρεσιν, pag. 1561. Legitur tamen συναλοιφὴ cum οι in quibusdam eiusdem grammatici locis. Sic & apud Suidam, cum alibi, tum vbi scribit, καλὸς κἀγαθὸς λέγεται κατὰ συναλοιφὴν, οὐχὶ καλὸς καὶ ἀγαθός (quod ab eo falsò tradi, alibi docui.) Sic autem & verbo συναλείφειν eiusque passiuo vtũtur iidem scriptores (de grammaticis loquor) vt quum dicunt τὸ α καὶ τὸ D
ο εἰς ω συναλείφεται, pro κιρνᾶται.

C. Ὑπαλείφω, Sublino, Subterũgo, & q.d. Subũgo. ὑπαλείφειν ὀφθαλμούς, Sublinere oculos, vt qui fuco vtũtur. Gr. De homine, οὐδέ τινος μέλανος ὑπογραφὴ ὀφρύων τε καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπαλείφουσα. Vnde & pass. ὑπαλείφεσθαι, de iisdem apud Xenoph. τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπαλειφόμενος ἀνδρεικέλῳ. Sed & ὀφθαλμοὶ ὑπαληλιμμένοι opponuntur τοῖς ὑγιαίνουσιν apud eundem. Aristoph. autem iocans dixit in Acharn. ὑπαλείφειν τοὺς ὀφθαλμοὺς non ἀνδρεικέλῳ, aut alia re huiusmodi, sed εἰρήνῃ. ‖ Ὑπαλείφειν (vt de ἐπαλείφειν su- E
prà dictum est) metaphoricè pro Incitare, Concitare, vt Deus martyres ad tormenta patienda, apud Aretham.

Ὑπάλειμμα, ατος, τὸ, Quod sublinitur. In vulgat. lex. Sublitio, Inunctio.

Ὑπάλειπτον, ου, τὸ, Quod illinitur, ὑπάλειμμα. Gal. ὑπάλειπτον exponit ἔγχριστον φάρμακον. Sunt qui ὑπάλειπτον apud Hippocratem περὶ γυναικείων esse scribant medicamentum quod specillo illinitur. Vocatur autem specillum ὑπαλειπτρον, vel potius specillum ὑπαλείπτρου nomine comprehenditur, vt mox docebo. F

Ὑπάλειπτρον, ου, τὸ, (q.d. Illitorium) Id quo ad illinendum vtimur, siue specillum, siue spathe, siue διαπυρήνιον, vt scribit Gal. Qui & in sua Exegesi gloss. Hippocr. ὑπαλειπτρον esse scribit ἐλασμάτιον ᾧ ἄν τις ὑπαλείψαιτο τοὺς ὀφθαλμούς. Hippocr. De morbis mul. lib. 2, καὶ προσστῆναι ἄσκῳ μαλθάσσειν τὸ στόμα, καὶ ὑπάλειπτρον καθιέναι. In vulg. lex. ὑπάλειπτρον exponitur peculiariter Specillum, μήλη. Apud Erotianum ὑπάλιπτον legitur, mendosè vt opinor.

C. Ξηραλοιφέω, ῶ, Siccè vngo, In sicco vngo, vt vulg. lexica interpr. Suidas & Eustath. ξηραλοιφεῖν esse volunt Vngi G
absque balneo, id est balnei vsu. quia (addit Eustath.) ξηρὸς ἱδρὼς (id est siccus sudor) vocatur qui non è balneo sed è laboriosis corporis exercitationibus prouenit. nã quod ille dicit γυμνάσια καὶ πόνους, laboriosas exercitationes interpretandum puto. Cæterùm Hesychius Ξηράλειψιν habet pro eo quod illi duo ξηραλοιφία, eodem alioqui modo exponens. Ξηραλοιφεῖν (inquit Budæus) Sub dio & ad solem vngi, vt fiebat in palæstra. Affert autem locum Plut. in κεφ. Ῥωμ. p. 244. Idẽ Plut. in Sol. legem ab eo latam refert, qua vetabat seruos ξηραλοιφεῖν, H
sicut & παιδεραστεῖν: cuius legis mentionem ab eo factã & alibi reperio, videlicet in Symposio sept. sap. & in Erotico. Quibus in locis ξηραλοιφεῖν exposuerunt quidã Ad palæstram vngi. HINC Ξηραλοιφία, q.d. siccavnctio, Suidæ & Eustath. Apud Hesych. autẽ ξηρά-

A λειψις habetur, vti dixi.

C. Φιλαλειπτέω, ῶ, Alipta (id est vnctor) esse cupio, Aliptas amo, vel Inter aliptas versari amo. In vulgat. lex. exponitur, Delector pigmentis & vnguine: & afferuntur hæc verba (quorũ autorem non nominat Etymol.) οὐκ ἔστι πίστις ἀνδρὶ φιλαλειπτοῦντι. Sequendo autẽ hanc interpr. φιλαλειπτεῖν perinde erit acsi dicas φιλαλοιφεῖν, sequendo formam compositionis τοῦ ξηραλοιφεῖν.

C. Ἀνήλειπτον ET Ἀναπάλειπτον, item Ἀνηλιφὴς ET Πισσαλιφὴς apud Eustath. legimus. Est autem ἀνήλειπτον & ἀνα-
B πάλειπτον, indelebile: at ἀνηλιφὴς, Non vnctus: vt πισσαλιφὴς, Pice vnctus. Dicuntur autem hæc duo peculiariter etiam de naue. est enim nauis ἀνηλιφὴς, nauis nõ vncta [pice] vt contrà πισσαλιφὴς vncta pice, οἷον ἀνηλιφὴς ναῦς (inquit) ἡ μὴ ἀλειφεῖσα πίσσῃ, & πισσαλιφὴς ἡ πεπισσωμένη. Quomodo autem hæc per ι solum scribantur (sicut & συναλιφὴ, de cuius orthographia ibi sermo est) illa autẽ per ει, ibidem docet. Sed quæ ab eo illic traduntur hac de re, non vsquequaque vera esse docet συναλοιφὴ, quod alibi, & quidem passim ferè, cum οι scriptum reperitur.
C Ibidem & τοῦ ἀλοιφὴ ac τοῦ ἀλοιμὸς fit mentio. Vide paginæ 1561 principium.

ἈΛΕ´Ω, F. έσω, Præt. εκα. Molo. Plutarchus, ὅτι μὴ βούλεται πράγματα ἔχειν ἀλῶν ἑαυτῷ καὶ πέττων τὰ σιτία. Aristoph. in Nubib. κἀρτους γυναιξὶ ἀλοῦσαι. Ἀλέσας, Aorist. 1, apud Dioscoridem. vnde & ἀλεσθεὶς, aor. 1 pass. apud eundẽ. Apud Aristotelem Probl. sect. 6, ἀλούμενος λίθος, Lapis qui molitur, id est mola frangitur & cõquassatur. Ἤλων etiam reperitur apud Athenæum, tanquam ab ἀλάω, ῶ. nam ab ἀλέω esset ἤλουν. Ἀλήσω quo-
D que futurum, (sicut & ἀλῆσαι aor. 1) quidam tribuunt verbo ἀλέω: sed rectius (meo quidem iudicio) ab ἀλήθω deducentur. Nisi fortè quis ab ἀλάω deducere vellet, vnde & ἤλων modò deduximus. Sic ἀλήλεκα & pass. ἀλήλεσμαι quidam ab ἀλέω, alii ab ἀλήθω deriuant: vt ἀληλεσμένος σῖτος, molitum frumentum, Herod. & Thuc. Item ἀληλεσμένος βίος metaphora prouerbiali, q.d. Molita vita, vide apud Erasmum.

Ἀλεστέον, Posit. aduerb. Molendum est, Molere oportet. Itẽ ἀλεστέος, στέα, στέον, Molendus, da, dum. Dioscorides lib. 5,
E cap. 95, ἀλεστέον ἐν χειρομύλωνι, trusatili mola terendum, vt vertit quidam.

Ἄλετος, ου, ὁ, Molitio, Molitura, Ipsa molendi actio. Plut. in Probl. Rom. μυληφάτον, inquit, Homerus appellat ἄλφιτον metaphoricè, quasi φονευόμενον ἐν τῷ ἀλέτῳ καὶ φθειρόμενον. Dicitur autem ἄλετος eadem forma qua ἄροτος ab ἀρόω. Apud Eustathium ἀλετὸς scriptum reperio cum accentu in vlt. sic & in alio Plutarchi loco. Ἄλητος autẽ vide post Ἀλήθω.

Ἀλετὼν, ῶνος, ὁ, Pistrinum, apud Athenæum. nisi sit legẽdũ
F ἀλετρὼν, inquit Budæus. Sed hanc dubitationem Budæi eximit Eustathius, legens & ipse ἀλετὼν apud eundem Athenæum, & dicens esse nomen περιεκτικόν.

Ἀλετρὶς, ίδος, ἡ, Molitrix, Molitoris vxor, Od. υ, Φήμην δ᾽ ἐξ οἴκοιο γυνὴ προέηκεν ἀλετρίς. Alio nomine μυλωθρὸς, vt vult schol. Aristoph.

— Ἀλετρεύω, Idem quod ἀλέω. Od. η, Αἱ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἔπι μήλοπα καρπόν. ET Ἐπαλετρεύω compositum, idem significans, Apoll. Rhod.

— Ἀλετρίβανος, ου, ὁ, vide in ἅλς. nam deductum puto ἀπὸ
G τοῦ ἅλας τρίβειν, potius quàm ab ἀλεῖν & τρίβειν.

Ἄλειαρ, ατος, τὸ, Farina, frumenti propriè: vt ἄλφιτον, hordei, Eustath. Ἀλείατα plur. numero est apud Etymol. qui & per syncopẽ ἄλειτα ex eo format, addens posse & coctã farinam sic appellari. ‖ Dicitur (inquit) & ἄλητον. Vide post Ἀλήθω.

¶ Ἄλευρον, ου, τὸ, (ex ἀλέω per pleonasmum literæ υ, vt docet Eustath.) propriè idem esse volunt quod ἄλειαρ, sic tamen vt illud longè sit vsitatius quàm hoc. Plato De rep. 2, θρέψονται ἐκ μὲν τῶν κριθῶν ἄλφιτα σκευαζόμενοι, ἐκ δὲ τῶν
H πυρῶν ἄλευρα. Herodotus, ἄλευρά τε καὶ ἄλφιτα ἐποίουν. Apud Dioscoridem 4, ἄλευρον ἢ ἄλφιτον, farina aut polenta, vertitur à quibusdam. ‖ Constat tamen dici ἄλευρον, de farina etiam hordeacea. nec enim reperitur duntaxat τὸ ἐκ πυρῶν siue πυρῶν ἄλευρον, siue πύρινον ἄλευρον, vt apud Galenũ: sed etiam κρίθινον ἄλευρον, apud

Aphrod. Probl. lib. 2. ‖ Nec verò dicitur ἄλευρον duntaxat πυρῶν, vel κριθῶν, sed generaliter de qualibet farina. vnde ἄλευρον κυάμου, Diosc. lib. 3, farina fabacea. Lomentum fabæ vertit quidam interpres. Sic ἄλευρον αἰρῶν, Farina lolii. Item ἄλευρον ὀρόβων, Farina eruorum, apud Galenū. ἄλευρον τήλεως, Farina fœnigræci, Dioscor. lib. 2. A

Ἀλευρίτης, ου, ὁ, Farinarius, vel Farinaceus, Ex farina frumēti constans, propriè. Apud Athenæum ἀλευρῖται ἄρτοι in tertio genere ponuntur post σεμιδαλίτας & χονδρίτας, vt annotat Budæus.

B C. Ἀλευροποιέω, ῶ, Farinam facio, Molo, Pinso.

Ἀλευρότησις, εως, ἡ, Cribrum quo ἄλευρον (id est farina) cribratur. Nam ex σήθω σήσω fit σῆσις, & mutato σ in τ, τῆσις. vt ex Philone Etymol. docet, exponens etiam κοσκινον, vno verbo. & ἀλευρότησις duplici τ scribens, vt sit alterum ex pleonasmo. Apud Pollucē tamen vnico τ scriptum reperitur ἀλευρότησις, quod quidem ἀπὸ τοῦ κοσκίνου distinguit. ‖ In vulg. lex. Græc. ἀλευρότησις exponitur Tenuissimum farinæ: cuius expositionis autorē Suidam duntaxat reperio.

C ΑΛΗ'ΘΩ, F. ήσω, P. ηκα, Molo. Pro ἤληκα sæpius dicitur ἀλήλεκα, Attico more. vnde & ἀληλεκέναι in infinit. in Anthol. epigr. lib. 2. Et participiū ἀληλεσμένος molitus, vt ἀληλεσμένος σῖτος, apud Herod. & Thucydidē. Ex ἀλήθω est & ἀλήσας particip. aor. 1, apud Athenæum. De ἀλήλεκα autem & ἀλήλεσμαι, vide paulo antè in Ἀλέω.

Ἄλητον, ου, τὸ, pro ἄλευρον. Erotianus in Lexico in Hippocratem. Etymol. Apud Hesych. autē ἀλητὸν scriptum reperio cum accentu in vlt.

D ἈΛΕ'Ω, vel potius eius passiuavox Ἀλέομαι, Vito, Caueo. Il. σ, Ἱστάμενοι δὲ μάλ' ἐγγὺς ὑλάκτεον ἠδ' ἀλέοντο. Et Il. ε, — Διὸς δ' ἀλεώμεθα μῆνιν. ET compos. Ἐξαλέομαι, idem. Vnde ἐξαλέοιο, apud Apoll. Rhod. De deriuatione autem huius vocis ab ἀλέα, vide paulo pòst in Ἀλεείνω.

Ἀλεή, ῆς, ἡ, Vitatio, Effugium. Il. χ, v. 300, Νῦν δὲ δὴ ἐγγύθι μοι θάνατος κακὸς οὐδέ τ' ἄνευθεν, Οὐδ' ἀλεή, id est ἀποφυγή. Hesiodus in Op. & D. δέρματα vocat ὑετοῦ ἀλεήν, ad verbum, Vitationem pluuiæ. id est Præsidium aduersus imbrē. At verò autor interpretationis ad verbum ineptè reddidit Pluuiæ teporem. Hesiodi locus est hic, Δέρματα συρράπτειν νεύρῳ βοός, ὄφρ' ἐπὶ νώτῳ Ὑετοῦ ἀμφιβάλῃ ἀλεήν,

E id est Pelles consuito neruo bouino, vt humeris induas [illas] præsidium aduersus pluuiam & tutamen. (quod per appositionem dictum est) Pro quibus illa interpretatio habet, Vt super humerum pluuiæ arceas teporē, perperam ἀμφιβάλῃ etiam reddēs. Scribo autem ἀλεὴν potius quàm ἀλέην, (ad differentiam τοῦ ἀλέην pro ἀλέα, id est calor) licet vulg. Homeri exēpl. & ipse Eust. ἀλέην habeant. In duobus certè illius vet. exempl. ἀλεὴ legitur:

F sic & ἀλεὴν in illo Hesiodi loco multæ etiam editiones vulgatæ habent. Nunc enim omnes consulere non licuit.

Ἀλεωρή (Ionicè pro Ἀλεωρά) idem quod ἀλεή, & ab ἀλέω itidem formatum, adiectione syllabæ ρη, vt vult Eust. Est igitur ἀλεωρή, Euitatio: vt Il. ω, — ὅτε ζεῖον μεμνημένον, οὔτ' ἀλεωρῆς. Hes. in Ergois, — χρειοῦς τε λύσιν, λιμοῦ τ' ἀλεωρήν. ‖ Apud Aristotelem autem ἀλεώρα (nam ita scribitur cum accētu in penult.) est, vt ait Budæus, Suffugium, Tutamen, Munimentum. Item, Corporis integumentum & vestitus. Quarum significationum exēpla ipse nō addit: sed hæc esse possunt. De animalibus

G lib. 9, τῆς περὶ τοὺς ἱέρακας ἕνεκα ἀλεώρας. Tutaminis vel munimenti gratia aduersus accipitres. Pro quo alii, Vitandæ iniuriæ accipitrum gratia. Idem in 4 De part. τὴν περὶ τὸ σῶμα ἀλεώραν. Sic & apud Hesiodum ἀλεωὴ modò expositi Præsidium & Tutamen, de pellibus corpori itidem circumpositis.

¶ Ἀλεύω, per epenthesin τοῦ υ, idem quod ἀλέω, ἐκκλίνω, (inquit Eustath.) Huius aoristus ἤλευα: vnde ἠλευάμην & ἀλευάμενος apud Homerum: vt Il. ε, Τὸν μὲν ἀλεύαμενον, τὸν

H κτάμενον παρ' ὄχεσφιν. Sed habemus præsens huius verbi tempus apud eundem poetam: vt Odyss. ξ, Ὄφρα καὶ ἄλλος πτωχὸς ἀλεύεται ἠπεροπεύειν, Et Il. π, Μῆνιν ἀλευόμενος. ET compos. Ἐξαλεύομαι pro eodem. vnde apud Soph.

Μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλεύασθαι θεᾶς. ITEM composi tum Ὑπαλεύομαι, apud Hesiodum, — βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην.

Ἄλευε etiam reperitur apud Hes. quod exponit φύλαξαι, i. est Caue. Est autē ἄλευε ab ἀλεύω. Sed suspecta esse potest in Hesychio scriptura τοῦ ἄλευε, tanquam locū occupantis τοῦ ἄλευαι. Sic & in isto prouerbiali hemistichio, — ἀλεῦ ἀπὸ μείζονος ἀνδρός, diphthōgum αι aliquis fortasse ablatam crediderit, non vocalem ε, vt sit pro ἄλευαι, non pro ἄλευε. Verùm Suidas ἄλευε habet & ipse: addens Iones vti eo pro φύλαξαι. Quibus illud prouerbiale hemistichium subiungit.

Ἀλέασθαι, (ex ἀλεύασθαι, vt opinor, factum, reiecto υ quod ex epenthesi accesserat) itidem vt præcedentia, pro Vitare, Cauere. Od. ι, Ὅς με θεοὺς κέλεαι ἢ δειδίμεν ἢ ἀλέασθαι. Et Il. υ, — μόριμον δέ οἵ ἐστ' ἀλέασθαι. ET compos. Ἐξαλέασθαι, Idem. Hesiodus, Διὸς νόον ἐξαλέασθαι. At cum genitiuo nouè apud Apollon. Argon. 2, ἐξαλέασθαι ἄτων. Sed genitiuum hunc dedit isti verbo, vi præpositionis ἐξ: vt sit ἐξαλέασθαι ἄτων tanquam ἀλέασθαι ἐκ τῶν, pro Euadere ex his, Effugere ex his. ET compos. 2, ΥΠΕΞαλεασθαι, quasi dicas, Furtim seu clàm euitare, aut effugere.

¶ Ἀλεείνω, Effugio, Euito. Cum accusatiuo. Od. ν, Ἀλλὰ σὸν αἰεὶ θυμὸν ὀπίζομαι, ἠδ' ἀλεείνω. Od. π, — ἀλέεινε δ' ὑπέρβιον. Et cum infinitiuo, Il. ζ, Κτεῖναι μέν ῥ' ἀλέεινε. Ἀλεείνω (inquit Etymologici autor) τὸ ἐκφεύγω καὶ ἐκκλίνω, οἱονεὶ εἰς τὴν θερμασίαν ἐκ τοῦ ψύχους ἀποφεύγω. Id est, Ἀλεείνω, Effugio, Euito, quasi A frigore ad calorem confugio. Idem & in Ἀλεύω tradit. At contrà in ἀλέασθαι dicit esse propriè Ex igne effugere. Ego hæc friuola esse cōmenta existimo: quòd si & mihi comminisci aliquid liceret, dicerem ex α priuatiuo & λέω fieri ἀλέω: vt sit ἀλέω, vel potius passiuū ἀλέομαι, Vito, Declino, Caueo, quasi à populo me subducens. Cæterùm quod ad formationem verbi ἀλεείνω attinet, Eustathius vult à themate ἀλέω esse ἐξ ἐπενθέσεως quidem, ἀλεύω, at ἐκ παραγώγου verbum istud ἀλεείνω.

Ἀλεεινός, οῦ, ὁ, Vitandus, Effugiendus, Fugiendus: & ex consequēti, Malus, Perniciosus. Phocylides, Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεειναί, id est, Excessus autem eui tandi sunt: vt qui videlicet perniciosi sint.

¶ Ἀλύσκω (Fut. ξω, tanquā ab ἀλύζω) Euito, Effugio, Declino. — ἀλύσκων κῆρα μέλαιναν, Od. χ, bis. & Od. ψ, Σκύλλην θ' ἣν οὐ πώποτ' ἀκήριοι ἄνδρες ἄλυξαν. Od. γ, — σπουδῇ δ' ἤλυξαν ὄλεθρον. Od. κ, — ἀλύξαμεν κακὸν ἦμαρ. Iungitur & genitiuo apud Sophoclem, οὐκ ἀλύξετον μόρου κακίστου.

‖ Notandum est autem alicubi fugam non significare ἀλύσκω: vt Od. μ, Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἰὼν ἤλυξα ἑταίροις, hìc ἤλυξα non significat vllam fugam (vt annotat Eustathius) sed simpliciter declinare & esse extra illorum conspectum, videlicet propter loci interuallum. Sed quomodo ἀλύσκω à themate ἀλέω ortum dicemus? Nō video quid vetet quin vt ab ἀλέω fit ἀλεύω, vnde ἀλεύασθαι interiecto υ: quo vice versa reiecto, fit ἀλέασθαι: sic ex ἀλεύω formemus ἀλύω, abiecto ε: ex quo deinde ἀλύσκω. Ab ἀλύω certè, significāte ἀδημονῶ & ἀμηχανῶ, &c. non video qui deduci queat, licet ita censuerit Eustathius. Videat autem lector num alteram hanc coniecturam sequi malit, vt videlicet fit ἀλύω ab ἀλέω (pro quo potius dicitur ἀλέομαι, vt antea docui) sicut à πνέω fit πνύω (mutato etiam η in ι) & à πλήθω fit πληθύω.

Ἄλυξις, εως, ἡ, Euitatio, Effugium, Fuga mali.

C. Ἐξαλύξαι, ET Ὑπαλύξαι, ET ΥΠΕΞαλύξαι, Effugere, Subterfugere, Deuitare. Pro ἐξαλύξαι dixit etiam ἐξαλύξασθαι voce media Sophocles in Aiace Mastigoph.

AT Ὑπαλύξαι (quod sonat Subterfugere) habemus Od. ε, Καὶ τὸ μὲν ὣς ὑπάλυξε. Ex Phocylide citatur pro Deuito, Refugio. Πλαζόμενόν τε βροτὸν καὶ ἀλίτροπον οὐδ' ὑπαλύξῃς. Vnde Ὑπάλυξις, Effugium, Deuitatio. Ὑπεξαλύξαι autem apud Hesiodū, Τοῖό γ' ὑπεξήλυξε βαρὺν χόλον. Sciēdum est autem in vulg. lex. τοῦ ἐξαλύξαι duo poni themata, ἐξαλύζω & ἐξαλύσκω, quæ tamen inusitata puto: sicut & ἀλύζω, pro quo ἀλύσκω. Eadē & in cæteris ratio. EST & Δυσάλυκτος comp. Vix euitabilis.

Ἀλυσκάζω, Idem. Od. ρ, οὐδ' ἐθέλει ἀλυσκάζειν. Sic Anthol. epigr.

lib.1,Ἠλατ' ἀλυσκάζων κῦμα παρακπίδιον. Interdum verò absolutè ponitur ἀλυσκάζειν,pro φεύγειν,Fugere vt Iliad. ε,Οὐ γάρ μοι γνωτὸν ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι, Οὐδέ κ᾽ ἐπαλάσσειν.Et Il.ζ,— νόσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο. Vbi ἀλυσκάζω habere genitiuum, annotatum est in vulg.lex.Græc. sed falsò:neque enim πολέμοιο ab ἀλυσκάζω regitur,sed à νόσφιν.Vult autem Eustathius ab ἀλύω fieri ἀλύσκω,a quo ἀλυσκάζω. ‖Hesych.exponit etiam πλανᾶσθαι, id est Vagor,Erro. A

ἈΛΗΘΗ'Σ,

έος,ὁ καὶ ἡ, Verus. ἀληθεῖς λόγοι, Dem. contra Mid. ἀληθεῖ λόγῳ, Xen.Pæd.1,Reuera. εἰ ἡσσᾶται γὰρ τἀληθὲς, Dem.ad Phil. epist. Apud Athenæum poeta quidam,lib.5,Εἰ μὴ φερέσω τἀληθὲς, οὐχί σ᾽ ἀφερασό.Æsch.in Ctesiphontem, πότερα τἀληθὲς εἴπω,ἢ τὸ ἥδιστον ἀκοῦσαι.Idem ibidem, τὸ ἀληθὲς ἐρῶ. nisi fortè & hîc malit quis τἀληθὲς legere. Sic dicitur & in plurali λέγειν τἀληθῆ,vera dicere, apud Isocr.Xenoph. Demosthenem. ‖Interdum τἀληθὲς pro substantiuo ἡ ἀλήθεια,Veritas.Demosth.ὡς δ᾽ τἀληθὲς ἔχει,καὶ τὸ δίκαιόν ἐστι λέγειν,ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς δείξω. ‖Ἀληθὴς possumus etiam interpretari Certus, sequentes Ciceronem, qui ἀληθέστερα vertit Certiora,in hoc prouerbio,ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. B C

Ἀληθὲς pro iusto & digno videtur posuisse Demosthenes,quum ait,τοῦτο γὰρ καὶ ἀληθές ἐστι καὶ ὑπὸ τῶν ὀμωμοκότων καὶ ὑπὸ τῶν τὰ εὔορκα γνόντων δικαστῶν. Sic alibi, πόσῳ δικαιότερον καὶ ἀληθέστερον.

Ἀληθέστερος, compar. Verior, ἀληθέστατος, superlat. Verissimus.ἀληθέστερον,Verius,nomen,vel aduerbium.ἀληθέστατον,Verissimum. At verò ἀληθέστατα, aduerbium, Verissimè. D

Ἄληθες(accentu in antepenultima Atticè.) Aduerb.Reuera,Verè,Profectò. Aristoph.in Equitibus, Ἄληθες ἐστὶ κρηνόχυτον λήραιον εἶ. Apud eundem Nubibus, interroganti Phidippidæ,Τί δ᾽ αὖ παρ' ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστόν τις αὖ,respondet Strepsiades,Ἄληθες, ὅσα περ ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις σοφά. ‖Est item ἄληθες nonnunquam aduerbium admirantis,vt apud eundem comicum in Pluto,dicenti Pluto,— ἐγὼ δ᾽ ἐκεῖνον ὀρρωδῶ πάνυ, Chremylus subiûgit,Ἄληθες; ὦ δειλότατε πάντων δαιμόνων.id est,Verène?Itane reuera? Budæus autem per nomen reddidit, Verúmne? At in vulg.lex. Græc.corruptè legitur hic locus & exponitur. E

C.Ἀληθογνωσία,Veri cognitio.Dionys. Areop. religionem orthodoxam ita vocauit,quam & ἀληθότητα.

C.Ἀληθοεπὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,Veridicus, Veriloquus, Cuius vera sunt verba.Ex ἀληθὴς & ἔπος.Hesychius ἀληθοεπῆ exponit ἀψευδῆ.

C.Παναληθὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,Omnino verus. Plato De rep.lib. 9,ὅτι οὐ παναληθὴς ἐστιν ἡ τῶν ἄλλων ἡδονὴ πλὴν τῆς τοῦ φρονίμου. F

C.Φιλαλήθης,εος,ὁ καὶ ἡ,(non φιλαληθής. nam ἀναβιβάζει τὸν τόνον,vt loquuntur gramm.) Veri seu veritatis amator vel amatrix,Veritatis studiosus,vel studiosa. A Diog. Laertio φιλαλήθεις philosophi (sicut & ἐλεγκτικοί) numerantur inter eos qui ἀπὸ οἰήσεως nomen acceperūt. ET Φιλαλήθως,aduerb. Veritatis amore,vel studio,Euseb.

ET Φιλαλήθεια, Amor veritatis,Studium veritatis.

Ἀληθῶς,(Ionicè ἀληθέως,vt apud Herodotum.) aduerbiū. Verè,Reuera,Haud dubiè,Proculdubio. Sæpe ὡς præfixum habet.vt τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστὰς, apud Platonem in Apol.Id est(Cic.interprete)Eos qui verè iudices appellentur.Sic dictum est illud, θεοπρεπὴς ὡς ἀληθῶς. Apud Demosthenem contra Midiā,ἡ ὡς ἀληθῶς μήτηρ & ἡ δοκοῦσα καὶ ὑποβαλλομένη opponuntur. G

Ἀληθεστέρως,compar. Verius.& cum ὡς,ὡς ἀληθεστέρως, Plat.De rep.1,itidem vt ὡς ἀληθῶς.

Ἀλήθεια,ας,ἡ, Veritas, (Ionicè ἀληθηΐη, apud Herodotū) Opponitur τῇ ἀληθείᾳ,id est veritati,ψεῦδος,siue ψευδολογία.Plut.De poem.aud.αἱ πρότερον ἡγοῦνται τὴν ἀλήθειαν τοῦ ψεύδους.Isocr.in Panath.μᾶλλον ἀγαπῶντας τὰς ψευδολογίας τῆς ἀληθείας. Opponuntur item τῷ λόγῳ & τῇ ἀληθείᾳ. Isocr.ad Nicoclem,καὶ βασιλεὺς τῷ μὲν λόγῳ διηλλαγμένος. τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ τραχέως ἔχοντος. In eadem significatione sæpe opponuntur τῷ μὲν λόγῳ & τῷ δ᾽ ἔργῳ. Vide λόγος. H

Πρὸς ἀλήθειαν,Μετ' ἀληθείας,Ἐπ' ἀληθείας,Τῇ ἀληθείᾳ, & frequenter in plurali Ταῖς ἀληθείαις, omnia idē significant,Verè,Reuera,ἀληθῶς. Philo, πρὸς ἀλήθειαν ἐστὶ,pro ἀληθῶς ἐστὶ,Reuera est.Sic τὰ μετ' ἀληθείας καλὰ, quæ verè sunt honesta.Demosth.Olynth.2, καὶ γὰρ εἰ μετ' ἀληθείας τις,ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,σκοποίη.

Ἀληθότης,ητος,pro ἀλήθεια.Dionys. Ar.

— Ἀληθίζω,Vera dico, apud Plutarchum. ἀληθίζω,τὸ ἀληθῆ λέγω,inquit Suidas.Idem valet & Ἀληθίζομαι:nam ἀληθίζεσθαι Hesychius exponit ἀληθεύειν: & ita vsurpatur ab Herodoto.

Ἀληθεύω, Verum dico,vel vera,Vera loquor.cui opponitur ψεύδομαι.Plato in Cratylo,τὸ μὲν ἕτερον τούτων, ἀληθεύειν βουλόμεθα καλεῖν,τὸ δ᾽ ἕτερον, ψεύδεσθαι.Gregorius,ἢ γὰρ ψευδόμενος ἀληθεύσῃ,ἢ ἀληθεύων ψεύσεται.Xen.Pæd.4, ἔχετε οὖν ὧν λέγετε πιστόν τι ἡμᾶς διδάσκειν ὡς ἀληθεύετε; Aristot.De anima lib.3,νοῦς καὶ ἐπιστήμη ἀεὶ ἀληθεύειν, nunquam aberrare à veritate & falli,vt Bud.exponit. Plut.in Themistocle,ἀληθεύω λέγεις,Vera narras.Cū accusatiuo,Xenoph.λέγειν δ᾽ ἐδεῖ ὅ,τι ἂν μὴ ἀληθεύω.Et ante illum Homerus,Πάντα δ᾽ ἀλήθευσον.

Ἀληθεύειν, Verum esse. Aristot. Ethic.9, ἐφ' ὅσον ἑκάτεροι [λόγοι] καὶ πῇ ἀληθεύουσι,quatenus & quomodo veri sunt.

Ἀληθεύομαι, Pass.voce, pro ἀληθεύω,id est Verum dico,Vera loquor.Xenoph.Pæd.4,ἐπὶ τούτοις,ἔφη,ἐγὼ ἀληθευόμενος δίδωμί τέ σοι τὴν ἐμὴν καὶ λαμβάνω τὴν σὴν δεξιάν. ‖Interdum passiua voce,ita etiam significatione,pro Verè dici,Verum esse.quod & ἀληθεύειν sonat interdū. Gregorius,δὸς τὸ ἕτερον ἢ ἀληθεύεσθαι μόνον ἢ ψεύδεσθαι.Synesius,εἰ δ᾽ ἐπιγινώσκεις ἀληθευομένην κατὰ σοῦ τὴν ὑποψίαν τῆς λήθης,id est, Budæo interprete, Si agnoscis vera me causa deductum ad hanc suspicionem, quòd mei oblitus sis.

Ἀληθευτικὸς, ἡ, ὁ, Verax, Ad veritatem dicendam procliuis. Aristot. magnanimum describens, διὸ καταφρονητικὸς καὶ ἀληθευτικός.Ibidem παρρησιαστικὸς eodem sensu appellatur.vt sit Qui veritatē liberè profiteri amat.

C.Ἐπαληθεύω, (cum accus.) Verū esse declaro, Confirmo, Thuc.lib.8,p.279,τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου λόγον ἐπαληθεύσειν ὁ Ἆγις.Sic Lucianus in Lapithis,καὶ τὴν ἀποφοίτ τῶν προσώπων ἐπαληθεύοντας τὰ ὑπὸ τοῦ Ἐτοιμοκλέους κατηγορηθέντα. Idem scriptor alibi,καὶ ἐπαληθεύει τὸν περὶ Ἑρμοτίμου τοῦ Κλαζομενίου λόγον.

C.Συναληθεύω,neutrum,vt συναληθεύειν ταῖς προτάσεσι,apud Aristot.Simul esse veras propositiones.

¶Ἀληθινὸς,ἡ,ὁ,Verus,Verax, vt ἀληθινοὶ λόγοι,apud Plutarchum in Apophth.Veraces sermones,vel veri. ‖Item,Non fictus, Non fucatus, Nihil fictitium habens. in qua significatione & Verus capitur. vt ἀληθινοὶ φίλοι, Dem.Philipp.3. Ἀληθινὸς, inquit Budæus, In quo nihil fictitium est,sed omnia simpliciter facta.Dionysius Halic.in Isocrate,καὶ ποιητικώτερα μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἀληθινώτερα,Artificii plus habent quàm veri & simplicis. Idem Bud.scribit,Ἀληθινὸς λόγος est qui ἐνδιάθετος dicitur,&ex sententia animi proferri videtur,apud Hermogenem. ‖Ἀληθινὸς exponitur etiā Germanus,Genuinus. sic ἀληθινὴ πόλις,apud Platonem,& ἀληθινὴ σοφία, apud eundē. Sic ἀληθινὰ μῆλα,Diosc.lib.1,cap.161. Apud Platonē in Pol.1,ἀληθινὸς ἄρχων exponitur Legitimus princeps. Apud eundem ἀληθινοὺς παῖδας, legitimos liberos quidam interpretantur,quos ille opponit τοῖς ποιητοῖς,id est adoptiuis.

Ἀληθινῶς, aduerb. Verè,Veraciter.Isocr.

C.Ἀληθινολογία,ας,ἡ,Veracitas. Platonicum est vocabulū, teste Polluce. Præcedit autem vox ἀληθινολόγος hanc ἀληθινολογία,in formatione.

ἌΛΙΣ

Aduerb.Satis,Satis superque,Abundè.Cum genitiuo: vt in prouerbio, ἄλις δρυὸς, Satis quercus. Aristophanes apud Suidam,ἄλις ἀφύης. πεπείραμαι γὰρ ἐσθίων. Apud eundem & hoc exemplum,ἡ δ᾽ γυνὴ λέγει ἑαυτῇ τῆς τιμῆς καὶ τοῦ γέρως ἄλις ἔχειν. Apud eundem,ὡς δ᾽ ἄλις εἶχε ταύτης τῆς τιμωρίας,Quum autem satiatus esset hoc supplicio. Sic ἄλις εἶχον βλασφημιῶν, Satiati erant maledictis siue conuitiis. Animaduertendū est autem in his locis esse verbum ἔχειν cū ἄλις, quod

etiam interdum relinquitur subaudiendũ. Interdum autem verbum ἐστὶ ponitur cum ἅλις, aut subaudiendũ itidem relinquitur. Eustathius citato hoc loco, τούτων μὲν ἅλις, item hoc Euripidis, ἅλις ὀδυρμῶν ἐμῶν, subiungit, καὶ ἔχει ἔλλειψιν ὑπαρκτικοῦ ῥήματος ἡ τοιαύτη σύνταξις. ‖ Nõnunquã sine genitiuo pro Affatim, Magna copia. Od. ρ.—ἢ οὐχ ἅλις ἧμιν ἀλήμονές εἰσι καὶ ἄλλοι; Odyss. ν. Χαλκόν τε χρυσόν τε ἅλις ἐσθῆτά θ' ὑφαντήν. ‖ Interdum dicitur οὐχ ἅλις, sub. ἐστὶ, pro Non sat est. Pro quo dicitur etiam, Parum hoc tibi videtur, nisi etiam &c. vt Od. β, Ἦ οὐχ ἅλις ὡς τὸ πάροιθεν ἐκείρετε πολλὰ καὶ ἐσθλὰ Κτήματ' ἐμὰ, μνηστῆρες; Et Il. ρ, Ἦ οὐχ ἅλις ὡς καὶ τεύχε' ἔχει καὶ ἐπεύχεται αὐτῶς; Il. ε, Ἦ οὐχ ἅλις ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις; Quorum versuum vnusquisque appellatur προκέφαλος, vtpote habens pleonasmum syllabæ ἐν κεφαλῇ, id est in capite. A B

Ἅλις, Confertim, Coaceruatim. Il. β, Αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα. Il. γ, — περὶ δὲ Τρωαὶ ἅλις ἦσαν. id est ὁμοῦ πολλαί, Simul multæ. Il. χ, Ἀμφὶ δέ μιν γαλόῳ τε καὶ εἰνατέρες ἅλις ἦσαν.

Ἁλία, ας, ἡ, Congregatio, Cœtus, Concilium, apud Herodotum aliquoties, vt ἁλίην ποιησάμενοι, & ἁλίην ἐποιήσατο τῶν Περσέων, Persarum concilium coegit. C

Ἁλίζω, Congrego, Coaceruo. ex ἅλις factum (non ἅλις ex eo) vel potius ex ἁλία orto ex ἅλις, pro Confertim, Coaceruatim. ET ΣΥΝαλίζω compositum vsitatius quàm simplex ἁλίζω. Herodotus in Euterpe, de Pherone loquens Ægypti rege συναλίσαι & συναγαγεῖν aperte pro eodem ponit. nam quum dixisset συναγαγεῖν τὰς γυναῖκας τῶν ἐπειρήθη &c. paucis interiectis verbis, subiungit, consueta sibi repetitione vtens, ἐς ταύτην συναλίσαντα, perinde acsi dixisset ἐς ταύτην συναγαγόντα. In cuius loci interpretatione Latina vtendum censerẽ particula Inquam: hoc modo, Quum inquam in vnam eas vrbem congregasset, vel coegisset. Vsus est hoc verbo & Xenophon Pæd. 1, ἐξῆν δὲ στρατιὰν καὶ πεζοὺς πολλοὺς καὶ ἱππέας συναλίσαι. Passiua vox est Συναλίζομαι, Congregor. Lucianus De luctu, p. 308, ἐπειδὰν συναλισθῶσι πολλοί. At verò apud Lucam initio Act. Apost. καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς: Erasmus συναλιζόμενος accepit signif. actiua pro συναλίζων. vertit enim Congregans, (addens etiam, In idem loci) & in suis annot. Cyrillum ait in opere quo exponit dictiones sacrarũ scripturarum, συναλιζόμενος interpretari συναθροιζόμενος, à voce ἁλία quæ cõcilium seu congregationem significat. Quod autem ad veteris interpretis expositionem attinet, vertentis συναλιζόμενος, Conuescens, Chrysostomũ quoque (vel potius eum quicunque est autor commẽtariorum illi adscriptorum) ita intellexisse ostẽdit. Quæ sicui probantur, expendat (inquit) num συναλίζεσθαι dicatur à salis communione, iuxta prouerbium, Salem & mensam ne prætereas. Hæc Erasmus, & alia, quæ apud eum lege. Beza quoque cum illo interpretatur Congregans: quam certè & ego veram esse interpretationem puto huius vocabuli συναλιζόμενος, si veram in eo & germanam scripturam habemus: qua de re dubito, & magis ad alteram lectionem συναυλιζόμενος inclino, propter eas quas in illius expositione reddam rationes, post Αὐλή. D E F

¶ Ἁλέες, In vnum congregati. Item, Conferti, Frequẽtes, Multi simul, Densi. Herodotus, ἁλέας ἐς ἓν χωρίον ἐσάγοντες. Eustathius ἁλέες apud Herodotum, pro ἠθροισμένοι ὁμοῦ. (quod Homerus ἀολλέες dicit) fortasse ab ἅλις. G

¶ Ἁλέν participium exponit Hesychius συναθροισθὲν, id est congregatum: itidem ἁλέντων, ἀθροισθέντων. exponit verò & συστρεψάντων, item συγκλεισάντων. nisi fortè legẽdum est συγκλεισθέντων, vt ibidem ἁλέντες explicatur συγκλεισθέντες. Non video autem quid obstet quominus istud participium ἁλὲν significans συναθροισθὲν, ab ἅλις siue ἁλέες originem habere dicamus. Quin & apud Homerũ ἀλεὶς exponitur etiã ἀθρόως συστρέψας ἑαυτόν. Sed & ἀλὲν συναχθὲν exponitur Il. ψ, in hoc versu, Γωχμὸς ἔην γαίης, ἢ χειμέριον ἀλὲν ὕδωρ, id est collecta aqua, siue coaceruata. Scribitur tamen ἁλὲν & ἁλέντων cum tenui apud Homerum & Hesychium, atque Etymologicum, qui & aliunde deduc. H

A ἍΛΩΣ, ω, ἡ, Area, in qua teritur seu trituratur frumentum. Xen. in Œcon. δι' ὅλης τῆς ἅλω οἴσεταί σοι τὰ ἄχυρα, & ibidem aliquoties. Plut. in Amat. narrat. ἐντυχοῦσα γεωργοῖς ἐν ἅλῳ, ἵππον συνεπῆξαι. Potest autem in genitiuo dici etiam ἅλωος pro ἅλω, sicut dicitur κάλωος pro κάλω. quod tamẽn Etymologistes nõ vult esse κλίσιν, sed ἐπέκτασιν. Idem & accusat. ἅλωα ex hoc Callimachi versu in Hecale affert, (nam pro ἑκάβη repono ἑκάλη) Δισμὲνη περὶ βοῶν ἐμὴν ἐφύλαξεν ἅλωα. Pono autem hic nomen istud, post ἅλις videlicet, quòd videam Eustathiũ velle ab ἅλις seu ἁλίζω deriuari, & quidem ita de hac etymologia loqui tanquam extra controuersiam posita sit. Docet præterea hanc esse causam cur ἅλως spiritu aspero notetur. Etymologistes quoq; ita scribit, Ἅλως, ἡ ἅλων καὶ ἡ ἀλωνία, παρὰ τὴν τῶν ἀσταχύων συνάθροισιν. B

Ἅλως, Corona, Circulus siderũ, vt ait Seneca in Nat. Aristot. De mundo, ἅλως δέ ἐστιν ἔμφασις λαμπρότητος ἄστρου περιαυγής. διαφέρει δὲ ἴριδος ὅτι ἡ μὲν ἶρις ἐξ ἐναντίας φαίνεται ἡλίου τε καὶ σελήνης, ἡ δὲ ἅλως κύκλῳ παντὸς ἄστρου. Quæ verba sic transfert Budæus, Area est edita imago sidereæ claritatis, vndique illustrata, hactenus ab arcu cælesti differens, quòd ille è regione solis ac lunæ visendum se exhibet, quum area sidus totum ambitu cingat circulari. Hactenus Aristoteles. Exponitur etiam à nonnullis ἅλως Circulus apparens circa solem & lunam. C

Ἅλως secundum Hesychium, Solis aut lunæ circunferẽtia. Item, Clypei circunferentia & orbis, apud Æschylũ, vt idem scribit. Æschyli autem locus in quo ita vtitur, est in tragœdia ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, si bene memini. Ἅλως, Circulus in oculis inter σφενδόνην & ἴριδα. Vide Iulium Pollucem. D

Ἀλωὶς, ίδος, ἡ, pro ἅλωας, vt annotant quidam: sed mihi suspecta est hæc terminatio.

Ἀλωεινός, οῦ, ὁ, Arealis, Cuius vsus est ad areas. ἀλωειναῖς ἵπποις, in Anth. epigr. Equabus arealibus, id est, Quæ in area frumentum terunt.

Ἀλώϊος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἀλωεινός. vt ἀλώϊα ἔργα, apud Nicandrum, Arealia opera.

Ἁλῶα, Festum Athenis in honorem Cereris (secundum nonnullos, Dionysii quoque) agi solitum ab agricolis, iam cõmportatis frugibus. Apud Suidã legitur, Ἁλῶα festum est Atticum. Philochorus autem nominatum ait quòd illius festi tempore homines morarentur περὶ τὰς ἅλως, id est in areis. E

Ἁλωάς, άδος, ἡ, Cereris epithetũ: quasi quis dicat Arealis. Scimus autem Cererem frugibus præesse, vnde & ἁλῶα festum in eius honorem, pagina proximè præcedente.

¶ Ἅλων, ωνος, ἡ, Area. Idem quod ἅλως. Suidas, τὸ δὲ ἁλωὰς ἀπὸ τοῦ ἅλως ἀνὴρ τοῦ ι. λέγεται δὲ καὶ ἅλωνος, καὶ ἅλωνι ἡ δοτική. Reperitur etiã scriptum ἀλὼν ἀλῶνος, sed rectius ἅλων ἅλωνος: vt in hoc loco Matth. 3, διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, vetusta omnia exemplaria quibus vsus est ad editionem Noui Testamenti pater meus, (erant autem plus minus quindecim) habebant ἅλωνα non ἀλῶνα: Lucæ itidem cap. tertio vbi eadẽ habẽtur verba. quum tamen vtrobique libri omnes (quos viderim) excusi ante patris mei editiones, habeant ἀλῶνα circunflexa penult. F

Ἅλων θερινή cap. 3 Danielis exponitur Area æstiua. ait tamen Tusanus se pro turbine venti existimare accipi.

Ἀλωνοτριβέω, Idem quod ἀλωνίζω. nam ἐπὶ τῆς ἅλωνος διατελέω Suidas exponit. G

Ἀλωνίζω, In area versor, siue commoror. Exponitur quidẽ in vulgatis lexicis Græcolatinis, In mari vel areis versor: verùm Hesychius ἀλωνίζουσα non ait aliud significare quàm ἐν ἅλωσι διάγουσα.

Ἀλωνία, ας, ἡ, ἅλων. Athenæus, εἰς ἀλωνίας βοῦς συναγαγόντες συνηλοίησαν. Suidas ἀλωαὶ exponit ἀλωνίαι ἢ περίδροι.

Ἀλωνία exponitur à Suida ἡ τῆς ἅλωνος, id est, Quæ areæ est, vel ex area. Secundum quam significationem fecit ἀλωνία adiectiuum nomen, habens in masculino genere ἀλώνιος, fortasse tamen ἄχρηστον. H

¶ Ἀλοάω, F. ήσω, vel άσω, Trituro: vt βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις, 1 ad Tim. cap. 5, Non obligabis os boui trituranti.

Sic apud Xenophontem, ἀλοᾷν τὸν σῖτον. Et apud Demosthenem ἀπηλοημένος σῖτος, ab ἀπαλοάομαι p. ssiua voce & composita. ‖ Vertitur etiã Tero, Contero. pro quo & compositum συναλοάω vsurpatur. nam συναλοῆσαι apud Plutarchum capitur pro Conterere. Apud Theophrastum in 4 De causis, ἀλοαθέντα σπέρματα Budæus exponit Trita semina: alii, Tritura excussa. A

Ἀλοάω, Cõminuo, Frango. κλῶ, inquit Suidas. Idem ait, ἀλοῶν, per orbem circumagens, vt fit in areis in quibus frumentum trituratur. Item, Pulsans, ducta metaphora ab iis qui spicas contundunt. Aristophanes, ἀπολεῖ μ' ἀλοῶν ἄνθρωπος ἐξ ἑωθινοῦ. Idem, ἡ μητέρ' ἠλόησεν, ἢ πατέρα γνάθον ἐπάταξεν. id est, Aut matrem pulsauit, aut patris maxillam percussit. Videtur tamen propriè ἀλοᾷν esse variis ictibus quasi contundere. Apud Ælianum, οἱ μὲν τινὲς πυγμαῖς, οἱ δὲ κορύναις, οἱ δὲ λίθοις ἀλοῶντες αὐτόν. Vbi ἀλοῶντες est tundentes, percutientes. ‖ Ἀλοᾷν, Flagris cædere. Synesius, ὡς γὰρ ὅτιν ὡς δὲ τοῖς ἔχουσι καὶ πλουτοῦσιν ἁμαξιτοὺς ἀναχωρῆσαι· ἀλλ' ἕως ὁ παῖς οἴκαδε βαδίζει τὸ χοιρίον οἴσων, ὁ δεσπότης ἠλόηται. B

Ἀλοάω, quum trituro significat, aspirãdum quidam tradiderunt, vtpote deriuatum à nomine ἅλως (est enim ἀλοάω, ἐπὶ τῇ ἅλῳ πατῶ καὶ τρίβω τοὺς στάχυας) quum autem ponitur generaliter pro Comminuo, Contundo, item Verbero seu Pulso, tenuari debere. Sed in vetustis libris in vtraque significatione (id est in propria & in translata) tenuatum reperitur. ac memini in illo quem citat D. Paulus loco, βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις, in omnib⁹ manuscriptis codicibus ἀλοῶντα tenuatum non autem aspiratum fuisse. Sed neque grammatici antiqui differentiam hanc statuerunt. Apud Suidam tamen habetur ἁλοάων & ἁλοητὸς aspirata, nescio temeréne an consultó. C D

Ἀλοητὸς, οῦ, ὁ, Tritura, apud Xenophontem. ‖ Item Trituræ tempus. ἀλοητὸς, ὁ καιρὸς τοῦ θέρους, inquit Suidas. Non videtur autem distingui accentu duplex huius nominis significatio, vt fit in ἄροτος, ἄμητος, & ἀρότος, ἀμητός.

C. Ἀπαλοάω, ῶ, ET ΚΑΤαλοάω, ῶ, Quorum hoc posterius pro simplici ἀλοῶ positum reperitur, videlicet pro Tero. Item, Contundo, Confringo: vnde Eusthathius apud Homerum ἀπηλοίησε exponit κατηλόησε. Ἀπαλοάω autem aliam etiam significationem habet. nam ἀπηλοημένος præteritum passiui Ἀπαλοάομαι, exponitur ab Harpocr. ὁ ἀπὸ τῆς ἅλω συγκεκομισμένος μετὰ τὸ ἀλοηθῆναι, id est Frumentum (vt subaud. σῖτος, vel tale quid) ex area conuectum postquam tritum fuit. Quæ verba Suidas quoque habet. Vterque autem (quod etiam obseruandum est) ἀλοηθῆναι exponit πατηθῆναι. Sed horum duorum testimonium pro vno & eodem habendum est, quum Suidam ex Harpocr. descripsisse minimè sit cõtrouersum. Vide etiam Ἀπαλοιάω & Καταλοιάω paulo pòst: item Συναλοιάω: sed pro quo fortasse συναλοάω legendum sit, vt ibi docebo. EST hinc deductum & Ἐπαλωὸς, quod habetur apud Xenoph. in OEcon. pag. 50, meæ editionis. Exponitur autem ἐπαλωσης (in vulg. lex.) Triturator, quũ potius significet eum qui bubus terentibus moderatur, vt Bud. scribit: cui in eo etiam assentior quòd hanc vocem mendi suspectam habet. E F

Ἀλοιάω pro ἀλοάω, per pleonasmum literæ ι, vt in ἀγνοιῶ ex ἀγνοῶ. quanquam Eusthathius non affirmat formari ita ἀλοιῶ. Pro Percutio, Tundo, Il. ι, Πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία (Verbi etiam Ἀλοίω barytoni meminit eo loco Eusthathius) HINC Ἀλοιητὴρ, ῆρος, ὁ, Contusor. Item, Percussor, Pulsator, vnde ἀλοιητὴρ σιδήρω apud Nonnum. Et in Anthol. epigramm. ἀλοιητῆρες ὀδόντες, Molares dentes, Quorum videlicet officium est molere cibum, contundere & terere. ET C. Πατραλοίας, Μητραλοίας. Pro quibus dicitur etiam Πατραλῴας & Μητραλῴας, si Suidæ credimus. sed recentiores eius edit. πατραλῴας quidẽ rectè cũ ω, μητρολόας autem malè cum ο habent. vt omittam, in omnibus perperã scribi ω sine ι subscripto. Est autem Πατραλοίας, Patris percussor, seu pulsator (vt dixit Virg. Pulsatusve parẽs) Item Parricida, Patris interfector. A Suida tamen & Hesych. exponitur simpliciter πατροτύπτης: quo vocabulo vsum esse Isæum testatur Pollux. A quo πατραλοίαν, μητραλοίαν, & πατροφόνον, μητροφόνον, tanquam synonyma poni existimat Budæus. quod tamen ex Pollucis verbis certò colligi posse non videtur. Aristot. Rhet. 2, οἷον τοῖς πατραλοίαις καὶ μιαιφόνοις, ὅταν τύχωσι τιμωρίας, οὐδεὶς ἂν λυπηθείη χρηστός. Apud Aristoph. autem in Nub. sunt qui πατραλοίας ambiguum esse velint ad patris percussorẽ & ad patriæ perditorẽ. in qua posteriore significatione ex πάτρα & ἀλοιᾷν fuerit compositum. Μητραλοίας itidem Matris percussor, &c. Sciendum est autem apud Eustath. malè scriptum esse μητρολῴας pro μητραλῴας pag. 505. qui licet istud duntaxat ponat post πατραλοίας & μητραλοίας, voluisse tamẽ & πατραλῴας intelligi credibile est. In vulg. autẽ lex. πατραλώης etiam legitur. ET Μητραλοία in iisdem, Matricidium, sed absque testimonio. VERBA autem compos. ex Ἀλοιάω, sunt ἈΠαλοιάω ET ΚΑΤαλοιάω ET ΣΥΝαλοιάω, quæ Contundo & Confringo significãt. vt Iliad. δ, v. 522, Ἀμφοτέρω δὲ τένοντε καὶ ὀστέα λᾶας ἀναιδὴς Ἄχρις ἀπηλοίησεν, Eustath. exponit κατηλόησε. Ab Hesychio & Suida ἀπηλοίησε (pro quo malè apud vtrũque ἀπηλοίησε) exponitur etiam ἀπέκοψε. ET ΣΥΝαλοιάω apud Athen. lib. 8, pro Contero, εἰς ἀλωνίας βοῦς συναγαγόντες συνηλοίησαν. Nisi fortè legendum est συνηλόησαν, quum poetica esse videatur hæc literæ ι interiectio. De Ἀπαλοῶ autem & de Καταλοῶ paulo antè dixi. G H

Ἀλωά, vel Ἀλωή, (si Ionicè dicitur ἀλωὴ pro ἀλωά.) Area in qua teruntur fruges, Vt— εὐ ἐσχάλω ἐν ἀλωῇ, apud Hesiodum in Ergois. Hom. Il. ε, Ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωὰς Ἀνδρῶν λικμώντων. Id est, Vt ventus paleas circumfert per sacras areas, dũ viri ventilant. Fit autẽ ἀλωά, pro area, ab ἀλοιῶ, vnde & ι subscribendum esset ipsi ω: aut ab ἀλοῶ, mutando ο in ω. quinetiam secundũ hanc deriuationem tenuandum esset ἀλωά pro area. Quidam tamen pro area tradiderunt aspirandum, pro loco vitibus aut arboribus consito tenuandum, vt ex Eusthathio paulo pòst docebo.

Ἀλωά, ᾶς, ἡ, Locus vitibus aut arboribus consitus, Vinea, Arbustum, Viridarium. Item, Campus frumentarius. Vel, Sata, Segetes, vt quidam exponut. Il. ι, Χωσάμενος· οἱ ἐπὶ πολύστα γουνὸν ἀλωῆς Οἱ δ' ἐς ῥέξ. Il. σ, Τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα φυτὸν ὡς γουνῷ ἀλωῆς. Odyss. η, —ἔνθα δέ οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ Ἐρρίζωται. Iliad. σ, Ἐν δ' ἐτίθει σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν. vbique posito ἀλωή, pro ἀλωά, Ionicé. Item Il. ε, —ἔργα ἰδ' ἀλωάων ἐριθηλέων. Citatur ex schol. Nicandri ἀλωὰ καὶ ἀλωὴ, λαχανοφόρος τόπος. Sciendum est autẽ me Ἀλωά post Ἀλοιῶ posuisse, sequendo Eusthathium, qui illud ab hoc deduci putat: vel potius sequendo veteres grammaticos, quorum ille testimonio nititur, p. 1218. vbi & cum ω ideo scriptũ ab illis fuisse tradit. Addit tamen ex Appione & Herodóro, quum aspiratur, significare τὴν ἅλωνα: at quum tenuatur, signif. τὴν ἀμπελόφυτον γῆν. Ego certè cum spiritu aspero scriptũm cũ alibi reperio, tum in hoc loco Anthol. epigr. lib 3, titulo Εἰς ναυαγήσαντας, — οὐκ ἄρ' ἁλωὰς Αὐτὸς ἐπιπνείει κ' εἰς ὄθονας ἄνεμος. Ac certè vt aspiretur, sicut & ἅλως, ἅλων, ἁλωνία, magis consentaneum rationi esse crediderim. Nec video cur alia huius vocis ἀλωή quàm illarum quærenda sit etymologia: adeo vt dubitem an rectè post ἀλοιῶ ponatur. quod tamen & ipsum alicubi cum aspiratione scriptum reperire me memini.

Ἀλωεὺς, έως, ὁ, Qui in area frumentum terit. Pro vinitore etiam accipi volunt, & generaliter pro agricola. Citatur ex Nonno.

ἉΛΙΣΚΩ, Capio. & in præt. imperf. ἥλισκον. Futurum autem est ἁλώσω tanquam ab ἁλόω. & præt. perf. ἥλωκα, pro quo Atticè ἑάλωκα. Tanquam ab ἅλωμι autem, habet aoristum 2, ἥλων: vnde participium ἁλούς. Dicitur autem & ἑάλων Atticè pro ἥλων. Porro notandum est passiuam significationem habere etiam sub actiua voce, præsertim in præterito & aoristo. Xenoph. Pæd. 7, ἑαλωκυῖαν τε τὴν πόλιν, καὶ τὸν βασιλέα τεθνηκότα. Apud eundem Hell. 1, ἑάλωσαν ἐς Ἀθήνας γράμματα. Idem Pæd. 8, τὶς αὐτόπολις πολεμία ὑπὸ μὴ πειθομένων ἁλοίη; Et apud Homerum Iliad. β & δ, πόλις ἁλῷ-

σά τε ταρθομδρή τε. Athen. πενέσαι οἱ μὴ γένῳ δοῦλοι, διὰ πόλε- A
μον δ' ἡλωκότες. Vſurpatur autẽ ſæpe ἁλοὺς eo modo quo
à Latinis Captus, in his loquendi generibus, Captus a-
more, Captus pulchritudine. vt etiam Capi vſurpauit
Tibull. in hoc verſu, Carmine formoſæ, pretio capiun-
tur auaræ. ἁλοὺς ἔρωτι, Captus amore apud Lucianum.
Dicitur & cũ genitiuo: vt ἁλῶναι αὐτοῦ λέγεται, apud Phi-
loſtratum in Heroicis. vbi ἁλῶναι αὐτοῦ exponitur Eius
amore captus fuiſſe. Sic ibidem, ἁλῶναι τῆς κόρης, puellæ
amore captus fuiſſe, quaſi ſubaudiatur datiuus ἔρωτι,
& ſit ἁλῶναι τῆς κόρης, pro ἁλῶναι ἔρωτι τῆς κόρης. Sed iun- B
gitur ἁλῶναι non ſolùm cum genitiuo perſonæ, ſed &
cum genitiuo rem ſignificante: vt apud Lucianum, τοῦ
κάλλους ἁλούς. Syneſius autem paulo aliter dixit ἑαλώκειν
τοῦ πάθους, hoc loco, κἂν εἰργασάμην τι δεινὸν ἐμαυτόν· οὕτως
ἑαλώκειν τοῦ πάθους. id eſt, Sic eram captus hoc affectu. hoc
eſt οὕτως ἐκεκρατήμην, οὕτως ἥττων ἐγινόμην, inquit Budæus.
Interdum verò ἁλῶναι vertitur Corripi, & ἁλοὺς corre-
ptus: vt apud Gal. ἁλῶναι τεταρταίοις, Corripi tertianis febri-
bus. & ἁλοὺς μανίᾳ, apud Soph. Correptus inſania. Itẽ pro
Conuictus ſeu Deprehenſus, & pro Condẽnatus. Dem. C
Ἁλίσκω, Deprehendo, Conuinco, item Reum pera-
go, Damno. vnde ἡλωκὼς ſiue ἁλοὺς, Deprehenſus, Con-
uictus, Damnatus. Demoſthenes, ἀσεβῶν ἐστὶν ἥλωκε. id eſt
(interprete Budæo) Conuictus eſt, Tenetur, Manifeſtus
eſt impietatis, vel, Damnatus impietatis. Apud Ariſto-
phanem, ἁλοὺς μοιχός. Demoſthenes, μιᾷ ἁλῶναι ψήφῳ,
Vnica ſententia damnari. Idem, τὸν ἑαλωκότα ἤδη τῇ ψή-
φῳ. Plut. in Publicola, ψήφοις ἁπάσαις ἁλόντες ἐπελεκίσθησαν.
Cæterùm vt dicitur ἀσεβῶν ἥλωκε in loco paulo antè ci-
tato, ſic κλέπτων ἥλωκε, itẽ κλοπῆς ἥλωκε. ſicut apud Plu- D
tarchum, ἁλόντες δωρίαις. Interdũ verò huic verbo iun
gitur præpoſitio ἐπὶ cum datiuo, vt ἁλόντα ἐπὶ στάσεσι
apud Herodianum, Damnatum ſeditionum, vel Da-
mnatum ob ſeditiones. Sic Plut. in Pericle, ἐπὶ κακοῖς ἔρ-
γοις ἁλούς. Ab ἁλώω autẽ vſitata ſunt etiã ἁλώῃ & ἁλώω
apud Hom. Od. ξ, ἤ κεν ἁλώῃ, ἦε φύγοι. Od. σ, εἴ κεν ἁλώω.
Eſt autẽ ἁλώῃ pro ἁλοίην, quo alibi vtitur, vt Il. χ, -ἕλοι
μί κεν ἤ κεν ἁλοίην. pro quo malè in quibuſdã edit. legitur
ἁλοίμην. Præſ. autẽ tẽpus & præt. imperfectũ facta à ter
minatione in σκω, in proſi præſertim vſitata ſunt. Xen. E
Cyn. ἁλίσκεται δὲ ταῦτα ἐν τοῖς ὄρεσιν &c. Idẽ in Hell. 3, τοῖς ὑπὸ
τῶν λῃστῶν ἁλισκομένοις. ET ΚΑΤαλίσκομαι cõp. pro Cõuin
cor, ex Herodoto citatur, καταλίσκομαι ὑπὸ τοῦ μαντηίου.
Ἅλωσις, Captura, vel Captio (ſi & hoc ſatis Latinum eſt
pro ipſo capiendi actu. illo autem vtitur in ea ſignifica
tione Plinius) Itẽ Expugnatio, vt Τροίας ἅλωσις apud Pla
tonem & apud cæteros ſcriptores paſſim, Troiæ expu-
gnatio, vel (vt alii) Troiæ euerſio, aut excidium. Ego ta
men malim ſimpliciter captam Troiã (cum Horatio
aliiſque nonnullis Lat. ſcriptoribus) quàm expugnatã F
dicere. Sed ſi (verbi gratia) mihi interpretandum ſit μετὰ
τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν, non vertam ad verbum, Poſt capturã
aut captionem Troiæ, ſed Poſt captam Troiam. ‖ Ἅ-
λωσις exponitur etiam Deprehenſio, vt in hoc Plat. lo-
co, De leg. lib. 11, καὶ ἐφ' ἑκάστης ἁλώσεως τοῖς δεσμοῖς μὴ
παυέσθω διπλασιάζων.
Ἁλώσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui capi poteſt, ſeu expugnari, Ex-
pugnabilis. Plutarchus in Camillo, ὡς οὔσης ἁλωσίμου τῆς
πόλεως. Apud Syneſium, Qui facilè capi poteſt. epiſt.
44, λίαν ὑπὸ συνηθείας ἁλώσιμος ὤν, Qui facilè capi po- G
teſt à conſuetudine. Exponitur etiam, Propenſus ad cõ
ſuetudinem.
Ἁλωτὸς, οῦ, ὁ, Idem quod ἁλώσιμος. Quidam comicus ἁ-
λωτὰ πόνῳ πάντα eſſe dixit, id eſt quaſi expugnabilia eſ-
ſe labore. Philo De mundo, τὰ νόσοις καὶ γήρᾳ σώματα ἁ-
λωτὰ dixit, Quæ morbis & ſenio facilè corripiuntur, id
eſt Morbis & ſenio obnoxia. HINC compoſ.
Ἀνάλωτος, Δυσάλωτος, Εὐάλωτος, Δορυάλωτος. Ex quib[9]
Ἀνάλωτος, ου, ὁ & ἡ, eſt Qui capi vel expugnari nequit, In-
expugnabilis. Iſocr. Buſir. enc. ἀνάλωτος μὲν ὢν καὶ δυσμά- H
χητος τοῖς ἐπιβουλεύουσιν. Interdum etiam, Non captus,
Non expugnatus. vt apud Thuc. οἰόμενος τὴν Νίσαιαν ἔτι
καταλήψεσθαι ἀνάλωτον. Et metaphoricè ἀνάλωτος ὑπὸ χρη
μάτων, Qui pecuniis expugnari nequit, vel corrũpi. In-
expugnabilis, vel Inſuperabilis pecuniis. Plut. Pericle,

A ἐφύλαξεν ἑαυτὸν ἀνάλωτον ὑπὸ χρημάτων. Malè autem apud
eundem ἀνάλωτος ὑπὸ χρημάτων exponitur Pecuniis in-
ſatiabilis & inexplebilis, vt alibi docebo. Contrarium
eſt Εὐάλωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui facilè capi poteſt, vel expu-
gnatu facilis, vt εὐάλωτον κλέπταις, Naz. Apud Gal. autẽ
ad Glauconẽ, εὐάλωτοι ἀμφημερινοῖς, Obnoxii febribus
quotidianis. AT Δορυάλωτος, Captus bello, q. d. Ha-
ſta captus, eadem plane forma qua αἰχμάλωτος, ſuprà
Captiuus. Herod. lib. 2, ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς ὥσπερ σαγηνεύσας ἐντὸς
τῶν ὅπλων δορυαλώτους εἶχε, Id eſt (Pol. interprete) Quos vbi
B velut indagine armorum concluſos captiuóſq; habuit.
δορυαλώτους πόλεις πεποίηκεν, Iſocr. Vrbes ſubiugauit, In ſer
uitutem redegit.
ἈΛΚΗ, ῆς, ἡ, Robur, Vires. Hom. Il. τ, de pane & vino
loquens, - τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή. Od. ι, Ἀνδρ'
ἐπελεύσεσθαι μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκήν. Frequentius tamen
apud eum ἀλκὴ eſt Robur animi, id eſt Animi fortitu-
do, Animi præſtantia, Magnanimitas, Strenuitas: di-
cit enim ſæpe θούριδος ἀλκῆς, interdum & θούριδα ἀλ-
κήν. copulátque nonnunquã ἀλκὴν & σθένος, interdũ μένος
C & ἀλκὴν, vt etiam modo citato hemiſtichio. Ac ipſemet
oſtendere lectori volens (meo iudicio) de vtro robore
intelligat, alicubi addit φρεσί. vt Il. υ, Ἔνθ' Ἀχιλλεὺς Τρώεσσι
θόρε φρεσὶν εἱμένος ἀλκήν, Σμερδαλέα ἰάχων. quòd videlicet
εἱμένον ἀλκὴν dicat etiã eum qui robore corporis inſtru-
ctus eſt. Vtuntur & proſæ ſcriptores hoc nomine. A-
pud Plut. aliquoties reperiuntur copulata ἀλκὴ & δύνα-
μις: & pro virib[9], robore ac præſidio vſurpatur ἀλκὴ ab
eo: item pro ſtrenuitate. Sic Thucyd. ἐς ἀλκὴν τρέπομαι.
Ἀλκὴ, Auxiliũ, Remediũ. Hom. Od. χ, οὐδέ τις ἀλκὴ Γί
D νεται, οὐδὲ φυγή. Heſ. in Ergois, — κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή. Idẽ
in Theog. — κακοῦ δ' οὐ γίνεται ἀλκὴ Ἀνδράσι. Ab Hippocr.
quoque ſæpe vſurpatur pro remedio.
¶ Ἀλξ inuſitatus nominatiuus, cuius genit. ἀλκὸς, dat.
ἀλκὶ, frequens apud Hom. vt Il. ν, aper, & Od. ζ, leo dici-
tur ἀλκὶ πεποιθώς. Alii nõ ſtatuunt hunc nominat. ἀλξ,
ſed ἀλκὶ pro ἀλκῇ ab ἀλκὴ per metaplaſmum deriuant.
C. Ἄναλκις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, Inſtrenuus, Ignauus, cui opponitur
ἄλκιμος. Hom. Od. γ, Ὦ φίλος, οὐ σε ἔολπα κακὸν καὶ ἄναλκιν ἔσε
σθαι. Et Il. ν, -ἐπεὶ οὐδέ με πάμπαν ἀνάλκιδα γείνατο μήτηρ. Et Il.
E ε, γυναῖκας ἀνάλκιδας quæ natura ſunt imbelles, & qua-
rũ nõ faciũt ad fera tela man[9], vt loquitur Naſo. HINC
(vel poti[9] ab Ἀναλκὴς) fit Ἀνάλκεια, Ignauia, Il. ζ, Ἴλιον εἰσ-
ανέβησαν ἀναλκείῃσι δαμέντες. Poſſit autem videri ἄναλκις
ex ἀλξ ἀλκὸς potius quàm ex ἀλκὴ ἀλκῆς deriuatum.
C. Ἑτεραλκὴς, έος, ὁ & ἡ, vt ἑτεραλκὴς νίκη μάχης, apud Hom. Il.
η, Victoria ancipitẽ martẽ habens, & q. d. anceps robur.
Volũt aũt appellatã ἑτεραλκέα victoriã, quia, (vt idẽ alibi
ſcribit) ἐπαμείβεται ἄνδρας. Euſt. vult ἑτεραλκῆ eſſe quæ al-
teri parti ſemper tribuit ἀλκήν. Alibi tradit ἑτεραλκῆ vo-
F catã quæ per vices vni parti, deinde alteri acquirit & cõ
parat ἀλκήν. Affertur & alia expoſitio huius vocis, vt
νίκη ἑτεραλκὴς dicatur ἡ παρὰ ἀλκίμῳ διδομένη. ſed hæc nullo
pacto mihi placet. Apud eundem autem Hom. -ἑτεραλ-
κέα δῆμον ἔχοντες, exponitur ἑτέρῳ μέρει ἀλκὴν διδόντα. B.
intepr. Qui nobis victoriã reſtituat, vel Nos in priſtinas
vires reſtituat. Greg. (vt teſtatur idẽ) ἑτεραλκέα νίκην di-
xit pro Victoriã in alterã partẽ inclinare. ‖ Apud Ni
cand. in 2 verſu Theriacῶn, -λύσιν θ' ἑτεραλκέα κήδευς
ſchol. exponit ἀντιπαθῆ ἀλκὴν τοῦ πόνου, quaſi quæ ex altera
G parte præſidiũ afferat. ‖ Ex Nonno autẽ citatur ἑτεραλ
κέϊ θεσμῷ ſimpliciter pro diuerſo. HINC Ἑτεραλκέως,
aduerb. Ancipiti marte. vt apud Herod. ἑτεραλκέως ἀγω
νιζόμενοι, Ancipiti marte pugnantes, Ita pugnantes vt
nunc hi, nunc illi ſuperiores eſſent.
C. Παναλκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Omnipotens. Παναλκές, ἰσχυρόν, παντο-
δύναμον, Heſ.
Ἀλκήεις, εντος, ὁ, Robuſtus, Fortis, Strenuus, Præditus robo-
re corporis, vel robore animi, id eſt fortitudine. Ἀλκήεις
Μελέαγρος, Apoll. Argon. 1.
H Ἄλκιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, per ι, vt factum à datiuo ἀλκί: at ἀλκήεις
per η, ab ἀλκή. Valet autem ἄλκιμος idem quod proximè
præcedens ἀλκήεις: eſtq; illud quàm hoc vſitatius. Il. λ,
Τρῶες ἄλκιμοι. Il. π, — ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ, καὶ ἀφείλετο νίκην.
Iliad. ε & υ, ἄλκιμον ἦτορ. At Il. χ ἄλκιμον ἔγχος videtur dici
haſta ſtrenua, pro Qua ſtrenuitas exercetur. Licet autẽ

sit ποιητικώτερον hoc nomen, vsurpatur tamen & in prosa. præsertim autem (si bene obseruaui) à Xenophonte, vt Hell. 7, καὶ ἄλκιμοι διετέλεσαν ἐν τῷ πολέμῳ. Eodem libro, τῶν μὲ συμμάχων ἀλκιμώτατοι ὄντες, ἡγοῦντο. ‖ Apud Sophoclem legitur ἀλκίμα in fœminino, pro ἄλκιμος: & quidē Doricè pro ἀλκίμη: in Aiace, Ἀλλά μ' ἁ Διὸς ἀλκίμα θεὸς ὀλέθριον αἰκίζει. Existimo autem hoc tantùm differre ἄλκιμος à proximè præcedente ἀλκήεις, quòd ἄλκιμος rarius quàm ἀλκήεις dicatur homo robustus, intelligendo de corporis viribus.

Ἄλκιμος, nomen proprium hominis, item loci. Vide Eustath. & Plutarchum in Themistocle.

B

C. Ἀλκίμαχος, ου, ὁ & ἡ, Strenuus in pugna, vel Strenuè pugnans. quasi ἀλκὶ μαχόμενος. In Anthol. epigr. ἀλκιμάχας Παλλάδος, strenuæ Palladis. Potest vel à μάχομαι vel à μάχη deduci.

¶ Ἄλκαρ, ρος, τὸ, ab ἀλκὴ, Auxilium, Remedium. Item, Tutamen, Munimentū, Præsidium. Il. λ, ἄλκαρ Ἀχαιῶν, Præsidium Achiuorū. Phocyl. — κέντρα μελίσσαις Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε θεός, id est, aculeos apibus dedit deus, ingenitū tutamen & munimentū, siue præsidiū. Apoll. Arg. 2, — ὑετοῦ ἔμμεναι ἄλκαρ, munimentū aduersus pluuiam. Oppian. Hal. 1, — οὐ πυρὸς ἄλκαρ ὀπωρινοῖο φέρονται, munimen aduersus æstum.

C

¶ Ἄλκω, barytonū: F. ἄλξω. Vel Ἀλκῶ circūflexū, F. ἀλκήσω. nam vtrunque ponitur ab Etymol. qui ex posteriori tamē mauult deducere ἀλαλκῶ. An autem sint in vsu, nō dicit: quòd si reperiatur, significabūt idem quod ἀλαλκῶ, videlicet Auxilior, Propulso aliquod malum à quopiā, Depello malum. Pono autē hoc thema ἄλκω vt ab eo formē sequentia ἄλξις & ἀλκτήρ: quorū deductionem apud nullum reperio, sed quæ alia esse possit quàm hæc ab ἄλκω, non video.

D

Ἄλξις, εως, ἡ, Defensio, apud Pol. l. 5, vt inquit B. Ἀλξέων, πι χῶν, Hesych. Vide Ἔπαλξις.

Ἀλκτήρ, ῆρος, ὁ, Propulsator, Depulsor. A Bud. exponitur & Vindex, Propugnator. Cū genit. Od. ξ & φ, — ὄξυν ἄκοντα κυνῶν ἀλκτῆρα καὶ ἀνδρῶν, propulsatorē canū. i. propulsatorē iniuriæ canū. Sic ἀρῆς ἀλκτῆρα apud eūdē Il. σ, & apud Hesiod. Itē ἀρέως ἀλκτήρ apud eundē Hom. Propulsator cædis, pro Vindex & vltor. ‖ Ἀλκτῆρες, Adminicula ad trāsiliendā fossa (cuius generis sunt hastæ, pali, aliáq; huiusmodi) apud Aristot. Probl. & Gal. Vide Ἀλκτῆρες in indice. HINC Ἀλκτηρία, Exercitium in quo adhibentur ἀλκτῆρες, apud Artemidorum, lib. 1, cap. 59.

E

Ἀλκτήριον, ου, τὸ, Remediū, Auxiliū, Propulsatorium (ad verbum) siue Depulsorium. ἀλκτήρια νούσων, remedia morborum, siue aduersus morbos, apud Nic. in Theriacis.

C. Ἔπαλξις, εως, ἡ, Pinna, Propugnaculū muri. ἔρυμα χάν. videlicet ἐφ' οὗ δεῖ τοῖς ἄνωθεν μαχομένοις τὸ ἀλαλκεῖν, ἤτοι βοηθεῖν. nā ab ἄλκω ἄλξω fit, vt Eust. annotat in hūc ver. Hom. q est 263, Ἀλλ' οἵγε ῥινοῖσι βοῶν φράξαντες ἐπάλξεις. Polit. apud Herodian. πύργοις καὶ ἐπάλξεις alicubi turres & propugnacula, alicubi turres & pinnas vertit: sed frequētius ἐπάλξεις pinnas interpretatus est. Idē & mœnia interpr. quodā loco. Valla apud Th. pinnas interpretatus est. apud quē aliquoties legitur hoc vocabulū: vt lib. 4, ἀπ' οἰκιῶν ἐπάλξεις ἐχουσῶν. Et lib. 3, κατέβαλε γάρ τις τῶν Πλαταιέων ἀντιλαμβανόμενος ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων κεραμίδα, deturbauit enim quidā ex Platæensibus apprehēsam ex pinnis tegulam. Etym. nō illā solùm deductionē affert ab ἄλκω, cui⁹ sit fut. ἄλξω, à quo nomen verbale ἄλξις, deinde ἔπαλξις: sed vult ἔπαλξις posse etiā dici tanquam quæ sit ἐπαλέξησις quædā. ‖ Ἔπαλξις (si eidem credimus) est etiā ἀψὶς, item δικαστήριον τῶν φονικῶν.

F

Ἐπαλξίτης, vt ἐπαλξίτης λίθος, (q. d. Pinnalis lapis) Lapis qui est supra pinnam, Etymol.

¶ Ἀλάλκω, & interdū Ἀλαλκῶ, Depello, Propulso, Arceo. per anadiplasiasmū (id est, reduplicationē de qua Etym.) ex ἄλκω vel ἀλκῶ factū, Il. ψ, Ἀλλὰ κύνας μὲν ἄλαλκε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη, canes arcebat. Il. φ, — Τρώεσσι δ' λοιγὸν ἀλάλκοι, exitiū à Troianis depelleret. ‖ Ex ἀλαλκῶ autem circūflexo reperitur infinitiu⁹ ἀλαλκεῖν, Il. τ, Τῷ μὲν ἐγὼ πειρήσομ' ἀλαλκεῖν ἄγρια φῦλα Μυίας, Depellere ab eo muscas.

G

H

Ἀλαλκτήριον, ου, τὸ, Idem quod ἀλκτήριον: & ab ἀλάλκω factū, vt ἀλκτήριον ab ἄλκω fieri dixi.

A Ἀλαλκομενηὶς, ίδος, ἡ, Auxilians cum robore, & fortiter: ἡ ἀλάλκουσα μετ' μένους, id est βοηθοῦσα. Epithetum Mineruæ apud Homerum, Il. ε, Ἥρη τ' Ἀργείη καὶ Ἀλαλκομενηὶς Ἀθήνη. In quo versu quidam valdè imprudenter ἀλαλκομενηὶς Iunonis quoque epithetum esse dicunt. Etym. certè testatur, apud Homerum esse Mineruæ epithetū, apud alios verò Iunonis etiā: atque adeo reperiri ἀλαλκομενὰς Ζεύς. ‖ Eustath. affert & alias τοῦ ἀλαλκομενηὶς expositiones, vt videlicet sic appelletur ab Alalcomenio monte, aut Alalcomenio heroe. Etymol. post explicationes aliquot ductas ab ἀλάλκω & μένος, subiungit, Vel, Quæ in Alalcomenis Bœotiæ vrbe colitur: vbi & Alalcomenium eius templum: aut Ab Alalcomeneo Bœoto educata.

C. Ἀπαλάλκω, Propulso, Repello, Abigo. cum accus. Od. δ, Μνηστῆρας δ' ἀπάλαλκε κακῶς ὑπερηνορέοντας. Interdū accusatiuo cum genitiuo, vi præpositionis. Il. χ, Ὡς οὐκ ἔσθ' ὃς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκοι.

Ἀ Λ Ε Ξ Ω, vel Ἀλεξέω, ῶ, F. ήσω, Arceo, Depello, Propulso. & interdum, Opitulor, Auxilior. Ex Ἄλκω, interiiciendo ε eius futuro ἄλξω. Quæ formatio mihi videtur esse simplicissima: nec intelligo quî apud Etymol. ἀλκῶ, ἀλξῶ scribatur, deinde ἀλέξω: quum sequatur, Quod ad præsens reductū Attici barytonū faciunt. Ἀλέξω vel ἀλεξῶ (vti dixi) Arceo, Depello, cum accusatiuo. vnde ἀλεξίκακος, ἀλεξιφάρμακον, & alia. Il. ρ, — μέμνωντο γὰρ αἰεὶ Ἀλλήλοις ἀν' ὅμιλον ἀλεξέμεναι πόνον αἰπύν. Il. φ, — ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ, Arceat exitialem diem, vel depellat. Sic & Il. ι. Absolutè autē, Opitulor, Auxilior, Opem fero: vt Il. α, — ἀλεξέμεναι μεμαῶτε. Il. ο, — ἀλέξασθαι μενεαίνων. Itidē ἀλεξῶ: vt Il. ζ, Φαν δέ τιν' ἀθανάτων ἐξ οὐρανοῦ ἀστερόεντος Τρωσὶν ἀλεξήσοντα κατελθέμεν. Vsus est hui⁹ verbi & in prosa, licet rarior. Xen. Pæd. 4, Τούτοις φασὶν ἀνάγκην εἶναι προθύμως ἀλεξεῖν, id est, His opem ferre. Esset autem, sequendo Eustathium, subaudiendus accusatiuus in hoc loco Xenoph. & in Homerico proximè præcedente, & similibus. Is enim ait ἀλεξεῖν, quū absque accusatiuo ponitur, ἀπλῶς siue ἐλλιπῶς poni. Diceret igitur fortassis Eustathius subaudiendum τὸ κακὸν vel τὰ κακά: vt esset, Arcere ab illis malum, vel mala, pro Opitulari illis. Plut. in Lycurgo, ἀλεξοίμεθα πολεμίων ἔφοδον, propulsemus impetum hostium. Apud eundem in Romulo, ἀλέξασθαι λῃστάς. Quem infinitiuum & apud Ionicè scribentes Hippocratem & Herodotum, habes aliquoties: apud Xenoph. quoque, vt Pæd. 1, Τί οὖν ἐστιν ἢ τὸ ἀλέξασθαι δικαιότερον, ἢ τοῖς φίλοις ἀρήγειν κάλλιον; sic & in ἀναβ. 2, πολὺ γὰρ διέφερεν ἐκ τῆς χώρας ὁρμώντας ἀλέξασθαι, ἢ, &c. Quem infinit. quidam non à barytono themate, sed per syncopen factū putauerunt, vt πριάσθαι, atq; alia. Item pro Propulsare. Idem Xen. ἀναβ. 7, ἀλλ' ἐὰν ποιῆτε κακῶς τὴν ἡμετέραν χώραν, ὡς πολεμίους ἀλεξησόμεθα.

Ἀλέξημα, ατος, τὸ, Id quod arcet, Propulsamētum, aut Defensaculū, vno verbo, si hæc Latinè dici posset. Syn. ὁ καυκιῶν τῆς θερινῆς ὥρας ἀλέξημα, i. Æstatis ardorē arcens, vt Bud. interpr. Posset etiā exponi (vt opinor) Remedium aduersus æstatē. Pausi. in Phocicis, καὶ ὕδωρ οὐδὲν τοῖς πολιορκουμένοις ἀλέξημα εἰς δίψαν, Nullū remediū sitis, vel aduersus sitim. aut, Nullum subsidiū ad sitim arcēdam.

Ἀλέξησις, εως, ἡ, Propulsatio, Defensio, Opitulatio. Ἀλέξησις (inquit Hes.) βοήθεια καὶ ἀντίτισις. vbi ἀντίτισις exponitur Retaliatio.

Ἀλεξητήρ, ῆρος, ὁ, Qui arcet, Propulsator, Depulsor. Itē, Defensor, Auxiliator. Il. υ, Ἐσθλὸν ἀλεξητῆρα μάχης Ἀντήνορος υἱόν. Apoll. Arg. 2, λοιμοῦ ἀλεξητῆρα, Pestis depulsorem. Est etiam Defensor, Auxiliator.

Ἀλεξήτειρα, ας, ἡ, Propulsatrix. vel Auxiliatrix. Anth. epigr. lib. 4, — ἀλεξήτειρα τέχνη.

Ἀλεξητήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Defensorius, Propulsatorius, Depulsorius, Remedium præstans, vt ἀλεξητήριος παροιμία, Athen. lib. 15. q. d. Prouerbiū propulsatorium, i. amoliendi siue arcendi mali vim habens. Ἀλεξητήριοι ῥίζαι, Radices remedia præstantes, siue afferentes. Quidam exponunt Radices medicæ.

Ἀλεξητήριον autem substantiuum, Munimen. Quidā Amuletum verterunt: at Budæus munimen & integumentum esse potius q̄ amuletū scribit. nā citatis his

Platonis verbis, καὶ τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν, προβλήματα· τὰ δὲ, πρὸς χειμῶνας καὶ καύματα ἀλεξητήρια, subiûgit. Ex his verbis apparet ἀλεξητήριον magis esse munimen & integumentum, quàm amuletum. Xenophon antias equinas ἀλεξητήρια περὶ τῶν ὀμμάτων appellat, & τὰ ὦτα asini ἀλεξητήρια τῶν ὀφθαλμῶν, propter magnitudinem, vt in homine supercilia. Ἀλεξητήρια enim appellantur arcentia, submouentia, & amolientia. Galen. in x Therap. εἰ μὲν εἰς ταυτὸ συμβαίνοι τά τε τοῦ πυρετοῦ σβεστήρια, καὶ τῆς αἰτίας ἀλεξητήρια. Hactenus Budæus. Ἀλεξητήριον tamen alicubi fortasse non malè interpreteris Amuletum, præsertim vbi pro remedio aduersus venenum seu veneficium ponetur: sed generalior interpretatio fuerit per nomen Remedium. vt apud Nicandrum, — ἀλεξητήρια νούσων, remedia morborum. In hoc autem Theophr. loco, hist. plant. lib. 7, cap. 12, ἀλεξητήριον τῆς δηλήσεως, vel amuletum vel remediû interpreteris licet: quia est additum δηλήσεως. alioqui enim (vti dixi) ἀλεξητήριον generale est, vt remedium: ἀλεξιφάρμακον autem non ita generale, sed (vt ex cõpositione apparet) de iis peculiariter dicitur de quibus & amuletû in propria significatione.

Ἀλέξανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Defensorius. Citatur ex Anthol. epigr. ἀλεξάνδροις χοιράσι, scopulis defensoriis.

Ἀλεξιάρης, ου, ὁ, & fœm. ἀλεξιάρη, ad verbû, Depellẽs imprecationes & diras. Apud Hesiodû, νειὸς ἀλεξιάρη exponitur à scholiastis ἀπελαύνουσα τὰς ἀρὰς, τουτέστι τὰς βλάβας, depellens damna vel noxas, id est, quæ facit vt noxam non patiatur agricola. Etymolog. quoque ἀρὴν exponit βλάβην, addens τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ, id est, damnum seu noxam ex fame. At quidam ἀλεξιάρην exponentes ad verbum, depellentem diras & imprecationes, hanc reddiderunt huius epitheti causam quòd agro multum afferente fructus, agricola in iram, aut blasphemiã (hoc nomen vsurpantes in hac significatione more Gallico potius quàm Græco aut Latino) prorumpere non soleat. Ego verò ἀρὴν malo in hoc nomine cõposito pro βλάβην accipere, quòd reperiam ἀλεξιάρην ῥάμνον dictam à Nicandro quam ἀλεξίκακον Euphorion appellat: in Theriacis, Ἢ καὶ ἀλεξιάρης πόρθοις ἀπαμέργεο ῥάμνου. vt sit ἀλεξιάρη, remediû afferens noxæ, siue mali. Apud Hesych. est ἀλεξιάρης, cum σ in fine (quã si retineamus, masculini gen. esse dicamus necesse est) expositû, ἐπίκουρος, ἀλεξίκακος. Notãdû est autẽ hoc cõpositû, sicut & sequẽtia, fieri à barytono ἀλέξω, non à circunflexo ἀλεξῶ.

C. Ἀλεξιβέλεμνος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt in Anth. epigr. ἀλεξιβέλεμνος χιτών, arcens sagittas, siue depellens, à corpore videlicet.

C. Ἀλεξίκακος, ου, ὁ καὶ ἡ, Depulsor mali seu malorum. Dii ἀποτρόπαιοι dicuntur (inquit in Comm. Budæus) & ἀλεξίκακοι, quasi depulsores malorum & auersores, defensoresque pestium & calamitatum. Lucianus, ὦ ἀλεξίκακε Ἡρακλῆς, καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε, καὶ Διόσκουροι σωτῆρες, O malorû depulsor Hercules, & tristium amolitor Iuppiter. Idem Budæus alio eorundem Comm. loco, ἀλεξίκακοι δαίμονες dicuntur qui diras arcere & amoliri ab antiquis existimabantur, οἱ λύοντες τὰς ἀράς. qui & ἀποτρόπαιοι & ἀποπομπαῖοι dicti, & λύσιοι & φύξιοι. Hactenus Budæus. Notandum est autem ἀλεξίκακον non tantùm dici personã, sed & rẽ: vt ἀλεξίκακα ὀνόματα τῶν ἰδαίων δακτύλων, apud Plutarchum, πῶς ἄν τις αἰσθ. &c. malum auertentia seu diras. Nonnus vocat ὕδατα ἀλεξίκακα, salutares aquas, eas videlicet quibus in regeneratione abluimur.

Ἀλεξικακία, ας, ἡ, Malorum amolitio, siue depulsio.

C. Ἀλεξίμορος, ου, ὁ καὶ ἡ, Depulsor mortis, Auxiliãs aduersus mortem. Soph.

Ἀλεξιφάρμακον, ου, τὸ, Remedium aduersus pharmacum, Amuletum, Remedium aduersus venenum, seu veneficium. Theoph. De hist. pl. lib. 9, cap. 21, ἀλεξιφάρμακα καὶ περίαπτα λεγόμενα. Notandum est autem compositum esse ex ἀλέξω & φάρμακον: quum autem hoc nomen vtranque in partem sumatur, hac in compositione accipi in malum, videlicet pro veneno. Bud. in Annot. poster. in Pandectas, Ἀντιφάρμακα, antidota, quasi venenorum venena. Dicuntur etiam ἀλεξιφάρμακα, quasi venenum amolientia, & vimveneni expultricem habentia, quæ quû ante venenû sumuntur, προφυλακτικὰ etiã appellãtur. Hactenus B. Sed & ipse Nicãder titulû sui libri ἀλεξιφάρμακα exponens, dicit, Ῥεῖά κε τοι ποσίεσσιν ἀλέξια φαρμακόεσσαις αὐδήσαιμι. id est, Facilè tibi potionum venenatarum remedia dixerim. Dicitur item ἀλεξιφάρμακος, ου, ὁ καὶ ἡ, adiectiuè: vt, ἀλεξιφάρμακοι δυνάμεις. Plut. Sympos. dec. 4, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὅταν μιγνύωσι τὰς βασιλικὰς καὶ ἀλεξιφαρμάκοις ἐκείνας δυνάμεις, ἃς θεῶν χεῖρας ὠνόμαζον. id est (interprete Erasmo in prouerbio Deorum manus) Quin multo magis quum regales illas & efficaces variorum remediorum mixturas conficiunt, quas deorum manus appellarunt. ἀλεξιφάρμακος λόγος apud Dioscoridem lib. 7, c. 1, Liber amoliens venena, pro, Tradẽs amoliẽdorû venenorû rationẽ. Eius verba sunt, καὶ ὁ μὲν περὶ τῶν ἰοβόλων, προσαγορευθήσεται θηριακός· ὁ δὲ περὶ τῶν θανασίμων, ἀλεξιφάρμακος. vbi obserua obiter in scripsisse eum λόγον θηριακὸν & ἀλεξιφάρμακον, vt & Nicander suos libros inscripsit θηριακὰ & ἀλεξιφάρμακα.

Ἀλεξιφάρμακον etiam per metaphorã ponitur aliquãdo pro Præsidiû. vt Dem. cõtra Timocratẽ, dicit legem ab eo latã esse ἀλεξιφάρμακον τοῖς ἀδικεῖν βουλομένοις, id est præsidiû cõtra animaduersionẽ legû. & addit ὥσπερ, dicens ὥσπερ ἀλεξιφάρμακον. Hoc etiã animaduertẽdû est, interdû ἀλεξιφάρμακον, licet cõpositû, pro simplici ἀλεξητήριον sumi: vnde dicitur λοιμοῦ ἀλεξιφάρμακον, remedium aduersus pestilentiam.

C. Ἀλεξάνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, (in quo cõposito, sicut & in sequẽte, perditur ι post ξ) Ventos arcens siue depellens. Od. ξ, χλαῖνα ἀλεξάνεμος, ventos arcens, vel adiuuans contra ventos.

C. Ἀλεξήνωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, Æsculapii epithetû apud Aristoph. q. d. Adiuuans viros.

C. Ἀπαλεξέω, ῶ, idẽ quod proximè præcedens ἀπαλάλκω, Propulso, Repello. vnde apud Homerû ἀπαλεξήσαιμι, Il. ω, Ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακὸν, ἀλλά κεν ἄλλον σεῦ ἀπαλεξήσαιμι. Vbi notãdum est, itidem vt ἀπαλάλκω habere accusatiuû vnà cum genitiuo, & quidem vi præpositionis, quasi ἀλεξήσαιμι ἀπὸ σοῦ. Alibi ἀπαλεξεῖν est Opitulari, Auxiliari. ἀπαλεξήσειν (inquit Hesych.) βοηθήσειν. Idẽ ἀπαλέξασθαι exponit ἀποφυλάξασθαι, ex Soph. Sed & nomẽ affert ἀπαλεξίκακον, quod exponit ἀθεράπευτον, id est Insanabile, Immedicabile. quare accipio præpositionẽ ἀπὸ in hoc nomine tanquã priuationis vim habẽtẽ. quasi quis dicat, ἀφ' οὗ δύναται οὐδεὶς ἀλέξασθαι τὸ κακόν.

ἈΛΛΆ, coniunctio aduersatiua, Sed, At, Autẽ, in prima & frequẽtissima significatione: quû videlicet aduerbio οὐ (id est nõ) subiûgitur. vt Xen. in OEc. οὐ γάρ μοι δοκεῖ ὅλον τουτὶ τὸ ἀγαθὸν ἀνθρώπινον εἶναι, ἀλλὰ θεῖον, Non enim mihi videtur totû istud bonû humanû esse, sed diuinû. Idẽ in Apomn. 2, οὐ δουλοπρεπέστεροι ἕνεκα τούτου, ἀλλ' ἐλευθεριώτεροι νομίζονται. Ibidẽ, οὐχ ὅτι ἀδικοῦμαι ὑπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ὅτι νομίζουσιν ἥδιον αὐτοὺς, &c. Non quòd iniuria illos afficiã, sed quòd existiment. Idẽ in Hierone, οὐδὲν τι μᾶλλον τούτου θαρρεῖ, ἀλλὰ φυλάττεται. Interdû verò præcedẽte particula μὴ, æquiualẽte ipsi οὐ, vt apud Dem. μὴ μόνον, sequẽte ἀλλὰ μηδέ. Aliquando præcedẽte μὲν. vt apud Hom. Il. κ, Ὅς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακὸς, ἀλλὰ ποδώκης, Qui deformis quidem erat, sed velox. Ἀλλὰ in medio sententiæ nonnunquã pro Sed etiam, subaudito videlicet καὶ, vt dicetur in ἀλλὰ καί. Itẽ Sed potius exponitur interdû, tanquã esset ἀλλὰ μᾶλλον. vt in hoc Plutarchi loco in Lycurgo, Οὐ πόλεως ἡ Σπάρτη πολιτείαν, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀσκητοῦ καὶ σοφοῦ βίον ἔχουσα. Interdû itidem in medio sententiæ posita redditur ἀλλὰ per Autem, quum videlicet iungitur cum μὴ vel οὐ. Nam ἀλλὰ μὴ & ἀλλ' οὐ vertuntur aliquando Non autem: vt docebitur paulo pòst. Prius autẽ de ἀλλὰ per se posito, id est non habente adnexam aliam particulam in principio sententiæ.

Ἀλλὰ, At, Atqui. Dem. περὶ παραπρ. Ἐὰν μὲν οὖν κατορθοῖ τις, σιωπήσεται· ἐὰν δὲ ἀποτυγχάνῃ, σκήψεις καὶ προφάσεις ἐρεῖ. ἀλλ' οὐ δίκαιον. Sin ei conatus non successerit, hæc atque illa causabitur. Atqui id iniquum est, At id iure fieri nõ potest. Themistius in Physic. 2, Πότερον οὖν ἐν τοῖς ἐξ ἀνάγκης ἡ τύχη; καὶ τίς ἂν εἴποι τὸν ἥλιον ἀπὸ τύχης ἀνατέλλειν; ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπὶ τὸ πλεῖστον; ἀλλ' οὐδεὶς λέγει. Hîc vltimum ἀλλὰ est pro At. vt sit, At nemo dicet. Est enim ἐναντιωματικὸν ἀλλὰ hîc, id est aduersatiuum. Vide Bud. Commentarios.

Ἀλλὰ significans Atenim, positum pro ἀλλὰ γὰρ. Item significans At certè vel Saltem, positum pro ἀλλά γε, vide paulo pòst in ἀλλὰ γὰρ & ἀλλά γε. A

Ἀλλὰ, Imò verò. Demosth. Νὴ Δί', ἀλλ' ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμματα ἕστηκε, At enim ipsæ literæ obscuro quodam loco temeréque positæ sunt. Cui hypophoræ his verbis respondet, Ἀλλ' ὅλης οὔσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως ταυτησί, παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἕστηκεν, Imò verò, quum tota arx ipsa sacra sit, propter Mineruam collocatæ sunt. Bud.

Ἀλλὰ interrogationibus etiam adhibetur, significans An, Vtrum. Demosthenes Pro corona, Τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. Quam tandem ob causam eos euocaretis? Ad pacem? at pax erat omnibus. An ad bellum potius? at ipsi de pace in consilium ibatis. Ita Budæus interpretatur, qui & ἀπορηματικὸν appellat ἀλλὰ in hac significatione. B

Ἀλλὰ exponitur & Quamobrem à nonnullis. Plato De leg. 7, ἀλλ' ὅστις τὸ ζῆν ἡμῖν καὶ τοῦ φρονεῖν μάλιστά ἐστι κηδεμών.

Ἀλλὰ redditur & Nempe, quum est assentientis & approbantis quod dictum est. Plato Politicῶν 2, ἀλλά μοι δοκεῖς, ἔφη, καλῶς λέγειν. Ibidem, λόγῳ παιδεύωμεν τοὺς ἄνδρας. ἀλλὰ χρή, ἔφη, Nepe sic oportet, vel sic decet. Existimo autem esse aut hoc ipsum, aut huiusmodi ἀλλὰ χρὴ, quod Suidas exponit ἔσω. At Hesychius dicit esse pro ἔξεστιν vel ἔσω, Menandrū citās. sed apud eum corruptissimè legitur ἀλλ' ἄχρι pro ἀλλὰ χρὴ, qui tamen error in Lexica Græcol. dimanauit. C

Ἀλλὰ exponitur etiam Tamen, vel Quanquam, in hoc Apollonii loco Argon. 2, — οὐδέ τις ἔτλη Μὴ τὸ λεύκα νίσωδε φορεύμενος, ἀλλ' ἀπὸ τηλοῦ Ἕστηκώς. D

Ἀλλὰ adhortantis aduerbium ait esse Corinthus apud Atticos, citans hoc hemistichium Homeri, Ἀλλ' ἄγε μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα. quod & à Thucydidis scholiaste citatur, volente ἀλλὰ itidem παρακελευστικὸν esse in hoc eius loco, lib. 8, οὐ τὸ ἀπαλλάξειν τἄχαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν, ἀλλὰ τοὺς πεντακισχιλίους ἔργῳ καὶ οὐκ ὀνόματι χρῆσθαι ἀποδεικνύναι. Sed in hoc Thuc. loco nō video quid obstet quominus ἀλλὰ particula sit aduersatiua: licet id nolit scholiastes. Nec verò intelligo quæ sit ista ratio adhortādi per infinitiuū. In illo autē Homerico adhortandi vim habet ἄγε potius quàm ἀλλά. Quòd si admittamus ἀλλὰ hìc esse adhortatiuū, erit & in aliis propèinfinitis locis apud eūdē poetā, in quibus ἀλλ' ἄγε & ἀλλ' ἄγετε itidē cū subiūctiuo vel cū imperatiuo legitur. Ac miror curvnū illū ex multis citauerint Corinthus & Thucydidis scholiastes: ex multis, inquam: quorum paucos hìc proferā. Cum coniunctiuo, Il. χ, Ἀλλ' ἄγε δεῦρο θεοὶ ἐπιφραζώμεθα. Il. ω, & alibi, ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ νῶϊ μεδώμεθα. Il. ψ, Ἀλλ' ἄγε δή οἱ δῶμεν ἀέθλιον. Il. χ, & alibi, Ἀλλ' ἄγε δὴ σκεψώμεθα καὶ ἀλεξώμεσθα μένοντες. Od. ν, Ἀλλ' ἄγε δὴ τὰ χρήματ' ἀριθμήσω καὶ ἴδωμαι. Cum imperatiuo autē, Il. υ, Ἀλλ' ἄγ' ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς ἴτω, μεμάτω δὲ μάχεσθαι. Il. ρ, Ἀλλ' ἄγ' ἀριστῆας Δαναῶν κάλει. Il. ε, & alibi, Ἀλλ' ἄγ' ἐμῶν ὀχέων ἐπιβήσεο. Similiter autem & ἀλλ' ἄγετε passim cum imperatiuo aut coniūctiuo. in quib⁹ omnibus locis eundē videtur habere vsum ἀλλὰ, qualē in eo quē citarūt illi duo. Videndū est autē annō potius τὸ παρακελευστικὸν vis tribuēda sit τῷ ἀλλὰ, quū absque ἄγε imperatiuo iungitur: vt in ἀλλ' ἕπεο, & ἀλλ' ἕπευ, itē ἀλλ' ἔρχευ. quæ verba (sicut & illa ἀλλ' ἕπεο & ἀλλ' ἕπευ) in multorū versuū initiis apud Homerū posita reperiuntur. Quibus tamen in locis cum vi adhortādi, aliā simul videtur habere, sonās, Verū age. vt, ἀλλ' ἔρχευ, Verū age, accedito. E F G

Ἀλλὰ pro δὲ (id est autem) in hoc loco Od. π, Εἰ δ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφανδάνει, ἀλλὰ βούλεσθε Αὐτόν τε ζώειν καὶ ἔχειν πατρώϊα πάντα. Eustath.

Ἀλλὰ pro δὴ sequēte γὰρ, paulo pòst, vt Od. κ, Ὦ φίλοι, οὐ γάρ πω καταδυσόμεθ' ἀχνύμενοί περ Εἰς Ἀΐδαο δόμους, πρὶν μόρσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ· Ἀλλ' ἄγετ', ὄφρ' ἐν νηῒ θοῇ βρῶσίς τε πόσις τε, Μνησόμεθα βρώμης. Sic & paulo pòst, Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν, &c. aliquanto pòst, — ἀλλὰ φραζώμεθα θᾶσσον. Vide Eustathium. H

Ἀλλὰ superuacaneum in principio sententiæ: vt Iliadis ψ, Ἀλλ' ὃς μέν θ' ἵπποισι καὶ ἅρμασιν οἷσι πεποιθὼς, Eust.

Ἀλλὰ καὶ, Sed etiam, Verumetiam, præcedente οὐ μόνον, vel μὴ μόνον, vel οὐχ ὅτι: vt, οὐ μόνον ἐπέραξεν, ἀλλὰ καὶ ἔγραψεν. Theophrastus, οὐχ ὅτι ἀνέφυ ἄν, ἀλλὰ καὶ ηὐξήσεται καὶ καλλίους ἐποίησε. Hìc enim οὐχ ὅτι idem valet quod οὐ μόνον. Sæpe autem ἀλλὰ & quū est solū, interpretamur Sed etiam, videlicet subaudientes καὶ post eam. Isocr. in Areopagitica, οἵ τε τὰς οὐσίας ἔχοντες. οὐχ ὅπως ὑπερεώρων τοὺς καταδεέστερον πράττοντας, ἀλλ' ἐπήμυνον ταῖς ἐνδείαις, Non solùm non contemnebant eos qui ad inopiam redacti erant, sed etiam eorum inopiæ succurrebant. Demosthenes, οὐχ ὅπως χάριν ἔχεις αὐτοῖς, ἀλλὰ μισθώσας σαυτὸν κατὰ τουτωνὶ πολιτεύῃ. Sic & apud Latinos Sed, pro Sed etiā vsurpatur nonnunquam. Potest verò hoc genus dicendi aliter quàm per Sed etiam exponi. Verbi gratia si illum Isocratis locum sic vertamus, Tantum abest vt eos contemnerent, vt etiam illorum inopiæ subuenirent. At in quibusdā locis ita verti nequit, qualis est hic Plutarchi in Romulo, οὐκ ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθεν, Non solùm periculum adiit, sed etiam passus est. Nisi quis malit ἀλλὰ hìc interpretari Sed potius. Reperitur verò & post οὐ μόνον, ἀλλὰ pro ἀλλὰ καί.

Ἀλλὰ καὶ, in principio orationis, Quinetiā. Xenoph. ἀπομν. 2, ἀλλὰ καὶ καμνόντων φίλων τε καὶ οἰκετῶν ὁρᾶν τινας ἔφη, τοὺς μὲν οἰκέτας, &c.

Ἀλλὰ δὴ καὶ, Atque etiam, Quinimo: vt ait Budæus, citans hunc locum Libanii, ἀπιέναι ὅποι ἂν βούλωμαι, ἀλλὰ καὶ δὴ καὶ πρὸς πολεμίους.

Ἀλλὰ γὰρ, Sed enim, At enim. Demosthenes Pro corona, ἀλλὰ γὰρ παρεὶς ὧν τὴν πενίαν αἰτιάσαιτ' ἄν τις, Sed enim omissis quorum, &c. Aut, Verumenimuero iis omissis. Nonnunquam inter ἀλλὰ & γὰρ intercedit vocabulum vnum, aut duo. Plato in Apologia, ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπίσταμαι: & in Protagora, ἀλλ' οὐ γὰρ δύναμαι, At enim nequeo. Aristophanes, ἀλλ' οὐκ ἐθέλει γὰρ μανθάνειν. Nōnunquam in principio anthypophoræ ponitur, id est responsionis ad obiectionem, vt annotat Budæus. Andocides contra Alcibiadem. ἀλλὰ γὰρ ἴσως μετὰ μικρᾶς διαβολῆς ἢ φαύλων κατηγόρων ἐκινδύνευον, ἀλλ' οὔ, &c. At enim ego fortasse in iudicium tractus eram leuis criminis, aut, &c.

Ἀλλὰ γὰρ habet etiam interdum notam interrogationis. Plato Politicῶν 12, ἀλλὰ γὰρ, φήσει τις, οὐ ῥᾴδιον λανθάνειν κακὸν ὄντα; οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν, &c. ¶ Notandum est autem, vt καὶ post ἀλλὰ subaudiri nonnunquam diximus, sic & γὰρ interdum subaudiri: aut (si quis mauult) vt ἀλλὰ pro ἀλλὰ καὶ, sic & ἀλλὰ pro ἀλλὰ γὰρ aliquando vsurpari. Lucian⁹, ἀλλὰ κακοῦργοί τινες (φῄς) εἰσὶν ἐν αὐτοῖς. Atenim improbi quidam (inquis) sunt inter eos. Et vt Latinos quoque Sed pro Sed etiam ponere diximus, itidem At pro Atenim aliquando accipere sciendum est.

Ἀλλὰ δὴ, pro ἀλλὰ γὰρ, Atenim, in interrogatione. Plato Politicῶν 2, ἀλλὰ δὴ θεοὺς οὔτε λανθάνειν, οὔτε βιάζεσθαι δυνατόν;

Ἀλλά τοι, ἀλλὰ μὴν, At verò, Atqui, Enimuero. Plato Pol. 6, ἀλλά τοι, ἦ δ' ὅς, οὐ τὰ ἐλάχιστα ἂν διαπραξάμενος ἀπαλλάξαιτο, At verò (inquit ille) qui ita perfunctus fuerit vita, maximum quid peregerit & confecerit. vt Budæus interpretatur.

Ἀλλὰ μὴν, At verò, etiam in consequentia orationis. Idem Pol. 2, ἀλλὰ μὴν οἶμαι καὶ τοῦτο δῆλον, ὡς ἐάν τις τινὸς παρῇ ἔργου καιρὸν, διόλλυται, At verò etiam illud notum est.

Ἀλλὰ μὴν, Atqui, siue At verò, in assumptione. Lucianus, Εἰ γάρ εἰσι βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί. ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί· εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί, id est, Si enim sunt aræ, sunt etiam dii. Atqui sunt aræ: sunt ergo etiam dii.

Ἀλλὰ μὴν, item pro Enimuero, in principio orationis. Nonnūquam etiam interpositis inter ἀλλὰ & μὴν duobus tribúsue vocabulis: vt apud Plat. in epist. ἀλλὰ ποῖόν τι μὴν τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἐρώτημα;

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ, Neque verò, Sed neque. Xen. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ γνωσθῆναι γε. Sic Gaza ex Cicerone, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ποθητός γε, Sed ne desideratio quidem. Bud.

Ἀλλὰ μέντοι, Atqui exponitur in hoc Plat. de Rep. loco, ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγὼ, Σιμωνίδῃ γε οὐ ῥᾴδιον ἀπιστεῖν.

τοῦτο μὲν τοι ὅ,τι ποτὲ λέγει ἀγνοῶ.

Ἀλλά γε,ἀλλ' οὖν γε, At certè, Saltem. Item, Sed tamē. Gregorius, Καὶ εἰ μὴ μετρίως,ἀλλ' ἀμυδρῶς γε, At certè exiliter, vel Saltem exiliter. Gal. ad Glauconem, εἰ δὲ μὴ οἷόν τε περὶ τὴν ὑμετέραν τὴν προτέραν, ἀλλά τῇ δευτέρᾳ γε πιθανωτέραν ἐξευρεῖν τὴν ἰδέαν τοῦ πυρετοῦ. Aristot. De mundo, εἰ καὶ μὴ δι' ἀκριβείας, ἀλλ' οὖν γε ὡς εἰς τυπώδη μάθησιν λέγει. Isocrates, εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις ὑπερέχουσι, Si nulla alia re melior est eorum conditio, at eo certè quòd bona spe fruuntur. Apud Demosth. περὶ παραπρ. Budæus ἀλλ' οὖν γε pro ὅμως (id est tamen) vel potius pro ἀλλ' ὅμως, id est sed tamen: hoc loco, διδάσκων δ' ὁ πατὴρ γράμματα, ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἀκούω, πρὸς τῷ τοῦ ἥρωος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως ἠδύνατο, ἀλλ' οὖν ἐν ταύτῃ γε ἔζη, Vt poterat quidem, sed tamē in hac vrbe viuebat. ‖ Vt autem ἀλλὰ pro ἀλλὰ καὶ & pro ἀλλὰ γε, sic & pro ἀλλά γε positum nonnunquam reperitur, id est At certè, Saltem. Aristot. καὶ εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ φυλάς. Et vt Latinos vsurpare Sed pro Sed etiam, & At pro Atenim (vt Græcos ἀλλὰ pro ἀλλὰ καὶ & ἀλλὰ γὰρ) dictum est: sic etiam hîc At ab iis pro At
C certè poni dicimus, quemadmodum ἀλλὰ pro ἀλλά γε Græci ponūt. Talis autem vsus harum Latinarum vocum exempla paternus Thesaurus linguæ Latinæ tibi subministrabit.

Ἀλλ' ὅμως, Sed tamen, Attamen. Apud Demosth. idētidem pro At nihilominus, Et tamen, Nec minus tamen. & pro eodem, ὅμως δ' οὖν.

Ἀλλὰ νὴ Δία, in anthypophora pro ἀλλὰ γὰρ ἴσως, At fortasse, Atenim fortasse, vel Sed scilicet. Demosthenes πρὸς Λεπτίνην, Ἀλλὰ νὴ Δία ἐκεῖνο ἂν ἴσως εἴποι πρὸς ταῦτα, ὅτι διὰ τὸ ῥαδίως ἐξαπατᾶσθαι τὸν δῆμον, διὰ τοῦτο ἔθηκε τὸν νόμον.
D Id est, Sed scilicet hoc dicturus est. Vel, At fortasse ad hæc ipse obiecturus est. Pro eodem dicitur νὴ Δί' ἀλλὰ, posita in fine particula ἀλλά. Demosthenes, νὴ Δί' ἀλλ' ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμματα ἔστηκε, Atenim ipsæ literæ obscuro quodam loco temereque positæ sunt. Cui hypophoræ his verbis respondet, ἀλλ' ὅλως οὔσης, &c. Bud. Vide paulo antè in ἀλλὰ pro Imò verò.

Ἀλλ' ἤ, Nisi, Præterquam. Plato De rep. 1, οὐδὲν ἐθέλοντες ἐπαινεῖν, ἀλλ' ἢ τὸν πλοῦτον, Nihil volentes laudare, ni-
E si diuitias, vel Præter diuitias aut Præterquā diuitias. Aristoteles, γνῶναι δὲ οὐ ῥᾴδιον τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸν ἄνδρα ἀλλ' ἢ τοῖς ἐντός. Idem Ethic. 5, οὐκ ἀδικεῖν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, Non facit iniuriam nisi per accidens. Item post ἄλλος. Xenophon, τίνες ἄλλοι αὐτοῖς καταλείπονται χρῆσθαι ἀλλ' ἢ ἄδικοί τε καὶ ἀκρατεῖς; Plato in Apolog. ἵνα ἄλλον λόγον ἔχωσι βοηθοῦντα ἐμοὶ ἀλλ' ἢ τὸν ὀρθόν καὶ δίκαιον; Lucianus autem sine ἀλλὰ scribens, οὐδὲν γὰρ ἄλλ' ἢ ἱεροσυλία τὸ πρᾶγμα δοκεῖ, Nihil aliud quàm. Sic & Isocrates, δόξαν καλὴν οὐχ οἷόν τε ἄλλ' ἢ τοῖς διενεγκοῦσι κτήσασθαι. pro ἄλλως
F οὐχ οἷόν τε ἀλλ' ἤ, &c. Dicitur pro eodem πλὴν ἀλλ' ἤ. ‖ Suidas ἀλλ' ἢ ait non solùm pro εἰ μὴ (id est nisi) sed & pro ἢ simpliciter poni: item nonnunquam pro ἀλλ' ἄρα, & interdum pro ἄρα simpliciter, vt apud Platonē, ἀλλ' ἢ τὸ λεγόμενον κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν καὶ ὑστεροῦμεν. Hæc ille. Videndum est autem annon & huic Aristotelis loco, lib. 8 De animalibus, conuenire possit hæc expositio, ἀλλ' ἢ ὅτι λέγεται μόνον, οὐκ ἀληθὲς δὲ φαίνεται. vt sit, Certè quidem sic fertur vulgò, sed verum esse non videtur. Vel simpliciter, Fertur quidem, sed. Quanquam
G sic interpretando, non tam esset pro ἄρα quàm pro μέν. Cæterum sciendum est, in illo Platonis loco vbi Suidas legit ἀλλ' ἢ in nostris exemplaribus haberi ἀλλ' ἦ cū ἦ circumflexo. Vnde Budæus interrogatiuum esse dicit, exponens ita locum, Sed nunquid transacto die festo venimus?

Ἀλλ' ἦ interrogatiuū apud Plat. vbi tamen Suidas legit ἀλλ' ἤ: vide in proximè præcedente annotatione.

Ἀλλ' εἴπερ, eodem modo quo ἀλλ' ἤ, exponitur Nisi. Vide in εἴπερ.

Ἀλλ' ὅτι, Nisi quòd. Synesius, ὁ δὲ πρὸς πόδας ἐποίει τὸν κίνδυνον, οὐχ ἕτερον ὢν ἀλλ' ὅτι πᾶσιν ἰσίοις ἡ ναῦς ἔφερετο. Non aliud erat nisi quòd. vel, quàm quòd. Bud. in C.

Ἀλλὰ μὴν, interrogatiuum est pro Nunquid igitur? Sed nunquid? Idem quod ἆρα μή. Xenoph in 4 ἀπομν.

A Ἀλλὰ μὴν ἴσασί γε ψεύδεσθαι βουλόμενος; ἔφη. Οὔκουν ἔγωγε, ἔφ. Ἀλλὰ μὴν γιγνωμένης ἐπιθυμεῖς, ἔφη, ψεύδεσθαι ἀγαθός; Hæc Budæus. ‖ Ἀλλὰ μὴν absque interrogatione positum, Non autem. Isocr. τῶν σπουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῶν φαύλων, proborum, non autem improborum. Plato in Apologia, ἰδιωτεύειν, ἀλλὰ μὴ δημοσιεύειν. Idem Pol. 2, δικαιοσύνην παρὰν ἐθέλειν, ἀλλὰ μὴ γελᾶν ἐπαινουμένης ἀκούοντα.

Ἀλλ' ἄρα, inquit Budæus, idem ferè quod ἀλλὰ μὴ significat. Plato De leg. 10, ἀλλ' ἄρα ποῖ προσφερεῖς τῶν ἀρχόντων, ἤ τινες τούτοις ἂν &c. Vtrū tandē similes sunt, &c.
B Ἀλλ' οὐ itidem & ἀλλ' οὐχὶ interrogatiuè ponuntur pro Nonne, Annon. Lucianus, ἀλλ' οὐχὶ σὺ τοιοῦτος; οὐκ ἂν ἐξαρνος γένοιο; Annon tu talis? certè quidem tute ipse nō negabis. Demosthenes, ἀλλ' οὐκ αὐτίκ' ἀληθῶς εἶπεν; Imò verò nónne statim hoc dicerent? B. ‖ Ἀλλ' οὐκ sine interrogatione, pro Non etiam, vel Non item. & pro Non autem, vel Non potius, vt ἀλλὰ μή. Gregorius, ἀλλ' οὐχ ὁ μακάριος ἐκεῖνος, Non etiam sic fecit beatus ille vir. Idem, οὐ γὰρ ἐγγυητὴς ὅτι μὲν ἔμει τὴν θεραπείαν τὸ τέλος, ἀλλ' οὐκ ὀφείλοντας ἡμᾶς τὸ κριτήριον ὑποδέχεται. pro Non autē, vel Non potius. Bud.

ἈΛΛΑ͂Σ, ᾶντος, ὁ, (ex ἀλλᾶς ἀλλᾶντος per crasin factū, vnde vbiq; circūflexū retinet) Farciminis genus, Lucanica, secūdū quosdā, seu Botulus, aut Botellus, ex Martiale. Tucetum alii vertunt. Budæus ἀλλᾶντας vult esse exta & intestina bubula & veruecina. Apud Athenæum lib. 14, σεμνὸς ἀλλᾶντος τόμος. Apud Aristophanem in Equitibus ὁ ἀλλαντοπώλης ait, τί μ' ὦ 'γαθ' οὐ πλύνειν ἐᾷς τὰς κοιλίας, πωλεῖν τε τοὺς ἀλλᾶντας; Fiebat autē ἀλλᾶς (vt in schol. Græcis legitur) ex carnib⁹ & farina subacta, quæ in φύσκην (id est intestinum crassum) coniiciebatur. Sic autem nos *andouille* pro farcimine dicimus, ex Græco ἀλλᾶντος (vt opinor) mutuati, inuersis syllabis, q. d ἀντόλλα, pronuntiando etiam τ per δ. Vnde satis apparet dici rectius *andouille* (vt Parisiis pronuntiamus) quàm *endouille*. ‖ Ἀλλᾶς videtur & pro ἔντερον generaliter accipi, ex Suida, qui postquam ἔντερον exposuit, hunc affert ex incerti nominis autore locū, αὐτὸ τοῦτο πρῶτον ἔστησαν τῶν στρατηγῶν σημεῖον, ἀλλᾶντας τε αὐτοῖς ἀποκρεμάσαντες τοῖς πολεμίοις σὺν γέλωτι ἐπετώθαζον. Obseruandum est autem apud Suidam ἀλλᾶς scriptum esse non ἀλλᾶς, & ἀλλᾶντας: quū circumflecti debeat, si sequamur eos qui ex ἀλλάεις per crasin factum voluerūt: quæ fuit & Herodiani sententia, vt refert Eustathius, p. 300.

C. Ἀλλαντοποιέω, ῶ, F. ήσω. Lucanicas vel farcimina facio. ‖ Vnde ἀλλαντοποιός, Qui facit lucanicas, Lucanicarius, Tucetarius, Fartor.

C. Ἀλλαντοπωλέω, Farcimina vel lucanicas vendo, Lucanicarum sum venditor, apud Aristophanem. Ex ἀλλᾶς & πωλέω.

F Ἀλλαντοπώλης, ου, ὁ, Lucanicarum venditor vel farciminum. A Budæo exponitur Fartor, & Qui exta & intestina bubula & veruecina vendit. ‖ Capitur ἀλλαντοπώλης prouili etiam & contempto atque abiectæ sortis homine: cuiusmodi metaphora etiam in nostrate lingua habetur.

ἍΛΛΟΜΑΙ, F. ἁλοῦμαι, Salio, Salto. Xenophon De eq. arte, ἀλλ' ἐὰν ἴδῃ μόνον ὅτι πεδῶν τινα ἐπελθόντα, ἅλλεται. Idem, κἂν εἰς πῦρ ἅλλοιτο, Vel in ignē saliat, aut insiliat. Sic & apud Lucianum. Videtur autē
G huic dicto subesse prouerbialis figura, cuius tamen Erasmus non meminit, si bene memini. Arist. in Nubibus, ψύλλ' ἂν ὁπόσους ἅλλοιτο τοὺς αὑτῆς πόδας, Pulex quot pedes suos saltaret, id est, saltando emetiretur. Ἆλτο apud Homerum sæpe pro Saliit, ex ἄλατο (pro ἥλατο, ex ἡλάμην) factum per syncopen. Quanuis autem ἅλλομαι aspiretur, tamen ἆλτο tenuatur ob sequens τ, vt docet Eustathius. ἆλτο ἐπὶ, cū accusatiuo, pro Insiluit, apud Homerum. ἆλτο κατ' cum genitiuo, pro Desiliit, apud eundem. & ἆλτο χαμᾶζε, in terrā desiliit, vel prosiliit, apud eūdē.

H Ἅλμα, τος, τὸ, Saltus. Odyss. θ, Ἅλματα δ' Ἀμφίαλος πάντων προφερέστερος ἦεν, saltibus omnes antecellebat. ‖ Ἅλμα apud Hippocratem, Primus motus, vel prima agitatio fœtus in vtero, vt ait Hesychius. Talem autem agitationē & verbo σκαρίζειν ab eo significari quidam tradunt.

p.iii.

Ἄλμα, pro ἅλσος, Etymolog. Vide ἄλσος. ‖ Ἄλμα item κλάδος, apud Æoles, id est ramus, vt ait idem Etymologicus, vel potius Orion apud eum: in vtraque significatione ἅλμα ab ἅλλω deducens: vnde & cum leni scribitur illic ἄλμα. A

Ἅλσις, εως, ἡ, Saltatio, Saltus. Item Palpitatio. Aristot. De animal. 3, cap. 33, μόριον τὸ τῆς ἅλσεως κύριον. Sic exponitur à Gaza ἅλσις τῆς καρδίας hoc in loco, τὸ δὲ πρὸς τὴν ἅλσιν ἐστὶ τὸν πνεύμονα τῆς καρδίας, οὐκ εἴρηται καλῶς. ‖ Itē in lex. Græcis Ἅλσις exponitur αὔξησις, id est Augmentum, Incrementum, itidem ab ἅλλω deriuando: vnde & ἄλσος dixi Orionem deriuare apud Etym. B

Ἁλτικὸς, ἡ, ὁ, Saltatorius, Ad saltationem siue ad saltum pertinens: vt ἁλτικὴ ὄρχησις, Saltatorium tripudium, id est, Tripudium saltationem coniunctam habens. ἁλτικὰ μόρια, Plut. in Numa, ad verbum, Partes saltatoriæ, id est (vt quidam exponunt) partes quarum enixu saliunt. ‖ Ἁλτικὸς homo, Ad saltationem habilis, Saltationi aptus, Exercitatus ad saltus. Xen. Pæd. 8, καὶ γὰρ οὐδ᾽ ὅπως ἴσως ἁλτικὸς εἰμί. Exponitur & Saltator: vt δρομικὸς, Cursor, pro δρομεύς. Et inter palæstras erant δρομεῖς & ἁλτικοὶ, sicut δισκοβόλοι, & πύκται. C

C. ἈΝάλλομαι, Assilio, vel Insilio, & quasi dicas Supersilio (non Desilio, vt in vulg. lex.) Xen. De arte equestri, δεδιδαγμένοι τείχη ὑπεραίρειν, καὶ ἐπ᾽ ὄχθους ἀνάλλεσθαι. Bud. exponit Assilire. Sic dicitur & ἀνάλλεσθαι ἐφ᾽ ἵππον. Huic opponitur καθάλλεσθαι, de quo infra.

C. ἈΦάλλομαι, Desilio, Ex vno loco in alium salio. Item, Resilio. Aristoph. ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Σωκράτους ἀφήλατο. ET Ἄφαλσις, Resultatio, citatur ex Aristot. Probl. ET Ἄφαλτος, Resiliens, ἀναπηδῶν, apud Hesych. D

C. ΔΙάλλομαι. Transilio. In vulg. lex. tamen Salio. Ἐξάλλεσθαι (inquit Bud.) Xenophonti ἐκπηδᾶν, vt διάλλεσθαι, ἀνάλλεσθαι. Ego pro διαπηδῶ, (id est Transilio) inuenio apud illum pag. 551.

C. ἘΝάλλομαι, Insilio. Apud Gregorium λὰξ ἐνάλλεσθαι est Calcibus infestis aliquem petere & ferire, Pedibus conculcare. quod præter plagā, etiam contumeliosum est, inquit Bud. ex illo afferens, παίων τῆς δημοσίᾳ καὶ λὰξ ἐναλλόμενος. Apud Aristoph. Vespis exponitur etiam Exilire. ‖ Metaphorica autem signif. dixit Synesius ἐνάλλεσθαι τοῖς νόμοις, quod ad verbum respondet Lat. verbis, Insultare legibus: epist. 3, τούτων οὖν εὐθὺς ἀπηγοκέναι προσήκει τῶν ἐναλλομένων τοῖς νόμοις. E

C. ἘΞάλλομαι, Desilio, Exilio. Suidas ἐξαλλομένους exponit ἀνασκιρτῶντας in hoc Iosephi loco, οὐκ ἀξίους εἶναι σωτηρίας τοὺς φλεγομένης δι᾽ αὐτοὺς τῆς πατρίδος ἐξαλλομένους. Quæ Suidæ expositio minimè mihi probatur: qui puto hunc esse istorum verborum sensum, Indignos esse salute eos qui exiliūt patria (seu è patria) conflagrāte propter eos. Et ita ἐξαλλομένους fuerit potius ἀποσκιρτῶντας. HINC Ἔξαλμα (q.d. Exultio siue Desultio) Eruptio, vt exponitur in hoc Naz. loco, ἐν ἐξάλματι τῆς λαμπρότητος. F

Ἐξάλμενος pro ἐξαλλόμενος, per syncopen, Exiliens, Erūpens. Il. ο, Εἴ τινά που Τρώων ἐξάλμενος ἄνδρα βάλοισθα. Citatur & ex Apollonio lib. 2, Argon. cum genitiuo. Sic dicitur ἐπάλμενος, quod vide in proximè sequente Ἐφάλλομαι.

C. ἘΦάλλομαι, Insilio, Supersilio. Item, Irruo. Dicitur cum accusatiuo, ἐφάλλεσθαι ἵππον, pro ἅλλεσθαι ἐφ᾽ ἵππον. Et Ἐφαλάμενος, aor. 1 medius, Qui insiluit. G

Ἐπάλμενος, apud poetas pro ἐφαλλόμενος, Insiliēs, Irruēs, per syncopē (vt de ἐξάλμενος modò dixi) Hom. Od. ξ, — ἐπάλμενος ἔγχεϊ ὀξυόεντι. HINC & Κατεπάλμενος, quod itidem insiliens exponitur in hoc Apoll. loco, Arg. lib. 2, νηὸς ὑπὲρ πάσης κατεπάλμενον. SED & Ἀνέπαλτο inter hæc referendum esse videtur (licet Etymol. velit esse à πάλλομαι, pro ἀνεπάλλετο.) quod Il. Ψ, v. 85, de equo dicitur, Αλγήσας δ᾽ ἀνέπαλτο, βέλος δ᾽ εἰς ἐγκέφαλον δῦ. Vbi Eustath. ἀνέπαλτο exponit ὀρθὸς ἔστη, item ἀνεπήδησε. Pro me autem facere, & Etymologisten mecum refellere videtur participiū Ἀνεπάλμενος, quod apud Apollonium legitur, ἐκ δονάκων ἀνεπάλμενος. nā hoc à πάλλομαι nullo modo deduci queat. IDEM & de Ἐξέπαλτο dicendū fuerit quod de ἀνέπαλτο dixi. Exponit autē ἐξέπαλτο Hesychius ἐξεπήδησεν. HIS addā & Μετάλμενος, quod H

ab Hesychio exponitur ἐφαλλόμενος. Ionicè porrò mutatur in his aspirata in tenuem.

C. ἘΣάλλομαι, Insilio: vt ἐσήλατο πυρὸς κρατῆρας, in Anthologia epigr. Insiliit in crateras ignis. Dicitur & ἔσαλτο per syncopen à poetis.

C. ΚΑΘάλλομαι, Desilio, καταπηδῶ, oppositum τῷ ἀνάλλομαι. Xen. ἀπ᾽ ὄχθους ἀνορούειν, ἀπ᾽ ὄχθων καθάλλεσθαι. Idem, ἔστιν ὅτε διαπηδᾶν, ἔστι δ᾽ ὅπου καθάλλεσθαι.

C. ΥΠΕΡάλλομαι, Supersilio, Transilio, Vltra salio. Aristot. De animal. lib. 9. Et ὑπεράλμενος per syncopen apud poetas pro ὑπεραλλόμενος, vt de ἐξάλμενος & ἐπάλμενος dictum est.

¶ Ἐφιάλτης, siue Ἐπιάλτης (quod posterius, licet minus vsitatum, magis rationi consentaneam formationem habet, vt sit ἐπιάλτης tanquam ab ἐπιάλλομαι, vnde ἐπιαλλόμενος, pro quo à poetis dicitur & ἐπιάλμενος per syncopen. At verò ab ἐφάλλομαι esset potius ἐφάλτης quàm ἐφιάλτης) q.d. Insultor, seu Insultator. Incubum tamen potius nónulli & Incubonem vocant. Est autē quoddam malum quo correpti inuadi se ab aliquo & magno pondere opprimi, atque adeo suffocari imaginantur. vnde & πνιγάλιωνα Themison eum appellauit, seu πνιγαλίωνα, vt alii referunt: quod mihi magis placet. Quidam (inquit Gorræus) dæmonem esse putauerunt, aut externā quādā vim quæ dormiētes inuaderet & pondere suo oppressos grauaret: quum contrà mali huius causa sit crassus & frigidus vapor (vt tradidit Posidonius) ventriculos cerebri implens, & prohibens spiritus animales per neruos ferri. Per somnum duntaxat contingit, eóque laborantes in ipsa accessione patiuntur eadem quæ & apoplexia correpti, sed tamen mitiora. Quia enim vapor in causa est, non in totum opplentur ventriculi cerebri, nec tam difficulter excitantur qui eo laborant. Manent tamen aliquandiu immobiles: deinde verò multo labore & conatu tenuato discussóque spiritu, & meatibus obstructione solutis, derepente è somno excitantur. Læditur illis imaginatio potissimùm: ex quo verisimile est morbum in priori ventriculo præcipuè consistere. Ex his intelligi potest incubi differentia ab apoplexia & epilepsia. Præludium tamen eorum morborum est, atque etiam insaniæ. Diuturnior enim & frequenter repetens, crudo humore in ventriculis cerebri paulatim cumulato, in eos facilè degenerat. Præcedunt incubum suffocatio, vocis amissio, grauitas & immobilitas: & hæc rursus crapulæ & cruditates, ex quibus crassus ille frigidusque vapor suscitatur. Proinde quidam morbum hunc rectè quidem sed imperfectè definierunt, τὴν εἰς κεφαλὴν ἀνατρέχουσαν ἀναθυμίασιν ἐξ ἀδηφαγίας καὶ ἀπεψίας, id est, vaporum in caput discursum, ex nimio cibo & cruditate. Hactenus Gorræus. Hoc malum describit Lucretius lib. 4, Tollunt clamorem quasi si iugulentur ibidem: Multi depugnant, &c. Existimatur autem & Virgilius huc respexisse Æneid. 12, vbi canit, Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit Nocte quies, nequicquam auidos extendere cursus Velle videmur, &c. Vide & Macrob. lib. 1 in Somn. Scip. Cæterùm pro eo quod à Dioscoride dicitur ἐφιαλτῶν πνιγμοὶ de herba Pæonia loquente, Plinium vno in loco, Faunorum in in quiete ludibria, in altero suppressiones nocturnas dixisse, quidam annotarunt. HINC Ἐφιαλτία vel Ἐφιάλτιον dicta herba Pæonia quòd aduersus ἐφιάλτην valeat.

ἌΛΛΟΣ, ου, ὁ, Alius. ἄλλη, ἄλλη, ἄλλο: alius, alia, aliud. Il. ζ, Ζεὺς, ἄλλοι τε θεοὶ, Iupiter, aliique dii. Od. ξ, Ἄλλος γάρ τ᾽ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις, Alius enim aliis delectatur studiis. Od. ι, — ἄλλην ὁδὸν, ἄλλα κέλευθα ἤλθομεν. In Bœotia, Ἄλλη δ᾽ ἄλλων γλῶσσα πολυσπερέων ἀνθρώπων. Xenoph. Hellen. 6, ἄλλος ἄλλη διαπραχθέντες. Il. π, ἄλλος Ἀχαιῶν, Alius Achiuorum, vel ex Achiuis. Demosth. contra Midiam, τῶν δ᾽ ἄλλων ἡμῶν ἕκαστος. Idem pro corona, ὥσθ᾽ ἅμα μὴ τοῖνυν τοῖς ἄλλοις ἔργ᾽ ὁρᾶν πᾶσιν ἀνθρώποις. ‖ Et cum τις, ὅς ἄλλος, Quispiam alius: vt Xenophon Pæd. 3, ἐγὼ δὲ δώσω ὅσον τις καὶ ἄλλος πλεῖστον δὴ ποτε ἔδωκε. Sæpe εἰ præcedente, εἴ τις ἄλλος, Siquis alius, Si quisquam alius. vt φρόνιμος, εἴ τις ἄλλος, Prudēs, si quisquam

alius. Interdum præcedit εἴτις ἄλλος: vt apud Aristophanem, εἴ τις ἄλλος, μακάριος, Beatus, si quisquam alius. vel, siquis alius. Apud Isocratem, ὡς οὐκ οἶδ' εἴτις ἄλλος πώποθ' ἕτερον, Haud scio an quisquam alius. Dicitur autem interdū & ἄλλος τις & ἄλλος ὁστισοῦν, pro Quiuis alius, vel quilibet. Sic ἄλλο ὁποιοῦν, Aliud quiduis, apud Demosthenē. ‖ Ἄλλος παρ' ἐμέ, vel Ἄλλος ἢ ἐγώ, vel Ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ. pro Alius à me, Alius quàm ego. Soph. Οὐκ αὔτις αὐτ' ἐμοῦ ... Xen. Pæd. 3, ... Et in interrogatione autem τί ἄλλο ἤ vel ἄλλο τί ἤ, Quid aliud quàm: vt dicetur paulo pòst in Ἄλλο τι aduerbio. Hoc autē genus loquendi, οὐδὲν ἄλλο ἤ, absque interrogatione, efferunt & aliter. Plato in Timæo, δι' ἄλλο μὲν οὐδέν, διὰ δὲ τὸ χαλεπὸν εἶναι, pro δι' ἄλλο οὐδὲν ἢ διὰ τὸ χαλ. &c. Propter aliud nihil, quàm, &c. Idem Pol. 2. τοῦτον δὲ ἄλλο μὲν οὐδέν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν, id est, Hunc autem aliud nihil quàm annulum gestare. Ad verbum enim durè ita diceretur, Hunc autem aliud quidem nihil, annulum autem aureum gestare. Notanda est verò diligenter huiusmodi phrasis, quam apud Platonem potissimùm obseruasse mihi videor. Dicitur etiā interdum ἄλλο πλὴν pro ἄλλο ἤ. Plato in Timæo, θέμις δὲ οὔτ' ἦν, οὔτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον, id est, quicquam nisi pulcherrimum facere: vt Cicero interpretatur. Idem οὐδὲν ἄλλο vertit alicubi, Nulla res alia. Idem apud Xenophōtem ἄλλα τε φιλοφρονεῖσθαι vertit, Cæteris in rebus comem atque humanum fuisse erga, &c. Idem ὑπ' ἄλλου reddit aduerbio Aliunde, in interpretatione cuiusdam loci Platonici, quem (sicut & præcedentes) vide in meo Cic. lexico Græcol.

Ἄλλος pro ἕτερος, Alter: vt apud Aristotelem in Ethic. ἔστι δὲ φίλος, ἄλλος αὐτός, Est autem amicus, alter ipse. Paulo pòst ἕτερον αὐτὸν vocat. Quinetiam interdum in eiusdem periodi priore membro ἕτερον, in posteriore ἄλλο vel ἄλλον ponunt. Hom. Il. ι, οὐδέ ποτ' ἔσβη πῦρ, ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς, ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ. Vbi Eustathius annotat hoc genus loquendi frequens esse apud Atticos scriptores, nulla tamen exempla autorum proferens. Sed reperitur & alibi non semel apud eundem poetam: vt eodem libro, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ, & in prosa itidem. Herodianus, ἀλλὰ παντὶ τῷ ἑτέρῳ φίλον, τῷ ἄλλῳ ἐχθρόν. Plato, ὅσα διὰ τινος αὐτῆς ἢ πράξεως ἀλλάξηταί τις ἕτερος ἄλλῳ. Sic & Lucianus ὁποτέραν & ἄλλην dixit, ἀγαθὸν μὲν ἀγρός, ὁποτέρα ἡ καλλίων, καὶ δάμαλις ἄλλης δαμάλεως, ταχὺ ἂν δικάσαιμι κατὰ τέχνην.

Ἄλλος, Reliquus, vt ἄλλος ὅμιλος, Reliquus cœtus. Sic ἄλλο σῶμα, Reliquum corpus, id est, Reliqua pars corporis. Sic ἄλλη κοιλίη apud Hippocratē Erotianus exponit ἡ λοιπή. vnde & τἄλλα passim pro τὰ ἄλλα, Reliqua, Cætera. Scribitur verò & τἆλλα cum circunflexo, sed magis recepta scriptura illa quàm hæc.

Ἄλλα exponitur apud Euripidem οὐκ ἐοικότα, Rationi non consentanea. Secundum quam significationem videri possit dictum ἀλλοφρονεῖν pro παραφρονεῖν.

Ἄλλο φάρμακον exponitur à nonnullis Pharmacum non in tempore datum. Fortasse autem finitimam habet hîc significationem ἄλλο, ei quæ proximè præcedit ex Euripide.

Ἄλλος τις (vel ἀλλός τις) Alius q̄spiā. Exponitur & Quilibet. Dicitur tamen potius cum ὁστισοῦν, vt ἄλλος ὁστισοῦν, Alius quilibet. Ἄλλ' ὁποιοῦν (pro ἄλλο ὁποιοῦν) apud Demosth. Aliud quiduis.

Ἄλλο τι aduerbiū, aut aduerbialiter positum, Vtrum, vel Nunquid, pro ἆρα. Plato Pol. 1, ἄλλο τι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδεὶς ἰατρὸς οὐδεὶς καθόσον ἰατρός, &c. Nunquid igitur ne medicus quidem quatenus medicus est. Et in 2, πῶς ἡ πόλις ἀρκέσει ἐπὶ τοσαύτην παρασκευήν; ἄλλο τι γεωργὸς μὲν εἷς, &c. Sæpe autem & sequentem particulam ἢ habens ἄλλο τι exponitur Nunquid. Idem Plato in Critone, τί φῶμεν πρὸς ταῦτα ὦ Κρίτων; ἄλλο τι ἢ ὁμολογῶμεν. id est, Nunquid fateri necesse est? vel, Quid aliud quàm fateamur? inquit Budæus, subiungens & hunc locum ex Phædone, ἀλλ' εἴπωμεν· ἡγούμεθά τι τὸν θάνατον εἶναι; ἆρα μὴ ἄλλο τι, ἔφη ὁ Σιμμίας, ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἀπαλλαγήν; Vbi ἄλλο τι nomen esse ait significationem suam retinens, hoc

est, aliud quàm: vt infrà, ἆρα μὴ ἄλλο τι ἢ τοῦτο ὁ θάνατος. Quòd si in his duob⁹ posteriorib⁹ locis in sua significatione positum, itidem esse poterit (meo iudicio) & in illo ex Critone, ἄλλο τι ἢ ὁμολογῶμεν. Fortasse autem quum est nomen, significationem suam seruans, discriminis causa rectius scriberetur ἄλλο τι disiunctè, quàm ἄλλοτι coniunctè. Budæus tamen vtrobique ἄλλο τι coniunctè scribit, in exemplis omnibus quæ in suis Commentariis citat: quæ vide.

C. Ἀλλοπρόσαλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ab alio ad alium se conferens, Nunc huic nunc illi adhærens, Qui est modò harum, modò illarum partium. Et per consequens Mutabilis, Instabilis. Martis epithetum apud Homerum: vt Iliad. ε, legimus, — θοῦρον Ἄρηα Τοῦτον, μαινόμενον, τυκτὸν κακὸν, ἀλλοπρόσαλλον. & ibidem, Μή τι μοι ἀλλοπρόσαλλε παρεζόμενος μινύριζε. Fit autē ἀλλοπρόσαλλος ex ἄλλος geminato, interposita præpositione πρός: ita dictus (vt opinor) ὁ ἀπ' ἄλλου πρὸς ἄλλον ἐρχόμενος.

Composita autem, Ἀλλόγλωσσος, Ἀλλόγνωτος. Ἀλλοδαπός, &c. vide in γλῶσσα, in γινώσκω, in δάπεδον, itidémque in cæteris. At compos. Ἄπαλλος, Ἔναλλος, Ἔξαλλος, Περίαλλος, vide post aduerbia ex ἄλλος orta.

Ἄλλως, aduerb. Aliter, Alio modo, Alio pacto, Alia ratione. Aristot. De mundo, ἄλλως πλὴν λογισμῷ ἀόρατος ὤν, Non aspectabilis aliter quàm animi ratione & iudicio. Isocr. Panegyrico, εἰ μὴ μηδαμῶς ἄλλως οἷόν τ' ἦν δηλοῦν τὰς αὐτὰς πράξεις, Si nullo alio pacto. Interdū additur πως, ac dicitur ἄλλως πως, aut pro Alio quodam pacto, Alio quodam modo: vel simpliciter pro Alio modo, Aliter, vacante particula πως. Sic ἄλλως πως ποιεῖν, Xenophon, ἄλλως πως ἡγεῖσθαι, Plat. Apud Lucianum ἄλλως γέ πως exponitur Quocunque modo.

Ἄλλως, Alioqui. Plutarchus, ἄλλως ἀρχῆς οὔσης καὶ κενοῦ δοκοῦντος εἶναι καὶ ὄντος. Hom. Il. ι, — ὁ δ' ἀγήνωρ ἐστὶ καὶ ἄλλως· Νῦν αὖ μιν πολὺ μᾶλλον ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας. Sic planè apud Aristophanem in Ranis, Αἱ φύσεις δ' ἄλλως κράτισται, Νῦν δὲ καὶ παρηκόνηνται. id est, Naturæ alioqui præstātissimæ, Naturæ iam ex se præstantissimæ, vt nihil accederet. Demosthenes, οὔτε γὰρ ἄλλως καλόν, οὔτε πρέπον ὑμῖν, neque enim alioqui honestum. Solet Ἄλλως reddi Alioqui, & in locis huiusmodi qualis est hic eiusdem Aristophanis, (præcedente videlicet μὲν, sequente ἄλλως δὲ) μειράκιον πενιχρὸν μὲν, ἄλλως δ' εὐπρόσωπον. id est, Adolescēs pauper quidem, sed formosus alioqui. Alicubi verò ἄλλως δὲ exposuerunt quidam Sed tamen, Sed contrà, Quanuis. quæ sanè expositiones sunt audaciores.

Καὶ ἄλλως quidā interpretantur etiā Præterea, vt apud Xenophontem, Hell. 6, τὸ σῶμα μάλα εὔρωστος, καὶ ἄλλως φιλόπονος. & ita Budæus ἄλλως τε etiam verti alicubi posse docet in suis Cōm. Idem tamen καὶ ἄλλως interpretatus est Et alioqui. nam hæc Thucydidis verba πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως reddit, Et alioqui natura comparatum est. Sic & ἄλλως δὲ, Et alioqui, vel Alioquin autem, apud Chrysostomum sæpe significare tradit.

Ἄλλως τε καὶ, Præsertim, vel Et præsertim, per Atticū particulæ τε pleonasmum, vt in οἷόν τε, sicut docet Eustath. Xenophon, ἄλλως τ' ἐὰν πρὸς τούτῳ καὶ θρασεῖς ὦσι, præsertim si præter hoc sint etiam audaces. Luc. ἄλλως τε καὶ εἰ φίλος εἴη, præsertim si amicus sit. Nec solùm ἄλλως τε καὶ pro Præsertim, sequente particula εἰ siue ἐὰν (vt in locis proximè citatis) sed & sequente ἐπειδή. Plato epist. 4, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ σὺν θεῷ εἰπεῖν ῥᾴδιον ἔσται, Præsertim quū (Deo fauente) facile id futurum sit. Ibidem, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ πολλοὶ λέγουσι. Interdum verò ἄλλως τε καὶ sine vlla earum particularum, cum participio, vt apud Thucydidem, ἄλλως τε καὶ προειπόντων, Præsertim quū prædixissent. ‖ Budæus ἄλλως τε non solùm Præsertim, vel Eo magis (vt Cic. loquitur in libro De offic. 1) significare ait, sed interdum Deinde, Præterea, Adhæc, Adde quòd. vt apud Luc. & Areopag.

Ἄλλως, Frustrà, Incassū. Il. ψ, Στρεχι', ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεύς, Κεῖσέ με νοστήσαντα. &c. Plato in Phædone, ταῦτά μοι δοκῶ αὐτῷ ἄλλως λέγειν, hæc mihi videor ei frustra dicere. Sic οὐκ ἄλλως sæpe reperitur pro Non frustra, Non abs re. ‖ Item Ἄλλως interdum pro Temere, Incōsultò. Luc. in Iudicio Paridis, φησὶ δ' οὖν ἔτι ἄλλως ἐπελθεῖν

ὐκ ἐξεπίτηδες, ἤρετό με. id est, Quum ei temerè in mentem venisset, vel in buccam potius, vt ait Budæus. Apud eundem Lucianum, ἄλλως ἤρόμην, Nulla de causa certa, Temere. Apud eundem alibi, ἄλλως πλανώμενος, Temerè vagans. ‖ Hesychius Ἄλλως exponit etiam ὡς ἔτυχεν.

Ἄλλῃ, aduerbium, interdum pro ἄλλως, Aliter, Alio modo, Alia ratione. Hom. Il. ο, Τῷ κε Ποσειδάων γε, καὶ εἰ μάλα βούλεται ἄλλῃ. Vbi docet Eustathius ἄλλῃ aduerbium esse significans ἄλλως: eodem planè modo quo ταύτῃ pro οὕτως ponitur. factum enim esse ἄλλῃ per ellipsin ex datiuo, vt sit ἄλλῃ, quasi ἄλλῃ ὁδῷ, aut βουλῇ, aut τέχνῃ, id est, Alia via, Alio consilio, Alia arte. Plato De republ. 4, οὐκ ἄλλῃ ἐμοιγε δοκεῖ ἔχειν ἢ ταύτῃ. Et in Euthydemo, τί οὖν, ἔφην ἐγώ, ἀν σὺ μὲν ἄλλῃ ἐρωτᾷς διανοούμενος, ἐγὼ δ' ἄλλῃ ὑπολάβω, ἔπειτα, &c.

Ἄλλῃ, aduerbium loci, Aliò, Ad aliam partem, Ad alium locum. nam motum ad locum significat. Hom. Il. φ, — ποσσὶ δ' ἀπὸ τεῖχος ἄλλῃ φεῦγε πρὸς πεδίον Ἰλήϊον. Vbi Eustathius annotat, quanuis sit aduerbium significans ἀλλαχοῦ, tamen adscriptum habere ι, vt pote à datiuo factum. Pro Aliò vtitur & alibi idem poeta, vt Od. ρ, Ἔσθ' ἑκηλος ξεῖνε καθήμενος, ἢ ἄπιθ' ἄλλῃ. Vtuntur verò & prosæ scriptores. Xenoph. Hell. 1, ἄλλαι ἄλλῃ ᾤχοντο ἐπ' ἀργυρολογίαν, Aliæ aliò discesserunt. Idem Pæd. 1, ὥστε ἄλλῃ ποι ἀποχωρεῖν. ‖ Interdum & ἄλλῃ aduerbium in loco, non ad locum, pro Alibi, Alio in loco, Alia in parte: vt ἄλλῃ τοῦ τείχους (vbi animaduerte & genitiuo iungi) Alia in parte muri. Vtuntur pro Alibi & Strabo ac Laertius. Sic & apud Sophoclem in Trachiniis, Ἄλλῃ δὲ κἄλλῃ δωμάτων στρωφωμένη. vbi scholiastes exponit, τῇδε κἀκεῖσε, id est Hac & illac. ‖ Adnectuntur autem aduerbio ἄλλῃ sæpe particulæ ποι & πῃ: illa, quando ἄλλῃ denotat ad locum: hæc, quũ indicat in loco. sic ἄλλῃ ποι in loco Xenophontis modò citato. πῃ autem, vt in ἄλλῃ πῃ τῆς οἰκίας, Alia in parte domus: ἄλλῃ πῃ τῆς πόλεως, Alia in parte ciuitatis. Significat autem ἄλλῃ ποι, Aliò aliquò, Vsquã aliò: ἄλλῃ πῃ, Alibi alicubi, Alibi vsquam. sed in interpretatione sæpe omittuntur hæ particulæ ποι & πῃ.

Ἄλλην accusatiuus aduerbialiter itidem positus reperitur. Plato in Euthydemo, πρῶτον μὲν ὑπὲρ σοῦ τε διελεγέσθην ἀλλήλοιν, ἄλλην καὶ ἄλλην ἀποβλέποντες εἰς ἡμᾶς. vbi interpres vertit, Hinc atque illinc. quasi idem valeret quod ἔνθεν κἀκεῖθεν. Interpretari mallem, Aliàs atque aliàs.

Ἄλλυδις aliud aduerbium quod quidam ab ἄλλῃ volunt fieri: vt ἄμυδις ab ἅμα. significat autẽ Alibi vel Aliò, siue Aliorsum. Apud Homerũ ἄλλυδις ἄλλος & ἄλλυδις ἄλλα non semel. Item ἄλλυδις ἄλλῃ aliquoties, pro Aliò atque aliò, vt vulgò exponi solet.

¶ Ἄλλοθι, aduerbium itidem loci, Alibi, Alio loco. Od. ξ, — ἐπὴν πόσις ἄλλοθ' ὄληται. Vsus eius est & in prosa: vt ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ, Alibi autem nusquam, apud Demosthenem Phil. 3. Reperitur & cum genitiuo, vt ἄλλοθι γαίης, Alibi terrarum. Cicero apud Platonem ἄλλοθι vertit In cæteris. vide meum lex. Ciceronianum Græcol. Apud eundem capitur pro Alia in re, in Hipp. minore, βούλει οὖν σκεψώμεθα καὶ ἄλλοθι; id est, Vis vt & in alia re id consideremus? ‖ Citatur & ex Aristotele hic locus, ἄλλοθι πορεύεσθαι. vbi si mendum non est, ἄλλοθι est aduerbium ad locum. nam ἄλλοθι πορεύεσθαι, est Aliò tendere. ‖ Quidam etiam ἄλλοθι οὐδαμοῦ apud Xenophontem exponunt Aliter nullo modo: sed ii viderint.

Ἄλλοθεν aduerbium è loco, Aliunde: (vt ἄλλοθι aduerb. in loco, Alibi) Od. ι, — ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος. sic & Od. κ. Eiusdẽ Od. η, — εἰ καί ποθεν ἄλλοθεν ἔλθοι, Si etiam alicunde aliunde venerit. id est, Si peregrè venerit, si peregrinus sit, vt exponit Eustathius. Sic apud Demosthenem, οὐκ ἄλλοθεν οὐδαμόθεν, Aliunde nusquam.

Ἄλλοσε, aduerbium ad locum, idem quod ἄλλῃ, Aliò, Aliũ in locum, Aliam in partem. Thucydides, ὅπως μὴ ἀποβοηθοῖεν ἄλλοσε. Et ἄλλοσέ ποι, Aliò quopiam. Apud Hom. Od. ψ, ἄλλοσε θεῖναι pro μεταθεῖναι.

HINC (vt opinor) Ἀλλαχόθι ET Ἀλλαχόθεν, ET Ἀλλαχόσε, videlicet ex Ἄλλοθι, ex Ἄλλοθεν, ex Ἄλλοσε. nam eadem est vtrorũque significatio, sed his potius quàm illis v-

A tuntur poetæ, prosæ autem scriptores contrà illis frequentius quàm his. SED & Ἀλλαχῆ ET Ἀλλαχοῦ interiecta itidem syllaba formata sunt. Est autem Ἀλλαχῆ idem quod ἄλλῃ, Alibi, vel Aliò: Alia in parte, vel Aliam in partem. Xenophõ, γλῶτταν ἄλλοτε ἀλλαχῇ ψαύουσαν τοῦ στόματος, ἀρθροῦν τὴν φωνήν, id est, Linguam aliàs alibi (vel, alia in parte) os attingentem. Vel, Linguam attingentem aliam atque aliam oris partem. Pro Aliò autem sumitur, vt ἀλλαχῇ ῥιφθείς, Aliò proiectus.

B AT Ἀλλαχοῦ potius est Aliò quàm Alibi: vt ἄλλοτε ἀλλαχοῦ πλανωμένος, Aliàs aliò vagaris, vel, Nunc huc, nunc illuc discurris. Et apud Naz. ἀλλαχοῦ μεθιστάμενον.

Ἄλλοτε, aduerbium temporis, Aliàs, Alio tempore. Luc. in Anach. ἄλλοτε ἢ νῦν, Aliàs quàm nunc. Sæpe autem cum ἄλλος iungitur hoc aduerbium, vel cum ἄλλως quod itidem aduerbium est: vt ἄλλοτε ἄλλων ἵππων, Aliàs aliorũ equorum, id est, nunc huius, nunc illius equi. Item, ἄλλος ἄλλοτε βίου ζῆλος. Sic & ἄλλοτε ἄλλῳ φίλος, Aliàs alii amicus. id est, modò huic, modò illi amicus. Et apud Galenum ἄλλοτε ἄλλῳ χρώμεθα, Aliàs alio vtimur. Solon in

C elegia, Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει, id est, Pecunias autem habet ex hominibus modò hic, modò ille. Et apud Luc. ἄλλοτε ἄλλην γῆν ἀμείβων, Aliàs aliam terram mutans. pro Subinde vel identidem terrã mutans. Pro quo dicit etiã, γῆν ἐκ γῆς ἀμείβων. Dicitur & ἄλλοτε ἄλλως, Aliàs aliter, id est, Nunc hoc, nunc illo modo. Aliis atque aliis modis pro tempore. Eadem sign. dicitur & ἄλλοτε ἄλλη apud Platonem in Timæo, ἄλλοτε ἄλλη γίνεται, Aliàs aliter fit, id est, Nunc fit hoc modo, nunc illo. ‖ Inuenitur & geminatum ἄλλοτε, cum μὲν & δέ: & significat ἄλλοτε μὲν, ἄλλοτε δέ, quod dicunt interdum, νῦν μὲν, νῦν

D δέ, vel, ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ. Vtitur Homer⁹ Od. ψ, Ὄψει δ' ἄλλοτε μέν μιν, &c. ‖ At ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε sonat Subinde, Identidem: vt, ὁ δὲ ἐπορεύετο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐφιστάμενος.

Ἄλλοτε, aduerbium loci, Alibi, Alio loco. nam hæc Heracliti verba (quæ citantur à Diogene Laertio) ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστος ἔστω· εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλοτε καὶ μετ' ἄλλων, Cicero interpretatur, Nemo de nobis vnus excellat: sed siquis extiterit, aliq in loco & apud alios sit. Haud temerè tamẽn (vt opinor) alibi reperiatur ἄλλοτε in hac

E significatione.

Ἄλλοκα pro ἄλλοτε (id est Interdum) Dores dicunt: vt ὅκκα pro ὅτε, & πόκα pro πότε. Theoc. Idyll. δ, Χ' ὡ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

C. Ἄπαλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt apud Aristot. De anim. 9, ἀπάλλους τόπους μισεῖ, Odit & fastidit identidẽ locos. Ita in vulg. lex. Sed hæc mihi suspecta sunt: sicut & quod apud Hesyhc. legitur, Ἄπαλλον, μόνον. SED & Ἀπάλλακτον apud eundẽ habemus, exponentem, θαυμαστόν, ἔξαλλον πολύ, παρηλλαγμένον. Vbi fortasse πολὺ cum παρηλλαγμένον iungi potius

F debet.

C. Ἔναλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inuersus & contrarius, Bud. interpr. Ego ἔναλλα puto aptè reddi posse Prapostera in hoc Theocriti versu, idyll. 1, Πάντα δ' ἔναλλα γένοιντο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι, id est, Omnia sint præpostera, vel præposterè fiant. Aut, Inuertantur in omnibus naturæ vices. Quod denique dixit Naso, Omnia naturæ contraria legibus ibunt, vertere possumus (vt opinor) πάντα δ' ἔναλλα γένηται. In vulg. lex. nullum affertur exemplũ significationis huius vocabuli (quæ ibi esse dicitur, Va-

G rius, Diuersus, Contrarius) ex vet. scriptore, sed ex Lascaris epigr. duntaxat, Πάντα δ' ἔναλλ' εἴη ἔργ' ἀσεβῶν μερόπων. quod exponitur, Hominum opera à proprio vsu recedant. Verùm & hìc malim, Omnia hominum opera sint præpostera. Non dubito autem quin Lascaris ad modò citatum Theocriti locum respexerit.

C. Ἔξαλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ab aliis diuersus, Inusitatus, Egregius. Item Ἔξαλλον, Peregrinum. nam Hesychius ἔξαλλα exponit ἐξαίρετα & λαμπρά, & ἀλλόφυλα, ἔξοχα. Quibus Hesychii expositionibus Budæus subiungit ex lib. 2

H Regum cap. 6, Δαβὶδ ἐνδεδυκὼς στολὴν ἔξαλλον. Et Iudith cap. 3, de Iudæis dictum, καὶ οἱ νόμοι αὐτῶν ἔξαλλοι παρὰ πάντα τὰ ἔθνη.

Ἐξάλλως, aduerbium, Alio modo & planè inusitato, Inusitatè. Item, Mirum in modum, vel Supramodum. Nam Suidas post Ἔξαλλος (quod inexplicatũ relinquit) ponit

καὶ ἔξάλλως, quod exponit κατ' ἄλλον τρόπον, & παραδόξως, afferens ex Polybio, τὸ θεῖον προσκυνοῦντα καὶ λιπαροῦντα τοὺς βωμοὺς ἐξάλλως. Deinde rediens ad ἔξάλλως, & exponens καθ' ὑπεροχὴν, eundem locum affert, mutatis tamen quibusdam. A

C. Περίαλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aliis præstans, Eximius. VNDE Περίαλλα aduerbiale quod potissimum est in vsu, pro περιάλλως, & significat Eximiè, Suprà alios. Vel, Supramodum, Vehementer. Hom. in Panis hymno, circa finem, — πάντες δ' ἄρα θυμὸν ἔτερφθεν Ἀθάνατοι, περίαλλα δ' ὁ Βάκχιος Διόνυσος, Id est, Præcipuè autem, vel Potissimũ, velSupra alios. Sophocles in OEd. Tyr. pag. 200 meæ editionis, ὀδύρομαι γὰρ ὡς περίαλλα ἰαχέων ἐκ στομάτων, vbi schol. exponit ὑπερβαλλόντως. Citatur & ex Apoll. Rhodio pro περισσῶς. Naumachius apud Stobæum, Μηδέκόμης περίαλλα πολυχρόας πλέκε σειράς. Ibi enim repono περίαλλα pro πέραλλα quod in vulg. editionibus legitur, nullo sensu. Erit autem περίαλλα Exquisito quopiam modo. B

Περίαλλος in alia etiam signif. vt περιάλλων γλωττισμῶν citatur ex Anthol. epigr. pro Osculorum in quibus linguæ mutuò conseruntur, q. d. in quibus linguæ altera alteri conseruntur. ET Περιαλλόκαυλος ex Theophrasto affertur De Hist. plantarum lib. 7, cap. 8, à Gaza redditum Amplexicaulis. Quem aliter legisse verisimile est. C

Hæc autem coposita maluisset forsitan aliquis præfixa esse verbis, vt ἔναλλος, verbo ἐναλλάττω, & ἔξαλλος verbo ἐξαλλάττω: & ipse quoque id facere statuerã: sed postea simul omnia ponere visum mihi est, quum etiam multo plura sint huiusmodi deriuationis verba quàm illius formæ nomina: & ita non sint quæ multis verbis præfigi possint. D

ἈΛΛΑΤΤΩ, (frequentius Attico more per ττ quàm ἀλλάσσω communi lingua) F. ξω, P. χα, Muto, Immuto. Plato Pol. 2, ἀλλάττειν τὸ ἑαυτοῦ εἶδος εἰς πολλὰς μορφὰς, Suã faciem in varias formas mutare. ‖ Item Permuto, genitiuo cum accusatiuo iunctum: vt ἀλλάττειν χρυσοῦ ἄργυρον, Permutare auro argentum. Apud Euripidem autem in Hecuba ἀντιστρόφως dicitur, vt ait eius scholiastes, ἀλλάξασ' αἰδου θαλάμους pro ἀλλαξαμένη αἰδου τῶν θαλάμων. Ita enim legit ille (nec alioqui esset ἀντίστροφος constructio) non, vt in vulgatis editionibus, αἴδα, vt sit datiuus. Quæ per datiuum constructio reperitur Exodi 13, πᾶν διανοῖγον μήτραν ὄνου, ἀλλάξεις αὐτὸ προβάτῳ, Omne quod aperit vuluam asinæ, mutabis oue. ‖ Apud Euripidem autem reperitur etiam ἀλλάττειν τι ἀντί τινος: vt, ἀντὶ τῶνδέ μοι χάριν τοιάνδε ἠλλαξάτην, Talem gratiam mihi permutarunt his. id est Retulerunt pro his. E

Ἀλλάττομαι, F. ξομαι, pass. Mutor, Immutor: vt 1 Cor. cap. 15, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Reg. 4, cap. 15, ἀλλασσόμεναι στολαὶ, Vestimenta quæ mutantur. Exponitur & Mutatoria vestimẽta, quæ Homerus εἵματα ἐξημοιβὰ nominat. F

Ἀλλάττομαι, in actiua significatione, Muto, Immuto, apud Platonem. ‖ Ἀλλάττομαι, Commuto, Permuto: vt οὐκ ἀλλάξαιτο τῆς ἐλευθερίας τὴν Περσῶν βασιλείαν, apud Plutarchum in Apophth. Lac. pro Persarũ regnũ libertati nõ permutarit, vel Libertati haud prætulerit. Thucydides, τὴν δὲ παραυτίκα ἐλπίδα οὐδενὸς ἂν ἠλλάξαντο. Sæpe etiam cum ἀντὶ interiicitur: vt ἀλλάττομαι τύχην ἀντὶ τύχης, Fortunam cum fortuna commuto, Fortunã fortunæ permuto. Aristides, ἡδονὰς ἀντὶ τῶν δικαίων ἠλλάξατο, Voluptates cum æquitate commutauit, id est, Voluptates æquitati prætulit. Apud Plutarchum autem poeta quidam cum participio iunxit, dicẽs, ἠλλαττόμεθ' ἂν δάκρυα δόντες χρυσὸν (id est, ad verbum, Commutaremus lacrymas aurum dantes, vel dato auro) pro ἠλλαττόμεθ' ἂν δάκρυα χρυσίου. ‖ Ἀλλάττομαι exponitur interdum Redimo: vt in illo Luciani loco in Tyrannicida, ἀλλαξόμενος τὴν ἐλευθερίαν τῆς σφαγῆς τῆς ἐμῆς, Redempturus libertatem cæde à me perpetrata. G H

Ἀλλάττομαι (inquit Budæus) Permuto, Vendo, Emo, & datiuo iungitur. Aristot. Pol. 2, καὶ γὰρ ὁ ἀλλαττόμενος τῷ δεομένῳ ὑποδήματος ἀντὶ νομίσματος ἢ τροφῆς, χρῆται τῷ ὑποδήματι, id est, Qui vendit ei qui, vel Qui permutat cum eo qui calceo indiget. ἀλλάττεσθαι enim est commercia exercere. Ἀλλάττομαι, Comparo, Emo. Plato De rep. 2, τὰ μὲν ἀντ' ἀργυρίου ἀλλάξασθαι τοῖς τι δεομένοις ἀποδόσθαι, id est, Argento emere ab iis qui aliquid vendere opus habent. Ibidem, τοῖς δεομένοις τὰ παρ' αὐτῶν ἀλλάξασθαι. Sic & Permuto pro Emo Plinius, Muto pro Vẽdo Columella vsurpat, vt ostendit Budæus. Qui quũ dicit ἀλλάττομαι iungi datiuo, intelligere necesse est datiuum personæ, quem Latinè reddamus per ablatiuum iunctum præpositioni Cũ: vt sit ἀλλάττομαι αὐτοῖς τοῦτο, Hoc cum ipsis permuto. pro Hoc ipsis vendo, vel Hoc ab ipsis emo. Quanquam obseruaui addi vt plurimũ ἀντ' ἀργυρίου aut ἀντὶ νομίσματος post ἀλλάττομαι, in hac significatione: vt apud Platonem, τὰ μὲν ἀντ' ἀργυρίου ἀλλάξασθαι τοῖς τι δεομένοις ἀποδόσθαι. licet in sequente statim loco repetat ἀλλάξασθαι, non adiungens ἀντ' ἀργυρίου. Sic in loco Aristotelis modò citato ἀλλαττόμενος ἀντὶ νομίσματος. neque enim ante ἀντὶ distinguo (vt sit χρῆται ἀντὶ νομίσματος) sed ante χρῆται: vt sit ἀλλαττόμενος ἀντὶ νομίσματος. tum quòd apud Aristophanem quoque reperiam hoc loquendi genus, ἀλλάττεσθαι ἀντὶ νομίσματος: tum quòd absurdissimè mihi videatur, dici, quempiam vti calceamento loco nummi aut cibi. Scio tamen distinctionem ante ἀντὶ non (vt ego volo) ante χρῆται, in omnibus esse editionibus, atque adeo cum tali distinctione citari etiam à Budæo in suis commentariis hũc locũ. quare de eo iudicẽt viri docti. Ἀλλάττομαι vt per Emo ita & per Redimo exponitur interdum: vt apud Lucianum dicit tyrannicida, ἀλλαξόμενος τὴν ἐλευθερίαν τῆς σφαγῆς τῆς ἐμῆς, Redempturus libertatem mea cæde, id est, cæde à me perpetrata.

Ἀλλάττομαι pro Instauro, citatur ex 3. Regum cap. 21.

Ἀλλαγὴ, ῆς, ἡ, Mutatio, vel potius Commutatio, Permutatio. Plato Pol. 2, ἀγορὰ δὴ ἡμῖν καὶ νόμισμα ξύμβολον τῆς ἀλλαγῆς ἕνεκα γενήσεται, id est, permutationis causa. vnde ἀλλαγὴν ποιεῖσθαι pro ἀλλάττεσθαι, Permutationem facere, pro Permutare. ‖ Ἀλλαγὴ, Cõtractus & commercium, inquit Budæus. Aristot. Ethic. 5, διὸ πάντα δεῖ συμβλητὰ πως εἶναι ὧν ἐστιν ἀλλαγή· ἐφ' ὃ τὸ νόμισμα ἐλήλυθε. Ἀλλαγὴ item κόλλυβος, teste Polluce. ‖ Ἀλλαγὴ apud Gregoriũ exponitur Vicissitudo: vt ἀλλαγὴ γωνιῶν, Vicissitudo angulorum. Apud eũdem ἀλλαγαὶ ὡρῶν, Vicissitudines temporum anni. ‖ Ἀλλαγαὶ apud historicos interdum appellantur σταθμοὶ, certæ mansiones in quibus quiescunt qui iter faciunt, vt docet Eustathius. Qui autem hoc nomine vsi sunt ἀντὶ τῶν σταθμῶν, à mutatione domiciliorum vidẽtur sic appellasse. Bud. in Annot. poster. in Pandectas ἀλλαγὴν exponit Mãsionem de mutandis equis destinatam, hoc in loco, ἐάν τις μίαν γοῦν ἀλλαγὴν παρελάσῃ, vel παραιτεύσῃ. Est tamen generale alioqui ad mansionem tam eius qui pedes iter cõficit, quàm eius qui eques, vt docet Eust.

Ἄλλαγμα, τος, τὸ, ἀλλαγὴ, Mutatio, Commutatio, Permutatio.

Ἄλλαξις, εως, ἡ, Idem.

Ἀλλακτικὸς, οῦ, ὁ, Cõmercialis, Ex contractibus manans, vt exponit Budæus in hoc Aristotelis loco, Ethic. 5, ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτο δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθός. quum antea dixisset τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον. Ita in Comm. At in Annot. in Pand. ἀλλακτικὸν δίκαιον vertit commerciarium ius.

Ἀλλακτὸν, οῦ, τὸ, Lignum quo gestabãtur onera. ita dictum à permutatione gestationis ex vno humero in alterum. Vel (vt Cæl.) Lignũ vtrinq; cauũ quo gestabãtur onera: ita dictũ à tralatione quæ fiebat à fatigatis de humero in humerum. Alioqui ἀμφίκυρτον malũt appellare. quod signif. vtrinque gibbosum. Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 3, vnde sumpserit non indicans.

Ἀλλὰξ, aduerbium, Permutatim, Mutatis vicibus, Vicissim. Ab Hesychio exponitur ἐνηλλαγμένως. Frequentius vsurpatur compositum ἐναλλάξ.

C. ἈΝΤαλλάσσω siue Ἀλλάσσομαι, & sæpius Ἀνταλλάττω & Ἀνταλλάττομαι, Atticè, Immuto. Item ἄλλο ἀντ' ἄλλου εἰσφέρω, Bud. Plutarchus, ἀντήλλαξε τῇ δικαιώσει τῶν ὀνομάτων ἀξίωσιν εἰς τὰ ἔργα. Demosthenes Pro corona, τῆς ἐπὶ ταῖς λοιδορίαις ἡδονῆς καὶ χάριτος τὸ τῆς πόλεως συμφέρον ἀνταλ-

καθόλουμοι. Idem, νομίζων οὐκ ἀνταλλακτέον μοι εἶναι τὴν πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίαν οὐδενὸς κέρδους. A

Ἀνταλλάσσεσθαι capitur etiam pro Compensare, sicut & ἀντικαταλλάσσεσθαι, inquit Budæus. Vide ἀλλάσσω, item ἀντικαταλλάσσω.

Ἀνταλλαγή, ῆς, ἡ, Permutatio, Commutatio. Vide ἀλλαγή. In vulgatis lex. Græcolatinis, ἀνταλλαγή exponitur etiā Conuentio, & citatur ex Gaza De senectute, ἐξ ἐγγυήσεων τε συγκειμένων καὶ ἀνταλλαγῶν.

Ἀντάλλαγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pro alio permutatus. Suidas, ἀντάλλαγον καλοῦσι τὸν ἀντὶ ἄλλου ἠλλαγμένον, οὐχὶ ἀντάλλον. B

Ἀντάλλαγμα, ατος, τὸ, Commutatio, Permutatio, vel Id quo aliquid permutatur, Quod pro alio datur in permutationem. Exponitur etiam Id quo dato aliquid redimitur. Matthæi capite 16, Marci capite octauo, τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; id est (vt quidam exponunt) Quid dabit homo cuius permutatione redimat animam suam? Alii sic, Quid pro anima sua dabit permutationē? vel, per commutationem aut permutationem? Alii cōpensationis vocabulo vtuntur, eodem sensu. C

Ἀντάλλαγμα pro reconciliatione, citatur ex Ecclesiastici capite 44, Νῶε ἐν καιρῷ ὀργῆς ἐγένετο ἀντάλλαγμα.

Ἀνταλλαγματικός, ἡ, ὁ, Permutatorius, Commutatorius, vel (vt alii) Permutatiuus, Ad permutationem pertinens. Apud Gazā ἀνταλλαγματικὰ verba sunt ὠνοῦμαι, πωλῶ, ἀλλάττω, & alia huiusmodi.

C. Ἀπαλλάττω, Dimitto, Abire iubeo, vel permitto: vt ἀπολύω. Sic Thucydides legatos ἀπαλλάττειν dixit, τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους ταῦτ' εἰπόντας, αὐθις ἀπήλλαξαν, ἀποκρινάμενοι, &c. Et Plutarchus, ἀπαλλάξας τοὺς θεραπευτῆρας, abire à se iubens clientes & comitatum. Demosthenes, ἀπήλλαξε τοὺς χρήστας. Dimisit creditores, vel Liberauit creditores, vt quidem vertit Budæus ex Vlpiano. Ego tamen magis Latinè & propriè dici puto Absoluit creditores, ex Terentio. Hoc præterea animaduertēdum est, quanuis dicat Budæus, ἀπαλλάττω esse Libero, item Libero dimittóq; creditorē, non tamen (quod sciam) ἀπαλλάττω per se id significare, sed adiecto nomine χρήστην, aut alio synonymo. Sicut nec Libero accusatorem per se potest significare: licet idē scribat, Et Libero accusatorē, i. ἀπαλλάττω. Idem Bud. ἀπαλλάττω esse ait, Abire iubeo, A me dimitto. Ego verò addendū puto (atq; adeo addidi) Abire permitto. quæ signif. illi Thucyd. loco magis conuenire videtur. Interdum ἀπαλλάττειν non est simpliciter Dimittere, sed Dimittere placatum & munere corruptum (pro quo tamen Bud. dicit Placare & munere corrumpere, item Liberare) apud Demosthenem κατὰ Τιμοκράτους. Nonnunquam Ἀπαλλάττω est Amitto potius quàm Dimitto, atque ad eo Sum moueo, Expello (Suidas μετακινεῖν) Thucyd. 1, καὶ κελεύει αὐτὸν τήν τε Δασκυλῖτιν σατραπείαν παραλαβεῖν, Μεγαβάτην ἀπαλλάξαντα ὃς πρότερον ἦρχε. Huc autem pertinet significatio quæ à Suida ponitur, videlicet pro φυγαδεῦσαι. in qua etiamvsi sunt interdum verbo Summouere Latini, addentes ablatiuū Patria. Sic illud paulo antè positum ἀπήλλαξε τοὺς χρήστας, Budæus putat exponi etiā posse, A se summouit. ¶ Aliquando verbum hoc Ἀπαλλάττω cum accusatiuo personæ genitiuum rei habet, dicitúrque Ἀπαλλάττω σε τούτου, & tunc pro significatione genitiui vel sonat itidē Summoueo, Amoueo, aut Remoueo: vel (quod multo frequentius est) Libero. Herod. 4, ὁ δὲ, τὸν στρατὸν ἀπαλλάξας τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ διατριβῆς, quum exercitum Mesopotamia summouisset. Plutarch. in Solone, ἀχολιῶν βαναύσων ἀπαλλάττειν τοὺς πολίτας, ciues ab illiberalibus artificiis remouere. Pro quo malim inuersa constructione dicere, Illiberalia artificia à ciuibus remouere. Ἀπαλλάττω cum iisdem casibus est & pro Libero frequentissimum: vt συμφορῶν ἀπαλλάττειν τινὰ, & ἀπαλλάττειν τῶν ἔργων, & ἀπαλλάττειν φόβου vel δέους, & ἀπορίας, apud Isocr. Sic apud Demosthenem Philipp. 1, ὧν ἀπαλλάξαι αἱ τοιούτων πραγμάτων ὑμᾶς ἡγοῦμαι. Eodem modo dicitur & ἀπαλλάττειν τινὰ τῆς νόσου. vt Apud Aristophanem Pluto, Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας. Iā verò non tantùm dicitur ἀπαλλάττω σε, vel ἀπαλλάττω σε τούτου, verumetiam ἀπαλλάττω σε περὶ τούτου: vt apud Isocratem in Paneg. καὶ μὴ πρότερον περὶ τῆς ὁμολογουμένων συμβουλεύειν πρὶν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἡμᾶς ἀπαλλάξαι. Vbi ἀπαλλάξαι nō est Liberare, sed (vt in locis paulo antè citatis) Dimittere, verùm nō simpliciter Dimittere, sed responso accepto. Hoc tamē exemplum non subiunxi superioribus, in quibus ἀπαλλάττειν est itidem Dimittere, propter diuersam constructionem: quam certè rarissimam esse puto. ac vereor ne abundet præpositio περὶ: quum absque ea sit & vsitatissima constructio, & eadem significatio. ¶ Inuenitur ἀπαλλάττω & cum accusatiuo rei, pro Tollo, Aufero, Aboleo. ac primùm vt dicitur ἀπαλλάττω τῆς νόσου, ita etiam ἀπαλλάττω τὴν νόσον. vnde apud Dioscoridem, κεφαλαλγίας τὰς χρονίους ἀπαλλάττει. Hac constructione dicitur à Demosthene & Plutarcho ἀπαλλάττειν αἰσχύνην, Dedecus auferre, seu abolere, vel Infamia liberare. Possit autem fortasse & in his loquendi generibus ἀπαλλάττειν exponi ἀφανίζειν. quam etiam significationem illi verbo tribuit Suidas. Quod autē Xenophon apud eundem dicit τὰ σκεύη ἀπαλλάξαι, videtur esse Auferre è conspectu. Interdum verò Ἀπαλλάττω sumitur & pro Tollo, id est E medio tollo, Interimo, vt Theophr. De hist. plant. lib. 9, de radicibus exitialibus loquens, αἱ μὲν παραχρῆμα ἀπαλλάττουσαι τοὺς προσενεγκαμένους. ¶ Alicubi Ἀπαλλάττω reperitur etiam cum accusatiuo pariter & genitiuo rei: sed qui genitiuus rei locum genitiui personæ quodammodo obtineat. vt apud Euripidem, Ἐπισχὼν τῶν σῶν ἀπάλλαξον χερῶν. In cuius loci interpretatione ad verbum Amitto redeundum fuerit. ita enim Latini Amittere è manibus dicunt.

Ἀπαλλάττω, (si Suidæ credimus) etiam pro πείθω ἀποστῆναι dixerunt Cratinus & Demosthenes: id est pro Ad defectionem impello. Quam expositionem alioqui duriorem & licentiosiorem molliri posse existimo, si dicamus ἀπαλλάττω esse Abstraho & alieno seu abalieno animum alicuius à quopiam: vnde ex consequenti sumatur pro ad defectionem impello. Non video autē quid vetet quin ἀπαλλάττω ab ἄλλος, eadē significatio nem verbi Abalien ab Alius, habuerit, quam ἀπαλλοτριόω multis in locis habere videmus.

Ἀπαλλάττω, neutra signif. seu passiua, pro ἀπαλλάττομαι, Euado, Defungor, Liberor. Aristot. Probl. sect. 5, διὰ τί τὰ σύμμετρα τῶν σωμάτων κάμνει τε πολλάκις καὶ ἀπαλλάττει ῥᾷον, Facilius euadunt è morbo, vel Facilius morbo liberantur, seu defunguntur, ex Linio. Et sect. 3, διὰ τί μᾶλλον δύνανται πιεῖν εἰς μέθην οἱ ἀγύμναστοι τῶν γεγυμνασμένων, καὶ ῥᾷον ἀπαλλάττουσι, Facilius ebrietate liberantur & soluuntur, inquit Bud. Ego verò existimo ῥᾷον ἀπαλλάττειν in his aliisque huiusmodi locis (præsertim verò similibus huic Xenophonteo Pæd. 4, καὶ πότερον οἱ μάχεσθαι θέλοντες ῥᾷον ἀπαλλάττουσιν ἢ οἱ οὐκ ἐθέλοντες) id sonare quod Gallicè dicitur, *Eschaper à meilleur marché*, Vel, *En estre quitte à meilleur marché*. In vulg. autem lex. ῥᾷον ἀπαλλάττω exponitur etiam Meliusculè me habeo, & Mecum agitur facilius: sed exemplum huius significationis non affertur. Iungitur porro ἀπαλλάττω & cum aliis aduerbiis: vt apud Demosthenem, μᾶλλον δὲ πάντες χεῖρον ἢ μεθ' ἀπηλλάχασι. quod exponitur, Quin potius omnes deterius nobis sunt defuncti. Id est, Maiore incōmodo affecti. Ex Aristide quoque affertur ἀπαλλάττω κακῶς oppositum τῷ εὖ πράττω. Et ex alio quopiam, ἀπήλλαξεν οὐ πονηρῶς (sed rectius πονήρως) pro Non incommodè rem gessit. Quod item Aphthonius de Antiphonte scripsit, ὅτῳ ὢν σύμβουλος φαίνοιτο, ἄριστα ἐκεῖνος ἀπήλλαττεν ἐς τὰς δίκας, Bud. interpretatur, Exitum optimum controuersiarum referebat. Huius autem contrarium Æschines Demostheni obiiciens, eodem loquendi genere vsus est, orat. in Ctesiphontem, οὔτε πόλις γὰρ οὔτ' ἰδιώτης ἀνὴρ οὐδεὶς πώποτε καλῶς ἀπήλλαξε Δημοσθένει συμβούλῳ χρησάμενος. Ex Xenophonte præterea affertur αἰσχρῶς τε καὶ κακῶς ἀπαλλάξαι pro Turpiter & malè incœpto abire. Citatur ἀπαλλάξαι pro Defungor & cum genitiuo, vt ἀπαλλάξαι τοῦ καθήκοντος, Defungi officio. Et vt hoc verbū Ἀπαλλάττω significare Interitum affero, modò dictum est, ita & pro Intereo seu Morior pōni interdum sciendum est: vt apud eundem

A Theophr.(nam & ex illo alterius signif.exemplum petitum fuit) χαίρουσα δ' ἀπαλλάττειν τοὺς, &c. In Axiocho autem qui Platoni adscribitur, additur τοῦ ζῆν loco genitiui, οἷς ἂν περὶ πλείστου ποιῶνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν.

‖Ἀπαλλάττω, Versor, Ago, inquit Bud. afferens hæc exẽpla. Xen. ἀπήλλαττε δὴ μετὰ τῶν Σκυθῶν ὁ Κῦρος ἐν Ἰωνίᾳ. Luc. De merc.cond. καὶ δι' αὐτὸ ἐν τῇ δουλείᾳ πονήρως ἀπαλλάττειν, id est Viuere & degere, inquit ille. Sed hæc certè significatio durè huic verbo tribui mihi videtur. ac fortasse ἀπαλλάττειν κακῶς potius sumitur in hoc Luciani loco eodem modo quo ἀπαλλάττειν πονήρως in isto Poly- B bii, κακῶς ἀπήλλαττε τῶν ἐπιτηδείων σπάνει καὶ τῇ σώματος ἀθεραπευσίᾳ, Sed & expositionis loci Xenophontis (nisi aliam scripturam sequamur) alia ineunda fuerit ratio.

Ἀπαλλάττομαι, Discedo, Abeo, Exeo, Digredior. & quidem varia cõstructione, vt sequentia exempla docebunt. Xen. Pæd. 8, ὡς ἡ ψυχὴ, ἕως μὲν ἂν ἐν θνητῷ σώματι ᾖ, ζῇ· ὅταν δὲ τούτου ἀπαλλαγῇ, τέθνηκεν. Quæ Cicero interpretatur, Animos dum in corporibus essent mortalibus, viuere: quũ exissent ex iis, emori. Sic apud eundem Xenophõtem, ἐκείνου ἀπαλλαγέντες, ab illo digressi. Item, πάν- C τα ἐποίει ὥστε ἀπαλλαγῆναι τοῦ Ἀρχιδήμου. Interdum additur præpositio ἀπὸ, vt apud Aristophanem, ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ. Nonnunquam præpositio ἐκ, vt apud Aristot. OEcon.2, ἀπαλλάττεσθαι ἐκ τῆς χώρας. Sic ex Isocrate affertur, ἀπαλλάττεσθαι ἐκ τῶν ἐπιμελειῶν, pro Discedere ab administrationibus. Dicitur & ἀπαλλάττεσθαι εἰς τὴν πατρίδα, pro In patriam abire, vel In patriam se recipere. Interdum etiam Ἀπαλλάττεσθαι per se ponitur pro Discedere è vita. quod vno itidẽ verbo dicitur Decedere, id est Mori. De qua significatione scribetur pau- D lo pòst. Ἀπαλλάττεσθαι cũ genit. aliis etiam verbis exponitur. A Cic. verbo Euadere: in hoc Platonis loco in Apologia Socratis, ἀπαλλαγεὶς τουτωνὶ τῶν φασκόντων δικαστῶν εἶναι, quum ab his qui se iudicum numero haberi volũt euaseris. Ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀβελτερίας, redditur Effugere dementiam, apud Plutarchum in Publicola. Alicubi vertitur Defungi, aut Perfungi: vt ἀπαλλαγεὶς τῆς ἀρχῆς, Magistratu perfunctus. Sic apud Platonem De republ. lib.2, λόγου ἀπηλλάχθαι, Disputatione perfunctum esse. Interdum etiam Ἀπαλλάττεσθαι per se positum E signific. Defungi vita, seu fungi. Quæ significatio ad illam reduci potest qua pro Discedere accipitur. Dicitur & ἀπαλλάττεσθαι τοῦ βίου. Ἀπαλλάττομαι, Abhorreo, vt apud Lucianum, ἀπηλλάχθαι τῆς γραφικῆς, καὶ τῆς ῥητορικῆς ἀφεστηκέναι. Sic & apud Thucydidem exponitur Abhorrere, Alienum esse. Et ὅπλων καὶ πολέμων ἀπηλλαγμένοι apud Herodianum Polit. interpr. Ab armis bellóque remotissimi. ‖Interdum Ἀπαλλάττεσθαι est Vacare & Liberũ esse à re aliqua, de qua signif. vide in iis quæ sequuntur. F

D C. Ἀλληλοφάγοι, Sese inuicem deuorantes. Ab Aristotele ἀλληλοφάγοι pro βρωτικοὶ simpliciter ponitur (quod annotat Budæus) De hist. an. 8, πλὴν οὐκ ἀλληλοφάγοι τοῦ γένους τοῦ οἰκείου, ὥσπερ οἱ ἰχθύες.

Ἀλληλοφαγία, ας, ἡ, Mutua deuoratio. quo vtitur & Herodotus: sed apud eum ἀλληλοφαγίη Ionico more scribitur.

Ἀλληλοφαγεῖν, γεῖν, Mutuò sese deuorare. De piscibus præsertim dicitur. Aristoteles De historia animalium 8, ἀλληλοφαγοῦσι δὲ πάντες μὲν πλὴν κεστρέως, μάλιστα δὲ γόγγροι.

E C. Ἀλληλοφθορεῖν, Sese inuicem corrumpere, seu perdere.

ET Ἀλληλοφθορία, ας, ἡ, Mutua perditio, Mutua consumptio. Plato ἀλληλοφθορίαν dixit de animantibus quæ se inuicem conficiūnt.

C. Ἀλληλοφόνοι, ων, οἱ, Mutuò se interficientes, Mutua cæde pereuntes.

Ἀλληλοφονία, ας, ἡ, Mutua cædes.

C. Ἀλληλοφυεῖς, Ex se inuicem enascentes, Mutuum ortum habentes.

F C. Ἐπάλληλος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Alius super alium, vel post alium: aut Alter super vel post alterum) Creber & continuus, vt quidem exponitur à Budæo in hoc Alciphr. loco, Epist. 24, ἀλλ' ἤδη καὶ χιὼν πυκνὴ καὶ ἐπάλληλος φερομένη. Sic apud Philonem De vita Mosis lib. 1, διὰ τὴν ἐπάλληλον φορὰν crebrum & frequentem lapsum. Apud eundem, τὸ δὲ τιμωριῶν ἐπάλληλον καὶ τὸ ἑκατέρας μέγεθος, exponitur Altera super alteram pœna. Ἐπάλληλοι itē plurali numero, Crebri, Frequentes, Alii super alios, vel Alii ex aliis, vt Politianus eleganter vertit in hoc loco Herodiani, lib. 1, ἐδεδούλωντο δὲ πάσαις αὐτοῦ τὴν ψυχὴν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπάλληλοι καὶ ἀκόλαστοι τοῦ σώματος

G ἡδοναί, Quippe quem die noctéque aliæ ex aliis effrenæ corporis voluptates grauissimo seruitio premebant. Possumus etiam (vt opinor) interpretari Aliæ alias excipientes, vel Aliæ aliis succedentes. Apud Philonem in eodem illo opere ἐπάλληλοι φθοραὶ redditur Alternæ interneciones, & ἐπάλληλοι ἀστραπαὶ καὶ βρονταί, fulgetra & tonitrua alterna crebráque.

H Ἐπάλληλα (inquit Bud.) Alia aliis superposita sine intercessione aut interstitio & intercapedine. Et ita ἐπάλληλα opponuntur τοῖς ὑπαλλήλοις, Bud.

Ἐπαλλήλως, aduerbium, Serie continua, & sine intercessione. Diosc. lib. 1, cap. 167, loquens de malis quæ Medica vocantur, φυτὸν γὰρ ἐστὶ καρποφοροῦν δι' ὅλου τοῦ ἔτους

ἐπαλλήλως: id eſt, Ita vt fructus nouus veterẽ excipiat, aliis atque aliis malis ſuccreſcentibus, Bud. Eodem ſenſu Hermolaus, Ita vt antecedentem fructum ſubnaſcẽs identidem occupet nouus. A

Ἐπαλληλία, Series cõtinua & ſine interceſſione, Viciſſitudo perpetua. Bud. In vulg. lex. Æternitas.

c.2. Ἀλλεπάλληλος, Creber, pro ἐπάλληλος. Et in plur. ἀλλεπαλλήλοις κύμασι. Baſil. Crebris fluctibus. Interdum Ἀλλεπάλληλοι, Alterni, ἐξ ἀμοιβῆς. Bud. ET Ἀλλεπαλληλία, q.d. Alternitas. Item Continuitas, συνέχεια. Bud.

C. Κατάλληλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ordine conſentaneo compoſitus, apud Ariſtot. Item Congruus, vel Congruens, Conſentaneus, Sibi reſpondens. Bud. Apud Artemidorum, κατάλληλος Proportione reſpondens, γλῶσσαν σύμμετρον τε καὶ κατάλληλον ἔχειν τῷ σώματι, καὶ τρανὲς φθέγγεσθαι, πᾶσιν ἀγαθόν. Idem in Comm. κατάλληλα (inquit) ſunt quæ ſibi ordine conſentaneo reſpõdent. Apud eundẽ Ariſtot. πόροι κατάλληλοι opponuntur τοῖς παραλλάττουσιν, id eſt euariantibus, & ordine ſibi vel interſe non reſpondẽtibus. Apud Polybium κατάλληλα aduerbialiter, τὰς κατάλληλα γινομένας πράξεις, ſerie conſequenti & ſeſe ordine excipientes. Quod per nomen etiã dicunt κατ᾽ ἀλλήλα: ſic & κατ᾽ ἀλλήλους. Quorum exempla vide pag. 248. B C

Κατάλληλα φάρμακα apud Dioſc. Ruellius Idonea remedia, Marcellus Congrua medicamenta interpr. Sic κατάλληλον τοῖς φαρμάκοις ἔχει ποιότητα exponitur Medicamentis congruam habet qualitatem. Itidẽ apud Chryſoſtomum τροφαὶ τοῖς νοσοῦσι κατάλληλοι, Cibi ægrotis congruentes & conuenientes.

Καταλλήλως aduerb. (pro quo & κατάλληλα Polybium poſuiſſe modò dictum eſt) Congruenter, Conuenienter, Cũ quadam ordinis velut conſequẽntia, vel Congruenti ſerie. Citatur ex Naz. οἷς καταλλήλως συνεκφωνεῖται καὶ τὰ ὀνόματα, pro Quæ congruenter vnà cum ſuis nominibus enuntiantur. D

Καταλληλότης, Congruentia, Series congruens. Item Cohærentia quadrans, Inoffenſa rerum ordiniſque competẽtia & concinnitas, Bud.

c.2. Ἀκατάλληλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Incongruus, Diſſentaneus, Non habens reſpondentes inter ſe partes. Item, Incõcinnus, Concinnitatem ſibi conſentaneam non habens. Ariſtot. De mundo, τὰ ἐπὶ γῆς ἔοικεν ἀσθενῆ καὶ ἀκατάλληλα εἶναι, id eſt Infirma & concinnitatis ſibi conſentaneæ expertia, inquit Bud. Qui etiam ἀκατάλληλα καὶ πολλῆς μεστὰ ταραχῆς apud eundem interpr. Diſſentanea. Moſchopulus ſolœciſmum definit ἀκατάλληλον συμπλοκὴν τῶν λέξεων. E

Ἀκαταλλήλως, Incongruenter, Inconcinnè. Exponitur etiam ἀναρμόστως, ſicut Heſychius ἀκατάλληλον, ἀνάρμοστον, ἀκατάστατον.

C. Παράλληλος, ου, ὁ καὶ ἡ, de quo vide infrà. Παράλληλοι & Παράλληλα, Inter ſe compoſita, vt quæ ſibi mutuò reſpondeant. Ariſtot. De cælo lib. 2, αἰσθητότερα γὰρ τὰ παράλληλα τιθέμενα, exactior ſenſus eſt rerum quum inter ſe componuntur. vt θᾶττον παρὰ τὸ βραδύτερον. Iſocr. περὶ μὲν τῶν πραχθέντων παράλληλα καὶ τῶν κινδύνων ταῦτ᾽ εἴχομεν εἰπεῖν, Hæc igitur habuim⁹ quæ de rebus vtrorumque geſtis belliſque ſuſceptis diceremus, horum res geſtas cũ illorum componendo. Ex cuius imitatione Plutarchus παράλληλα ſua vocauit, hoc eſt, vitas illuſtrium virorũ, quos binos quaſi paria componit. Hactenus Budæus. Qui paucis interiectis addit, animaduertendũ eſſe autores ferè aut aduerbialiter vti hac voce, vt fecit Iſocrates: aut dictionem compoſitã ſoluere, & per accuſatiuũ loqui quẽ poſcit præpoſitio: vt in exemplo Ariſtotelico ſuperius citato. Ex quibus Budæi verbis colligim⁹ eum in illo Ariſtotelis loco ſcripſiſſe τὰ παρ᾽ ἄλληλα τιθέμενα. Sic autem apud eundem Ariſtot. in Probl. ſect. 17, παρ᾽ ἀλλήλους dicit, διὰ τί οἱ ἀσύμμετροι παρ᾽ ἀλλήλους θεωρούμενοι, μείζους φαίνονται ἢ καθ᾽ αὑτοὺς μόνους. Cæterùm quæ vocat Budæus Plutarchi παράλληλα, ſciendum eſt ab ipſo Plut. παραλλήλους βίους etiam appellari, in Pelopida, p. 1, διό περ ἡμεῖς ἑπόμενοι ταῖς ὁμοιότησι, παραλλήλους ἀνεγράψαμεν αὐτῶν τοὺς βίους. Non malè autem (meo iudicio) παραλλήλους hic eſſe dixerimus, τοὺς παραλλήλους ἐξεταζομένους. Eſt autem παραλλήλους ἐξετάζειν quod Cic. dicere ſolet contendere. vt Rhet. l. 2, Primùm igitur oportebit leges cõtendere, conſiderando vtra lex ad maiores, hoc eſt ad vtiliores & honeſtiores, ac magis neceſſarias res pertineat. Citatur porro illud genus loquendi παραλλήλους ἐξετάζειν ex Iſocrate. Quod autem ad παράλληλα attinet aduerbialiter poſitum, idem Budæus alibi ſcribit παράλληλα ſignificare etiam Alternis, Viciſſim, vt in hoc Ariſtotelis loco De iuuentute & ſenectute, ἐὰν δὲ παράλληλά τις ποιῇ τὴν ἀφαίρεσιν καὶ τὴν ἐπίθεσιν. In vulgat. lex. ex eiuſdem Plutarchi Lycurgo citatur παράλληλοι σωροὶ καὶ ὁμαλεῖς, pro aceruis ſimilibus & æqualibus. Et ex Thucyd. παράλληλοι τοῖχοι, pro parietibus eregione inter ſe collocatis. Item ex Dioſc. παράλληλα ἄνθη, flores paribus inter ſe ſpatiis ſurgentes. F G H A B

Παράλληλοι, Circuli. Plinius lib. 6, cap. 33, Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi quæ noſtri circulos, Græci παραλλήλους appellauere. Idem alibi, Paralleli dicuntur circuli ſphæræ qui ad eundem polum conſtituti finiuntur. Hæc Plinius. Vulgò autem παράλληλοι κύκλοι exponuntur circuli æqualem diſtantiam ex omni parte inter ſe habentes. Itidem παράλληλα in ſphæra, lineæ rectà paribúſque inter ſe ſpatiis in altum ſurgentes, vel Lineæ in continuum protractæ æquali ſpatio inter ſe diſtantes. Parallela (inquit vetus quidã ſcriptor excuſus cum iis qui de limitibus ſcripſerunt) id eſt alternæ rectæ lineæ nuncupantur quæ in eadem plana ſuperficie collocatæ, atque vtrinque productæ, in neutra parte concurrunt. At verò apud Dioſcoridem παράλληλοι γραμμαὶ quidam lineas inter ſe æquales, quidam diſcurrentes lineas interpretati ſunt. C

Παράλληλος æquidiſtans exponitur à Bud. in hoc Polybii loco, ἄγουσι γὰρ τετραφαλαγγίαν παράλληλον τῶν ἀσπίδων τε τῶν περιζωμάτων καὶ τελαρίων. Ibidem affertur ex Strabone, ἀπὸ δὲ τῶν ἀναπλῶν παράλληλος ὁ Ῥῆνος τῇ Πυρήνῃ. vbi tamẽ aliter accipitur. D

Ἐκ παραλλήλου apud Syn. exponitur Ex altera parte, vel Altrinſecus, epiſt. 139, ὁ δὲ ἔχει κεντοῦται ἐκ παραλλήλου τὴν μνήμην. Ex παραλλήλου grammatici poni dicũt voces ſynonymas quæ velut inter ſe componuntur, vt τυχὸν ἴσως, & apud Hom. βάσκ᾽ ἴθι.

Παραλλήλως, Per duorum inter ſe compoſitionem, Duo inter ſe componendo. Exponitur etiam Compoſitè, Comparatè. Ariſtot. De mundo, vbi loquitur de Deo, καλοῦσι δὲ αὐτὸν καὶ Δία καὶ Ζῆνα, παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς κἂν εἰ λέγοιμεν δι᾽ ὃν ζῶμεν, Vocant autem & Δία & Ζῆνα, coram compoſitis nominibus altrinſecuſque ſitis, quaſi dicas δι᾽ ὃν ζῶμεν, vel δι᾽ ὃν ζῆν ἐστι. Si enim eregione quaſi ἐν τῇ συστοιχίᾳ hæ duæ voces componantur, erit Δία Ζῆνα, quaſi δι᾽ ὃν ζῆν ἔξεστι. E

C. Παραλληλόγραμμον, ου, τὸ, Spatium quod lineis parallelis cõtinetur, Bud. ex Boethio. Idem Bud. ex eodem, παραλληλόγραμμα, inquit, Formæ geometricæ alternis lateribus conformatæ, in quibus ex aduerſo anguli & latera conſtituta ſunt inter ſe æqualia. Affert & παραλληλόγραμμον σχῆμα ex Strabone, qui de Narbonẽſi Gallia loquẽs, ſcribit, ταύτης δὲ τὸ σχῆμα παραλληλόγραμμόν πως ἐστι. Et ex eodem παραλληλόγραμμα χωρία. Ptolemæo autem παραλληλόγραμμος πίναξ tabula eſt oblonga forma, vt idẽ Bud. ſcribit. F

Παραλληλία apud grammaticos, literarum in eadem voce collocatio, aliarum iuxta alias, vt quum dicunt in δέδοικα eſſe παραλληλίαν τῶν δ, ideóque dici δέδοικα.

Παραλληλίζω, Compono inter ſe & comparo. Euſtathius παρ᾽ ἀλλήλοισι τέταντο (quod eſt apud Homerum Il. δ,) poſtquã expoſuit, ἐγγὺς ἀλλήλων, ſubiungit. Vnde παραλληλίζειν dicitur ἐπὶ παραθέσεως, ἤτοι συγκρίσεως. Sed pag. 437, παραλληλίζει & ἀλλήλαις ἐπισυβάζει pro eodem ponit. HINC Παραλληλισμὸς apud eundem paulo pòſt, qui & ὁ ἐκ παραλλήλου σχηματισμὸς ab eo appellatur: qui vel ſententias ſimiles, vel voces, alias aliis adnectit. Hæ autem voces παράλληλοι aut σύγκεινται, inquit, aut παράκεινται: quæ vel per ταυτότητα fiunt, vel per ὁμοιότητα. Per ταυτότητα fit παραλληλισμὸς, (q.d. per identitatem, id eſt eiuſdem vocis repetitionem) is quidem qui eſt ἐν συνθέσει, id eſt compoſitione, vt πάμπαν: qui autem ἐν παραθέσει, id eſt appoſitione, vt ναὶ ναὶ, & πάλαι πάλαι, apud comicum (id eſt apud Ariſtopha- G H

nem: quem κατ' ἐξοχὴν ille vocare solet comicũ. quod A
quidam non intelligentes περὶ τοῦ κωμικοῦ interpretati sunt Apud comicos) Per ὁμοιότητα autem (id est similitudinem) fit παραλληλισμός, ἐν συνθέσει quidem, id est in compositione, vt γήπεδον, μυθολογεύειν, λογολεσχεῖν: at ἐν παραθέσει, id est in appositione, vt λίαν πάνυ, & τυχὸν ἴσως. Plura vide pag. 437.

C. Ὑπάλληλος, Subalternus: vt ὑπάλληλοι ἐπιστῆμαι apud Aristotelem exponitur Artes subalternæ. Vocatur autem & αἱ ὑπ' ἀλλήλας ἐπιστῆμαι ab eodẽ. Et ὑπάλληλον quodcunque sub altero locatur, & alteri subest. Porphyr. in B
Isagoge, τὰ γὰρ περὶ τῶν εἰδικωτάτων ἄχρι τοῦ γενικωτάτου ἀνιόντα γένη τε λέγεται καὶ εἴδη ὑπάλληλα, vt Agamemnon locatur sub Atrida tanquam genere, Atrides sub Pelopida, & ita deinceps.

C. Μισάλληλος ET Φιλάλληλος, vel potius Μισάλληλοι & Φιλάλληλοι plurali numero, Mutui osores, Mutui amatores, vel Mutuo odio se prosequentes, Mutuo amore se prosequentes. ET Μισαλληλία, Φιλαλληλία, Mutuũ odium, Mutuus amor.

¶ Ἀλληλίζειν, Aliud atque aliud dicere, Aliter atque aliter loqui. ἀλληλίζειν, inquit Hesych. ἄλλως καὶ ἄλλως λέγειν. C
Quod quidam exposuerunt etiam, Non sibi constare in sermone, sed eum variare.

Ἀλληλίζεσθαι est eidem τὸ ἀλλήλοις ἐπιχειρεῖν: pro quibus reponi solet ἀλλήλοις ἐπιχειρῆσαι: vt sit Insidiari sibi mutuó.

ΑΛΣ, ἁλός, ἡ, Mare. Hom. Od. μ, — πόροις ἁλὸς ἐξερεείνων. Apud eundem variis locis, πολιῆς ἁλὸς, & ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, & ἁλὸς πολυβενθέος. Item datiuus ἁλὶ, & accusatiuus ἅλα. Est enim poeticum hoc nomen: carmini autem cum prosa commune est θάλασσα. D

Ἅλες, ἁλῶν, ἁλσί, ἅλας, plurali numero, Sal: vt etiam pluraliter dicunt πυροὶ pro tritico, & alia nonnulla. Hom. Od. λ & ψ, — οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν. Apud Athenæum lib. 12, ἁπαρτίζειν μονολογουμένους ἅλας. Plutarchus περὶ πολυφ. Τὸν θρυλλούμενον ἐκεῖνον χρόνῳ τῶν ἁλῶν συγκατεδηδοκότας μέδιμνον. Pausanias Atticis, μηδὲ ἁλσὶν ἐπιπαστὰ προσχρῆσθαι. Vbi Homeri locum modò positum citat, planè in eo intelligens ἅλεσσι pro Sale. quod ideo dico quia nonnulli in eo per ἅλας marina edulia intelligenda putauerunt, vt docet Eustathius. Ἅλς autem E
numero singulari pro Sal, non memini me apud vetustum aliquem scriptorem legere: nisi quum dicitur ἅλς Ἰνδικός, sal Indicum: ἁλὸς ἄνθος, flos salis. & siquæ appellationes huiusmodi. ¶ Ἅλες, Sales, Sermonis lepos & vrbanitas. Plutarchus Sympos. 5. Vide Budæum.

¶ Ἅλες, Conuictus & communio, & sodalitatis necessitudo. Æsch. De fal. leg. τοὺς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν περὶ πλείστου δεῖν φησὶ ποιεῖσθαι, οὐκ ὢν ἐπιχώριος (εἰρήσεται γὰρ) οὐδὲ ἐγγενὴς ἡμῖν, id est, Legationis F
societatem & sodalitiũ publicum (quale est eorum qui simul legationem obeunt) magni pendere oportere inquit ille, qui nec ciuis noster, nec indigena est. Hæc Budæus. Aristoteles Ethic. 8, κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι, id est, Nam iuxta prouerbium, alter alterum nosse nõ potest priusquam salem quem dicunt cõsumpserint. Hoc est (inquit Budæus) Ante diutius cõtractam exercitamque sodalitatem. Dicit autem Aristoteles, meo quidem iudicio, τοὺς λεγομένους ἅλας pro τὸν λεγόμενον ἁλῶν μέδιμνον, G
vt in modò citato Plutarchi loco legitur. Chrysostomus, ἁλῶν κοινωνοῦντες pro Sodales, Conuictores. Demosthenem autem imitatus videtur esse Chrysostomus, qui in oratione contra Midiam ita loquitur, εἰ δὲ ἁλῶν μὲν κοινωνήσας καὶ ὁμωρόφιος γενόμενος ὡς οὐδὲν εἰργασμένῳ φανήσεται. ita enim legitur hic locus in optimis & vetustissimis codicibus, non autem vt in vulgatis editionibus, atque adeo in Aldina, εἰ δὲ ἁλῶν μὲν καὶ ὁμωρόφιος γενόμενος.

Ἅλοθεν & Ἅλαδε, Aduerbia, pro Ex mari, ἐξ ἁλός: & Ad mare, εἰς ἅλα: vt ἅλαδε προέρυσσαν, apud Homerum. H

C. Ἁλοσάχνη, Spuma maris, secundum Hesychium, apud quem diuisim scriptum habetur ἁλὸς ἄχνη. Aristoteles De hist. anim. lib. 9. cap. 14, de nido alcedinis loquens, ἡ νεοττιὰ παρομοία ταῖς σφαίραις ταῖς θαλαττίαις ἐστὶ καὶ ταῖς καλουμέναις ἁλοσάχναις, πλὴν τοῦ χρώματος, id est (Gaza interprete) Nidus marinæ similis pilæ, & iis quæ à flore maris halosachnæ dicuntur. Idem Aristoteles statim pòst, καὶ κόπτοντι μὲν σιδηρίῳ ὀξεῖ οὐ ταχὺ διακόπτεται, ἅμα δὲ κόπτοντι καὶ ταῖς χερσὶ θραύοντι, ταχὺ διαθραύεται ὥσπερ ἡ ἁλοσάχνη. Vbi idem Gaza ἁλοσάχνην florem aridum maris interpretatur.

C. Ἁλοσύδνη, dicta vna Nereidũ, aut ipsa Amphitrite, ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ σεύεσθαι, apud Homerum. A quibusdam Mare, à nonnullis Aqua maris explicatur, quasi ἁλὸς ὕδωρ, non assentiente Eustathio, quem consule.

C. Ἁλιαής, έος, ὁ καὶ ἡ, Per mare flans, In mari flans. vnde venti ἁλιαέες apud Homerum: vt Od. δ, — οὐ δέ ποτ' οὖροι πνείοντες φαίνονθ' ἁλιαέες.

C. Ἁλίβρεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mari immersus, vel aspersus, aut madefactus. in Anthol. epigr.

C. Ἁλίβρομος, ὁ καὶ ἡ, Marifremus, vno verbo. id est, Marinum quendam fremitum edens. Pan ἁλίβρομος, vt ait Sophoclis schol. ὅτι τῆς ἠχοῦς ἐστὶ πολύηχος δὲ ἡ θάλασσα.

C. Ἁλίβροχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mari irriguus, Qui mari abluitur. vt apud Apoll. Argon. 2, πέτραι ἁλίβροχοι.

C. Ἁλιγείτων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Mari vicinus, Maritimus apud Nonnum.

C. Ἁλιγενής, έος, ὁ καὶ ἡ, Mari genitus. Venus ἐπιθετικῶς dicitur ἁλιγενής, quia est orta mari, vt canit Ouidius. Saligena vno verbo Erasmus vertit: hoc verbum fingens (vt opinor) ad imitationem illorum Martigena, Nubigena, Terrigena.

C. Ἁλιδινής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui in mari versatur, Qui per mare circumagitur: vt ἐμπορίης ἁλιδινέος apud Dionysium De situ orbis. vbi tamen alii codices habent ἁλιμηδέος.

C. Ἁλιδύω, Submergo in mari, pro ἁλὶ δύω. Dicitur & ἁλιβδύω, per Æolicum literæ β pleonasmum. Ἀλιβδῦσαι, inquit Hesych. ἀφανίσαι, id est Abolere, Exterminare.

C. Ἁλίδρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, Per mare currẽs, Mariuagus. Apud poetas ναῦς (id est nauis) dicitur ἁλίδρομος epithetice. Latini naues pontigradas dicunt, quod ad verbum respondet alii epitheto ποντοπόροι.

C. Ἁλίζωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mari cinctus. ἁλίζωνος Κόρινθος, in Anth. epigrammate. quæ & ἀμφίαλος.

C. Ἁλιήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, vt apud Euripidem ἁλιήρεις κῶπαι, i. ἡ ἐρέσσουσι κατὰ τὴν θάλασσαν, Qua remigant in mari.

C. Ἁλίκρας, Mari (i. marinæ salsugini) cõmixtus, cum accentu in penult. vt ait Eustath.

C. Ἁλικρείων, Maris regnum obtinens, Regnans in mari. ὁ τῆς ἁλὸς κρείων: vt dicitur ἀρυκρείων.

C. Ἁλικρηπὶς γαῖα, Maritima ora exponitur apud Nonnũ, quasi habens fundamentum ad mare.

C. Ἁλιμέδων, οντος, ὁ, Mari imperans, Neptuni epithetum, cui synonymum est ποντομέδων.

C. Ἁλιμηδής, έος, ὁ καὶ ἡ, In mari agitans cõsilia, In mari sollicitus: vt ἁλιμηδὴς ἐμπορία, negotiatio in mari sollicita, apud Dionysium De situ orbis.

C. Ἁλιμυρήεις, εντος, ὁ, In mare cum sonitu quodam aut fremitu fluens. Odyss. ε, Καὶ τὰ μὲν εἰς ποταμὸν ἁλιμυρήεντα μεθῆκε.

Ἁλιμυρής, έος, ὁ καὶ ἡ, Idem Apoll. Arg. 1, Αὖσεν ὑπ' ἐκ πέτρης ἁλιμυρέος.

C. Ἁλινηχής, έος, ὁ καὶ ἡ, In mari natans: vt ἁλινηχὴς κώπη, in Anth. epigr. Ex ἁλὶ datiuo & verbo νήχομαι.

C. Ἁλινήκτειρα gen. fœmin. idem quod ἁλινηχής. vt ἁλινήκτειρα ἐλαία, in Anthol. epigramm. ad verbum, Olea in sale natans, id est (opinor) Olea plurima muriæ immersa. Hui⁹ autem epitheti terminatio videtur à νηκτὸς formata. nam à νήχομαι deductum νηκτὸς sonat Natationi aptus, aut Natandi facultatem habens.

C. Ἁλιοτρεφής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui in mari alitur. In vulg. lex. ex Odyss. Homeri.

C. Ἁλίπαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sale conspersus: vt ἁλίπαστον κρέας, & ἁλίπαστον χοιρεῖον, τὸ ἁλσὶ πεπασμένον, apud Eustathium.

¶ Est etiam ἁλίπαστος, Mari seu aqua marina aspersus, in Anthol. Epigr.

C. Ἁλίπεδον, ου, τὸ, ad verbum sonat Marisolum, id est, Solum quod aliquãdiu mari coopertũ fuit, rursum autẽ campus esse cœpit, & aratum fuit. Propriè igitur ma-

ritimus campus, sed per catachresin quilibet campus. Ita Suidas. Hesychius habet duntaxat, ἁλίπεδα τὰ παρὰ τῇ θαλάσσῃ πεδία, id est, Mari adiacentes cāpi. Secundū quosdam ἁλίπεδον quasi ἁλὸς πέδον: secundum alios παρὰ τὸ ἀλινδεῖσθαι ἵππους ἐν αὐτῷ δύνασθαι.

C. Ἁλίπλαγκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mariuagus, Pontiuagus. apud Sophoclem in Aiace, ὦ Πὰν Πὰν ἁλίπλαγκτε. vbi scholiastes huius epitheti rationē reddens, ait, ὅτι ἐν τοῖς ἀκρωτηρίοις τιμᾶται, ἔνθα πλάζεται ἡ θάλασσα. id est, Quia in promontoriis colitur, vbi vagatur mare. Reddit & alias huius epitheti rationes, quas apud eum vide.

C. Ἁλιπλανής, έος, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἁλίπλαγκτος, in Anthol. epigr. Illud fit à πλάνη, hoc à πλάζω: vtrunque præfixum habens datiuum ἁλί.

Ἁλιπλανία, ας, ἡ, Erratio, siue Error per mare, in Anthol. epigramm.

C. Ἁλίπλοος, ου, ὁ καὶ ἡ, Per mare nauigans. Apud Homerum ἁλίπλοα τείχεα, Muri supernatantes mari, vel muri in mare demersi, ita vt illis mare supernatet. inquit Hesych. Locus est Il. μ, — ὗε δ' ἄρα Ζεὺς συνεχὲς, ὄφρα κε θᾶσσον ἁλίπλοα τείχεα θείη.

C. Ἁλίπνοος, ου, ὁ καὶ ἡ, Odorem maris habens, Mare spirans, Mare redolens. Apud Musæum.

C. Ἁλιπόρφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Marinæ purpuræ colorem habens, vt ἁλιπόρφυρα φάρεα apud Homerum; Vestimenta purpura marina tincta, aut Vestimenta colorem habentia maris πορφύροντος. Vide πορφύρω.

C. Ἁλίρροος, ου, ὁ καὶ ἡ, Marifluus, Circa mare vel ad mare fluens. Aut, In mare fluens. Vide proximè sequens Ἁλίρροθος.

C. Ἁλίρροθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Marifluus. πόροι ἁλίρροθοι Sophocli in Aiace dicuntur Fluuii in mare fluentes cum sonitu, vt ait scholiastes. Inuenitur & ἁλίρροθος ἀκτὴ, pro Littus quod fluctibus marinis agitatur. ‖ Videtur autē dici ἁλίρροθος pro ἁλιρρόθιος, ex ἅλς ἁλὸς, & ῥόθιον, id est fluctus. atq; adeo reperitur ἁλιρροθία fœmininū genus habens seruatum ι, in Anthol. epigr. — ἁλιρροθία ξεῖνε κέκευθε κόνις. ‖ Verùm notandum est quum ῥόθος dicatur fluctus, itidem ῥόθιον diminutiui forma: ab vtroque substantiuum formatum. nam ἁλιρρόθους Hesychius exponit fluctus maris: Suidas ἁλιρρόθιον itidem fluctum maris. Dicemus ergo ἁλιρρόθους quasi ἁλὸς ῥόθους, & ἁλιρρόθιον quasi ἁλὸς ῥόθιον. Apud Hesychium quidem certè ἁλιρρώθους cum ω habetur, sed non sine manifesto mendo.

C. Ἁλίστρεπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Actus aut versatus in mari, Circūactus in mari. ναῦς ἁλίστρεπτος, Nauis quæ circūacta est, aut circumagi solet, vel potest. q. d. Nauis in mari versatilis.

C. Ἁλιστρεφής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui in mari voluitur, vel circumagitur, Qui in mari vertitur, seu versatur. ἁλιστρεφεῖς νῆσοι apud Musæum, insulæ mari circundatæ, vt vulgò exponitur: quum tamē propriè hoc epithetū sonet id quod dixi.

C. Ἁλιτενής, έος, ὁ καὶ ἡ. Dicitur ἁλιτενὴς τόπος maritimus vel mari adiacens locus. quasi ad mare extensus. ‖ Itē ἁλιτενὲς dicitur demissum & humile. ταπεινὸν, vt Hesych. & Etymologistes habent. Ex datiuo ἁλὶ & τείνω, vt opinor. Ideo autem humile puto significari per ἁλιτενὲς quòd soleant demissiora esse quæ mari adiacent loca. Ἁλιτενὴς θάλασσα, inquit Budæus, Vadis frequens & breuibus, vt in littore. Appianus, ὡς τῆς θαλάσσης οὔσης ἁλιτενοῦς καὶ μεγάλαις ναυσὶν οὐκ εὐχεροῦς, id est (Bayfio interpr.) Propterea quòd mare illic esset vadosum miniméque capax magnarum nauium.

C. Ἁλιτέρμων, ονος, ὁ, Mari cōterminus, vel finitimus. in Anthol. epigr.

C. Ἁλιτρεφής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui ex mari viuit, Qui ex mari alitur. id est, vel esu piscium marinorum, vel etiam eorum piscatu: vt ipsi piscatores, qui sua arte victum sibi quærunt. Vtitur Nonnus.

C. Ἁλίτροπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui vertitur in mari, Qui versatur huc illuc in mari & iactatur. Phocylides, Πλαζόμενόν τε βροτὸν καὶ ἁλίτροπον οὐδ' ὑπαλύξῃς.

C. Ἁλίτροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, In mari educatus. In vulg. lex. Græcolat. exponitur Marinus, non expressa vi cōpositionis.

A C. Ἁλίτρυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, In mari vexatus. ἁλίτρυτος κύμβη, cymba mari vexata, in Anthol. epigr. ἁλίτρυτοι χεῖρες apud Nonnum, manus in mari fatigatæ & labore vexatæ. de piscatoribus dictum.

C. Ἁλίτυρος, ου, ὁ, Caseus sale aspersus, in Anthol. epigr.

C. Ἁλιφθόρος, ου, ὁ, Perdens in mari, Prædo marinus. in Anthol. epigramm. Ibidem Ἁλιφθορίη ναυτῶν, Perditio nautarum in mari: accipiendo perditionem passiuè. Vno verbo Naufragium.

C. Ἁλίφλοιος, ου, ὁ, Maricortex, ad verbum, aut Salicortex.
B Species roboris seu quercus, vt ex Theophrasti Hist. pl. lib. 3, cap. 9, adnotatur in vulgat. lex. Græcol. Sed habēt Salsicortex: ego malim Salicortex: vt ἁλιγενὴς vertitur vno verbo Saligena, accipiendo salum pro mari.

C. Ἁλίχλαινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ex mari lænam habens. id est, vt opinor, lænam purpuream habens, videlicet conchæ marinæ sanguine tinctam.

C. Ἁλουργός, οῦ, ὁ, Purpureus, vel (vt quidam loquuntur) Purpurisseus. A nonnullis & Violaceus exponitur. De purpuræ colore intellexit Etymologistes, secundum
C quem ἁλουργὸν dicitur quasi ἁλὸς ἔργον, id est maris opus: quòd videlicet ex marina concha fiat. Sed non dubium est quin ἁλουργὸς, à purpuræ colore ductū, longius postea significationē suam extenderit. Arcus cælestis primus color est φοινικοῦς: secundus autem, ἁλουργὴς & πορφυροῦς: vt Budæus tradit ex Plutarcho De philos. placitis. Idem in suo lexico scribit, Ἁλουργὸν, idem quod οἰνωπὸν, τὸ ἐκ τῆς θαλάττης πορφυροῦν. Sed quid sit color ἁλουργὸς, omnium optimè docet Aristotelis locus in libro De coloribus; vbi ait vuarum botros habere colorem οἰνω-
D πὸν, dum maturescunt: quum autem nigrescunt, colorem φοινικοῦν in ἁλουργὸν mutari. Plato in Timæo ait ἁλουργοῦν esse rubrum cum albo nigróque permixtū. ἐρυθρὸν δὲ, inquit, μέλανι λευκῷ τε κραθὲν, ἁλουργοῦν. Vbi notandum ἁλουργοῦν pro ἁλουργὸν, factum quasi ex ἁλουργέον.

Ἁλουργὸν pro substantiuo positum reperiri quidam tradunt, subaudito nomine χρῶμα vel ἱμάτιον: vt ἁλουργῆ pro ἱμάτια ἁλουργῆ inuenitur. Sed & ἁλουργοὶ ex Plutarcho citatur substantiuè positum, subaudito nomine
E ἐσθῆτες. Etymologiam autem huius nominis esse dixi à nomine ἅλς ἁλὸς & ἔργον: vt sit ἁλουργὸν quasi opus marium. vnde ἁλουργὰ Etymologici autor exponit πορφυρᾶ, & ἁλουργίδα vult esse πορφύραν. hæc autem fit ex marina concha. Hesychius quoque ἁλουργὲς ait esse πορφυροῦν.

Ἁλουργής, έος, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἁλουργός. vt ἁλουργῆ ἱμάτια, Vestes purpurisseæ. Athen. 11, ἁλουργῆ μὲν γὰρ ἠμπίσχον τὰ ἱμάτια. Aliquando ἁλουργῆ subaudito substantiuo ponitur per se: vt ἁλουργῆ ἀμπεχόμενος quidam dixit. ἁ-
F λουργὲς γὰρ (inquit Hesychius) τὸ ἐκ τῆς θαλαττίας πορφύρας ὕφος.

Ἁλουργίς, ίδος, ἡ, Vestis certum genus, coloris purpurei seu violacei, vel potius coloris ἁλουργοῦ. nam quis sit is ex iis quæ diximus patet: quo autem nomine Latino appellandus, non constat. Etymologici autor ἁλουργίδα exponit πορφύραν, id est purpurā. Trabeam (inquit Lazarus Bayfius) Græci ἁλουργίδα vocant. Plutarchus in Romulo, αὐτὸς δὲ προὐκάθητο μετὰ τῶν ἀρίστων ἁλουργίδι κεκοσμημένος. ‖ In vulg. lex. Græcol. annotatur
G ἁλουργὶς pro phaleris purpureis positum reperiri, item pro stragulo purpureo, apud Lucianum.

Ἁλουργείδες ab Hesychio exponitur πορφυρίδες. Videtur autem nihil aliud esse ἁλουργεὶς quàm ἁλουργὶς, quod modò explicatum fuit.

c. 2. Ἁλουργοπώλης, ου, ὁ, Venditor purpuræ. vt ἁλουργὰ transferre purpuram nobis permittamus. Aristot. in Mechanicis. ET Ἁλουργοπώλιον, Locus vbi purpura venditur. Item, Purpuraria officina. ET Ἁλουργοπωλική Isæo, quæ πορφυροπωλικὴ appellatur, inquit Suidas. In
H quibus subaudiri puto substantiuū τέχνη. q. d. Purpuræ venditoria ars.

c. 2. Παραλουργής, έος, ὁ καὶ ἡ, Attextam habens purpuram. παραλουργὲς (inquit Pollux) τὸ ἑκατέρωθεν παρυφασμένην ἔχον πορφύραν. Quod & πάρυφες, & Ionicè πηχυαλὲς, vt idē scribit. ET Παραλουργὶς, muliebris vestis (sicut

ἁλουργὶς virilis) apud eundem: ea nimirum quæ (vt credibile est) ita attextam habebat purpuram. A

Παραλουργεῖς, Minus honorati, Qui minore sunt in pretio. q.d. παραβαφεῖς, inquit Hesych.

c.2. Περιαλουργής, q.d. Circumpurpuratus. Apud Aristoph. in Lysistrata, metaph. περιαλουργὸς κακοῖς pro Tinctus malis, vel Profundus malis, ὁ βαθὺς τοῖς κακοῖς (inquit Suidas, qui & alterius expositionis est autor) id est (vt opinor) Qui profunda mēte mala excogitat. Ducta metaphora à concha qua vtuntur ad tingendam purpurā. illa enim è profundo mari eruitur. B

Alterum compositorum genus.

C. Ἀγχίαλος, ὁ καὶ ἡ, (accentu in antepen.) Mari vicinus, Ad mare seu prope mare situs, Maritimus, Littoralis. vt Φάρη ἀγχίαλος, Apoll. Argon. 2, Χαλκίδα ἀγχίαλον vocat Hom. Iliad. β, παραθαλασσίαν, Maritimam. quæ & ἀγχιάλατος in prosa dici posset. Scribitur & ἀγγίαλος cum α habente superpositum spiritum asperum, de qua scriptura lege Athen. & Eustath.

Ἀγχίαλος, proprium est nomen, inquit Hesych. Intelligit autem viri proprium, vt ex Eustathio liquet, qui ἀγχίαλος proparoxytonē & nomen proprium esse ait, & nomen adiectiuum: item vrbem Thraciæ, quæ & ἀγχιάλη. (Hoc autem ἀγχιάλη legitur & apud Stephanum: sed magno errore ibi πόλις Σικελίας pro πόλις Κιλικίας scriptum est.) Alibi tradit idem gramm. hanc vrbē à Philopono ἀγχιαλὸν appellari ὀξυτόνως. Viri autē proprium nomen est apud Hom. Od. α, v.181, Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος εὔχομαι εἶναι υἱός. C

Ἀγχιαλὸς, accentu in vlt. Funis nauigii, inquit idem Eustath. aut vrbs Thraciæ, quæ & ἀγχίαλος, vt modò dictum est.

C. Ἀμφίαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Circunquaque habens mare, siue Vtrinque mare habēs (sicut ἀμφιθάλαττος Polluci, ἡ ἑκατέρωθεν ἔχουσα θάλατταν, vt Corinthus) Circundatus vel cinctus mari, vt circundan[illegible]ulæ. Hesychius ἀμφιάλῳ exponit [illegible] τῆς θαλάσσης περιεχομένῃ πάντοθεν. vnde νήσου (id est insulæ [illegible]um est ἀμφίαλος, sicut & ἀμφίρρυτος. Sciendum est aut[illegible] qui ἀγχίαλος scripserunt cum ἁ (de qua scriptura modò dixi) eosdem & ἀμφίαλος scripsisse. D E

C. Ἔξαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Extans mari (vt dicitur Extare aquis) Extra mare positus. Cui opponitur ὕφαλος: vt apud Lucianum, καὶ τὰ μὲν ὕφαλα τῆς νεὼς κατάξηρα, τὰ δὲ ἔξαλα, ἄμορφα. Idem, οἱ μὲν οὖν ἐρέται τὸ σκάφος ἔξαλον ἐς τὴν ἀναστήσαντες, id est, A mari subductum, inquit Bud. Qui addit, à Strabone ἔξαλον appellari, pag. 231, Remotum à mari. Apud Polybium ἔξαλος πηγή, quæ extra aquā siue paulo supra aquam infertur, Baysio interprete in his lib. 16 locis, αὐτὸς μὲν ἔξαλον ἔλαβε τὴν πηγὴν, & ἐξάλους ἐλάμβανον τὰς πηγάς. Vide infrà & ὕφαλος πηγή. ‖ Ἔξαλος, E mari exiliens. Oppianus de piscibus, ἔξαλοι ἀΐσσουσι. F

C. Ἔφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ET Ἐφάλιος, Ad mare situs, Maritimus. Vtrunque enim dici volunt. sicut πάραλος & παράλιος. Il. β, Κήρινθόν τ' ἔφαλον. ‖ Sunt qui ἔφαλον opponi etiam velint τῷ ὑφάλῳ: & ita idem fuerit quod ἔξαλος modò expositum.

C. Πάραλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ET Παράλιος, Maritimus. Soph. Aiace, πόροι ἁλίρροθοι, πάραλά τ' ἄντρα. Sic πάραλος γῆ apud Thucydidem (cuius locum proferam infrà) παραθαλάσσιος, vt schol. exponit. At πάραλος στρατὸς ex Herodoto citatur pro classe. Παράλιος in soluta oratione vsitatius est. (vnde & illud per hoc explicari solet) Plut. De prud. anim. τοὺς νησιώτας καὶ παραλίους. Philo De mundo, οὐ παράλιοι μόνον ἀλλὰ καὶ μεσόγειοι μοῖραι κατεπόθησαν. Et παραλία πεύκη Theophr. Maritima pinus. Et παραλία (sub. χώρα) maritima ora. Plut. Pericle, αἱ τῆς παραλίας πόλεις. Aristoteles Rhet. 3, συνεισαμένων πρὸς τὴν παραλίαν. Et παραλία (sub. χώρα) maritima ora. Thucydid. lib. 2, Πελοποννησίους κατέλιπον τῆς Ἀττικῆς ὄντας ἐν τῇ παραλίᾳ. Quos ad locos pertinet quod annotauit quidam, Atticam peculiariter παραλίαν fuisse dictam. παραλία (inquit Hesych.) ἡ Ἀττική. ἔνθεν καὶ ἡ ναῦς πάραλος. Eodem modo παράλιοι dicti οἱ τὴν παράλιον τῆς Ἀττικῆς κατοικοῦντες. Scio tamen apud Suidā legi πάραλοι, & ita eum scripsisse manifestū G H

est: quum tradat παράλους appellatos fuisse non eos solùm qui naue paralo dicta vehebantur, verumetiam eos qui maritimam Atticæ oram incolebant: cæteros autem, πεδιαίους & διακρίους. Sed apud Hesychium habemus παράλιοι: itidémque à Plutarcho eadem de re loquente παραλίων fit mentio, sicut & πεδιέων, non πεδιαίων. Eius enim verba sunt in Polit. præcept. διὸ βέλτιονα Σόλων ἔλαβεν ἀρχὴν, διεστώσης εἰς τρία μέρη τῆς πόλεως, τὸ τῶν διακρίων λεγομένων, καὶ τὸ τῶν πεδιέων καὶ τὸ τῶν παραλίων. (Sunt autem qui πεδιαίων hîc scribant, vt & alibi mihi legisse videor) habet tamen πεδιέων & Aristoph. schol. idem describens) Idem verò Plutarchus in Erotico παράλους, ἐπακρίους, & πεδίους vocat, appellans θεοὺς σάους. Sed non dubito quin pro πεδίων, vel πεδιέων vel πεδιαίων apud eum reponendum sit. Thucydides autem πεδίον ea significatione dixit, & τὴν πάραλον γῆν, libro 2 ita scribens, οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἐπειδὴ ἔτεμον τὸ πεδίον, παρῆλθον ἐς τὴν πάραλον γῆν καλουμένην. ‖ Pro παραλία autem, id est maritima regio, dicitur interdum à poetis παρραλία metri causa, seu παρραλίη. ‖ Παράλια, τὰ, Festi nomen, Athen. & Eustathio. ‖ Παράλιοι ὄρνιθες apud Sophoclem Marinæ aues potius quàm maritimi.

Πάραλος, Nauis apud Athenienses, quā (sicut & altera cui Salaminiæ nomen erat) ad certos tantùm vsus adhibebant. Quod testatur Plutarchus in Politicis præceptis, ita scribens, ὥσπερ ἡ Σαλαμινία ναῦς Ἀθήνησι καὶ ἡ πάραλος οὐκ ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἀναγκαίας καὶ μεγάλας κατεσπῶντο πράξεις. Hinc & Pitholaus apud Aristotelem Rhet. 3, τὴν πάραλον appellauit ῥόπαλον τοῦ δήμου. Ab Hesychio vocatur πάραλος nauis sacra: sicut & alibi Σαλαμίνιος (ita enim apud eum scriptum est) dicitur esse μία τῶν ἱερῶν νεῶν. Suidas hasce duas, triremes fuisse dicit (addēs itidem sacras) quæ celeritate præstarent, atque adeo velut celeres quadā ministræ essent. Scholiastes Demosthenis duabus hisce sacris triremibus (nam & ipse ita vocat) tres postea fuisse additas scribit, quarum nomina essent, Antigonis, Ptolemais, Ammonias. A Suida duæ tantùm recensentur quæ illis accesserint, Antigonis & Demetrias. Idem schol. Demosth. πάραλον à Paralo quodam heroe nomen accepisse tradit: quod & apud Suidam legimus. At Hesychius vult πάραλον dictam esse ἀπὸ τῆς παραλίας Ἀττικῆς. Quod etiam voluisse puto ipsum Dem. scholiasten, quum post etymologiam à Paralo filio Periclis, aut Paralo heroe, (cui ille ὁμώνυμος) subiungit, διὰ τὸ πλεῖν τὴν παραλίαν, τουτέστι τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Ἑλλήσποντον. αὕτη γὰρ ἀπεστέλλετο πρὸς τοὺς συμμάχους, ἐπεὶ βούλοιντο σημαίνειν οἱ Ἀθηναῖοι. Sed omnino addenda fuerit disiunctiua particula ἢ ante διὰ τὸ πλεῖν: vt dicat nomē inuenisse ab heroe Paralo, ἢ διὰ τὸ πλεῖν. Illud enim διὰ τὸ πλεῖν ad heroem non referri, ostendunt quæ sequuntur, αὕτη γὰρ ἀπεστέλλετο. &c. Cæterùm naue paralo vti solitos Athenienses tradit Suidas ad publica negotia: Salaminia autem εἰς τὰ θεωρικὰ, id est, in ea theoros solitos mitti Delphos. Sunt qui contrà hoc parali nauis officium fuisse putent. (& apud ipsummet Suidam in alio loco hæ nominibus tantùm differre putantur) illis autē Aristophanis schol. subscribit. Sed παράλου varios fuisse vsus, prout varia occurrebant publica negotia, ex multis autorum locis colligere possumus. Demosth. schol. & Suid. volūt ea vti solitos ad reuocandos domum è peregrina regione duces, vt ad reuocandum è Sicilia Alcibiadem. Addunt nonnulli, ad reuocandos aut euocandos eos duces quibus dicenda causa esset. quod sanè conuenit illi Alcibiadis exemplo Id autem & Aristophanis schol. testatur, scribens, ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ἐκκαλουμένους εἰς κρίσιν ἦγεν, ἡ δὲ πάραλος τὰς θεωρίας ἀπῆγε. Apud Xenoph. πάραλος Athenas mittitur ἀπαγγέλλουσα τὰ γεγονότα. Apud Demosthenem autē legimus, τῆς μὲν παράλου τοὺς μισθοὺς Κυζικηνῶν ἥρπασε πλεῖον ἢ πέντε τάλαντα. ‖ Fuerunt autem dicti πάραλοι & qui in paralo naue remigabant, seu propugnabant. Secundum Suidam autem generaliter Parali nauis vectores. Pollux ναύτας nauis parali vult appellatos, παράλους seu παραλίτας, sicut Salaminiæ nauis, σαλαμινίους. Hesychius autem παραλίτης exponit ὁ ἀπὸ τῆς παράλου. Sic & schol. Thucyd. παράλους esse dicit τοὺς ἐκ τῆς νεὼς τῆς παράλου.

Legitur autem hæc vox apud Thuc.cũ alibi tum lib. 8, τῶν μὲ παράλων τινὰς οἱ τετρακόσιοι δύο ἢ τρεῖς ἔδησαν, τοὺς δ' ἄλλους, ἀφελόμενοι τὴν ναῦν, καὶ μετεκβιβάσαντες εἰς ἄλλην στρατιωτίδα ναῦν, ἔταξαν φρουρεῖν περὶ Εὔβοιαν. Bayfius in hoc eiusdem Thuc. loco lib. 6, ἀφίκοντο δὲ τότε οἱ Ἀργεῖοι μετὰ τῶν παράλων, interpretatur παράλους propugnatores qui in naue paralo esse solebant. Extenditur autem latius interdum παράλων significatio, pro quibusuis remigibus. Aristoph. Ranis, — καὶ τοὺς παράλους ἀνέπεισεν ἀνταγορεύειν τοῖς ἄρχουσι. Vbi schol. per παράλους scribit intelligi κωπηλάτας. Eius verba sunt, παράλους δὲ σημαίνει τοὺς κωπηλάτας. πάραλος γὰρ & Σαλαμινία, τριήρεις εἰσὶ ἱεραὶ καὶ κοιναί. δὲ παράλους, τοὺς ἐκ τῶν τριήρων ταύτας. οὐ γὰρ ἴδιόν τι λέγει ἂν περὶ τῆς παράλου τριήρους νεώς. ἄτοπον δὲ ἐστὶ ἦσαν. ‖ Πάραλος & pro quodam tribuum iudicio, in vulg. lex.

C. Παράλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Maritimus, Mari vicinus. Idem quod αἰγιαλος apud poetas: vt αἶγα & πλησίον idem significant. Hinc πλησίαλον substantiuum, Maritima ora, Posidonio apud Athenæum, ὥδευον κατὰ τὸ πλησίαλον νικήσαντες τῇ μάχῃ. Quod vocabulum scribi etiam πλησιάλον cum α, (sicut αἰγιαλον) admonet Eustath.

C. Ὕφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, (oppositũ τοῦ ὕφαλος) Qui est sub mari, Sub mari latens, Vel, Quiescit intra mare, ὕφαλος πέτρα, in Epigr. saxũ sub mari latens. Quod & ὕφαλος sine adiectione dici annotarunt quidã gramm. Apud Alciphr. ὕφαλον δίκτυον, rete in mare demissũ & conditum. Hinc Ὕφαλος per metaphoram, Subdolus, Versutus. q.d. Sub pectore latentem habens fraudulentiam. Vnde ὕφαλον ἦθος, quod & ὕπουλον. Sic apud Gregorium, Οὐχ ἁπλοῦν μὲν ὁρῶ βλέπω τοῖς Ἀρμενίοις, ἀλλὰ κρυπτὸν ἢ καὶ ὕφαλον. ‖ Ὕφαλος item pro Aliquantum salsus (q.d. Subsalsus) Diosc. lib. 3, c. 153.

C. Ὠκύαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Velox in mari, Velociter per mare currens. Nauis epithetum apud Homerum. dicitur enim ab eo ὠκύαλος νηῦς, quod à scholiaste exponitur ταχύπλους.

Compositum sequens eiusdem quidem est formæ, sed ab altera tantùm ἁλὸς significatione, videlicet pro sale, non pro mari.

C. Ἄναλος, Sale carens, Insulsus, Non salitus. Aristot. διὰ τί ἄναλοι ἄρτοι πλείονα σταθμὸν ἔχουσι τῶν ἡλισμένων. Marc. 9. versu vltimo, ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε;

Composita autem in λιος terminata (vt ἐνάλιος) vide post Ἅλιος.

C. Εἰναλίφοιτος, ου, ὁ & ἡ, Mariuagus, In mari vagans, seu per mare, vt εἰναλίφοιτα λίνα, retia per mare vagatia, quasi εἰν ἁλὶ φοιτῶντα. Eadem forma dicitur quã ἠερόφοιτος. Est autem hoc diuersum ab illis quæ compositavocaui alicubi, qualia sunt ea quæ alibi à me ponuntur præfixum habentia c. 2. non enim hoc ex alio fit iam composito, sed ex tribus simplicibus componitur. Ideóque post εἰνάλιος non posui, ne videretur ex illo factum, quasi esset εἰναλίφοιτος pro εἰναλιόφοιτος.

¶ Ἅλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Marinus, θαλάσσιος, in prosa. ἅλιος γέρων, id est marinus senex, appellatur Proteus ab Homero. & ἅλιαι θεαί, marinæ deæ, ab eodem, Iliad. ω, & Iliad. σ, — μετ' ἀθανάτης ἁλίῃσι. Et Od. γ, — ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίῃσι. Sic Sophocles ἁλίαν ὃς ἐπέβας ἐλίσσων πλάταν marinum remum vocat, scribens, ἁλίαν ὃς ἐπέβας ἐλίσσων πλάταν.

Ἁλία non solùm adiectiuum esse, significans Marina, sed vt substantiuum pro mari poni, in vulg. lexicis Græcol. habetur. cuius vsus exemplum desidero. ‖ Ἁλία ibidem annotatur piscationem seu prædam piscium apud Gregorium significare. Sed videndum ne pro ἁλία legendum sit ἁλεία, de quo nomine dicam post ἁλιεύς. Ex Hesych. præterea discimus esse vas in quo sal teritur, aut in quod reponitur. Meminit & Pollux, vt dicam in Ἁλίας. ‖ Ab ἁλία factum etiam ἁλίαρον, id est sale conditũ. ἁλίαρον, inquit Eust. τὸ ἡδυσμένον ἁλὶ ... ἐδεσμα.

Ἅλιος, Vanus, Inanis, Irritus. Ἅλιον capi pro μάταιον, id est vanum, ducta significatione à mari, constat inter grãmaticos: sed quàm potissimùm ob causam, ... verò certant. nam alii ἅλιον dici volunt ..., quasi quod in mare iaciatur & extermine... Alii, quod mare res quædam vana & inutilis esse videretur, ante ... tas naues: Alii, quòd ad potum inutilis sit aqua marina. οὐχ ἅλιον βέλος apud Homerum aliquoties pro Telum non vanum, Telum effectu non carens. Sic οὐχ ἅλιον ἔπος. Il. ω, & οὐχ ἅλιον ὅρκιον, Il. δ. ‖ Ἅλιον aduerbialiter etiam ponitur ab Homero interdum pro Frustrà, Incassum. vt Il. ν, Αἰχμὴ δ' Αἰνείαο κραδαινομένη κατὰ γαίης ᾤχετ' ἐπεί ῥ' ἅλιον στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ὄρουσεν. nam hîc ἅλιον scholiastæ exponunt ματαίως. Hinc Ἁλιόω, Vanum reddo, Irritum reddo, Effectum habere non sino. Od. ε, Ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἐστὶ Διὸς νόον αἰγιόχοιο Οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν, οὔθ' ἁλιῶσαι. vbi ἁλιῶσαι exponitur etiam μάταιον ἡγήσασθαι, id est, Vanum existimare, Pro vano & inani habere. Il. π, Οὐδ' ἁλίωσε βέλος. pro eo quod alibi dicit, οὐχ ἅλιον ἧκε βέλος, vt ait Eustath. id est, non irritum emisit telum. ‖ Ἁλιόω & pro In salis modum cõtero, Symmachũ vsurpasse Esaiæ cap. 52. annot. in vulg. lexicis.

C. Ἐνάλιος, ου, ὁ & ἡ, (interdum & Εἰναλία, f. g.) Marin⁹. vt ἐνάλια ζῶα, Aristoteli De mundo, Marina animantia. Sic ἐνάλια φύσις à Sophocle appellantur pisces periphrasticè. Apud eundem verò ἐνάλιος λεὼς exponitur ὁ ἐν τῇ θαλάσσῃ διατρίβων, in mari versans. At Plutar. ἐνάλιον ἔργον appellat rẽ in mari gestã. q.d. marinũ opus. Nam naualе opus ad verbum fuerit potius ναυτικὸν ἔργον. ‖ Ἐνάλιος, Maritimus. vt apud Aristot. De mundo, βρύουσα γῆ νήσοις τε ἐναλίαις καὶ ἠπείροις, id est maritimis insulis. Bud.

Εἰνάλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, metri causa inserto ι, idem quod ἐνάλιος. vt εἰνάλιοι φῶρες (q.d. marini latrones) piratæ, in Anthol. epigr. In fœm. g. dicitur etiã εἰναλία, & Ionicῶ εἰναλίη, vt εἰνάλιαι κορῶναι, Hom. in Od. & εἰναλίη κήξ, in eadem.

C. Ἔφαλος, vide in Ἔφαλος.

C. Παράλιος, vide suprà post Πάραλος. nam & hoc illi subiungendum censui.

C. Ὑπεράλιος (& Ὑπειράλιος ... causa) Maritimus. Ad verbum, Qui est supra mare. q.d. ... mari impositus, vel mari imminens. Dionys. Alex. K... ἀναθρήσειας ὑπειράλιον πολὺ ἔθνος Κασσανδροπόλεως μετὰ τὸ παρὰ ῥόον Εὐρυμέδοντος. Sic Gall. dicimus, *Vne ville qui est sur la mer.*

Ἁλιάς, άδος, ἡ, vide post Ἁλιεύς.

¶ Ἁλιεύς, έως, ὁ, Piscator. propriè sonat Marinator. nam ἅλιος marinus sonat, vt modò dictum est. ἀπὸ τῆς ἁλίας tamen factum esse, in vulg. Lex. Græcolat. annotatur tanquam sit substantiuum nomen ἁλία pro mari. Etymologici autor ex Philone tradit ἁλιεύς à genitiuo ἁλὸς formari, vt sit ἁλὸς, ἁλιὸς, ἁλιεύς. Od. μ, Ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προβόλῳ ἁλιεὺς περιμήκεϊ ῥάβδῳ Ἰχθύσι τοῖς ὀλίγοισι δόλον κατὰ εἴδατα βάλλων. Apud Athenæum lib. 6, ἁλιεῖς καὶ ὀρνιθευταὶ καὶ μαγείρους. Poeticè autẽ ἁλιῆες in nominat. plural. & ἁλιῆας in accus. dicitur. Od. χ, Πεπλεῶτας πολλοὺς, ὥστ' ἰχθύας, οὕς θ' ἁλιῆες &c. ‖ Est etiam piscis cuiusdam nomen ἁλιεύς, apud Plut.

Ἁλιεύω, F. σω. Piscor. Absolutè sæpe, interdum & cum accusatiuo. Basil. Homil. 7, ἀλλὰ γεωργοῦσιν οἱ τὴν Ἰνδικὴν ἁλιεύοντες θάλασσαν, ἀλλὰ οἱ τὸν Αἰγύπτιον ἀγρεύοντες κόλπον.

Hinc Ἁλιεία, ας, ἡ, Piscatio, Piscatus. Aristot. Pol. 1, οἱ μὲν ἀπὸ λῃστείας [ζῶσιν] οἱ δ' ἀπὸ ἁλιείας. Verùm Ἁλεία etiam legitur apud eundem Aristotelem pro piscatione, aut malè pro ἁλιεία positum, aut certè retento ι, vt fit in ὑγία pro ὑγιεία. Hocenim mihi fit verisimile, quòd apud Herodianum itidem ἁλεία reperiatur. Et

Ἁλιευτικός, ή, όν, Piscatorius. Ad piscationem aut ad piscatorem pertinens. ἁλιευτικὸς βίος, Piscatoria vita, Vita piscatorum. Aristot. Pol. 1, ἁλιευτικὴ τέχνη, Piscatoria ars, Ath. 6. Aliquando ἁλιευτικὴ per se ponitur, subaudito nomine τέχνη. Inuenitur etiã ἁλιευτικὸ. & in plur. ἁλιευτικά, sine adiuncto, pro tractatu siue tractatibus de arte piscatoria. Tunc verò potest cum ἁλιευτικὸν subaudiri βιβλίον, cum ἁλιευτικὰ autem βιβλία. Athen. ..., Νουμήνιος ... ἐν ἁλιευτικῷ. Idem ibidem, ποσούτης ἐν τοῖς ... ἐποποιοῖς ἁλιευτικὰ ... Sic & Oppiani ἁλιευτικὰ dicũtur quæ ad nostram ætatem peruenerunt.

Ἁ... Piscatoris filii. Nomen est appellatiuum patronymici formam habens: capitur tamen pro ipsis piscatoribus. Soph. Aiace, Τίς ἄν δῆμοι τίς ἄν ...

φιλοπονων ἁλιάδων. vbi scholiastes ait ἁλιάς esse piscatorũ nauigium: ἁλιάδαι autem, filii piscatorum. id est piscatores, vt Asclepiadæ dicuntur medici. Sonat autem propriè Asclepiadæ, Asclepii filii. Dura tamen esse videtur horum nominum ἁλιάς ἁλιάδος & ἁλιάδης ἁλιάδου deriuatio ab ἁλιεύς. (A)

Ἁλιάς, άδος, ἡ, Nauicula, Cymba. Quidam piscatoriam nauiculam interpretati sunt: & ipse Sophoclis scholiastes, si bene memini, ἁλιευτικὸν πλοῖον exponit. quasi ab ἁλιεὺς deriuatum sit ἁλιάς. Hesychius habet, ἁλιάδες, μικρὰ σκαφίδια, nulla piscatorum facta mentione. Tamen apud Aristotelem lib. 4 anim. cap. 37, ἁλιὰς βάτραχος exponitur itidem Rana piscatrix. vbi Gaza ranam vertit, vt annotatur in vulg. Lex. Græcol. (B) ‖ Ἁλιάδες Vasa buxina in quib⁹ sal terebatur, vt ait Iulius Pollux. Reperitur autem & Ἁλίδες in ea significatione, sed mendose fortassis. Vocãtur & ἁλίαι, quod vide paulo póst.

¶ Ἁλυκός, οῦ, ὁ, Salsus. vt ἁλυκὸν ὕδωρ, salsa aqua, apud Aristot. & Theophr. ἁλυκὸς τῇ γεύσει, salsus gustu apud Dioscoridem.

Ἁλυκότης, ητος, ἡ, Salsugo, Salsedo. Theophr. ὅλως δ' ἡ ἁλυκότης τρόφιμον ... (C)

Ἁλυκίς, ίδος, ἡ, vt quidã adnotãt, idẽ quod ἁλυκότης. ἁλυκίδας tamen apud Strabonẽ sibi videri appellatas salinas scribit Bud. Aliquando ἁλυκίδες (vt annotãt ex Hermolao) significat locum eum aut simili natura præditum, quem Antonius salsulas appellat.

Ἁλικὸς item & Ἁλικότης scripta litera ι non υ inueniuntur. Ἁλυκός, inquit Budæus, idem quod ἁλμυρός. vel Ἁλικός: variè enim apud Theophrastum legitur: sed frequentius ἁλυκός. Ita quidem Budæus, at ego ἁλικὸς cum ι in multo paucioribus locis reperiri scio. (D)

Ἁλικώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, apud Theophrastum exponitur Salsus: vt idem sit quod ἁλικός quanquam sequendo terminationem sonat Salsugi[illegible]sus. Potius autem scribẽdum cen[illegible] ἁλυκώδης.

¶ Ἁλία, Vas in quo [illegible] atur. Archippus apud Pollucem, Ἁλία πυξίνη. Et Strat[illegible] ἁλίας κεκομμένου. Fuisse autem & ἁλιάδα appellatum, dictum fuit suprà.

¶ Ἁλίζω, F. σω, Salio, Sale conspergo, Sale condio. Vnde ἁλισθήσεται pro Salietur, aliquoties in Euangelio, ab ἁλίζομαι. Apud Aristotelem ἄναλοι ἄρτοι & ἡλισμένοι opponũtur: vbi dicit, διὰ τί ἄναλοι ἄρτοι πλείονα σταθμὸν ἔχουσι τῶν ἡλισμένων. (E) Apud eundem De animal. lib. 8, ἁλιζόμενα πρόβατα, oues quæ salem cum pabulo deuorauerunt. eius verba sunt, πρὸς δὲ τοὺς τόκοις ἁλιζόμενα, μείζω τὰ οὔθατα καθιᾶσι. Hinc Ἁλιστός, Salitus, in Anthol. epigr.

Ἁλισμός, οῦ, ὁ, Salitura, Ipse actus saliendi seu sale cõdiendi. ‖ Item ἁλισμός, Maris iactatio. Bud. Diosc. καὶ ἐφ' ὧν ἁλισμὸς καὶ ναυτία καὶ θέρμη ὑποχονδρίων παρακολουθεῖ. (F) ET Συναλίζομαι, pro κοινωνῶ ἁλῶν καὶ τραπέζης, vt quidam interpretati sunt, vide suprà post Ἁλία, & in Συναυλίζομαι, ab Αὐλή.

¶ Ἅλας, ατος, τό, Sal, vt in prouerbio quod à Suida refertur, ἅλας ἐν ὕει, quod ait solitum dici ἐπὶ τῆς ἄγαν εὐθηνίας, id est de summa fertilitate. HINC Ἁλατοπωλία apud Aristot. OEc. 2, Salis venditio, Ius & potestas salis vendendi.

¶ Ἅλμη, ης, ἡ, Salsugo, Salsilago, vel Aqua salsa. Item Muria. Apud Hom. Od. ε, quidam exponunt mare: ego potius Aquam salsam exposuerim: vbi dicit λούεται ἅλμη. (G) Sic Od. ζ, — ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς Ἅλμην ὤμοιϊν ἀπολούσομαι. At rursus Odyss. ε, vbi habetur, — στόματος δ' ἐξέπτυσεν ἅλμην Πικρήν, salsuginem interpretari malim. quia durè diceremus Salsam aquam amaram. quanquam hoc πικρὴν alii aliter explicant. Theophrastus, φαίνεται δ' ἡ ἅλμη καὶ ὅλως ἐπιπολάζειν, id est salsugo. ἁλμυρὶς pro eodẽ dicitur. ‖ Ἅλμη, Muria. Dioscorides de oliuis conditis, ταριχεύεται ἐν ἅλμῃ. Plinius vertere solet, In muria seruatur, vt ait Budæus. Accipi autem ἅλμην itidem pro muria in his Athenæi locis existimo. lib. 7, τοὺς γὰρ εἰς τὸ ἀπανθρακίζειν ἐπιτηδείους ἰχθῦς εἰς ἅλμην ἀπέβαλλον. & 2, ἀποθησαυρίζουσιν αὐτὰς ἐν ἅλμῃ. (H) Habetur & aliis locis. ‖ Ἅλμη, Ius quoddam ex piscibus. ὁ τῶν ἰχθύων ζωμός, ait Hesychius. Eustathius ait [illegible] ἅλμην θαλασσίαν vocari solitum edulii quoddã genus, cuius vilis erat apparatus. ‖ Ἅλμη, Morb⁹ quidam herbarum, vt cumini. Item, Terra sterilior. Quæ significationes annotantur in vulgatis lex. Græcolat. ‖ Ἅλμη, metaphoricè vt Latini dicũt Salem vel Sales, pro lepore, venustate & vrbanitate. Ita enim capitur in prouerbio quod Eustathius affert, ἅλμη οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ, Sal illi non inest. Vnde (vt opinor) in hoc Eunuchi Terentianæ loco, Qui habet salem qui in te est, salem aptissimè interpretemur ἅλμην & hunc Catullianum, — nam nulla venustas, Nulla in tam magno corpore mica salis, commodissimè exprimamus ita, ἐν τηλικούτῳ σώματι ἅλμης ἔνεστιν οὐδ' ὁπουοῦν. Quinetiam videri possint Terentius ac Catullus allusisse ad Græcum illud prouerbium, cuius Erasmus nõ meminit, aut me memoria fallit.

C. Ἄναλμος, ου, ὁ καὶ ἡ, pro Non salsus, ex Xenophonte citatur. Fuerit autem secundum hanc significationem idem quod ἄναλος. Apud Theophrastum τὰ ἄναλμα, Quæ non fuerũt in salsuginem immersa. q. d. Salsuginis expertia. In vulg. autem lex. ex ἄναλμα ab ἄναλμος, magno & crasso errore factum fuit ἄναλμα ἀνάλματος.

C. Ὕφαλμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Subsalsus, Aliquantum salsus. Vel potius, Aliquantum salsuginis habens. ET Ὑφαλμίζω, vt ὑφαλμίζων ἐπίπαγος, Concreta salsilago, Gelata salsugo, apud Diosc. lib. 5.

C. Μυσάλμης, ου, ὁ, Auarus, quasi victitans è diuisione salsamentorum. Sic in vulg. lex. Quisquis autem sit huius expositionis autor, videtur à μυσίειν & ἅλμη deduxisse, sed nescio quo exemplo ἅλμην pro salsamentis accipiens.

C. Ὀξάλμη, Acida muria, vt apud Dioscoridem interpretatur Ruellius. At Hermol. Acetum salsum. Sic & à Plinio vocatur, & aliquando voce Græca Oxalme. Vide Athen. lib. 8. Habetur & apud Aristophanem Vespis, εἰς ὀξάλμην ἐμβαλεῖ θερμήν. ET Θυμοξάλμη, Oxalme cum thymo trito, siue Confectio ex thymo trito & oxalme, id est acida muria. De qua confectione habes apud Diosc. lib. 5.

Ἁλμάδες ἐλαῖαι (à singulari nominatiuo ἁλμάς) In muria conditæ oleæ. A quibusdam tamen ἁλμάδες ἐλαῖαι exponitur simpliciter Conditaneæ, vel Conditiuæ, siue Conditiciæ. At nonnulli interpretati sunt, Oliuæ conditæ cum sinapi, duas expositiones in vnam confundentes. nam apud Hesychiũ legitur, ἁλμάδες, κολυμβάδες ἐλαῖαι καὶ αἱ ἐκ σινάπεως γογγυλίδες. Athen. lib. 2, ex Aristophane, Οὐ ταὐτὸν ἐστιν ἁλμάδες καὶ στέμφυλα. Et paulo pòst, Θλασὰς γὰρ ἐστὶ κρεῖσσον ἐστιν ἁλμάδας. Et lib. 4, ὦ πρεσβῦτα πότερον φιλεῖς τὰς δρυπεπεῖς ἑταίρας ἢ τὰς ὑποπαρθένους ἁλμάδας; Dicuntur & κολυμβάδες ἐλαῖαι, quod nomen vide post Κολυμβάω.

Ἁλμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Salsuginosus. Theophrastus, ἐπεὶ τά γε ἐν τοῖς ἁλμώδεσι φυόμενα, ἔχει ἁλμυρείδα τινὰ οὐκ ἄλογον.

Ἁλμαία, idem quod ἅλμη (id est muria) apud Dioscoridẽ. Sæpe autem ἁλμαίας in plurali vsurpat: vt lib. 2, cap. 208 εἰς ἁλμαίας μετὰ γάλακτος ταριχεύεται, id est, In muriis lacti coniunctum asseruatur, vel conditur: vt quidam exponunt. Alii ἁλμαίας salgama interpretantur hîc, vt & alibi, apud eundem: veluti lib. 3. cap. 78 & 79.

Ἁλμεύω, Muria condio, In muria seruo. Diosc. lib. 1, de cornis loquens, ἁλμεύεται ὡς ἐλαία, Muria condiuntur vt oliua, vel In muria seruantur. Passiuũ Ἁλμεύομαι, vnde participium ἁλμευθεὶς apud eundem lib. 2. cap. 127, pro In muria seruatus. HINC Ἅλμευσις, εως, ἡ, Muria, Dioscor. lib. 3. cap. 91, ταριχεύεται δὲ καὶ εἰς τὰς ἁλμεύσεις. vbi ἁλμεύσεις appellat quod alibi ἁλμαίας. Quanquam, si vim huius vocabuli spectemus, aliud potius significare debet. nam quum ἁλμεύω significet Muria condio, aut In muria seruo: ab eo factum nomen ἅλμευσις sonaret propriè ipsam actionem seruandi in muria: vt & ἁλμευτὴς eũ significat qui ita seruat. EST enim Ἁλμευτής, οῦ, ὁ, Qui condituras quasdam facit in muria, Qui in muria seruat quæpiam, quæcunque sint. Sed intelligere oportet Qui artem ita seruandi profitetur. Salgamarius apud Dioscoridem vertitur, lib. 1, cap. 27, ξηράναντες γὰρ αὐτὴν ἐπ' ὀλίγον οἱ ἁλμευταί, εἶτα ἀφεψήσαντες, ἀποβρέχουσιν ὕδατι ψυχρῷ.

¶ Ἁλμυρός, οῦ, ὁ, Salsus, Salsuginosus, ἁλικός: vt à τὴν ἅλμη fit

τολμηρὸς, & αἰτηρὸς ab αἴτη, sic ἀλμηρὸς ab ἅλμη, & verso η, in υ, ἀλμυρὸς, vt habemus apud Etymologicum. Homerus ἀλμυρὸν ὕδωρ, id est salsam aquam, appellat marinam aquam, Od.ι, -ἐπιπλεῖν ἁλμυρὸν ὕδωρ. Alibi θαλάσσης addit, id est maris: vt Od.μ, Δεινὸν ἀνεῤῥοίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ. Apud Xenophontem ἁλμυρὰ ὄψα, salsa opsonia, Pæd.6, ὄψα δὲ χρὴ συνεσκευάσθαι ὅσα ἐστὶν ὀξέα ἐπιπλεῖστον, καὶ δριμέα, καὶ ἁλμυρά. ‖Significat ἁλμυρὸν etiam amarum. certè ἁλμυρὰ δάκρυα secūdum Hesychium exponere possumus amaras lacrymas. ait enim, ἁλμυρὰ δάκρυα, χαλεπὰ ἢ πικρά. Nisi fortè quis πικρὰ δάκρυα interpretari malit acerbas lacrymas. Antea locum Homericum protuli in quo ἅλμην πικρὴν dicit. Dicuntur itidem metaphoricè ἁλμυροὶ λόγοι, amari sermones, vt Erasmus exponit. nam hæc Athen. lib.3 verba, δεῖν λέγων ἁλμυροὺς λόγους γλυκέσιν ἀποκλύζεσθαι νάμασιν, interpretatur, Dicens amaros sermones dulcibus lymphis oportere diluere. Vide prouerbium, Marinam auditionem fluuiali abluit sermone. Ab hoc autē ἁλμυρὸς, vel à fœminino ἁλμυρά, aut potius à deriuato ἁλμυρίς, fit vocabulū Gallicum *saulmure*. Et ita nos integrum retinuimus id ex quo (vt opinor) Latini per apocopen suum Muria fecerunt.

C. Ὑφάλμυρος, Subsalsus, Salsuginosus. ὑφάλμυροι τόποι, Loca salsuginosa Hermolao, Terræ salsæ, Ruellio. Diosc. lib 3, cap.153, φύεται ἐν ὑφαλμύροις τόποις καὶ ἀνηλίοις, γινομένῳ ὑφαλμος.

Ἁλμυρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Salsuginosus. vt ab ἅλμη fit ἁλμώδης.

Ἁλμυρότης, ητος, ἡ, Salsugo, ἁλυκότης. Alex. Aphrod.

Ἁλμυρὶς, ίδος, ἡ, Idem. vt ex ἁλυκὸς non solùm ἁλυκότης, sed & ἁλυκὶς dicitur. Theophrastus, ἐν τῷ κελύφει γὰρ ἡ ἁλμυρίς.

Ἁλμυρίζω, Salis saporem refero. ET Ὑφαλμυρίζω, Aliquantum vel aliqua ex parte saporem salis refero. Plut. in Causis naturalibus, διὸ καὶ πιεῖν ἰσχυρῶς ἐν τοῖς ἀπέπτοις Ἀπολλώνιος ἐκέλευε μὴ γλυκεῖ μηδὲ χονδρῷ τρέφειν, ἀλλὰ τοῖς ταριχευτοῖς καὶ ὑφαλμυρίζουσι.

ΑἸΓΙΑΛΟ͂Σ, ῦ, ὁ, Litus, Ora maritima. Hac voce αἰγιαλὸς vtuntur & poetæ & prosæ scriptores. vt ὃ φύεται ἐν αἰγιαλοῖς, Athen. ex Theophrasto. Schol. Sophoclis vult ἀκτὴν esse κρημνώδη τόπον ἐν θαλάσσῃ, at αἰγιαλὸν vocari τὸ ἐπίπεδον καὶ ὁμαλόν. Quod autē ad etymum huius nominis attinet, alii παρὰ τὸ τὴν ἄγαν γείτονα εἶναι τῆς ἁλὸς, alii ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν αἶγας ἀλλαγῶς deduxerūt: ex quibus etymis hoc quidem, ineptum & ridiculū videtur, si sensus spectetur: illud autem, nimis coactum, si ipsarum literarū ratio habeatur. ‖ In vulg. lex. αἰγιαλὸς exponitur etiam In littore habitans: sed falsò.

Αἰγιαλὸς, variorum locorum nomen, de quibus consule Strabonem, Stephanum & Eustathium. Item fluuii Achaiæ nomen, & τῆς παραθαλασσίας πόλεως τῆς Πελοποννήσου, apud eundē Eustathiū. Plinius libri 4, caput 5 ita orditur, Achaiæ nomen prouinciæ ab Isthmo incipit: antè Ægialos vocabatur propter vrbes in litore per ordinem dispositas. ET Αἰγιάλεια item regio ab Ægialo fluuio dicta, eiúsque incolæ Αἰγιαλεῖς, vt scribit idē Eust. Fuit & vxor Diomedis Αἰγιάλεια dicta.

Αἰγιαλίτης, ου, ὁ, & Αἰγιαλῖτις, ιδος, ἡ, Litoreus, Litorea, vt αἰγιαλῖτις ἄμμος, litorea arena. Diosc. lib.5. Et αἰγιαλῖτιν χηλὴν dixit Archias in Anthol. epigr. Exponitur etiam In litore habitans. ET Παραιγιαλίτης, pro eodem, vt quidem exponitur in hoc Athen. loco, κατὰ τὸ μέγεθος ἴσος τοῖς παραιγιαλίταις κεστρινίσκοις.

Αἰγιαλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Idem. ET Αἰγιαλεὺς, in vulgat. lex. ex Alciphr.

Αἰγιαλῖδες, αἱ, (in vulg. lex.) Membranæ in oculis natæ, aut cicatrices oculorū subalbidæ. Sed hæc significatio mihi suspecta est.

ἌΛΣΟΣ, εος, τὸ, Lucus, vt interpretatur Plutarchus in Romulo. quare quum dicit Hesiodus ἱερὸν ἄλσος, superuacaneum est ἱερόν. Od.ζ, -ἀγλαὸν ἄλσος Ἀθήνης. id est, lucum Mineruæ. Od.ι, -ᾤκει γὰρ ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι Φοίβου Ἀπόλλωνος. id est luco Apollinis. Plutarch. in Numa, ἐν ἄλσεσι θεῶν καὶ λειμῶσιν ἱεροῖς. Sunt qui ἄλση exponunt etiam Saltus, vel Nemorum saltus.

A C. Ἀλσοκόμος, ου, ὁ, Saltuarius. vt Bud. exponit apud Pollucē; pag.285. Vulg. autem lexica ἀλσοκόμοι interpretantur etiam Lignatores, Frondatores. Sed non dubiū est quin ἀλσοκόμος ab ἄλσος & κομεῖν dicatur qui luci curam gerit, & eius est custos. A Budæo autem Saltuarius redditur; eo modo quo ἄλση quosdam interpretari Saltus paulo antè à me dictum est. ET Ἀλσοκομικοὶ, apud Pollucem, ibidem.

Ἀλσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, vt ἀλσώδεις τόποι apud Athenæum libro 11, Loca lucorum amœnitatem imitantia. Apud
B Dioscoridē autem Ruellius ἀλσώδεις τόπους interpr. lucos. Dicūtur etiam ἀλσώδη, Quæ per lucos melius proueniunt, quasi lucis accommodata.

Ἀλσηΐδες νύμφαι, Nemorum nymphæ, Apoll. Rhodio.

¶ Ἀλσίνη, Alsine, herba quæ ita vocata est quòd in lucis nascatur: διὰ τὸ σκιεροὺς καὶ ἀλσώδεις φιλεῖν τόπους, inquit Dioscor. lib. 4, c.87. vbi & μυὸς ὦτα (id est muris aures) appellari tradit. Meminit & Theophr.

ἌΛΦΑ, Primæ alphabeti Græci literæ nomen. Accipitur autem & pro eo qui primus sit seu
C primas teneat aliqua in re, vt à me initio huius libri dictum est.

¶ Ἄλφω vel Ἀλφαίνω, Inuenio. ab alpha deductum secundū nonnullos, secundum quosdam contrà, ἄλφα ab ἀλφαίνω, vt in huius libri principio diximus. Hoc verbo ἀλφαίνω vtuntur apud Suidam Eupolis & Aristophanes & Menander. Habetur & in hoc versu Euripidis in Medea, qui citatur ab Aristotele in Rhetoricis, φθόνον γὰρ ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ. Altero autem ἄλφω vsus est Homerus Odyss.ο, -ὁ δ' ὑμῖν μυρίον ὦνον ἄλφοι. Vbi tamen Eustath.
D vult ad ἀλφέω factum esse eodē modo quo δούπησα habetur & ἔδουπον, ἐκτύπησα & ἔκτυπον, item ἐχραίσμησα & ἔχραισμον. Habetur & Od.ρ, — ἵνα μοι βίοτον πολὺν ἄλφοι. Et Il.φ, -ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον.

Ἀλφαίνω pro eodem dicitur [illegible] mendum non est apud Hesychium.

Ἀλφαίω idem quod ἀλφαίνω siue [illegible] Hesych. Atque ab hoc verbo fuerit fortassè [illegible] ductum Ἄλφαισις, quod ab eodem explicatur μάθησις τῆς ζωῆς, id est disciplina vitæ. quum tamen secundum deriuationem hanc videa-
E tur debere simpliciter significare εὕρεσιν, id est inuentionem.

Ἀλφαδέω, ῶ. Idem. Nam apud Hesychium legitur, Ἀλφαδεῖ, εὑρίσκει. καὶ Ἀλφαίνει. Ἀλφαίνει τὸ αὐτὸ δηλοῖ. Sed suspectum fuerit alicui fortassè Hesychii exēplar, atque haud scio an immeritò.

Ἀλφάζω, Excogito. Ἀλφάζω, νοῶ, ἐπινοῶ, Varinus. quem citare cogor, quòd vnde hæc descripserit non inueniā.

¶ Ἀλφέω, ῶ, Inuenio. Idem quod ἀλφαίνω, & sequentia. vnde ἀλφηστὴς factū est, vt Etymol. & Eustathius aliique scho-
F liastæ tradunt. & hic geminum esse docet præteritum, ἀλφήσω & ἀλφέσω: ex ἀλφήσω deriuatum ἀλφηστὴς, ex ἀλφέσω autem ἀλφεσίβοια. Idē ἦλφον vult esse aor.2 ex ἀλφέω ἀλφῶ, factum eodem modo quo ἔδουπον dicitur & ἐδούπησα, vt modò dictum fuit.

Ἀλφὴ, Vide in Ἀλφηστής.

Ἀλφηστὴς, οῦ, ὁ, Inuentor, Excogitator. Fit à proximè præcedente verbo ἀλφῶ. Hesiodus aliquot versus his claudit verbis, ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν. Dicuntur autem generali epitheto homines ἀλφησταὶ, quòd artes & scientias excogi-
G tauerint atque inuenerint.

Ἀλφησταὶ item dicuntur (vt scribunt Etymol. & Hesychius) οἱ ἔντιμοι, id est honorati viri. Videntur autem hanc quoque dare huic nomini significationem quòd ἀλφὴ secundum eos sit idem quod τιμὴ, id est honor. an verò & hoc ἀλφὴ (à quo deducitur ἀλφηστὴς quum significat ἔντιμον) sit ab ἄλφα, viderint alii. Ab Hesychio certè exponitur nō solùm τιμὴ & ὠνὴ, id est honor, pretiumue rùm etiā εὕρεσις, hoc est inuentio. Sed apud Hesychiū corruptè legitur τιμὴ, ὤνη, pro τιμὴ, ὠνή. Ita enim apud
H eum repono. Notandum est etiam ἄλφη scribi apud eū, non ἀλφή. & ἀλφηστὰς homines ab eo exponi non solùm honoratos, sed etiam reges. item ἀμείπτας.

Ἀλφησταὶ pisces quidam, à quibus homines etiam petulantes & in venerem proclines appellati fuerunt ἀλφησταί. Vide Athen. Etymol. & Eustathium.

Ἀλφ

C. Ἀλφεσίβοιαι, αἱ, ad verbum, Quæ boues inueniunt, ab ἄλφω & βοῦς. Apud Homerum dicuntur παρθένοι (id est virgines) ἀλφεσίβοιαι, quæ propter formam sponsos inueniant, à quibus munera accipiāt boues potissimùm. Fuisse enim boues præcipuas opes antiquorum, ex aliis eiusdem poetæ locis discimus. De formatione autem huius nominis, videlicet an ab ἄλφω sit barytono pro ἀλφέω, an ab ἀλφέσω futuro ipsius ἀλφέω, vide apud Eustath. Etymologistes vult ἀλφόβοια præcessisse ἀλφεσίβοια: quem etiam adi.

¶ Ἀλφεσίβοιος, ου, ὁ, Nomē propriū pastoris apud Theocritum, itidem ab inueniendis bobus dicti, sequendo modò positam etymologiam.

Ἀλφεσίβιοι, cum ι simplici in penultima exponitur ab Hesychio αἱ βίους ἀλφαίνουσαι.

C. Ἐξάλφω, pro simplici ἄλφω, Inuenio. ἐξάλφεις, εὑρίσκεις, Hes. Apud eūdē vide & aliā verbi ἐξαλφήσεις significat.

ἌΛΦΙΤΟΝ, ου, τὸ, Farina hordeacea, propriè: vt ἄλευρον, triticea. Plato lib. De rep. 2, ἐκ μὲν τῶν κριθῶν ἄλφιτα σκευαζόμενοι, ἐκ δὲ τῶν πυρῶν ἄλευρα. Hinc & πολυάλφιτος κριθή, apud Theophrastum, hordeum multam farinam reddens. Od. ξ, Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλε παλύνας ἀλφίτου ἀκτῇ. Od. β, Εἴκοσι δ' ἔστω μέτρα μυληφάτου ἀλφίτου ἀκτῆς. ‖ Budæus annotat ex Etymologiste & Dioscoride ἄλφιτον esse pultem, vel farinam hordeaceam, prius tosto hordeo: vt ὠμήλυσιν ex crudo: & Plinium ἄλφιτον polentam identidem vertere. Hæc Budæus. Ego existimo Hesychiū quoque tale quid significare voluisse: sed his eius verbis, ἄλφιτον, τὸ ἀπὸ νέας κριθῆς ἢ σίτου πεφυρμένον ἄλευρον, deprauationem subesse, ac pro πεφυρμένον legendum esse πεφρυγμένον contendo. Scribit verò & Marcellus in Dioscoridem, medicos peculiariter ἄλφιτα accipere pro farina hordeacea aqua humoréve alio macerata: quæ polenta est. Cæterùm ἄλφιτον Pliniū vertisse Polentā comperio cum alibi, tum in interpret. his Dioscoridis verbis de palustri lente it … ntis, πάσαις φλεγμοναῖς … ἐρυσιπέλασι … ποδάγραις … καταπλασσόμενος, καθ' ἑαυτόν τε καὶ σὺν ἀλφίτῳ. … ita reddit, Propter quod collectionibus illinitur, & maximè podagris, & per se & cum polenta. Huius autē vocis ἄλφιτον eam sequutus sum etymologiam quæ ab ἀλφῶ seu ἄλφω eam deducit, quam inter alias habes apud Eust. pag. 868, & 1445.

Ἄλφιτα plurali numero, Victus, Ad victum necessaria. vt τὰ ἄλφιτα ἐκπορίζειν, victum suppeditare. Aristoph. in Nubibus, Τί δέ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τἄλφιτα; Quid verò me iuuabunt numeri [siue modi] ad quærendum victum? Quem versum citat Erasmus in prouerbio τί πρὸς τἄλφιτα; id est, Quid ad farinas? annotans poetis esse familiare ἄλφιτα pro victu próque re familiari ponere. & de re aliqua quæ non sit de pane lucrando (vt vulgò loquuntur) dici rectè, οὐδὲν πρὸς τἄλφιτα. Hæc Erasmus. Sed sciendū est nō poetas duntaxat (intelligo autem comicos) ita vsos esse hoc nomine, sed & prosæ scriptores interdum. Luc. in Gallo, προσδεῖ ἔσῃ τοῦτο ἐς τὰ ἄλφιτα πεπονηκώς. Sic autem Gall. dicimus *Gangner son pain*: item *C'est mon gangne-pain*. Idem Erasmus in prouerbio, Ne verba pro farina, annotat, veteres quicquid ad victum pertineret, ἄλφιτα vocasse. ‖ Reperitur autē in alio loco Aristoph. ἄλφιτα pro οὐσία: vbi dicit, εἴπερ κύριος τῶν πατρῴων ἀλφίτων. nā hîc πατρῷα ἄλφιτα (ad verbum paternas farinas) vocat τὴν πατρῴαν οὐσίαν, paternā substantiam.

Ἄλφι per apocopen pro ἄλφιτον apud poetas interdum reperitur. Vide Hesych. & Suidam.

Ἀλφιτεὺς, έως, ὁ, Farinam faciens. Ἀλφιτεῖς, οἱ τὰ ἄλφιτα ποιοῦντες. Ὑπερίδης. Suidas.

Ἀλφιτεῖον, ου, τὸ, Pistrinum. Bud. ex Polluce.

C. Ἀλφιταμοιβὸς, οῦ, ὁ, Venditor farinæ. ad verbū, Permutator farinæ. ex ἄλφιτον & ἀμείβω. Ab Hes. exponitur ἀλφιτοπώλης. Aristoph. Nubibus, ὑπ' ἀλφιταμοιβοῦ παρεκόπην διχοινίκῳ. vbi sch. ait, ἀλφιταμοιβὸν dici de eo qui vendit farinas, aut farinas argento permutat. vt (inquit) ἀργυραμοιβοὶ dicuntur οἱ ἀντὶ ἀργυρίου κέρματα ἀμείβοντες.

C. Ἀλφιτόμαντις, εως, ἡ, Quæ è farina vaticinatur. Expono autē Quæ vaticinatur, quia & Hes habet μαντευομένη, nō μαντευόμενος Ita enī apud eu legitur, Ἀλφιτόμαντις, ἀλφίτοις μαντευομένη. & paulo pòst Ἀλφιτοσκόποι exponit ἀλφιτομάντεις, vbi Ἀλφιτοσκόποι legēdum existimo. Dicetur aūt ἀλφιτοσκόπος ille vel illa quæ vaticinatur ex inspectione farinæ. nā ad verbū ἀλφιτοσκόπος sonat farinæ inspector: vel inspectrix, si de muliere intelligēdū sit. vt vetula quædam memoratur apud Theocritum κοσκινόμαντις.

C. Ἀλφιτοποιὸς, οῦ, ὁ, Faciēs farinā, Cōfector farinæ. modò aūt ex Suida retuli ἀλφιτεῖς dictos ab Hyperide farinæ cōfectores. HINC Ἀλφιτοποιΐα, Farinæ cōfectio. Apud Xenophontem, ἀπομν. 2. Molituram à Plinio dici volūt ἀλφιτοποιΐαν. ‖ Item Ars conficiendæ pultis sic vocabatur, vt in vulg. lex. Græcol. annotatum est.

C. Ἀλφιτοπώλης, ου, ὁ, Farinæ seu farinarū vēditor. quē ἀλφιταμοιβὸν etiā appellari, modò dictum est. Ἀλφιτόπωλις, gen. fœm. Farinæ venditrix. Erat Athenis ἀλφιτόπωλις στοὰ, farinæ venditrix porticus. quā ædificarat Pericles, vt tradit Aristoph. enarrator. Videtur aūt esse eadē ἀλφιτόπωλις στοὰ quæ ab Hesychio vocatur ἀλφίτων στοά. exponit enim, ἐν ᾗ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο.

C. Ἀλφιτοσιτέω, ῶ, F. ήσω, Pulte pro pane vescor, vt interpretatur Bud. in hoc Xenophontis loco, Pæd. 6, καὶ γὰρ ὅστις ἀλφιτοσιτεῖ, ὕδατι μεμιγμένην ἀεὶ τὴν μάζαν ἐσθίει· καὶ ὅστις ἀρτοσιτεῖ, ὕδατι δεδευμένον τὸν ἄρτον. Notandum est autem Xenophontem alibi quoque mentionem ἀλφίτων & ἄρτου seorsim fecisse: vbi ait, οὐκοῦν χρήσιμά γ' ἄλφιτα; τί δ' ἄρτοι;

C. Ἀλφιτοσκόπος, vide in Ἀλφιτόμαντις, paulo antè.

C. Ἀλφιτόχρως, ωτος, ὁ καὶ ἡ, adverbū, Farinæ colorē habēs. Ab Hes. exponitur, λευκὴ, πολιά. i. Alba, Cana. Exponit autē per fœm. Hes. quòd inuenisset de muliere dictum in eo vnde accepit loco.

C. Πολυάλφιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt πολυάλφιτος κριθὴ, Theophr. Hordeū multam farinam reddens.

C. Διαλφιτόω, Farina conspergo. Aristoph. Nubibus, Διαλφιτώσω σου κύκλῳ τὸν κάρδοπον.

ἍΜΑ, aduerb. tēporis. Vnà cū, Eodē tēpore. ἅμ' ἠελίῳ Cic. interpr. Pariter cū sole, in hoc Arati versu, οὐκ ἴδε κεῖνον ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα. Idē alibi Simul vertit. ἅμ' ἐμοὶ, apud Aristoph. Mecū. ἅμα τῇ μητρὶ, vnà cū matre. Hom. Αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕκαστοι, Id est, Cæterùm postquā in aciē instructi fuerūt cū ducib⁹ singuli. vel Vnà cū ducib⁹. Quē versum Ammonius citat, ostēdere volēs ἅμα accipi pro κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. i. eodē tēpore: & ita differre ab ὁμοῦ, quod significat Eodem loco. Videtur & aliqua loci significatio subesse aliquando aduerbio ἅμα. vt quū ego de quopiā dico, ἅμ' ἐμοὶ τοῦτο ἐποίησεν, Mecū hoc fecit: de eo quod fecerit nō solū eodē tēpore, sed quū esset eodē in loco quo ego. Quinetiam Eust. ἅμα esse ait aduerb. tēporale simul & locale in hoc versu Hom. Δεσποίνας ἅμ' ἕπεσθαι ἀνακτορίῃσιν ἐπέσθω. Certū est tamē interdu necessariò ad tēpus referēdū esse ἅμα, & quidē ad tēpus solū, nō itē ad locū. Vt in exēplo quod affert ipse Ammonius & alii quoq; grām. Σόλων ἅμα ἐγένετο Ἀναχάρσιδι τῷ Σκύθῃ. Nā si hîc ὁμοῦ pro Simul. i. eodē loco, aliquis intelligat, meritò ridebitur. quomodo enim Anacharsis Scytha & Solon Atheniēsis eodē loco nati dicātur? Interpretari ergo necesse est dictū illud ita, Solō eodē quo Anacharsis tēpore natus est, vel Solō & Anacharsis eodē tēpore nati sunt. Citat verò Ammonius & hunc eiusdē Hom. versū, in quo ἅμα apertè pro Eodē tēpore capitur casum nullū habēs, Ἔνθ' ἅμα οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων.

Ἅμα huic vel illi dat. iunctū, variè redditur Latinè. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, Simulatq; dies illuxit, Diluculo, Prima luce. Xen. Pæd. 2, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τοὺς ἡμίσεις μὲν τῶν πεζῶν ἔχων. Plut. in Publicola, ἅμα ἡμέρᾳ λείαν ἐξελαύνειν ἔμελλον. Eust. in Hom. ait eius posteros dixisse ἅμα ἡμέρᾳ pro eo quod ille dixit ἅμα ἠελίῳ ἀνιόντι. i. ad verbū, Vnà cū sole oriēte. sicut ἅμα ἡλίῳ καταδύντι, apud eūdē Vnà cū sole occidēte. Addit verò & ἠῶθεν Hom. quod est aduerb. significās Mane, Hora matutina, Matutinò, aduerb. Il. σ, Ἠῶθεν γὰρ θωρηχθέντες ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι. Vbi Eustath. annotat, hæc verba ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι esse aduerbii ἠῶθεν epexegesin. ‖ Pro ἠῶθεν aūt dicitur potius in prosa ἅμα ἕῳ, Prima luce, Sub exortum auroræ, Summo mane, Summo diluculo, Primo mane, si dici itidem posset. Ad verbum, ἅμα ἕῳ, apud Thuc. Cum aurora, vel Vnà cum aurora,

Cum diluculo. Homerus dicit ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι. Odyss. ξ, — ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι ἦλθον. Et Il. ω, ἅμα δ' ἠοῖ φαινομένηφι ὄψεαι. ad verbum, Cum apparente aurora: sed aptius dicetur exoriente, vel, Simulatque exorta fuerit aurora. In illo autem loco Odyss. ξ, vertendum non Exorta fuerit, sed, Exorta fuit. ‖ Sic dicitur & ἅμα τῷ ἦρι, Ineunte vere, apud Thucydidem, vbi scholiastes supplet ἀρχομένῳ. ‖ Apud eundem scriptorem ἅμα τειχισμῷ, ad verbum, Vnà cum muri ædificatione, exponitur, Dum murus fiebat. Sic & ἅμα τῷ συμποσίῳ παρεστάτει. Quanquam ἅμα Dum, siue Interim dum significat potius quando iunctum est participio, vt paulo pòst dicetur. Quòd si ita exponendum est ἅμα τειχισμῷ, talem habebit significationem ἅμα ibi qualem hîc quũ dicitur, ἅμα τῷ συμποσίῳ παρεστάτει: nam & in hac oratione ἅμα συμποσίῳ interpretantur, In ipso conuiuio. ‖ At ἅμα τομῇ, ad verbum, Cum incisione, pro Simulatque incisio facta est. atque hæc est frequentior huius aduerbii significatio, quum huiusmodi datiuis nominum actionem significantium iungitur. ‖ Ἅμα πνοιαῖς πέτεσθαι apud Hom. Eustathius ait esse pro ὁμοίως τῇ πνοῇ, id est Similiter flatibus venti volare.

A

B

C

Ἅμα cum verbo, vt ἅμα τῷ φανῆναι, Simulatque visus est, Quũprimum apparuit. Chrysostomus, ἐγὼ ἅμα τῷ τὸν λόγον ἀκοῦσαι τοῦτον, δέει τε καὶ ἀπορίᾳ συνεσχόμην, Ego, simulatque rumorem hunc accepi, metu ac dubitatione correptus fui. vel Me, audito hoc rumore, corripuit statim timor & dubitatio. Itẽ ἅμα cum præsenti infinit. Pl. De poet. aud. ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἐθιστέον αὐτὸν ἅμα τῷ προσάγειν τοῖς ποιήμασιν. Item cum subiunctiuo, ἅμα ἂν ἡβήσῃ, apud Platonem De legibus, Simulatque ad pubertatẽ venerit.

D

Ἅμα cum participio. Xen. Hell. 4, ἅμα δὲ ταῦτα λέγων καὶ ἐσουδῦτει, id est Dum hæc diceret, Inter loquendum. Sic Pædiæ 1, ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντα, πολλὰ αὐτῷ παραφέρειν. Quod loquendi genus immutauit eodem libro, dicẽs, ἐδίδου τε ἅμα τοῖς παισὶ καὶ ἅμα ἔλεγε, pro ἐδίδου τε ἅμα τοῖς παισὶν ἅμα λέγων. Sunt tamen qui hoc loquendi genus aliter exponant: vt in hoc Luciani loco qui est in Gallo, καὶ ἅμα λέγων εἰσῄει χεῖρας ὀρέγων αὐτῷ, exponitur ἅμα λέγων, simulatque dixerat. At ego interpretandum puto vt in præcedentibus locis, Dum hæc diceret, Interim dum hæc diceret, vel Inter loquendum hæc. Atq; à meis partibus stat Budæus, qui ἅμα διώκοντος vertit inter vehendum, in hoc Plutarchi loco in Cæsare, ἑνὸς αὐτῷ συγκαθημένου παιδὸς τῶν ὑπογράφειν ἅμα διώκοντος εἰθισμένων. At quum ἅμα iungitur cum participio præteriti temporis, vel aoristi, tunc verò quin per Simulatque reddatur non repugno. vt ἅμα δὲ λαβὼν ἐσίγησε μικρόν, Simulatque igitur accepit, aliquantisper conticuit.

E

Ἅμα, aut ἅμα τε sequente καί, vno verbo interiecto, aut etiam pluribus. Demosthenes, ἅμα ἀκηκόαμέν τι καὶ καθίσαμεν, Simulatque audiuimus aliquid, cõstituimus. Tale est illud, ἅμα δὲ ὁ Κλεόδημος εἰρήκει, καὶ ἐπεισέπεσεν ὁ Ἀλκιδάμας, Hæc simulac dixisset Cleodemus, irruit Alcidamas. Chrysost. De orando Deo, ἅμα τε προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας τοῦ Χριστοῦ καὶ σωτηρίας ἔτυχε. Simulatque ad pedes Christi procubuit, salutẽ est adepta. Aristides, ἅμα γὰρ δὴ ἐκεῖνοί τε ἐδέχοντο, καὶ τοῦτον οὐκ ἐλελήθει, id est (Budæo interprete) Simulatque enim illi Herculem vt deũ admiserunt, hanc ciuitatem id non latuit. Itidẽ cum præterito imperfecto, apud Isocratem in Paneg. ἅμα γὰρ ἡμεῖς τε τῆς ἀρχῆς ἀπεστεροῦμεθα, καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἀρχὴ τῶν κακῶν ἐγίγνετο. In loco autẽ Demosthenis paulo antè citato erat ἅμα cum præterito, καί cum præcedenti: ecce vtranque particulam cum præsenti, apud Plutar. De primo frigido, ἅμα γὰρ ἀπέσβεσε πολλὴ φαίνεται, καὶ ψύχεται τὸ ὑπολειπόμενον. id est (Turn interpr.) Nam simulac magna vis eius excessit, corpus statim reliquum refrigerari videtur. Sic Æschines, ἅμα ἀνακηρύττει καὶ ἀφαιρεῖται, Simulatque præconis voce pronuntiat, aufert. Quanquam hic fortasse nihil necesse fuerit ἅμα vertere Simulatque: quum possit commodè verti Simul, Eodem tẽpore. Reperitur verò ἅμα sequente καί itidẽ cũ participio. Chrysostomus, διδάσκει δὲ καὶ ὁ λῃστὴς, ἅμα τε προσπεσὼν τῷ θεῷ καὶ καθαρθεὶς εὐθέως. ‖ Ἅμα sequẽte

F

G

H

δὲ in altera parte orationis, vide in versu Homerico qui est in proximè sequente annotatione.

Ἅμα geminatum, in hoc prouerbio, ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον. id est ad verbum, Simul verbum, Simul opus, pro Simul & dictum & factum. Aut breuius & elegantius, Dictum, factum. quod ex Homerico hoc versu manasse aiũt, Il. τ, Αὐτίκ' ἔπειτ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον.

Ἅμα otiosum alicubi notat apud Thucydidẽ scholiastes.

¶ Ἀμυδις, aduerbium Æolicum, idem valens quod ἅμα, pro Simul, Vnà, Pariter. & ex eo factum, vt vult Orus apud Etymol. Eiusdem autem esse formæ cuius ἀλλυδις, testatur Eustathius: qui & tenuari dicit (licet ἅμα aspiretur) quòd sit Æolicum. Hom. Il. κ, — ἀλλ' ἀμυδις κικλήσκετο πάντας ἀρίστους. Il. υ, — τῇ δ' ἀμυδις μίχθη μένος ἄρτο δ' αὐτή. Et Od. ξ, Ζεὺς δ' ἀμυδις βρόντησε καὶ ἔμβαλε νηῒ κεραυνόν. Vbi obserua ἀμυδις sequente particula καί, sicut & alibi: vt Od. δ, Μνηστῆρες δ' ἀμυδις κάθισαν καὶ παῦσαν ἀέθλων. Itidem Od. ε, Μή μ' ἀμυδις στίβη τε κακὴ καὶ θῆλυς ἐέρση, &c. His autem in locis commodius redditur per Pariter. ‖ Ἀμυδις ab Hesychio exponitur duntaxat ἅμα & ὁμοῦ, & à Suida ὁμοῦ solùm: sed quidam exposuerunt etiam ἐξαίφνης.

Ἅμαξα, ης, ἡ, Currus, Plaustrum. Reperitur etiam tenuatum. vnde πλεόθην ἐπ' ἄμαξαν, non ἐφ' ἄμαξαν. & αἱ δ' ἐπ' ἀμαξιτόν. item κατημαξευμένον. pro quo postea dixerunt Attici καθημαξευμένον. Legitur verò & apud Hesiodum, δούρατ' ἀμάξης. item, ἐπ' ἄμαξαν ὑπέρβιον ἄχθος ἀείρας. Nonnulli illam cum spiritu tenui scripturam, Æolicam esse dixerunt. Addit autem Eustathius, tenuari secundum hanc etymologiã, παρὰ τὸ ἄγειν τὰ ἀμώμενα, id est, Ab aduehendis messibus: aspirari autem secundum hanc, παρὰ τὸ ἅμα καὶ τὸ ἄξων. Ego multo pluribus in locis aspero spiritu notatam hanc vocem reperi[illegible] si mihi quoque meam afferre etymologiam [illegible] ἄμαξαν dictam esse dixerim ἐκ τοῦ ἅμα ἄξαι, quòd curru seu plaustro plures simul vehi possint. Quid autem [illegible] quoque diuinationem meam proferre vetat? Frequens est autem hæc vox apud vtrosque scriptores. Odysseæ ζ, Οἱ μὲν ἄρ' ἐκτὸς ἄμαξαν ἐΰτροχον ἡμιονείην ὥπλεον, ἡμιόνους θ' ὕπαγον ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνῃ. & Od. ι, Ἅμαξαι τετράκυκλοι, id est Currus quatuor rotarum. Legitur verò & apud Herodotũ ἅμαξα τετράκυκλος. ‖ Prouerbium est ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, De plaustro loqui, de quo consule Erasmum.

Ἅμαξα, Septentriones. Gell. lib. 2. cap. 21, Et quid inquam, vos opici dicitis mihi quare quod ἅμαξαν Græci vocant, nos septentriones vocamus? Paulo pòst, Itaque hoc sidus quod à figura posituráq; ipsa, quia simile plaustri videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν dixerunt, nostri quoque veteres à bubus iunctis septentriones appellarunt. id est à septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurant. Præter hanc (inquit) opinionem, &c. Hæc ex Gellio. Seruius quoque subindicat axem dixisse Virgilium pro septentrione ex Græcæ vocis ἅμαξα imitatione. nam in hoc hemistichiũ Georgic. 2, — qua terga obuerterit axi, annotat, Axi, septentrioni. nam Græcè ἅμαξα dicitur. Idem verò & alibi ab eo annotatur. Hom. Il. σ, Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.

C. Ἁμαξόβιος, ου, ὁ, siue Ἁμαξοβίτης, In plaustro viuens. ἁμαξόβιοι siue ἁμάξοικοι dicũtur Scythæ, ἁμαξόβιοι, In plaustris viuentes: ἁμάξοικοι, In plaustris habitantes, vel, In plaustris domos suas habentes.

C. Ἁμαξοκυλισταί, quidam Megaris appellati quasi ἁμάξης κυλισταί, currus deuolutores, vt ex historia colligo quã Plut. in fine κεφ. Ἑλληνικῶν refert.

C. Ἁμαξοπηγός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Plaustri siue Plaustrorum compactor, Curruum fabricator. Ex ἅμαξα & πήγνυμι. Alio nomine ἁμαξοποιός siue ἁμαξουργός.

C. Ἁμαξοπηγία, Plaustrorum fabricatio.

C. Ἁμαξόποδες, ων, οἱ, Ad verbum, Plaustripedes. Vitruuius lib. 10, ait hoc nomine vocari arbusculas in quibus versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis. Apud Pollucem scriptũ est ἁμαξίποδες. Ait autẽ ὑποπίπτει δὲ αὐτοῖς [τοῖς θαιροῖς] ξύλα, ἃ καὶ καθαράιας ὀνομάζει.

οἷς ἐφαρμόζονται οἱ ἁμαξήποδες, ἀφ' ὧν ὁ ἄξων ἕλκεται στρεφόμενος. Apud Hesych. legitur ἁμαξίποδες per ι. A

C. Ἁμαξοποιός, ὁ καὶ ἡ, Plaustri fabricator. qui & ἁμαξοπηγός. sed ἁμαξοπηγός sonat ad verbum, Plaustri compactor: ἁμαξοποιὸς aũt Plaustri factor, siue confector.

C. Ἁμαξουργός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, ex ἅμαξα & ἔργον, Idem quod ἁμαξοποιός. HINC Ἁμαξουργία, Plaustri cõfectio, Plaustri fabricatio.

C. Ἁμαξηδόνια, ων, τὰ, Clauiculi qui obstant ne rota currus exeat. alio nomine ἐνήλατα. Eustath.

C. Ἁμαξήλατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vehicularis via, Plaustraria via. Idẽ n quod ἁμαξιτός. Fit ex ἅμαξα & ἐλαύνω Subauditur autem ὁδὸς cum hoc nomine, vt cum ἁμαξιτός. B

C. Ἁμαξήποδες, ων, οἱ, Vide Ἁμαξόποδες paulo pòst.

C. Ἁμαξήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἁμαξιαῖος, Plaustrarius, Plaustralis. vt ἁμαξήρης τεῖχος apud Euripidem, via plaustraria: ἁμαξιτὸς etiam dicta & ἁμαξήλατος.

Ἁμαξία, vel potius ἁμαξιά, ᾶς, ἡ, Via qua plaustrum agitur. ἁμαξεία autem vide post ἁμαξεύς.

Ἁμαξιαῖος, ου, ὁ, Plaustralis, Plaustrum implens. vt ἁμαξιαῖοι λίθοι, saxa grandia & plaustrum implentia, apud Xenophontem Hellenicῶν 2. Possumus verò & ingentia saxa interpretari. Sæpe enim subest aliqua hyperbole huiusmodi adiectiuo. Sic γόγγροι ἁμαξιαῖοι, apud Athenæum, lib. 7. ‖ Ἁμαξιαῖα, inquit Erasmus, id est plaustralia, Græci vocant magnifica, fastuosáque: à plaustris ducto nomine. Hæc Erasmus. quæ sequẽs aliquis, ἁμαξιαῖα ῥήματα interpretetur verba magnifica & fastuosa: non malè etiam (Horatiano verbo vtens) sesquipedalia. Nisi fortè ἁμαξιαῖα dicta ob prolixitatẽ (id est quòd multarum essent syllabarum) potius quàm ob eũ quẽ præ se ferrent fastum. C D

Ἁμαξικός, ῦ, ὁ, Plaustralis, id est Ad plaustrum pertinens. ‖ Exponitur etiam Plaustrarius, siue Carpentarius.

Ἁμαξίτης, ου, ὁ, Plaustralis, Curulis. vt quidam in Anthol. epigr. ἁμαξίτην φόρτον vocat [illegible] onus, siue pondus. id est quod curru vehitur.

Ἁμαξιτός, ῦ, ἡ, Via vehicularis, via plaustraria, Via per quã agitur currus, vel agi potest. Apud Herodotum, Spatii quantum opus est ad agendum currus. Vnde & appellata sic fuit via publica, ὁδὸς δημοσία, Suid. Hesychius. Militaris via exponi potest. λεωφόρος à Græcis alio nomine dicitur. Euripides autem ἁμαξήρη τεῖχον appellauit. Il. χ, Τείχεος αἰὲν ὑπὲκ καθ' ἁμαξιτὸν ἐσσεύοντο. Xenophon Hell. 2, ἐχώρουν κατὰ τὴν ἐς τὸν πειραιᾶ ἁμαξιτὸν ἀναφέρουσαν. Apud eundem Hellen. 7, ἁμαξηττὸν per η legimus. & vtranque scripturam in vulg. lex. Græcol. annotatam habemus. quum tamen in Homeri loco dubia non possit esse scriptura, vtpote ι tantum admittente, quod possit corripi. In iisdem verò lexicis ἁμαξιτὸς exponitur etiam Orbita: quũ tamẽ orbita longè aliud significet, id videlicet quod ἁρματροχιὰν Græci appellant. Sciendũ autem, quũ dicitur ἁμαξιτός, subaudiri ὁδός. A Suida citatur locus in quo est ἁμαξιτὸς ὁδός. E F

¶ Ἁμαξεύς, έως, ὁ, Aurigator, Auriga. ζευγηλάτης. Hes.

Ἁμαξεία, ας, ἡ, Onus quod vehitur curru, Sarcina quæ vehitur plaustro. ὁ τῆς ἁμαξῶν φόρος. Suid.

Ἁμαξεύω, Plaustrum duco, Aurigor. Plut. in Eumene, παρὰ τῶν μὲν ἁμαξευόντων διὰ πενίαν. Arrianus, ἐπὶ τῷ μὲν ἀροτριᾶν, τῷ δὲ ἁμαξεύειν. id est, Et huic quidem arare, illi autem aurigari. ‖ Philostratus ἁμαξεύοντας Scythas vocat qui in curribus degunt. G

Ἁμαξεύομαι, Plaustro vehor. In vulg. lex. Græcol. ἁμαξευόμενος exponitur etiam Plaustris habilis.

C. Ἀναμάξευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt τόπος ἀναμάξευτος, locus per quẽ agi plaustra nequeunt. q. d. Plaustris imperuius. Vtitur Herodotus.

C. Καθαμαξεύω, vel secundum antiquam scripturam Καταμαξεύω, compositum ex κατὰ & ἁμαξεύω. vnde ὁδὸς καθημαξευμένη, via plaustris trita. Hinc per metaphoram καθημαξευμένον dicitur quicquid est tritum, triuiale, trãslatitium. Quæ expositio conuenit loco Suidæ in quo τετριμμένον exponit τὸ κατημαξευμένον καὶ πᾶσι γνώριμον. Scribo autem κατημαξευμένον per τ, vt apud eum habetur. Alibi autẽ καθημαξευμένος (scribens per θ) exponit τετριμμένος, ἐγγεγυμνασμένος. quarum explicationum posterior H

mihi parum probatur. minimè certè videtur perinde conuenire ac prior. neque enim dicetur ὁδὸς ἐγγεγυμνασμένη via exercitata, sicut dicitur ὁδὸς τετριμμένη, via trita. nec σκώμματα καθημαξευμένα (id est triuialia scõmata) poterit quis explicare σκώμματα ἐγγεγυμνασμένα. Nec verò in hoc Æliani loco qui ibi à Suida citatur, γύναιον ἐκ Συρίας καθημαξευμένον ὑπὸ παντὸς τοῦ προσιόντος, poterit γύναιον καθημαξευμένον exponi γύναιον ἐγγεγυμνασμένον: at τετριμμένον poterit. Itidem verò Latinè fortasse publicum prostibulum vel publici prostibuli corpus (veluti publica via) dici possit tritum. Quinetiam καθημαξευμένον in hoc Æliani loco, non malè (credo) interpretaretur aliquis Peruagatum.

C. Ἐξαμαξόω, in vulgat. lex. Conuitior, Maledico, quasi De plaustro conuitia fundo. ET Ἐξαμαξωμένος in iisdẽ, De curru delapsus: metaphoricè autem, Qui de sententia aut spe decidit. Sed horũ autor non nominatur, quæ certè mihi suspecta sunt. Quũ autẽ ἐξαμαξωμένος in nonnullis scriptum sit (quod stare posse non video) in aliis peius etiam scribitur ἐξαμαξούμενος. Fortasse autem ἐξημαξωμένος scribi debuit.

Ἁμαξαία, Idem quod ἅμαξα, factum κατὰ παραγωγήν. vt σεληναία pro σελήνη, & Ἀθηναία pro Ἀθήνη. Eustath.

¶ Ἁμαξίς, ίδος, ἡ, Plostellũ, Plostellulũ, Paruus currus. Eustathius autem ait veteres scriptum reliquisse ἁμαξίδα esse plostellum quod fit ad lusum puerilem. quæ significatio minus esset generalis. conueniret certè huic Aristophanis loco in Nubibus, vbi Strepsiades dicit Phidippidæ filio, Τούτου πριάμην σοὶ διόβολον ἁμαξίδα. Ibidẽ, Ἁμαξίδας δὲ σκυτίνας εἰργάζετο. id est, Plostella autem coriacea conficiebat. Vbi esse puto ἁμαξίδα plostellũ puerile: cuiusmodi illud cuius meminit Horatius hoc versu, Ædificare casas, plostello adiungere mures. Ita tamen vt inde colligi non possit ἁμαξίδα generaliter de quouis plostello ad quemlibet vsum comparato dici non posse. Ipse quidem certè enarrator Aristophanis simpliciter ait ἁμαξίδα esse μικρὸν ἁμάξιον, non addens illud εἰς παίγνιον τοῖς παισί. Hesychius quoque in ἁμαξίς, scribit, τὸ μικρὸν ἁμάξιον Ἀττικοὶ οὕτως καλοῦσιν. Plostellũlum autem potius interpretarer quàm Plostellũ: quia μικρὸν ipsi Græci addunt cum ἁμάξιον, quod Plostellum significat. Paruum enim plostellum est plostellulum.

Ἁμαξίς, Placentæ genus, in illum Aristophanis versum modò citatum, Τούτου πριάμην σοὶ διόβολον ἁμαξίδα, annotat eius enarrator, ἁμαξίς, Paruum plostellum, aut Placentæ genus. Suidas quoque ait placentæ genus esse quæ suo tempore κοπὴ diceretur. At Hes. præter plostellulũ significare scribit & vuæ gen⁹ ἀπὸ ἀναδενδράδος.

¶ Ἁμάξιον, ου, τὸ, Plostellũ, apud Suidam, Hesychium, Aristophanis enarratorem, & Eustath. in expositione vocis ἁμαξίς.

Ἀμάω, ῶ, F. ήσω, Meto. Aristoph. in Equitibus, ἀλλότριον ἀμῶν θέρος, alienam metens messem. Ἀμᾶν Eustath. quosdam ab ἅμα deriuasse tradit, vt esset ὑφ' ἓν πολλὰ ἕλκειν. Etym. autem addit, ἀμᾶν quasi ἅμα σπᾶν. At Hesych. habet, ἀμᾶν, θερίζειν, ἀπὸ τοῦ ἅμα αἴρειν. Cæterùm quod alio spiritu notatur hoc verbum quàm ἅμα, à quo deriuari putatur, id in aliis etiam nonnullis vsuuenit. Frequẽti⁹ vsurpatur Ἀμάομαι vox passiua, in significatione act. Absolutè interdum. Hesiod. in Ergois, — γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, Γυμνὸν δ' ἀμάασθαι. cum accus. vt idem ibidẽ, — ἵνα δ' εὔχροα καρπὸν ἀμάσθαι.

Ἀμᾶν siue ἀμάασθαι (vnde nostrate verbũ *amasser*) Colligere, Accumulare. Il. ω, Λαχνήεντ' ὄροφον λειμωνόθεν ἀμήσαντες. Apollon. Arg. 1, ἄασπιν ἀμήσαντες φυλλάδα. quo in loco, sicut & in proximè præcedente Homerico, notandũ ἀμήσαντες prima longa. quum potius corripiatur, vt in aliis hîc citatis locis videre est. Ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται. id est, Alienũ laborẽ in suũ ventrẽ cõgerũt. Od. ι, Αὐτίκα δ' ἥμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος, Πλεκτοῖς ἐν ταλάροισιν ἀμησάμενος κατέθηκε. vbi annotat Eustathius ἀμησάμενος esse pro συνελὼν χερσὶ καὶ συναγαγών. vt (inquit) Vlysses φύλλα ἐπαμησάμενος ἐκαλύψατο, & Priamus ἐπαμησάμενος κόνιν κατεπάσατο. Videtur tamen vtrobique ἐπαμησάμενος esse potius Accumulans, vel Quum accumulasset.

Ἀμᾶν siue Ἀμᾶσθαι, Abscindere. quod & imitantes Latini (vt opinor) Demetere ita vsurparunt. vt Demeteret ferro, apud Horatium. Hesiodus in Scuto, — οἵ γε μὲν ἤμων Αἰχμαῖς ὀξείῃσι κορωνιόωντα πέτηλα. Hesychius ἀμήσαντα exponit simpliciter ἀποκόψαντα. At Eustathius in hoc loco Homeri Odyss. φ, — ἀπ' οὔατα νηλέϊ χαλκῷ Ῥῖνάς τ' ἀμήσαντες, vult esse pro Abscindentes facilè, tanquam plantam quæ ferro demetitur.

Ἀμᾶν siue Ἀμᾶσθαι, metaphoricè, Fructū & vtilitatem siue cōmodum decerpere. Plutarch. αὐτὴ ταύτης (ἔφη) τῆς διαίτης τὴν ἐλευθερίαν ἀμώμεθα, id est, Fructū libertatis decerpimus, Fruimur libertate, vel Fructum decerpimus, libertatis fruitionē. Sic & Latini suū Metere interdum vsurpant.

Ἀμάομαι, ὦμαι, Significat. pass. Metor. Theophr. de tithymallo, ἀμᾶται δὲ ὅταν ἄρτι περκάζῃ σταφυλή.

Ἄμητος, ου, ὁ, cum accentu in prima, Messis, Ea quæ metuntur, vel Collectio frugum. Item, Ipsa metendi actio. Hesiodus sic exorditur suum ἡμερῶν opusculum, Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων Ἄρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων. Idem ibidem, Ὥρῃ ἐν ἀμήτου, ὅτε τ' ἠέλιος χρόα κάρφει. id est, Tempore messis, quū sol corpus arefacit. περὶ καιρῶν ἀμήτου, apud Lucianum, De metendi tēporibus.

Ἀμητὸς, οῦ, ὁ, Messis tempus, Tempus reconditionis frugum, ὥρα ἀμήτου, vt in Hesiodi loco: καιρὸς ἀμήτου, vt in Luciani loco modò citato. Sequor autem Hesychiū, qui ita scribit, Ἄμητος, τῆς μὲν προτέρας ὀξυνομένης, αὐτὰ τὰ τεθερισμένα· τῆς δὲ τελευταίας, ὁ καιρὸς τῆς συγκομιδῆς τῶν καρπῶν. id est, Ἄμητος, prima quidem acuta, Ipsæ fruges quas messuimus: vltima autem acuta, Tempus reconditionis frugum. At Eustathius & Suidas in contraria sunt opinione: ac re vera in quibusdam exemplaribus Hesiodi non ἀμήτου legitur, sed ἀμητοῦ, in citatis modò locis. Verùm nō parū apud me valet Hesychii autoritas, præsertim quum variorum autorum vetusta exemplaria obseruarim ita collocatos accentus habere, vt collocandos censet Hesychius. Cui vt assentiar facit & hoc quod ἄροτος itidē προπαροξυτόνως arationem, ἀροτὸς ὀξυτόνως arationis tempus significare comperiam: & quidem ea ipsa exemplaria quæ in loco Hesiodi ἀμητοῦ habent, nō ἀροτοῖο tamen habere, sed ἀρότοιο. quòd videlicet prior ille genitiuus deprauatus fuerit in iis, posterior integer manserit. nam eadem planè ratione qua scriberetur ἀμητοῦ, scribendum etiam foret ἀροτοῖο pro ἀροτοῦ ab ἀροτός. Est in νεατὸς ac νέατος eadē planè ratio. Quanquam existimarunt quidam hæc esse τῶν διϊλογουμένων quod ad accentum attinet, quòd in eo variare comperirent exemplaria. sed ego planè librariorum incuriæ hoc imputo, quod in optimis quibusque exēplaribus diligenter obseruatum hoc in accentu discrimen animaduerterim, eo quo præscribit Hesychius modo.

Ἀμητὴρ, ῆρος, ὁ, Messor. Iliad. λ, Οἱ δ' ὥς τ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν Ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν Πυρῶν ἢ κριθῶν. EST ET ἀμήτειρα f. apud Etym. quod significat mulierem quæ metit.

¶ Ἄμη, ης, ἡ, Falx messoria, vt vulgò exponitur. Quæ significatio optimè cōuenit deductioni ab ἀμᾶν. Exponitur & Sarculum. Ἄμη (inquit Budæus in Comment.) Instrumentum fossorium, quod lingua vernacula luchetum vocant, quo fossores aggerarii vtuntur. Æschin. in Ctesiph. ἔχοντας ἄμας καὶ δικέλλας. Apud Plinium in epist. ad Traianum legitur hama aspiratum, Nullus in publico sipo, nulla hama. quod aliud instrumentum significare mihi videtur. Hactenus Bud. Sunt autem qui ibi pro instrumento ad incēdia compescēda sumi existiment. Apud Suidā, ἄμας ἀπήτουν, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας, quod est inter Erasmica. Suidas ἄμην esse ait fabrile instrumentum: Etymologistes agricolarum aut architectorū instrumentū: dicens vel ab ἅμα aduerbio, vel ab ἀμᾶν posse deduci. Erasmus ab ἀμᾶν deducendū cēsuit. Apud Suidā ἄμη legitur tenuatum tanquā ab ἀμᾶν, & paulo post ἅμας aspiratū tāquā ab ἅμα. & apud Plin. hama est cū aspirationis nota, in modò citatis. • Sic & apud Cat. vbi hamā rusticis instrumētis annumerat. quāquam & ἀμᾶν ipsū quod tenuari cōstat, ab ἅμα deducūt gramm. ‖ Apud Hes. legitur ἄμη tenuatū, qui ait significare etiā σκάφην εἰς ἣν ἐβάλλοντο ἐρίφων πόδες πρὸς τὸ μὴ βαίνειν.

A C. Ἀπαμάω, ῶ, vel potius Ἀπαμάομαι, ῶμαι, Demeto. Ἀπαμήσεται ἀποθερίσει, Hesych.

C. Διαμάω, ῶ, & Διαμάομαι, ῶμαι, Demeto. Et metaphoricè interdū (sicut Demetere capūt ferro apud Horat.) Il. γ, v. 359. Ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα Ἔγχος. pro abscidit. ῥᾶον διέκοψε, καὶ δῆθεν ἐθέρισεν, inquit Eust. Polyb. autē διαμήσασθαι dixit pro Euerrere & accumulare, vt Bud. scribit p. 356. vbi & ex duobus Arriani locis affert διαμᾶσθαι τὴν κάχληκα. quē existimo Thucydidem in hoc loquendi genere sequi voluisse: apud quē legimus lib. 4. p. 130, ἀλλὰ

B διαμώμενοι τὴν κάχληκα οἱ πλεῖστοι ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, ἔπινον δῆθεν εἰκὸς ὕδωρ. Vbi schol. διαμώμενοι exponit διασκάπτοντες, id est effodientes. addens dictum esse ab ἄμη, significante σκαφίον πλατύ.

C. Ἐξαμάω, ῶ, & Ἐξαμάομαι, ῶμαι, itidem pro Demeto, Abscindo. Sophocl. Γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος. Vbi exponitur, Radicem habens exectam.

C. Ἐπαμάω, ῶ, vel potius Ἐπαμάομαι, ῶμαι, Colligo, Coaceruo, Accumulo metentiū more. Hom. Od. ε, — ἄφαρ δ' εὐνὴν ἐπαμήσατο χερσὶ φίλῃσιν Εὐρεῖαν. Vbi Eust. pro συνέλεξεν

C inquit, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀμώντων. Sic & κόνιν ac τέφραν aliquis ἐπαμᾶται χερσί. Vtitur autē in Iliade quoq; hoc verbo. Sūt & qui (sensum explicantes) ἐπαμήσατο εὐνὴν interpr. Ex cōgestis coaceruatisq; foliis sibi cubile strauit. Xen. ἐπαμήσαιο δ' ἂν μόνον τὴν γῆν, ἢ καὶ σάξαις ἂν εὖ μάλα περὶ τὸ φυτόν. Vbi Bud. vertit Accumulare, ex quodā Plinii loco, quē affert, p. 356. Citatur & ex Herodoto ac Theophr. ἐπαμήσασθαι γῆν, itidē pro Terrā aggerere. Sed in vulg. lex. ἐπαμάω exponitur etiā Leniter superiniicio.

C. ΠΡΟΣαμάω, ῶ, vel potius Προσαμάομαι, ῶμαι, Insuper

D aggero, vel accumulo. ET C. 2. Ἀντιπροσαμάομαι, E contrario aggero. Xen. ἀντιπροσαμήσασθαι τὴν γῆν.

Ἄμαλλα, ης, ἡ, Manipulus, Fasciculus manipulorū. Apud Hes. ἀμάλαι legitur cū vnico λ, & exponitur αἱ δέσμαι τῶν δραγμάτων. Ac eū [illegible] voluisse scribere, hinc apparet quòd paulo pòst [illegible] ἀμαλή, quū [illegible] significare ἁπαλή: at quū παροξύνετο [illegible] significare δράγμα. Athenæus quoq; ἀμάλας hab[illegible] [illegible] λ, dicēs ita vocata τὰ δράγματα τῶν κριθῶν αὐτὰ καθ' αὑτά. At Eust. duplici λλ hoc nomē scriptū habet, scribēs ἄμαλλαν esse τὸ ὑπ' ἀγκάλην σύμ-

E πιεσμα τῶν δραγμάτων. Et statim pòst, ἀμάλλαι δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς, δράγματα σίτου, παρὰ τὸ ἅμα ἀολλίζεσθαι χερσὶ τοὺς στάχυας, ἢ παρὰ τὸ ἀμᾶσθαι. quæ & apud Etym. habes. ego posteriorē deriuationē hîc sequor. Itidē apud Etym. ἀμάλλαι geminato λλ legitur. Ab hoc nomine fortasse deriuata vox Gallica *malle*, significās perā seu manticā in quā viatores sarcinulas quasdā cōiiciunt, eā extremo equi tergo superimponētes. Hinc verò eadem ratione deriuari possit & *balle*. pro cuiuslibet rei sarcina: vt binæ sarcinæ quibus onerantur muli, vocantur *balles*.

F C. Ἀμαλλοδετὴρ, ῆρος, ὁ, Manipulorum ligator, siue colligator. Il. σ, Δράγματα δ' ἄλλα μετ' ὄγμον ἐπήτριμα πῖπτον ἔραζε· Ἄλλα δ' ἀμαλλοδετῆρες ἐν ἐλλεδανοῖσι δέοντο. Τρεῖς δ' ἄρ' ἀμαλλοδετῆρες ἐφέστασαν.

C. Ἀμαλλοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Manipuliger, Manipulos ferens, siue gestans. Δημήτηρ, id est Ceres, dicebatur ἀμαλλοφόρος, vt refert Eustath. παρὰ τὰς ἀμάλλας, ἤγουν τὰ δράγματα τῶν ἀσταχύων.

Ἀμαλλεύω, In manipulos colligo. Intellige autem Colligo, cuius infinitiu[us] Colligare: vt sit εἰς ἀμάλλας δεσμεῖν,

G seu δεσμεύειν. Eust. autē exponit δραγματεύειν eodē sēsu.

¶ Ἀμάλλιον, ου, τὸ, Funis ad ligandas ἀμάλλας, id est manipulos. Eustath.

ἉΜΑΡΤΆΝΩ, (pr. imp. ἡμάρτανον. at præter. perf. ἡμάρτηκα, tanquam ab Ἁμαρτέω. sic fut. ἁμαρτήσω. aor. 2, ἥμαρτον) Aberro: vt ἁμαρτάνειν τῆς ὁδοῦ, Aberrare à via, Rectam viam nō tenere. vt dixit quidam, ἡμαρτήκαμεν τῆς ὁδοῦ τὸ παράπαν, Prorsus à via aberrauimus. vel, Tota via errauimus (vt alii explicant) forma prouerbiali. Sic dicitur ἡμαρτηκέναι παντὸς δι-

H καίου, Aberrauisse ab omni æquitate, i. ab omni æquitate excidisse. quasi à via æquitatis aberrasse. Itē ἁμαρτάνω, Aberro, Nō attingo scopū, vel quicquid est ad quod tendo. In qua signif. sæpe est apud Hom. Od. ζ, Σφαῖραν ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια· Ἀμφιπόλου μὲν ἅμαρτε, βαθείῃ δ' ἔμβαλε δίνῃ. Iliadis η, — βαλέειν δέ ἑ ἵετο θυμός.

Ἀλλ' οὐκ καὶ τόθ' ἁμάρτε. παρέσφηλεν γὰρ Ἀπόλλων. Iliad.ο, — τῷ μέν ῥ' ἀπὸ τούτου ἅμαρτεν. Sic vsurpatur & in prosa. vt apud Xenophontem Pæd.lib.8, ἔνθα κἂν μύων βάλῃς, οὐκ ἂν ἁμάρτοις ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. Et lib.4, ὁ μὲν ἄρχων εἶπεν ἀκούσας ἡμάρτεν· ὡς μήποτ' ὠφέλεν. Idem lib.5, καὶ χρείας μὲν πλείους ἁμαρτάνει. ‖ It m ἁμαρτάνειν τινὸς apud Hom. In aliqua re vel circa rē aliquā errare, aut Ab aliquo aberrare.i. A recto aberrare, & quasi à recta via, circa quidpiā. vt ἁμαρτάνειν μύθων, Od.λ, Αἰεὶ πρῶτος ἔβαζε καὶ οὐχ ἡμάρτανε μύθων. Vbi οὐχ ἡμάρτανε μύθων possumus etiam exponere, Non errabat verbis. sequentes Fabium, qui B ait Homerum dixisse Menelaum non errare verbis: exponens quod ille dicit οὐχ ἀφαμαρτοεπής. Pro quo & ἁμαρτοεπὴς dicitur ab eodem poeta, vt infrà docebimus. Porro secundum eam quam dixi habere apud eum significationem ἁμαρτάνειν τινὸς, poterimus exponere apud eundem Iliad.ω, — ἐπεὶ οὔ τι φίλων ἡμάρτανε δώρων. Quia non à recto & æquo aberrabat circa munerum largitionem, vel In largiendis muneribus à recto non aberrabat, & quasi à recta via. Vel, A recto non discedebat in dandis muneribus. Nam dura esset interpretatio C ad verbum, A donis gratis & acceptis non aberrabat. Huc etiam referre possumus & illud loquendi genus paulo antè positum, ἡμαρτηκέναι παντὸς δικαίου. Item hoc, ἁμαρτάνω τῆς γνώμης, Erro in sententia, vel Aberro à recto circa sententiam, Fallit me opinio, Fallor. quæ tamen loquendi forma & rara & dura est. ἁμαρτάνω τῆς πράξεως, Erro in agenda re aliqua, Erro in actione rei alicuius. Malim tamen ἁμαρτάνω accipi pro ἀποτυγχάνω: de qua significatione iamiam dicam. ‖ Vicina D est huic significatio verbi ἁμαρτάνω, quæ per verbum Frustrari vertitur, passiuè sumptum: licet rarò à Latinis ita vsurpetur. vt δυοῖν θατέρου πάντως οὐχ ἁμαρτήσομεν, Duorum altero nequaquam frustremur. Sic ἡμαρτήκαμεν ἀμφοτέρων, Frustrati sumus ambobus. vel accipiendo Frustrari in actiua significatione, Vtraque nos frustrata sunt. Ad verbum, Aberrauimus ab vtrisque. Sic sæpe dicitur, ἁμαρτὼν τῆς ἐλπίδος pro ἀποτυχὼν, Qui frustratus est sua spe, Quem frustrata est sua spes.

Ἁμαρτάνω, Erro, Fallor, Allucinor. Pecco, pro Erro, Erratum committo. quam significationem in præce- E dente annotatione attigimus. Plato Politicῶν 1, ἁμαρτάνουσι οἱ ἄνθρωποι πολλάκις. In hoc errant homines. Sic Isocrates iunxit cum περὶ, scribens, ἁμαρτάνειν περὶ τὰς αἱρέσεις τῶν πραγμάτων, In rerum delectu errare: vel falli, aut allucinari. Cum accusatiuo, Aristophanes in Pluto. ἅπαντα ἁμαρτάνουσι ἀποκρίνειν. Galenus ad Glauconem 2, ἁμαρτάνει δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἁμαρτάνουσι. Sic apud Sophoclem, Τοῖς δὲ ἁμαρτάνουσι ... Absolutè item ponitur. vt apud eundem Politicῶν 1, οὐδεὶς τῶν δημιουργῶν ἁμαρτάνει. ἐπιπειθοῦς γὰρ ὁ ἐπιστήμης ἀπολιπούσης ἁμαρ- F τάνει. Sic in Lamachi apophthegmate apud Plutar. οὐκ ἔστιν ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτεῖν, Non licet in bello bis errare.

Ἁμαρτάνω, Pecco, Delinquo, Peccatū admitto. Absolutè Iliad.ι, — ἐπεί κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ. Hesiodus Theogonia, Πρὶν γ' ἀπὸ τοῦ δαίμονος κακῶν ἴσιν ὅς τις ἁμάρτῃ. Isocrates in Busiridis encomio, ἁμαρτάνειν βέλτιον καταφυγεῖν. Idem in Paneg. οὐ μή τις εἰς ... ἐπιτιμήσῃ τοῖς ἁμαρτάνουσι. Habet sæpe & accusatiuum rei, vt ἁμαρτάνουσι τὰ αὐτὰ, Eadem peccata committunt, Vitiis iisdem obnoxii sunt. Sic Xenophon Pæd.3, αὐτὸ κἄν μοι δοκεῖς ἁμαρτεῖν, Humana mihi videris peccauisse. Id est, Peccata commisisse ab hominum natura minimè aliena. Dicitur & ἁμαρτάνειν ἁμαρτίαν, Peccare peccatum. vt νοσεῖν νόσον. Et accusatiuum personæ, sed qui regitur à G præpositione εἰς. vt ἁμαρτάνειν εἰς τοὺς γονεῖς, Peccare in parentes. Interdum vtrunque accusatiuum simul habet: vt apud Thucydidem, ἁμαρτάνει πολλὰ εἰς ἡμᾶς, Multa in nos peccat. nam Latini quoque ita loquuntur. Dicitur & ἁμαρτάνειν εἰς ἑαυτὸν, Peccare in seipsum. vt apud Isocratem ad Demonicum, δικαίως δ' ἂν τοὺς τοιούτους ἀπολάβοιμεν μὴ μόνον εἰς ἑαυτοὺς ἁμαρτάνειν. Sic Cicero dixit epist.ad Att.lib 3, In me enim ipsum peccaui vehementius. item ἁμαρτάνειν cum aduerbio: vt ἁμαρτάνειν ἀσελγῶς, Demosth. in Midiam.

Ἁμαρτάνω, Priuor, στέρομαι. Vide inter significationes vocis passiuæ ἁμαρτάνομαι.

¶ Ἁμαρτεῖν, pro ὁμαρτεῖν, id est sequi, iuxta Eustathiū & Hesychium. Ab ἁμαρτῇ (vt opinor) quod pro ὁμαρτῇ, id est Simul, legerūt quidam ex veteribus in hoc Iliad.ε loco, — καὶ τοὶ μὲν ὁμαρτῇ δεύτερα μαχέσθ' ἐκ χερῶν ἤιξαν. Censuit autem Aristarchus ἁμαρτῇ per syncopen esse factum ex ἁμαρτήδην itidem significante Simul.

Ἁμαρτάνομαι, passiuè, Peccor. nam pecco apud Latinos itidem passiuum format. ἁμαρτάνεσθαι igitur dicitur Quod peccatur, Quod perperam seu improbè fit aut dicitur. Interdum impersonaliter ponitur ἁμαρτάνεται, vt B Latinè peccatur. Cic. De officiis 1, Quo in genere etiam in republica multa peccantur. τὰ περὶ τὴν πόλιν ἁμαρτανόμενα, apud Xenophontem ἀπομν. 1. ἀπολογία τῶν τούτοις ἡμαρτημένων, apud Demosthenem, Excusatio peccatorū. Thucydides ἔργα ἀγαθὰ ὄντα & ἁμαρτανόμενα inter se opponit, id est Res bene gestas & res malè gestas. Vel ἁμαρτανόμενα ἔργα, Opera seu actiones quæ non succedunt, Actiones in quibus vel circa quas offensum est. Puto enim respondere illi Græco Latinum hocvocabu- C lum: & τὰ ἁμαρτανόμενα ἐν τῷ πολέμῳ interpretari nos posse Ciceronianis verbis Offensiones belli. Sic Plutarchus in Fabio, ἡμαρτημένα & κατορθώματα contraria facit, scribens, τὰ μὲν οὖν ἡμαρτημένα σοι λελύσθω τοῖς κατορθώμασι. Apud Aristotelem ἁμαρτάνεται & κατορθοῦται inter se opponuntur: quod facit pro mea interpretatione illius Thucydidis loci modò citati. ‖ Ἡμαρτημένος, Deprauatus, Vitiatus. vt ἡμαρτημέναι γραφαὶ, apud Porphyrium, Deprauatæ scripturæ. Sic ἡμαρτημένον δρᾶμα, apud Athenæum, lib.7. Ibidem ἁμαρτανόμενα τὰ περὶ ... ἀκρασία exponitur apud Theoph. De caus.pl.5,c.28. aeris in- D temperantia deprauata.

Ἁμαρτάνομαι, Priuor. Odyss.ι, Χειρῶν ἐξ Ὀδυσῆος ἁμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς, id est, Manibus Vlyssis me priuatum iri oculis. Hesychius ἁμαρτήσεσθαι exponit δι' ἁμαρτίαν στερήσεσθαι, id est, ob peccatum priuatum iri. Notat idē vocem actiuā ἁμαρτήσαι itidem pro στερῆσαι, id est priuari. Habetur & Il.χ, — φίλου ἀπὸ παιδὸς ἁμαρτών, pro Priuatus seu orbatus patre. id est ἀπὸ ἀμβροτὼν, pro ἀφαμαρτὼν, ab ἀφαμαρτάνω. Neque enim ἁμαρτάνω iungitur cum E præpositione ἀπό.

Ἁμάρτημα, ατος, τὸ, Erratum, Peccatū, Lapsus. μέγα ἁμάρτημα, Xen. Pæd.5, Magnum peccatum, vel Graue peccatū. ἐλάχιστα ἁμαρτήματα, Isocr. ad Nicoclem, Leuissima peccata. Cicero ἁμάρτημα vertit Erratum, epist. ad Att. l.13, Erratum esse meum, sed (vt aiunt) ἁμάρτημα μνημονικόν. Arist. Ethic.5, ἁμάρτημα distinguit ἀπὸ τοῦ ἀδικήματος. Idē Rhet.1, ait ἁμαρτήματα esse quæ non cōmittuntur improbitate, & quæ non sunt παράλογα. Ego in hoc Ouidiano versu existimo ἁμαρτήματος & ἀδικήματος discrimen posse ostendi, In facto errorē non scelus esse meo. F Puto enim perinde esse ac si dixisset factum suū esse ἁμάρτημα non autē ἀδίκημα. Plato hæc duo copulat, scribens ep.7, τὰ μεγάλα ἁμαρτήματα καὶ ἀδικήματα σμικρότερον εἶναι κακὸν πάσχειν ἢ δρᾶσαι. id est Peccata & scelera perpeti ab aliis in nos admissa, quā ipsos ea in alios admittere.

Ἁμαρτικὸς, ἡ, ὸν, Erroneus. Bud. In vulg. lex. Græcol. habetur ἁμάρτητος expositum Peccans, quod per errorem positum suspicor pro hoc ἁμαρτηρός. Nā ἀναμάρτητος quidē reperitur, & huius formæ sunt alia: at ἁμάρτητος forma planè noua diceretur.

G Ἁμαρτητικὸς, ἡ, ὸν, Offēsator, Qui sæpe offendit in re aliqua, Errare solitus in re quapiā. Ab Aristot. opponitur τῷ κατορθωτικῷ, Eth.2, περὶ πάντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικός ἐστιν· ὁ δὲ κακὸς, ἁμαρτητικός. In vulg. lex. Græcol. mēdosè habetur ἁμαρτικὸς pro ἁμαρτητικός. at in Tusan. est vtrūq; nā prius ponitur ἁμαρτικὸς, deinde seorsū ἁμαρτητικὸς, eadē tamē cū interpretatione. quasi verò nō manifestissimū sit ἁμαρτικὸς nomē esse nō posse, nec idē quod ἁμαρτητικὸς significare. Tolerabilius esset ἁμαρτικός.

H ¶ Ἁμαρτὰς, άδος, ἡ, Idē quod ἁμαρτία siue ἁμάρτημα. vt ἁμαρτάδα ἐξήμιεν, apud Dionys. Hal. ἀρχ. lib.2. Suidas citat ex Procopio, αἱ τῶν γυναικῶν ἁμαρτάδες οὐκ &c. ἁμαρτίαν, inquit Suid. dicūt Attici. ἁμαρτάδα Herodot. & alii Iones.

¶ Ἁμαρτωλὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Peccator vel Peccatrix. ἁμαρτωλὸς, inquit Suidas, Qui prauum vitæ institutū amplectitur.

A Certè in Nouo teſtamento ἁμαρτωλοὶ exponitur Peccatores, (vſitato quidem & recepto paſſim nomine, non tamen Latino) pro Qui identidem peccant, Qui peccatis ſunt dediti. Eraſmus ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία apud diuum Paulum cap. 7 ad Rom. exponit peccans peccatũ, vel Peccaminoſum peccatum: ego (ſi fingendum vocabulum eſſet) mallem Peccatoſum ab vſitato nomine peccatum, quàm Peccaminoſum ab inuſitato Peccamen dicere. Heſych. ἁμαρτωλὸν exponit πανοῦργον, μοχθηρόν, αἱμύλον.

Ἁμαρτωλία, ας, ἡ, ad verbum, Peccatoſitas: eodem modo B quo ἁμαρτωλὸς Peccatoſus diceretur. Erotianus in Hippocratem ἁμαρτωλίην exponit τὴν τῶν ἁμαρτημάτων εἴδησιν. vbi fortaſſe accuſatiuum εἴδησιν mendo non carere ſuſpicetur aliquis.

¶ Ἁμαρτία, ας, ἡ, Error, Peccatum, Delictum. Idem quod ἁμάρτημα. niſi quòd ἁμάρτημα ſonat potius Erratum, ἁμαρτία, Error ſiue Erratio. Demoſth. ad epiſtolam Philippi, αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων. Iſocr. in Buſir. encomio, οὐ γὰρ ἀπολύεις C αὐτὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἀλλὰ ἀποφαίνεις. Plutarchus περὶ δεισ. copulat ἁμαρτίας & πλημμελείας. D. Paulus pro eodem dicit ἁμαρτίαν & παράπτωμα. Hieronymus tamen ita diſtinguit, vt dicat leuius eſſe παράπτωμα, quòd ſit primus ille ad peccandum lapſus: ἁμαρτίαν autem, quum ad ipſum facinus peruentum eſt.

Ex ſequentibus compoſitis primùm quidem ab ἁμαρτία deductum videri poſſit, at cætera quæ o habent non, ab aoriſto ἥμαρτον aliquis fortaſſe deriuare malit.

C. Ἁμαρτίνοος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mente errans, Cuius mens eſt praua. Heſ. Theogonia, — ἡ δὲ Προμηθέα Ποικίλον, αἰολόμητιν, D ἁμαρτίνοόν τ' Ἐπιμηθέα.

¶ Ἀμνίον, ου, τὸ, Membrana fœtui proxima, ipsum totum à vertice ad imos pedes inuoluens, Gorr. ex Galeno. qui Gorræus & alia ex eodem affert, quæ apud eum lege in

B Defin. med. Vide & Theophilum Anatom. lib. 5. cap. 18. Pollux quoque ex duabus tunicis quæ sint circa fœtum, eam quæ sit intrinsecus, tenuiorem & molliorē, ἀμνίον ab Empedocle vocatam tradit, sicut alteram χορίον. (scribitur & χωρίον) Cæterùm hanc vocem ἀμνίον quidam ab ἀμνός, ab eius videlicet mollicie seu teneritudine, alii à μνῶς deduxerunt (vnde & ipsum ἀμνὸς quosdam deriuare diximus) vt sit quasi τὸ ἀπὸ μνῶος.

Ἀμνίον dicitur & Agnellus, vt quidam volunt.

Ἀμνίον putauit Erasmus poni pro μνίον, quod muscū

C significat: vt esset α pleonasticum, sicut in ἄσταχυς pro στάχυς. de qua eius opinione vide meam annotationem in prouerbium Muscum metere: quæ est in libro Animaduersionum mearum in calce Chiliadum excuso à patre meo.

Ἀμνᾶν pro θερίζειν, id est Metere. de qua signif. eandem illam annot. consule.

ἈΜΟ'ΡΓΗ, ης, ἡ, Herba quædam purpurea, vt scribit autor Etymologici, εἶδος βοτάνης πορφυρᾶς. vnde ἀμόργινα indumenta dicuntur purpu-

D rea. Fortasse tamē flos herbæ potius purpureus vocandus fuit quàm ipsa herba. apud eundem ἀμόργην coloris genus esse scribit Methodius.

Ἀμοργίς, ίδος, ἡ, est (teste Hesychio) καλάμη quædam ex qua fit ἔνδυμα, ἢ ὕφασμα, ἢ χιτών. Vbi pro quānam re καλάμην accipiat, ambigi potest. præsertim quum Etymologistes in verbo ἀπομόργνυμι [illegible], ἀμοργὶς δὲ, τὸ καλάμου τῆς αἰθήλης τὸ λεπτότερον μέρος: idem verò alio loco scribat, ἀμοργὶς δὲ καλάμη τις ἐξ ἧς τὰ ἐνδύματα ἀμόργινα· οἱ δὲ λινᾶ ὑφάσματα· οἱ δὲ, &c. Suidas autem dicit esse λινο-

E καλάμην. In vulg. lex. Græcolatinis ἀμοργὶς scribitur esse lini species tenuissima, bysso non dissimilis: fortasse quòd Suidas scribat ἀμόργινον, simile bysso & pretiosum.

Ἀμόργινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Colorem habens herbæ quæ dicitur ἀμόργη, aut floris illius herbæ, Purpureus, vel Ruber cū Etymologiste. Ἀμόργινος χιτωνίσκος, id est Amorgina tunicula, dicitur à nomine ἀμόργη, quod est coloris genus, simile bysso. Significat & pretiosam vestem. Sic apud Etymologisten Methodius. At Hesychius habet

F ἀμόργινα, λεπτοῦ φῇ ἱμάτια, id est, Indumēta tenui filo contexta. pro qua expositione videtur facere locus Æschinis in Timarchum, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις γυναῖκα κατέλιπεν ἀμόργινα ἐπισταμένην ἐργάζεσθαι, καὶ ἔργα λεπτὰ εἰς ἀγορὰν ἐκφέρουσαν. Athen. lib. 8, πορφυροῦ ἀμφίταπον ἀμοργίνῳ καλύμματι περιειλημμένον. Etymologistes postquam dixit Ἀμόργη δὲ, καλάμη τις ἐξ ἧς ἐνδύματα ἀμόργινα· οἱ δὲ λινᾶ ὑφάσματα· οἱ δὲ ἀπὸ ἀμόργου τῆς νήσου. οἱ δὲ ἀμοργίνοις ἐρυθροῖς τὸ χρῶμα. Quanquā in exempl. vulg. legitur ἀμόργου, sed ego ἀμόργου repono. quum ita vocari insulam

G cum ex aliis constet, tum ex Stephano: qui postquā dixit ab ἀμοργὸς insula fieri ἀμοργῖνος eadem forma qua ἐρυκῖνος: (vt Simonides dicebatur ἀμοργῖνος) paucis interiectis, subiungit, „At ἀμόργινος χιτὼν, coloris est propriū. Quod etiam facit cōtra eos quos ἀμόργινα indumēta ab insula Amorgo putauisse denominata, refert Etymologistes. At Pollux ita scribit, Amorgina autem fieri optima quidem in Amorgo, esse verò & has ex lino aiunt. Cæterùm ἀμόργινος χιτὼν vocabatur & μόργις. Sui-

H das postquam scripsit, Ἀμόργινον, simile bysso & pretiosum, subiungit, Dicitur & ἀμόργινα fœminino genere.

ἈΜΟ'Σ, Vnus, Aliquis. vel, Vnus aliquis. Esse autē Ionicæ vel Doricæ dialecti tradit Eustath. Ab hoc autem fiunt ista, οὐδαμὸς & μηδαμός: à quibus aduerbia cum alia tum οὐδαμῇ & οὐδαμῶς: μηδαμῇ &

δαμῆ & μηδαμῶς. quæ hîc omissa, in οὐ & μὴ ponam.

Ἀμόθεν, Alicunde, Ex aliquo loco, Ab aliquo, Vel ab vno aliquo. vt οὐδαμόθεν, Nullicunde (si fas esset hoc aduerbio vti) Ex nullo loco. Od. ι, initio, Τῶν ἁμόθεν γε θεὰ θύγατερ Διὸς εἰπὲ καὶ ἡμῖν, id est, πόθεν καὶ ἀπό τινος ἑνός. Hesych. autem exponit Ab aliqua parte, vnde volueris. Apud Platonem pro Alicunde, lib. De leg. 7, μηχανὴν δὴ δεῖ τὸν νομοθέτην ἐννοεῖν ἀμόθεν γέ ποθεν, ὅντινα τρόπον τοῦτ' ἔσται τῇ πόλει.

Ἀμῆ, ET Ἀμῶς, ET Ἀμοῖ, aduerbia itidem ab ἀμὸς facta, sed quæ composita cum aliis particulis vsurpentur. Dicitur enim Ἀμῆγε, Ἀμηγέπη, Ἀμηγέπου, Ἀμηγέπως, Ἀμωσγέπως, Ἀμοιγέποι.

Ἀμηγέπη, Quodammodo, Quadantenus, Quoquomodo, vel Quouis modo. vt Agathias apud Suidam, ἔδοξέν οἱ ἀμηγέπη ἀποπειρᾶσθαι τοῦ φρουρίου. Apud eundem (idem, vt opinor) ἀμηγέπη τῶν παρατεθέντων ἀλάμενος.

Ἀμῆγε, Hesych. exponit ἀμηγέπως, accipiens (opinor) vtrunque pro ἀμηγέπως, siue ἀμωσγέπως, quod habes hîc in proximè sequentibus.

Ἀμωσγέπως pro eodem dicitur. Plutarchus in Pericle, ἐπελιόρκει τοὺς Σαμίους, ἀμωσγέπως ἔτι τολμῶντας ἐπεξιέναι καὶ διαμάχεσθαι πρὸ τοῦ τείχους.

Ἀμοιγέπου autem & ἀμοιγέποι aliam habent significationem: & ἀμηγέπου quidem exponitur ab enarratore Aristophanis, ἁπανταχοῦ, id est Vbique, Vbiuis: in hoc Aristophanis versu in Acharn. Ὑμᾶς μὲν ἤδη μισθοφορεῖν ἀμηγέπου. At ἀμηγέποι ab Hes. explicatur ὅποι ποτέ, Quencunq; ad locū. At ἀμοιγέποι alibi scribit, per οι videlicet in secūda & vltima syllaba, & exponit In aliquem locū. aut Vno modo. Itidē verò ἀμηγέπου enarrator Aristophanis non vno illo modo explicat, videlicet per ἁπανταχοῦ, sed & ὅπως ἂν τύχῃ, καθ' οἱονδήποτε τρόπον. Mirum est tamen his aduerbiis eodem scriptis pacto significationem vtrāq; tribui. ac merito fuerit alicui suspecta hîc exemplariū fides. Apud Suid. legitur etiam Ἀμωσγέποι.

¶Ἀμὸς Dorice pro ἡμέτερος, Noster: vt ἀμὸν πατέρα, Patrē nostrum, apud Sophoc. ... Sic & πόλιν ὑμὴν dicit Homerus Vrbem vestram, & ὑμὰ κτήματα, vestras opes, tanquam ab ὑμός. Vide inter pronomina.

¶Ἆμος, Quando, aduerbium temporis, pro ἡμος, cui respōdet τῆμος. Vide ἡμος.

ἌΜΠΕΛΟΣ, ου, ἡ, Vitis, Vinea. ἄμπελον φυτεύειν Vitem serere, Cicero interpretatur. Od. ι, — ἠδ' ἄμπελοι αἵτε φέρουσιν Οἶνον ἐριστάφυλον. Dioscoridi lib. 5, cap. 2, dicitur ἄμπελος οἰνοφόρος, i. vitis vinifera, ad differentiam (vt opinor) aliarum duarum, quarum vnam ἄμπελον λευκὴν, id est Vitem albam, alio nomine βρυωνίαν: alteram, ἄμπελον μέλαιναν, id est, vitem albam, item βρυωνίαν μέλαιναν vocat.

C. Ἀγριάμπελος, (q. d. ἀγρία ἄμπελος, Vitis syluestris) Labrusca. Vide οἰνάνθη secundum quosdam.

C. Ἀμπελόκαρπον, ου, τὸ, Herbæ nomen, quæ & ἀπαρίνη. Diosc. lib. 3, cap. 183.

C. Ἀμπελόπρασον, ου, τὸ, apud Dioscor. lib. 2, c. 180. Marcellus vult esse agreste porrum quod in vinetis nascitur. Sonat ad verbum, Vitiporrum, id est Vitis porrum, In vite nascens porrum.

C. Ἀμπελουργὸς, οῦ, ὁ, Vinitor. ad verbum, Cuius opus est in vite, Qui operatur circa vitem, ex ἄμπελος & ἔργον.

Ἀμπελουργικὸς, οῦ, ὁ, Vinitorius, Ad vinitorem pertinens. ἀμπελουργικὴ, Ars vinitoria, Ars vitium colendarū. subaudiendo τέχνη. Pla. Pol. 1, ἔστιν δὴ δρέπανον δεῖν φυλάττειν, ἡ δικαιοσύνη χρήσιμος ἐστὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ: ὅταν δὲ χρῆσθαι, ἡ ἀμπελουργική.

Ἀμπελουργία, ας, ἡ, Vineæ cultura, Vinitoris actio. Theophrastus alibi ἀμπελουργίαν & κλάσιν, alibi ἀμπελουργίαν & τομὴν pro eodem dixit, vt annotat Bud. in Comm.

Ἀμπελουργέω, ῶ. F. ήσω, Vinitoris opus facio, Vinitoriam artem exerceo, Vites puto, siue amputo. quod est vinitorum. ἀμπελουργεῖν (inquit B. in C.) Vites putare, Sarmēta expurgare quæ vitem onerāt: citátq; Theophr. locū.

Ἀμπελουργεῖν metaphoricè. Æschin. Demosthenē hæc verba dixisse ait, ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν, ἀνατετμήκασί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου. i. (Bud. interpr.) Quidā sunt qui sic ciuitatē vt vitē vinitores putādā susceperūt, hominésq; ex populo excidere quasi palmites instituerūt.

A Ἀμπελουργοῦμαι, pass. vnde ἀμπελουργουμένη ἄμπελος apud Theophr. Vinea quæ amputatur: vel κλᾶται. nam Bud. vult ἀμπελουργίαν ab eo dici etiam κλάσιν.

C. Ἀμπελόφυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vitibus cōsitus: vt ἀμπελόφυτος γῆ, secundum Suidam, quæ vna voce ἀμπελών.

C. Ἀμπελοφύτωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, Vitis sator. vel potius Vitisator vna voce, vt apud Virgil. ἀμπελοφύτορι Βάκχῳ, Vitisatori Baccho, in Anth. epigr.

Ἀμπέλινος, ου, ὁ καὶ ἡ, τὸ, Viteus, Vitigineus, Vincalis. Exponitur etiā Vinearius, Vineaticus. ἀμπέλινα φύλλα, Aristot.

B De animal. lib. 3, Folia vitiginea, vt Columella vocat. Herod. lib. 2, οἶνος ἀμπέλινος, Vinum vineale, Vitea pocula, Virgil. Addit autem Herodotus ἀμπέλινος ad differentiam vinorum è frugibus confectorum. Apud eūdem ἀμπέλινος καρπὸς, Vitis fructus.

C. Ξηραμπέλινος, vt ξηραμπέλινος χιτών, Colorem habens vitibus arefactis simillimū. Certū enim genus vitis adulto iam autumno pampinis rubet velut cruentatis. Ita Thylesius. At alii, sumpta ex Suidæ verbis coniectura, ξηραμπέλινον χρῶμα dici putant pullum & atrum co-

C lorem, quē pulliginē Plinius, atrorē appellauerit Gell. quòd videlicet Suid. χλαμύδας ξηραμπελίνας appellatas etiam ἀτραβατικὰς tradiderit. Dictas enim esse atrabaticas ille putat à colore atro, vel à trabea qua simul vtebantur. Vide ἀτραβατικὰς apud eum.

Ἀμπέλειος, idē quod ἀμπέλινος (sicut ἀνθρώπειος & ἀνθρώπινος pro eodē dicūtur) vnde ἀμπελειος βότρυς, Vite⁹ racem⁹.

¶At ἀμπέλιος cum ι solo, nomē propriū, inquit Suidas.

Ἀμπελόεις, Vitifer, Vineas habens. Vineosus ad verbum, si ita loqui liceret. ἀμπελόεις, vt Etym. ait, εἶδος τῆς παρα-

D γωγῆς μετουσιαστικοῦ. Hes. ἀμπελόεσσαι exponit vites habētem. A Suida ἀμπελόεσσα γῆ exponitur ἀμπελόφυτος, i. Solum vitibus consitū. Quod & ἀμπελόεν πέδον vocāt poetæ, & vna voce dicitur ἀμπελὼν siue ἀμπελεών. At Hom. ἀμπελόεντα vocans Epidaurū, intelligit πολυάμπελον, iuxta quosdam. i. vitibus abūndantem. Secundū hanc autem signif. ἀμπελόεις sonabit ad verbum Vineosus, si hoc adiectiuo vti liceret.

Ἀμπελῖτις γῆ, Vinealis terra, quæ & φαρμακῖτις: vt citatur ex Dioscor. lib. 5. cap. 173. Sic autem dictā tradunt quòd

E aduersus innascentes viti bus vermes illini soleat.

Ἀμπέλιον, ου, τὸ, Dim. Viticula. vnde ἀμπέλια apud Aristoph. Viticulæ: quo diminutiuo nomine Cicero vtitur. Quidam ἀμπέλια vites exponunt.

Ἀμπελὼν, ῶνος, ὁ, Vinetū, Vitibus cōsitus loc⁹. Vinea quoq; (secundum quosdā) pro loco vitibus cōsito vsurpatur.

Ἀμπελεὼν etiā dicitur tetrasyllabè pro eodē, more Attico, vt vult Eust. eadem forma qua ἀκανθεών.

¶Ἀμπελὶς, ίδος, ἡ, Auis quædam à vite dicta: vt συκαλὶς, à fi-

F cu, Latinè ficedula, de qua Martialis extat hoc distichū,

Quum me ficus alat, quum pascar dulcibus vuis,
Cur potius nomen non dedit vua mihi?

perinde ac si queratur poeta quòd ea quæ συκαλὶς vocatur, non potius ἀμπελὶς appelletur.

ἈΜΥΝΩ, Auxilior, Opem fero, Suppetias eo, Succurro, Aliquem defendo. vel Ab iniuria defendo. Hom. Il. φ, — αἰεὶ γάρ τι ἀμύνουσι θεοὶ αὐτοί. Il. π, — καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσι. Il. ι, — οὐδέ τι πάμπαν ἀμύνειν νηυσὶ θοῇσι. Il. φ, Τρωσὶ παριστάμεναι καὶ ἀμύνειν. Alibi quoq;

G hæc duo copulat: vt Il. ο, Θαρσεῖ νῦν. τοῖόν τοι ἀοσσητῆρα Κρονίων Ἐξ Ἴδης προέηκε παρεστάμεναι καὶ ἀμύνειν. Isocr. οἱ δὲ πάντων τῶν δεινῶν ἀμελήσαντες, ἧκον ὑμῖν ἀμυνοῦντες, Venerūt vobis auxiliaturi, siue opem laturi. aut breuius, Venerunt vobis suppetias. Xenophon. Pæd. 3, μὴ φεύγειν καταλιπόντας αὐτάς, ἀλλ' ἀμύναι καὶ τέκνοις καὶ ἑαυτοῖς καὶ σφίσιν αὐτοῖς. Pla. De leg. 3, οὐ δ' ἤμυνεν ἱεροῖς τε καὶ τάφοις, Neque opē ferebat tēplis & sepulchris. vel Neq; propugnabat pro tēplis & sepulchris. Alii tamē, pro sacris & sepulchris interpret.

Ἀμύνω, Propello, Propulso, Arceo. passim apud Hom. cum accus. & dat. vt Od. θ, Ἄστεϊ τε τεκέεσσιν ἀμύνων νηλεὲς

H ἦμαρ, Ab vrbe & liberis arcēs crudelē diē, vel propulsans. Sic Il. π, ὅς σφιν ἀμύνω Ἦμαρ αἴσιμον. Il. λ, Ἤ τοι πρόσθεν ἐόντος βέλος ἔχεπευκὲς ἀμύνειν. Il. ι, — ἀμύνειν νηυσὶ θοῇσι Πῦρ δήϊον, Arcere vis ignem à nauibus, Defendere naues ab igni, vel Defendere ignem nauibus. vt Virgil. dixit Solstitiū pecori defēdite, pro à pecore. vt idē alibi, — defēdo

à frigore myrtos. Aliquādo pro dat. ponitur genitiu⁹, A vt Il. δ, — καὶ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει. & Il. ο, Τρῶας ἄμυνε νεῶν. Interdū additur præpoſitio, vt Od. ρ, — δηίων ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι. Sic & apud Apoll. Arg. ι, ἀπὸ μητρὸς ἀμυνον λώβην. Niſi quis malit hîc dicere ἀπὸ μητρὸς ἄμυνον eſſe pro ἀπάμυνον μητρός: & ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι, pro οἴκου ἀπαμῦναι. Vſus eſt autem huius verbi hac quoq; in ſignificatione apud proſæ ſcriptores, ſed cum illa priori conſtruct. videlicet cum datiuo & accuſ. Cryſoſt. De ſacerdotio, κἀκεῖνοι μὲν οὐδὲ τὸ σωματικὸν αὐτοῖς δύναιντ' ἂν ἀμῦναι θάνατον. id eſt, Mortem propellere, propulſare, Eos à morte de- B fendere, vel tueri.

Ἀμυνῶ, Vlciſcor: vt ἀμυνῶ περὶ σοῦ τεθνηκότος, Vlciſcor te mortuum, Vlciſcor mortē tuam. Videtur ad verbū ſonare, Propugno pro te mortuo. Dicitur etiam ἀμύνεσθαι περὶ τεθνηκότος. Vide exemplum ex Homero. Heſychi⁹ ἀμυνεῖν inter cætera ἀνταποδιδόναι vult ſignificare, id eſt Vices referre.

Ἀμύνομαι, Iniuriam propulſo, Vim arceo, Reſiſto, Dimico, Propugno pro aliquo. Il. π, Ὅς κέ σευ αὖτε ἔλθῃ C ἀμυνόμενος. Il. π. Αἴαντε, νῶϊ σφῶϊν ἀμύνεσθαι φίλον ἔστω. quibus in locis abſolutè ponitur. Habet aliquando genit. vt νηῶν ἀμύνοντο, Il. μ. niſi quis extrinſecus aliquid ſubaudiat. Habet & accuſat. vt Il. ρ, Ἀμφ' αὐτῷ βεβαῶτες καὶ ἀμύνεσθαι στίχας ἀνδρῶν. Νῶϊν δὲ ζωοῖσιν ἀμύνετε νηλεὲς ἦμαρ. Vbi ἀμύνεσθαι στίχας, vel Iniuriam propulſare ab agminibus, Pro agminibus propugnare: vel Tueri, ſeu defendere agmina poteſt exponi. De qua ſignif. dicam paulo póſt. Interdum verò habet præpoſ. περὶ cum genit. vt ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, apud eum aliquoties, Pugnare D pro patria, vel Propugnare. Sic Il. σ, Οἱ μὲν ἀμυνόμενοι νέκυος πέρι τεθνειῶτος. Apud oratores autē (vt ait Suidas) ἀμύνεσθαι dicuntur qui illatam iniuriam vlciſcuntur. In qua ſignif. à Suida poſita vſurpatur interdum abſolutè (vt in illo Braſidæ celebri dicto) apud Plutarchum πῶς ἄν τις ἀνδ. &c. ὡς οὐδὲν ἐστὶ μικρὸν οὐδ' ἀσθενὲς, ὃ μὴ ζητήσεται τολμῶν ἀμύνασθαι) ſæpe vero cum accuſat. idque nō ſolùm in proſa, ſed & in carmine. Hom. Od. μ. Τὴν δέ κ' ἀμυναίμην. Demoſth. Phil. 3, ἢ ὅπως ἀσφαλέστατα καὶ ῥᾷστα αὐτὸν ἀμυνούμεθα, Tutiſſimè & facillimè ipſum vlciſce- E mur. Herodianus, τὸν ἐχθρὸν ἠμυνάμην. Dicitur etiam ἀμυνοῦμαί σε ὑπὲρ τούτου. Iſocrat. ad Philippum, ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ ὧν κακῶς ἐπάθομεν, ἀμύνασθαι τολμῶμεν αὐτούς. id eſt, Vlciſci eos ob iniurias quibus nos affecerunt. vel, Pœnas ab eis repoſcere iniuriarum. Poteſt autē Lat. dici Vlciſcor te pro iis iniuriis (vt Terentius dixit) Ego te pro iſtis dictis & factis vlciſcar. ¶ Dicitur & ἀμύνομαί σε τούτου: vt apud Lucianum, ἀμύνομαί σε τοῦ γέλωτος, Vlciſcor te ob riſum, vel Vicem reddo tuo riſui. Ἀμύνομαι autem cum accuſat. poſſumus aliter quàm per ver- F bum Vlciſcor interpretari. vt ἀμύνομαι τοὺς πολεμίους Vlciſcor hoſtes, aut Iniuriam ab hoſtibus illatam propulſo. Aut breuius, Hoſtiū iniuriam propulſo: vel Defendo me aut tueor aduerſus hoſtes. Sic ἀμύνομαι τοὺς ἐπιθέντας, Tueor me aduerſus eos qui me adoriuntur. Xen. ὅπλα κτῶνται οἷς ἀμύνονται τοὺς ἀδικοῦντας, Habent arma quibus iniuriam inferentibus reſiſtunt. vel, Iniuriam illatam propulſant. aut, Vim vi repellunt. Reperitur & ἀμύνομαι τὰ ἀδικούμενα. notandum eſt autem eiuſdem ſignificationis accuſatiuos eſſe in hoc & illo loco: G ſed in hoc accuſatiuum rei, illic perſonæ eſſe.

¶ Capitur verò ἀμύνεσθαι in proſa in illa etiam ſignificatione quam primam ei dedi, initio huius annot. videlicet pro Dimicare, Propugnare, Tueri, Defendere. vel Propugnando tueri. Xen. αἱ δ' ἔλαφοι τὰς κύνας, ἀμυνόμεναι ὑπὲρ τῶν νεβρῶν, καταπατοῦσι. Dem. ad epiſt. Philippi, μηδ' ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνοι δικαίως κτησάμενοι παρέδοσαν ἡμῖν, ἐθέλειν ἐρρωμένως ἀμύνεσθαι, id eſt, Nec pro iis quæ illi iuſtè à ſe parta nobis tradiderunt, velle fortiter propugnare. Plut. ἀμυνόμενοι ὑπὲρ τοῦ βασιλέως. Apud eundē in Pro- H blem. ἀμύνομαι περὶ τῆς ἀδελφῆς, interpret. Pro ſorore propugno, Sororem defendo. Dicitur & cum accuſ. vt ἀμύνομαι τὴν Ἑλλάδα, Plat. De leg. Pro Græcia dimico, vel propugno, vel Græciam tueor, Græciā defēdo. aut, Græciæ opem fero: vt ἀμύνομαι cum accuſatiuo idem ſignificet quod ἀμύνειν cum datiuo: id eſt, idem valeat A ἀμύνεσθαι τὴν Ἑλλάδα, quod ἀμύνειν τῇ Ἑλλάδι. Cæterùm omittendum non eſt, in Homeri loco paulo antè citato, in quo vtrunque habetur verbum, ἀμύνεσθαι στίχας, exponi poſſe per hoc verbum Tueri vel Defendere, vt illic admonui. Eſt verò & hoc obſeruandum: vt Latinè duobus modis dicitur Vlciſcor te: ſignificando videlicet Vlciſcor te pro iniuria mihi à te illata, vel Vlciſcor alium pro iniuria quam tibi intulit: ita & ἀμύνομαί σε dupliciter vſurpari, ſicut ex præcedentibus patet exemplis.

B Ἀμύνομαι, Arceo, Propello. Propulſo: vt ἀμύνετο νηλεὲς ἦμαρ, Il. λ & ι. Sic apud Plutarchum in Publicola, οὗτος ἑστὼς πρὸ τῆς γεφύρας ἠμύνετο τοὺς πολεμίους, Hic ſtans pro ponte hoſtes arcebat. Sic apud eundem in Lycurgo, ἀμυνόμενοι τὴν ἔνδειαν exponi poteſt Arcētes vel propulſantes.

Ἀμύνομαι, in bonam etiam partem: vt ἀμύνεσθαι τοῖς ἴσοις, Par pari referre, apud Ariſtotelem in Problem. Autor Budæus. Itidē apud Euſtathium Ariſtophanes C grammaticus docet ἀμύνεσθαι pro ἀμείβεσθαι ſimpliciter poni, citans Alcmanis hunc locum, οὐ γὰρ πορφύρας τόσσος κόρος ὥστ' ἀμύνεσθαι. & hunc Thucydideum, ἀξιοῦντες τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι. Exiſtimo autem ἀμύνεσθαι τοῖς ὁμοίοις ſignificare Par pari referre, itidem vt τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι. Vt autem ἀμύνεσθαι in bonam etiam partem ſumitur, ſic & Gall. *Se reuenger* (quod propriè ſonat ἀμύνεσθαι) & *Auoir ſa reuenge*, eleganter dicitur pro Gratiam referre.

Ἀμυνάθω Atticè pro ἀμύνω. vt διωκάθω pro διώκω. Ariſtophanes Nebulis, ἀμυνάθετέ μοι τυπτομένῳ, Opem ferte D mihi vapulanti.

Ἄμυνα, ης, ἡ, Vltio, Vindicta, Propulſatio iniuriæ. Aliquando abſolutè ponitur: nonnunquam cum genitiuo, vt Alexander Aphrod. πρὸς ἄμυναν τῶν ἀδικούντων, Ad eos propulſandos qui nobis iniuriam inferunt, Ad propulſandam eam quæ nobis ab aliquibus i[llegible]e[illegible]ur iniuriam.

Ἄμυνα, in bonam partem, vt & ἀμύνεσθαι, Gratiæ relatio, Beneficii compenſatio, Retributio. ἄμυνα, ἀμοιβή, Suid. Euſt.

E Ἀμυνίας, ου, ὁ, pro ἀμυντικὸς, Heſychius & Suid. Hinc ἀμυνίας θυμὸς apud Comicum, inquit Euſtath. id eſt (vt opinor) Animus vltionis cupidus, vel vlciſcendi. In vulg. lex. Græcol. legitur ἀμυντίας. Eſt autem & nomen viri proprium Ἀμυνίας. Suid.

Ἀμυντικὸς, οῦ, ὁ, Iniuriæ propulſatiuus, Ad iniuriam propulſandam aptus, vel Ad iniuriā propulſandam inſtructus, ſiue ad defenſionem. ἀμυντικὴ δύναμις ἡ περὶ τοὺς πονηρούς, Plat. in Epiſt. Vis propulſatoria iniuriarum, Facultas iniuriæ propulſandæ. Animaliū quædam φυλα- F κτικὰ eſſe dicuntur (inquit Bud.) id eſt cauta & prouida: quædam ἀμυντικά, id eſt defenſioni ſiue ad defenſionē inſtructa, quæ tueri ſeſe poſſunt & vim arcere. Ide annotat apud Ariſtotelem Ethic. quarto, ἀμυντικὸν opponi τῷ συγγνωμονικῷ, ſed non declarant huius nominis eo in loco ſignificationem. ego exiſtimo ἀμυντικὸν ibi verti poſſe Cupidum vltionis, Deditum vltioni, Cupidum vindictæ. quem noſtrates vocant hominem vindicatiuum.

Ἀμύντωρ, ορος, ὁ & ἡ, Auxiliator, vel Vltor. Iliad. ο, ἀμύντωρ G Ζεὺς, Od. π, Καὶ φράσαι εἰ καὶ νῶϊν Ἀθήνη σὺν Διὶ πατρὶ Ἀρκέσει. ἦέ τιν' ἄλλον ἀμύντορα μερμηρίξω. vnde ἀρκεῖν & ἀμύντορα εἶναι pro eodem accipi patet.

Ἀμύντωρ cum genitiuo, Propulſator, Expulſor: vt Simonides οἶνον dixit eſſe ἀμύντορα δυσφροσυνάων, Propulſatorem mœrorum, vel expulſorem. Vinum autem quia Latini dicunt genere neutro, propulſator dici vix poſſit: videndum igitur an vinum propulſatorium aut expulſorium interpretari liceat.

Ἀμυντὴρ, ῆρος, ὁ, Idem quod ἀμύντωρ, Auxiliator, vel Vltor, H vel, Propulſator.

Ἀμυντὴρ, Pars cornu ceruini, apud Ariſtotelem in 9 de hiſtoria anim. vt in ſuo lexico Budæus ſcribit. In vulgatis autem lexicis Græcol. habetur, Ἀμυντῆρες, Adminicula, Rami in ceruorum cornibus, qui impendent ante frontem. Ariſtot. an. lib. 9. cap. 5.

Ἀμυντήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Auxiliatorius, Propulsatorius, Expulsorius. ἀμυντήριοι ὀδόντες, In vulg. lex. Græcol. exponitur Dentes execti serrative. Sed ad verbum ἀμυντήριοι dicuntur, quasi Ad vim propulsandam apti. A

Ἀμυντήριον, Tutamen, Munimen. Ἀμυντήρια, inquit in Comm. Bud. Tutamina, Arma tutoria. hoc est φυλακτικά, vt thorax, galea, ocreæ. ἀμυντήρια etiā, inquit, δι' ὧν μαχόμενοι ἀμυνόμεθα τοὺς ἐχθρούς, οἷ ἀσπὶς, ξίφος, id est, Quibus in pugna propulsamus hostium iniuriam. vt gladius. Quæ Budæus ex Græcis grammaticis sumpsit. Idem in Annot. prior. in Pand. Exarmare feras, est dentes, vngues, vel alia noxia membra adimere, vel etiam tutamina, quæ Græci ἀμυντήρια appellant, quibus vim propulsare nata sunt. Hactenus Budæus. B Cæterùm cum ἀμυντήριον subaudiri semper existimo ὅπλον, & cum ἀμυντήρια itidem ὅπλα. quod substātiuum exprimit Diodorus, ex cuius verbis manifestum esse potest quæ sint arma ἀμυντήρια, quæ item σκεπαστήρια. ita enim ille lib. 3, pag. 130 & 131 meæ editionis, de Amazonibus loquens, ὅπλοις δὲ χρῆσθαι σκεπαστηρίοις ὄφεων μεγάλων δοραῖς, ἐχούσης τῆς Λιβύης ταῦτα τὰ ζῶα τοῖς μεγέθεσιν C ἄπιστα· ἀμυντηρίοις δὲ, τοῖς ξίφεσι καὶ ταῖς λόγχαις, ἔτι δὲ τόξοις, οἷς μὴ μόνον, &c. id est, Armis autem eas vti σκεπαστηρίοις quidem serpentum grandium exuuiis, habente Libya huiusmodi animalia incredibili magnitudine: ἀμυντηρίοις autem, gladiis & lanceis, item arcubus, quibus nō solùm, &c. Sunt igitur arma σκεπαστήρια, Arma opertoria, Arma corpus operientia, vel tegentia, vel Arma corpori operimentum seu tegmen præbentia: quanquam tegmen vocatur aliquando à poetis ipse etiam clypeus. Opertoria autem arma dicere non dubitaui: D quòd, quum Opertorium dicat substantiuè Seneca, videatur & Opertorius adiectiuè dicere, concessum esse. ἀμυντήρια autem Defensoria arma, Propulsatoria arma, Arma quibus vis repellitur. Aristophanis interpres ait [illegible] a esse præci[illegible] Iouis ἀμυντήρια.

C. ἈΝΤαμύνομαι, V[illegible]im auxilior. In vulg. autem lex. exponitur Obsisto rursum, Me vlciscor.

C. ἈΠαμύνω, Propulso, Propello, Arceo. Cum datiuo & accusatiuo: vt Iliad. α, — ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. Sic & apud Herodotum, ἀπαμύνειν σφι τὰ κακά. Inuenitur & cum ge E nitiuo & accusatiuo, vt τῶν ἄλλων ἀτήμυνε τὰ κακά. Mala propulsabat ab aliis, id est ἤμυνεν ἀπὸ τῶν ἄλλων τὰ κακά.

Ἀπαμύνομαι, Pass. Iniuriam propulso, Resisto, Vlciscor hostem, vel iniuriam mihi illatam. Od. π, Αὐτὸς μὲν νέος εἰμὶ, καὶ οὔπω χερσὶ πέποιθα Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. qui versus posterior & alibi habetur. Sic & Od. λ, de Tityo, vbi dixit vultures illi adstantes ie cur tundere, subiūgit, ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί. Eustath. in hoc verbo vult otiosam esse præpositionem, & ἀπαμύνασθαι nihil esse aliud quàm ἀμύνασθαι. Cæterùm vsus est huius verbi in prosa quoque: vt apud Basilium F in oratione ad iuuenes, τὸν τὸν ἀδελφὸν ἐκείνου τοῦ παραγγέλματος, ὅτι τῷ τύπτοντι κατὰ τῆς σιαγόνος καὶ τὴν ἑτέραν παρέχειν προσήκει τοσοῦτον δεῖν ἀπαμύνασθαι.

C. ἘΠαμύνω, Defendo ab iniuria, Auxilior, Succurro. Il. ε, — μηδή με ἕλωρ Δαναοῖσιν ἐάσῃς Κεῖσθαι, ἀλλ' ἐπάμυνον. Alibi. — ἑταίρῳ Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι. Et in oratione soluta. Isocr. Paneg. καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπαμύνουσαι. Iungitur autem & dat. pers. vt ἐπαμύνειν τῇ συμφορᾷ καὶ ἐπαμύνειν τῇ ἐνδείᾳ. apud eundē. ‖ Ἐπαμύνειν accus. pers. iunctum, exponitur Vlcisci, in hoc epigr. loco, Τὴν δολίην ἐπάμυνον.

Ἐπαμύντωρ, Auxiliator, Vindex. idem quod ἀμύντωρ.

C. ΠΡΟαμύνω, vt προαμύνω σοῦ, q. d. ἀμύνω πρὸ σοῦ, i. ὑπὲρ σοῦ, Protego te, Propugnator tuus sum. Quod & simplici ἀμύνω significatur.

C. ΠΡΟΣαμύνω, vel προσαμύνομαι. Insuper auxilior, Insuper opem fero. Il. β, — ὄφρα ἴδηται Ἤ ῥά τι οἱ χ' ἡμεῖς προσαμύνομεν. Citatur autem ex Plutarchi Romulo προσαμύνεσθαι voce passiua pro Propugnare, Protegere.

ΑΜΥΣΣΩ, vel Ἀμύττω. Fut. ξω, Rado vnguib⁹. Vellico, Lacero, Discerpo, Carpo. eo sēsu quo à poetis vsurpatur interdum hoc verbum, & (Seruio teste) in Leg. duodecim tabularū scriptū erat, Mulier faciē ne carpito. Quanquam apud Ciceronem legitur, Mulieres genas ne radunto. Vide ἀμυχή, non multo post. Prouerbium est apud Suidam μὴ δ' ἄκανθα ἀμύξῃ τις ἀγαθῆς, Probos ne spina quidem vellicauerit, aut punxerit. Il. τ, — χερσὶ δ' ἄμυσσε Στήθεά τ' ἠδ' ἁπαλὴν δειρὴν ἰδὲ καλὰ πρόσωπα. Ab αἷμα, inquit Etymologistes, fit αἱμάσσω, & mutato αι in α, ἀμύσσω. vt αἷμα ἀμαθὸς μῦθος. significat autem αἱματῶ, & rado vnguibus. Ponit & aliam Etymologiam à ἀμύξω siue ἀμύσσω. prorsus friuolam & ineptā. Ideo rectè Eustathius non hanc sed illam sequutus est, ἀμύξειν tenuari docens, quanuis quasi αἱμάσσειν dicatur. Sciendum est autem, licet dicant grammatici ἀμύσσειν esse propriè ξέειν τοῖς ὄνυξι, id est Radere vnguibus: interdum tamen datiuum illum addi ab autoribus: vt quidam apud Suidam, τοῖς ὄνυξιν ἀμύττων τὰς παρειάς. ‖ Ἀμύσσω exponitur etiam Lancino.

Ἀμύσσω (inquit Bud.) Scarifico. Pollux, οὕτω γὰρ ἔλεγον τὸ ἀμύσσειν, ὃ νῦν καταχαράζειν.

Ἀμύσσω, metaphoricè, Animum exulcero, Saucio animum alicuius, apud Basilium. Æschines in epistolis, καὶ μηδὲν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπόμνημα ἔχειν ὃ τὴν γνώμην ἀμύξει, Quod mētem exulceret, dolorem videlicet refricando. Homerus Il. α, — σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις. Poterit autē hìc reddi etiā Carpo. transfertur enim eodem à poetis Latinis. adeo vt ἀμύσσω tam in propria quàm in translatiua significatione hoc eodem verbo interpretari possimus.

Ἄμυξις, εως, ἡ, Vellicatio, Laniatio, Laceratio. Item Scarificatio.

Ἄμυξ, υχος, ἡ, idem quod proximè præcedens ἄμυξις, & quod ἀμυχή, sequens paulo pòst. ἄμυξ, ἀμυχή, Hesych.

Ἀμύξ, aduerb. q. d. Vellicatim, Discerptim. Malè autem apud Nicandri schol. & alibi ἄμυξ scriptum est pro aduerbio. Vide in Ἀμυχηδὸν alio aduerbio paulo pòst.

Ἀμυκτικῶς, Aliud aduerbium, Idem. Nicandri scholiastes ἀμὺξ ἐμφῦσα apud eum exponit, ἀμυκτικῶς καὶ καταξυστικῶς ἐμφῦσα. Nam in hoc loco ipsius poetæ in Theriacis, Ἠνίκα θορνυμένου ἔχιος θολερῷ κυνόδοντι Θυρὰς ὀδὰξ ἐμφῦσα, ait ab aliis legi ἀμὺξ ἐμφῦσα pro ὀδὰξ ἐμφῦσα. Sed ibi malè legitur ἄμυξ paroxytonè.

Ἀμυχή, ῆς, ἡ, Idē quod ἄμυξις. Plut. ἀμυχὰς κοπτομένων ἀφεῖλεν, i. Lacerationes plangentiū sustulit. hoc est, quæ fieri solebant à plangentibus. Est tamen in duodecim tabularum lege (quā Cicero ait ex Solonis legibus translatam) non verbum lacerare, sed verbum radere. ita enim ibi, Mulieres genas ne radunto.

Ἀμυχαὶ Dioscoridis interpretes Parua hulcera siue Hulcuscula vertunt. quidam Hulcuscula cutis: vt lib. 7. cap. 3 συχνοῦτο δ' ἀλαβεντέρ τὰ μεγάλα τραύματα ὑπὸ τῶν λυσσοδήκτων, ὡς τὰ μικρὰ καὶ τὰς ἀμυχὰς ἐμπρέπ. Rectè autem videtur addi genitiuus cutis. quia & Græci lexicographi ἀμυχὴν exponūt ἐπιπόλαιον ἕλκος, id est Superficiale hulcus. vnde & ἀμυχῆ aduerbiū, pro ἐπιπολαίως, id est Superficialiter. ‖ Sunt & qui ἀμυχὰς, Tubera liuentia interpretentur: vt in hoc loco, ἀμυχάς τινας ἐπὶ προσώπου. Apud Plutarchum autem De tranquill. τραχύτητας καὶ ἀμυχὰς vulgò interpretantur aspera & caua loca, vel aspera tremulosaque loca, perperam, meo quidem iudicio.

G Ἀμυχὶς, apud Suidam reperitur in expositione nominis ἄμυξις. exponit enim, ἀμυχὶς, ἀποξυσμός, ξέσις. Vbi si non malè ἀμυχὶς legitur pro ἀμυχὴ, certè diminutiui formā habere videtur ἀμυχὶς, genitiuum habens ἀμυχίδος.

Ἀμυχῆ, aduerb. Cum vellicatione, Superficialiter: Quasi radendo summam cutem. Vide proximè præcedentem annotationem.

H Ἀμυχηδὸν, aduerb. quod ex ἀμυχὴ factum esse patet. ἀμυχηδὸν apud Etymologisten exponitur ἄκροις δακτύλοις, id est Primoribus digitis, vel Summis digitis. Videtur tamen potius significare, In lacerationis, aut vellicationis modum, aut Per vellicationem, & quasi quis diceret, Vellicatoriè, seu Vellicatim, aut Discerptim. Idem videtur & ἀμὺξ significare.

ἈΜΦΙ, præpositio, Circa, De. quanuis autem eius frequentissima significatio sit Circa, cum accus. f. ii.

A aut De, cum genitiuo vel dat. tamen à genitiuo ordientes (vt ordinem casuum sequamur) quas illi iuncta habeat præterea significationes, dicemus.

Ἀμφὶ, cum genitiuo, De, περὶ. Od. θ, Ἀμφ' Ἄρεος φιλότητος εὐστεφάνου τ' Ἀφροδίτης. Luc. in Astrol. vbi Ionica dialecto vtitur, ἀμφί τε ἀστέρων ἡ γραφή. ‖ Item Ἀμφὶ cum genitiuo, Propter. Apollon. Arg. 1, — τῆς δ' ἀμφὶ δύην ἐμόγησε βαρεῖαν, id est, Propter hanc, Huius causa, vel gratia, Huius nomine. ‖ Ἀμφὶ pro πρὸς, Per. vt quum dicitur Oro te per Iouem. Idē Apollon. Arg. 2, — Φοίβου τ' ἀμφὶ καὶ αὐτῆς εἵνεκεν Ἥρης λίσσομαι, Oro atque obtestor

B per Phœbum. ‖ Ἀμφὶ cum genitiuo pro Circa, citatur ex hoc Herodoti loco, ἀμφὶ πόλιος οἰκοῦσι. exponitur enim, Circa vrbem habitant.

Ἀμφὶ, cum datiuo, itidem pro De, περὶ, Atticè secundum quosdam. vt apud Sophoclem in Aiace, ἀμφὶ μὲν τούτοισιν εὖ φησί, id est περὶ τούτων. Ibidem ἀμφὶ τοῖ βοᾷ scholiastes exponit περὶ σοῦ. Sic vtitur passim & Herodotus, vt, ἀμφὶ δὲ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διξὸς ἐκφέρεται λόγος, De eius autem morte duplex vulgatur fama. Idem, ἀμφὶ δὲ ἀπόδῳ τῇ ἐμῇ, πείσομαι, De meo autem discessu. vel

C Quantum autem ad discessum meum attinet. Sic ἀμφ' Ἑλένῃ μάχεσθαι apud Homerum exponitur περὶ τῆς Ἑλένης, Pugnare de Helena: alii tamen pro Propter malunt accipere vt paulo pòst dicetur. At in hoc eiusdem loco Od. ξ, — κακὴ φρεσὶν ἥνδανε βουλὴ Ἀμφ' ἐμοὶ, manifestè ἀμφ' ἐμοὶ pro περὶ ἐμοῦ positū est. Sic & ἀμφὶ βουλαοίῃ & ἀμφὶ γάμῳ apud eundem indubitatè pro περὶ βουλαοίης & περὶ γάμου. ‖ Ἀμφὶ datiuo iunctum ponitur etiam pro Circa vel Circum, idque frequentissima & maximè recepta significatione præsertim apud poetas. He-

D siodus, Θῆκατο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀοῖς ἀλκτῆρα σίδηρον. Homerus Od. ξ, — ἀμφὶ πόδεσσιν ἑοῖς ἀράρισκε πέδιλα. Apoll. Arg. 2, Ἀμφὶ δὲ χαλκείας κόρυθας κεφαλῇσιν ἔθεντο, id est, Æreas autem galeas circum capita posuerunt. vel, Capitibus circumposuerunt. Sic & apud Theocritum ἀμφὶ στήθεσι, Circa pectus. ‖ Ἀμφὶ, Propter: vt ἀμφὶ φόβῳ apud Euripidem scholiastes exponit διὰ τὸν φόβον. Sic ἀμφ' Ἑλένῃ μάχεσθαι nonnulli (vt modò dictum est) exponunt Propter Helenam pugnare, vel Helenæ causa. Iti-

E dem & in hoc versu, Ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ, exponitur ἀμφ' Ὀδυσῆϊ, Propter Vlyssem. Posset etiam fortassis verti In Vlysse, id est In Vlyssis recordatione. nam In sic aliquando Latini vsurpant. Od. λ, Κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις Ἀμφ' ἐμοί. Id est, Propter me, inquit Eustath. vel, Super me. ‖ Ἀμφὶ pro κατὰ, Contra. Soph. Aiace, Λόγους ἀνέσσω τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα, Τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσεῖ. id est κατὰ τοῦ Ὀδυσσέως, Aduersus Vlyssem. vt dixit Ἀτρειδῶν κάτα.

F Ἀμφὶ, Circa, cum accusatiuo apud prosæ scriptores potius quàm cum datiuo. vt ἀμφὶ τὴν πόλιν, Circa vrbē. Lucianus in Prometheo, ἀμφὶ κάμινον ἔχω τὰ πολλά, Circa fornacem vtplurimum occupatus sum. Accepit autem hoc loquendi genus ex Xenophonte, vt opinor. nullus enim (si bene obseruaui) ex Græcis antiquis scriptoribus frequentius eo vtitur: vt Pædiæ 7, οὐκ οἴμαί σοι σχολὴν εἶναι ἀμφ' ἐμὲ ἔχειν. Sic lib. 8, ἀμφὶ τοὺς ἄλλους φίλους ἔχειν. Itidem lib. 5, ἀμφὶ δεῖπνον εἶχε, Circa cœnam occupatus erat. ab eodem agricolæ vocantur οἱ ἀμφὶ γῆν ἔχοντες, Circa terram occupati, Quibus res est cum terra, vel est cum terra negotium, vt Latinus quidam scri-

G ptor loquutus est. Dicunt verò eodem sensu nonnunquam, εἶναι περί τι, & γίνεσθαι περί τι. Notandum est autem Xenophontem dixisse ἀμφὶ δεῖπνον ἔχειν, pro Circa cœnam occupatum esse, id est, Occupatum esse in cœnando, in sumenda cœna, vel in sumendo cœnæ cibo. at verò apud Thucydidem, τὰ ἀμφὶ ἄριστον appellari, quæ ad prandium pertinent, id est ad instruendum & apparandum prandium pertinentia. ‖ Οἱ ἀμφὶ Πρίαμον, ad verbum, Qui sunt circa Priamum vel erant (subauditur e-

H nim ὄντες) pro ὁ Πρίαμος, Priamus. Homerus Iliadis γ, Οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον, ἠδὲ Θυμοίτην, Λάμπον τε, Κλυτίον θ' Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος, pro, Priamus & Pathous, & Thymœtes, &c. vt docet Eustathius. & ipse Homerus mutato hoc genere loquendi, subiungit Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ, pro οἱ περὶ Οὐκαλέγοντα καὶ Ἀντήνορα, retinendo eandem sermonis formulam. Est autem non minus, imò etiam magis vsitatum in prosa hoc loquendi genus. Lucianus, οἱ μέντοι ἀμφὶ Ἀρίστιππόν τε καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο, Aristipp⁹ & Epicurus primas tenebant. Sic οἱ ἀμφὶ Σωκράτην reperitur positum pro Socrates: οἱ ἀμφὶ Κορινθίους, Herod. pro οἱ Κορίνθιοι, Corinthii. Vsurpatur autem hæc phrasis & in obliquis casibus. Synesius, παρὰ τῶν ἀμφὶ τὸν ἑταῖρον Παῦλον καὶ Διονύσιον, pro παρὰ τοῦ ἑταίρου Παύλου καὶ Διονυσίου. Vsitatum est verò & περὶ pro ἀμφὶ in huiusmodi formula sermonis, vt οἱ περὶ Ἀναξαγόραν apud Aristotelem, pro Anaxagoras. Sic apud Plutarchum in Demetrio, οἱ περὶ Φίλιππον καὶ Ἀλέξανδρον. Quoniam verò (inquit Budæus) sub voce plurali singulos significat hic sermo, ideo singularis numeri verbo iungi potest figuratè. quomodo Herodotus lib. 1 vsus est, his verbis, καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ὡς ὁρμηθέντες ἐκ Μαραθῶνος, ᾔισαν ἐπὶ τὸ ἄστυ ἐπὶ τὠυτὸ συνιόντες, ἀπικνέεται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱερὸν, καὶ ἀντία ἔθετο τὰ ὅπλα. Aliquando tamen (subiungit idem Budæus) pro homine & comitatu eius vel sodalitate accipitur, vt apud Plutarchum in Demetrio, οἱ δὲ περὶ τὸν Φαληρέα, πάντες μὲν ᾤοντο δέχεσθαι τὸν κρατοῦντα, ὅμως δὲ πρέσβεις Διομήδεις ἀπέστειλαν. Hactenus Budæus. Sciendum est autem in nonnullis locis ambiguum esse vtro modo intelligendus sit hic sermo. vnde & duplices extant in quibusdam locis interpretationes: vt apud Thucydidē, οἱ ἀμφὶ Πείσανδρον, Pisander cum sociis. vel, vt alii, ipse Pisander, nihil adiungendo. Sic οἱ ἀμφὶ Κῦρον apud Xenophontem, Cyrus & eius milites. vel, secundum alios simpliciter, Cyri milites. Sic apud Platonem, οἱ ἀμφὶ τὸν Ὀρφέα, Orphe⁹ & eius sectatores. vel, vt alii, simpliciter, Orphei sectatores. ‖ Ἀμφὶ itidem cum accusatiuo, Circiter. Lucianus, ἀμφὶ τοὺς πεντηκοντα ἔτη. Idem, ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη σοῦ ὄντος ἀπέθανον, Quum annos esses natus circiter quinquaginta. vel (vt alii) Quū circa quinquagesimum esses annum.

Ἀμφὶ περὶ, cum accus. positæ, ἐκ τοῦ παραλλήλου, pro alterutra sola. Il. β, Ἀμφὶ περὶ κρήνην. Interdū autem περὶ præponitur, posita post ipsam particula τε, itémq; post ἀμφὶ. vt Il. ρ, — περί τ' ἀμφί τε τάφρον. Sic Apoll. Arg. 2, — ὄφις περί τ' ἀμφί τ' ἔρυται Ἀθάνατος. Existimo autem hanc copulam ab vtroque inseri metri gratia potissimū. Suidas ἀμφὶ περὶ exponit ἐξ ἑκατέρου μέρους, id est, Ex vtraque parte: in cuius exēplaribus malè inter ἀμφὶ & περὶ distinctio interposita est.

Ἀμφὶ, pro περὶ & ἐν & ἐπὶ, & pro δύο, in compos. Eust.

Ἀμφὶ, aduerb. sine casu, vt & Circùm Latinè aliquando. Exponitur & Circumcirca. Apoll. Arg. 2, — ἀμφὶ δὲ τὴν ἀλλ. potest tamen subaudiri hìc aliquis datiuus extrinsecus. Exponitur & Circumcirca, ibidē, — ἀμφὶ δὲ Κόλχων ἔθνεα ναιετάουσι.

Ἀμφὶς, aliud aduerb. ex ἀμφὶ præpositione factū, addita litera σ: vt ex præpos. περὶ fit περιξ, additione literæ ξ. Vtrinq;, Ab vtraque parte. Il. ε, σιδηρέῳ ἄξονι ἀμφὶς, id est ἀμφοτέρωθεν, inquit Eustath. At Il. ν, Ἠχ' ἵπποις καὶ λαὸν ἐρυκακοι ἀμφὶς ἐοῦσα. vbi ἀμφὶς idem ait significare vel in circuitu, aut circumcirca: vel ἀμφὶς aduerb. pro præpositione ἀμφὶ (significante Circum) accipi: vt intelligatur ἀμφὶ τὸ τεῖχος οὖσα. Idem & alibi ἀμφὶς pro ἀμφὶ positum annotat. Apud Hesiod. autem ἀμφὶς, Circunquaq; aut secundū Hesych. Apertè significat in Ergois, Πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδών. at Il. β, itidem cum verbo ἰδὼν iungitur, sed genitiuū habet: hoc loco, Ἅρματος ἀμφὶς ἰδών: secundum hanc expos. Πολύκτε ἅρματος τὸ ἅρμα vel περιέβλεψας.

Ἀμφὶς, Sine, Seorsum, cum genit. vt ἀμφὶς Διὸς, pro Absque Ioue, vel Seorsum à Ioue, apud Homerum. Apud eundem Od. π, — πολλὸν χρόνον ἀμφὶς ἐόντα Φιλόποδος id est χωρὶς inquit Eust. vel πόρρω. Hesych. in Διαμφὶς tradit & Æschylum in Prometheo vincto ἀμφὶς posuisse pro χωρὶς. Interdum cum verbo iunctū (non in compositione tamen) idē significat: vt ἀμφὶς φράζεσθαι, Seorsum deliberare vel cōsultare. pro Diuersa consilia agitare. Sic ἀμφὶς φρονεῖν exponitur διχονοεῖν, quasi διχοφρονεῖν.

Ἀμφὶς, Extra, itidē cum genit. vt apud Hom. ἀμφὶς ὁδοῦ δραμέτην, id est ἐκτὸς, inquit Eust.

Ἀμφὶς, Inter, In medio. Iliad. γ, — ὀλίγη δ' ἦν ἀμφὶς

ϑρουρα, Parum terræ erat inter vtrosque. vel In medio, si non subaudiatur casus. A

Ἀμφὶς ἔχω, pro περιέχω, Complector. Hes.

C. Διαμφὶς, Vtrinque. Item, Seorsim. κεχωρισμένως, & ἐξ ἑκατέρου μέρους. Vtitur Dionys. in lib. De situ orbis. ET Διαμφίδιος (q. d. Seorsim positus, Separatus) Diuersus, Alienus. Διαμφίδιον μέλος Hesychius exponit ἀλλοῖον & διὰ παντὸς κεχωρισμένον.

ἈΜΦΩ, Ambo. Il. ε, Ἄμφω ἀφ' ἡμείων, εἰ γοῦν ἕτερός γε φύγῃσιν. Interdum etiam Ambæ, vt apud Hesiodum, — ἄμφω γένθ' ἐσθλαί. Interdū articulus præfigitur, vt Odyss. σ, — τὼ δ' ἄμφω χεῖρας ἀνέσχον. B

Ἀμφοῖν, in duali, gen. vel dat. Syn. ἐπ' ἀμφοῖν τοῖν δυοῖν. vbi notandus est dualis cum plurali coniunctus. (quod & in δυοῖν fit aliquando: vt δυοῖν ἀρρένων) ἀμφοῖν χεροῖν, Ambabus manibus. ἀμφοῖν ποδοῖν, Ambobus pedibus. Est & fœm. gen. interdum, sicut ἄμφω: vt ἀμφοῖν ταῖν διαθήκαιν. ‖ Absolutè interdum ponitur ἀμφοῖν, subaudito nomine χεροῖν, idque more Attico: vt apud Homerum ἀμφοτέραις & ἀμφοτέρῃσι, subaudiendo χερσί: vt si Latinè dicamus Ambabus, pro Ambabus manibus. C

C. Συνάμφω, pro Simul ambo, vel simpliciter pro ἄμφω, Ambo. Vtrique, vel Vtraque. Polyb. lib. 1, ἐν ᾧ πολέμῳ ἅπαξ μὲν οἱ συνάμφω ἐναυμάχησαν πρὸς ἀλλήλους. Vbi observa præfixum esse articulum. Philo De mundo, συνάμφω θεωροῦντας ἐπικρίνειν, vtrunque expendentes, de re statuere, Bud. interpr.

¶ Ἀμφότερος, ἀμφοτέρα, ἀμφότερον, Vterque, vtraque, vtrunque. Aphthonius, μόνος γὰρ παρὼν ἐπ' ἀμφοτέρῳ κρίνεται βίῳ. qui locus citatur in vulg. lex. Græcol. Il. δ, Ἀμφότερον, κόσμος θ' ἵππῳ ἐλατῆρί τε κῦδος. Od. ο, Ἀμφότερον, κῦδός τε καὶ ἀγλαΐη καὶ ὄνειαρ Δειπνήσαντας ἴμεν. vbi ἀμφότερον ait Eustathius significare δύο ταῦτα, id est hæc duo: τόδε καὶ τόδε, hoc & illud. Il. γ, — Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Vbi eodem modo positum esse ἀμφότερον quo in præcedente loco: & Eustath. inter se eos confert, vt similes: alibi tamē aduerbialiter positum hîc censet ἀμφότερον, vt postea dicetur. D

Ἀμφοτέρω, in duali, Od. δ, Νῶϊ μὲν ἀμφοτέρω μενεαίνομεν ὁρμηθέντες. Isocr. in Panegyr. ἀμφοτέροιν αὐτοῖν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ὄντοιν. E

Ἀμφότεροι, in plurali, in quo & frequentius vsurpatur: & ita quidem frequenter vt Budæus in eo solo vsurpari scripserit. Οὐδέτερος etiam (inquit in Comm.) & οὐδέτεροι pluraliter dicitur, sed ἀμφότεροι semper pluraliter profertur. At singularis & dualis habētur in modò citatis locis. ac, si singularis in vsu non fuisset, iocatus ex vocis ambiguitate nō diceretur Philippus in illo dicto quod à Plut. refertur, ὁ μὲν ἑκάτερος ἀμφότερος, ὁ δὲ ἀμφότερος, οὐδέτερος. nec traderent grammatici ἀμφότερος scribi ὀξυτόνως quum est nomen proprium, ad differentiam nominis appellatiui. quod tamen in illo Plut. loco obseruandum non videtur, ne discrimine posito per accentū, gratiam quæ est ex ambiguitate, amittat, sicut & in ἑκάτερος. Ponitur autē in plurali sicut & apud Latinos Vtrique pro vterque: vt apud Terētium Vtrique ab vtrisque deuincimini: pro Vterque ab vtroque. Gal. ad Glauconem, καὶ εἰ δι' ἀμφοτέρων ῥινῶν αἷμα πολὺ φέροιτο, ταῖς λαγόσιν ἀμφοτέροις προσβάλλειν τὴν σικύαν δεῖ. Per vtrasque nares, & vtrisque intestinis, pro Per vtranque narem, & vtrique intestino. Athen. de Stratone & Nicocle, ἀλλ' ἀμφότεροι βιαίῳ θανάτῳ διεφθάρησαν. Interdum articulus præfigitur, vt Il. υ, Ὡς τοὺς ἀμφοτέρους μάκαρες θεοὶ ὀτρύνοντες Σύμβαλον. Neutro genere ἀμφότερα. Xenoph. ἐδόκει δ' αὖ ἀμφότερα ταῦτα, &c. F G

Ἀμφότερα (inquit Budæus) de pluribus dicitur, sed vt duobus: hoc est, in duo genera diuisis. Aristot. in 2, De hist. anim. loquens de lacerta & crocodilo, τούτοις ἀμφότερα τὰ σκέλη, καὶ τὰ πρόσθια καὶ τὰ ὀπίσθια, κάμπτεται εἰς τὸ πρόσθεν.

Ἀμφοτέραις, sæpissimè per se ponitur, subaudito substantiuo χερσί: & ἀμφοτέρῃσι Ionicè pro ἀμφοτέραις. Od. σ, — ὃν αὖ κακῶς μνηστῆρσιν Κόψειν ἀμφοτέρῃσιν. Sic alibi ἀμφοτέρῃσιν ἐδέξατο. Non tamen semper hunc datiuum χερσί omittit: vt Od. ε, Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἐπεσσύμενος λάβε πέτρης. Vsurpatur autē & in prosa ἀμφοτέραις interdū pro H

ἀμφοτέραις χερσί. ac fortasse sic accipitur hoc in loco, ἀμφοτέραις, τὴν τῆς ῥινὸς, τὴν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπειλημμένος, id est Quū ambabus, vna quidē nares, altera autē oculū prehendisset. Quæ mea interpretatio valde discrepat ab ista quæ in vulg. lex. habetur, Pariter tum nare, tum oculo mutilatus. Sed quidnam subaudiendo ἀμφοτέραις pro Pariter posset accipi, & quomodo ἐπειλημμένος (pro quo illic ἐπιλημμένος) mutilatum significare, viderint ii quibus ea placebit interpretatio. Notandum est autem, vt dicitur ἀμφοτέραις subaudiendo χερσί, ita & ἀμφοτέροις dixisse Theocritum subaudientem ποσὶν, in fine Idyllii 14, — ἐπ' ἀμφοτέρων δὲ βέβακας Τολμασεῖς ἐπιόντα μένειν θρασὺν ἀσπιδιώταν, id est, Vtrique pedi insistens. A

Ἀμφότερα, absolutè: vt ἀμφοτέρων ἕνεκα, Vtriusque rei causa. Et cū præpositionibus διὰ, κατὰ, ἐπὶ. δι' ἀμφότερα, Propter vtraque, pro Propter duo, id est, Duabus de causis, Duplici de causa. Et pro eodem interdum κατ' ἀμφότερα. Quod tamē & aliter exponitur nonnunquā, videlicet In vtranque partem, Vltro citróque. Ac tum subauditur substantiuum μέρη. Interdum & ἐπ' ἀμφότερα sonat In vtraque partem, subaudito eodem substantiuo. Exponitur & In ancipiti. quæ explicatio fortasse conuenire possit huic loco Thucydidis, ἐπ' ἀμφότερα γενόμενοι ταῖς γνώμαις. q. d. ad verbum, Habentes sententias in vtraque partem, id est (vt quidam interpretati sunt) Quum sententiis variarent. Aliud autem substantiuum quàm μέρη sunt qui subaudiendum alicubi putent. vnde hunc Platonis De legibus locum (vbi legitur ἐπ' ἀμφότερα sequente genitiuo) ἐπ' ἀμφότερα σώματός τε καὶ ψυχῆς, interpretantur Ad vtranque rationem, corporis & animi. vel, Ad vtrunque tam animi quàm corporis cultum. Sed viderint quibus ea interpretatio probatur. C D

Ἀμφότερον aduerbialiter ponitur interdum, inquit Eust. vt Il. γ, Οὗτός γ' Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων, Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. & Il. δ, Καί με πρεσβυτάτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης, Ἀμφότερον, γενεῇ τε & οὕνεκα σὴ παράκοιτις Κέκλημαι. & Il. ν, — χώσατο δ' αἰνῶς Ἀμφότερον, νίκης τε καὶ ἔγχεος ὃ συνέαξε. & Il. ν, Ἀμφότερον φιλότητι καὶ αἰδοῖ φωτὸς ἔπος. At ego in primo illo loco ex Il. γ, & in similibus nō video cur ἀμφότερον esse non possit nomen: de cæteris autem nihil dico. E

Ἀμφοτέρως, aduerbium, Vtroque modo, Vtraque ratione apud Plutarchum.

Ἀμφοτέρῃ, Vtrobique, Vtrinque, vt in vulg. lexicis Græcol. exponitur. Videtur certè eandē quā & ἀμφοτέρως significationem habere.

Ἀμφοτεράκις, Idem quod ἀμφοτέρως.

Ἀμφοτέρωθι, Ἀμφοτέρωθεν, Ἀμφοτέρωσε, aduerbia loci, Vtrobique, Vtrinque, Vtroque: vel Vtraque in parte, Ab vtraque parte, In vtranque partem. ἀμφοτέρωσε exponitur etiam Vltro citróque. F

C. Συναμφότερον, q. d. Simul vtrunque. Item pro ἀμφότερον simpliciter, id est Vtrunque. Plato Epistola 8, εἴτε ξυναμφότερον. Sic συναμφοτέρου apud Aristotelem & Galenū. Ξυναμφότερον (inquit Bud. pag. 527) numero singulari, licet ἀμφότεροι tantùm dicatur pluraliter. Quibus verbis ita refragantur vulgata lexica, vt nullum tamen afferant exemplum quod illis opponant. Thucydides ὁπλῖται καὶ ψιλοὶ, συναμφότεροι ἐς τετρακοσίους, id est, Qui simul iuncti, ad quadringentos erant. Apud eundem, συναμφότεραι νῆες. Demosthenes, ἃ συναμφότερα οὗτοι πεπράχασιν αἰσχρῶς. G

Ἀμφοτερίζω, In vtranque partem vergo, Sum anceps. Item, Vtrinque cingo, vel attingo, inquit Bud. citans hunc Strabonis locum, ex lib. 6, de Sicilia loquentis, τῶν δὲ πλευρῶν ἃς ἀμφοτερίζουσιν αἱ τρεῖς ἄκραι, δύο μὲν εἰσὶ κοῖλαι, τρίτη δὲ κυρτή. Nisi sit εἰς αἱ.

C. Ἐξαμφοτερίζω, Vtraque re excido. Item, In dubio pono. Vel, Dubium facio, Hes.

C. Ἐπαμφοτερίζω, cum datiuo (inquit Budæus) Vtroque pertineo, In vtranque partem vergo, Ancipitem me præbeo, & mediam naturam habeo. Inter duo aut plura genera ita intercedo vt in nullo genere planè censeri possim. Aristot. De part. anim. lib. 3, φανείη γὰρ ἐπαμφοτερίζειν τούτοις τὸ ἧπαρ καὶ ὁ σπλήν. Idē Arist. De gen. an. lib. 4, H

f. iii.

ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐπαμφοτερίζει πᾶσι τοῖς γένεσι. id est, Cum omnibus generibus ambigit, vt Gaza vertit. Id est, Cum omnibus generibus æque intercedit homini similitudo, quod quidem ad partum attinet. Liuius de hermaphrodito, lib. 7 De bello Punico, Et Sinuessæ natum ambiguo inter marem & fœminam sexu infantem, quos androgynos vulgus appellat. Hæc Bud. Sunt autem & qui illud ἀμφοτερίζειν τούτοις interpretentur, Ancipiti inter hæc esse specie. Sic apud eundem, De animal. lib. 2, ἐπαμφοτερίζειν τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, interpr. Natura ancipite hominem imitari. Addit Budæus ex eodem Aristotele, ὁ δὲ πίθηκος, διὰ τὸ τὴν μορφὴν ἐπαμφοτερίζειν, καὶ μηδετέρων τε εἶναι καὶ ἀμφοτέρων, διὰ τοῦτο, &c. Quæ interpretatur ita, Simia verò, ob id quòd in medio posita sit & bipedum & quadrupedum, quod quidem ad formam attinet. Vel, Quòd controuersa sit inter bipedes & quadrupedes. Citat & ex Platone, De republ. lib. 5, καὶ γὰρ ταῦτα ἐπαμφοτερίζειν, &c. id est (vt ibidem vertit) Hæc ambigi. id est, ambigua & controuersa esse in vtram partem magis vergant. Cæterùm pro anceps & ambiguum esse, construitur interdum & cum ἐπὶ vel πρός: sicut ἐπαλλάττω. vt Aristot. Ethic. 7, ἐπαμφοτερίζοντα διὰ τῶν ἐθῶν ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον, id est Ancipitia & ambigua ad melius & ad deterius, inquit idem Bud. in alio tamen ordine hanc significatione ponens. ‖Ἐπαμφοτερίζω, Vtrique sufficio, Aristot. De gen. lib. 4, ἡ δὲ φύσις οὐ δύναται πολυχοεῖν οὕτως ὥστ' ἐπαμφοτερίζειν, idẽ Bud. Ἐπαμφοτερίζειν, Alternare. Plut. ἐπαμφοτερίζων τοῖς λογισμοῖς, Alternantibus in eo sententiis, inquit idem Bud. ‖Ἐπαμφοτερίζω, In neutras partes trãseo, Integrum me & medium præbeo, vt exponit idẽ Bud. in hoc Plutharci loco, τοὺς δὲ Βοιωτοὺς ὁρῶν ἐπαμφοτερίζοντας.

ἌΝ, Coniunctio interdum potentialis, interdum expletiua. Demosth. ad Aphobum, ἐπὶ δὲ τὸ πρᾶγμ' ἂν ἐξελέγξαι ζητῶν, ἐζήτησεν ἄν με τὸν παῖδα τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας. Hic alterum ἂν est δυνητικόν, alterum παραπληρωματικόν, inquit Bud. vt apud Aristot. in 10 Ethic. μάλισ' ἂν τοῦτο δύνασθαι δόξειεν ἂν ἐκ τῶν εἰρημένων νομοθετικὸς γενόμενος. Et apud Aristophanem in Vespis, ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν οὗ με νῦν ἀποστερεῖς. Quod sit autem ἂν δυνητικόν, id est potentiale, & cur ita vocatum à grammaticis, ex iis quæ sequuntur eius vsus exemplis colligendum est. In quorum multis interpretandis verbum Posse assumemus. vnde & potentialem dictam volunt, quòd videlicet quædam τοῦ δύνασθαι significatio ea includatur. Cũ præt. imperfecto indicatiui, Demosth. contra Midiam, χρησιμώτατοι γὰρ ἂν ἦσαν ἁπάντων, Essent enim omnium vtilissimi. Vel, esse possent. quum sine ἂν, significent hæc verba, Vtilissimi enim erant. ‖Cum præterito perf. Idem, ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλατε, Iam pridẽ periissetis. vel, Iampridem poteratis periisse. vel, Iampridem fieri potuisset vt periissetis. Ita enim resoluo vt ostendam vim δυνητικὴν inclusam (vti dixi) huic particulæ. nam sine ἂν sonat πάλαι ἀπολώλατε, Iampridẽ periistis. Iunctæ autem cum præt. plusquamperfecto huius particulæ in vulg. lex. Græcol. ponitur hoc exemplum, ex Demosth. τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ, εἰ περὶ ἐμοῦ γέγραφε. quo in loco Dem. ὑποθετικῷ vsum esse τοῦ πραγματευομένου, sed qui vim habeat τοῦ παρατατικοῦ, annotat Bud. Cum aor. 1, μὴ ἂν ᾠήθη τήμερον ῥηθῆναι, Non putasset. Antipho contra Leocratem, τίς δ' ἂν οὕτως ἢ μισόδημος ποτὲ ἢ μισαθήναιος, ὅστις ἐδυνήθη ἐν ἀτάκτοις ἑαυτὸν ὑπομεῖναι ἰδεῖν; id est, Qui potuisset. Syn. τοῦ μ. ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὥστ' εἰ καὶ μὴ πεποίηκεν, ἀλλ' ἐποίησεν ἂν τοῖς δὲ καὶ μὴ πλάσαντας, ὅτι συνέπλασαν ἄν, id est (interpr. Bud) Hunc, ideo quòd etsi facinus non admisit, est tamen eiusmodi ingenio vt fecisse credi possit: hos, quòd etsi crimen non confinxerũt, idonei tamen sunt qui confinxisse existimentur. Cum aor. 2. vt, εἶπον ἄν, εἰ ἀκηκόειν, Dixissem si audiuissem. Obseruandum est autem, vt in interpretatione Latina indicatiuum modum non retineamus, nisi periphrasi vtamur.

Cum optatiui etiam ponitur modò hoc, modò illo tempore. Cum præsenti: Lucianus, καὶ ἐν τούτῳ πᾶσα ἄν σοι πόλις ἡ Ἀθηναίων οὐκ ἂν φθάνοι χάριν ὁμολογοῦσα. Sic, τί ἂν λέγοιμεν; Cur diceremus? vel, Cur dicamus? Cum aoristo, οὐκ ἂν διακρίναις εἴτ' ἔφηβός ἐστιν εἴτε & παρθένος, Non diiudicaueris, vel Diiudicare non possis. Nisi quis malit, Non diiudicares, aut Diiudicare non posses. Lucianus, δυοῖν γὰρ θατέρου οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν. Demosthenes, πῶς ἂν ὠμότερος συκοφάντης γένοιτο; Homerus quoque optatiui indefinito aliquoties iungit istam particulam: vt Iliad. ε, Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη, Non cognosceres, vel Non animaduerteres. siue Non animaduertas, aut Nõ animaduerteris, aut Animaduertere nõ possis. Il. ω, -οὐκ ἄν τίς τοι μῆνιν ὀνοσσάμενος μαχέσαιτο. Il. ε, Τυδείδης, ὃς νῦν γε καὶ ἂν Διὶ πατρὶ μάχοιτο, id est, Qui nunc vel cum ipso Ioue dimicet, siue dimicaret. aut Dimicare posset, vel possit. Notandum est verò hoc in versu ἂν aliter collocatũ quã in prosa collocare liceret. in ea enim dicendum foret, ὃς νῦν γε καὶ Διὶ πατρὶ μάχοιτο ἄν, vel, ὃς νῦν γε μαχέσαιτ' ἂν καὶ Διὶ πατρί. vel, νῦν γ' ἂν & Διὶ πατρὶ μάχοιτο. Il. α & β, ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο, Alioqui enim nunc postremùm Atrida cõuitiareris. Aut potius Cõuitiatus esses. Sic Plato De repub. lib. 8, οὐ γὰρ ἂν τυφλὸν τοῦ βίου ἡγεμόνα ἐστήσατο, Alioqui enim cæcum vitæ ducem non constituisset. Dicitur & τάχ' ἄν, pro τάχα τοι ἄν, vt apud Xenophontem, δῆλον τάρ τ' ἂν εἴη ὦ Κῦρε. Item ἂν cum optatiuo post relatiuum. Xenophon, λέγε ἃ οὐκ ἄν τις βούλοιτο ἀκοῦσαι. Budæus in Comm. quum dixisset, ὁ δ' ἂν ἀοριστολογικὸς plerunque cum subiunctiuo construitur: vt, ὅ,τι ἂν λέγῃς, ἴσῳ ἂν διαφέρῃς, subiungit, Interdum autem & optatiuo: sed tum demum quum res præterita narratur. Aphthonius in vita Thucydidis, de Antiphonte, ἐμαρτύρησε δὲ αὐτῷ καὶ Θουκυδίδης ὁ μαθητής, ὅτι ᾧ ἂν σύμβουλος γένοιτο, ἄριστα ἐκεῖνος ἀπήλλαττεν εἰς τὰς δίκας. Demosth. Phil. 2, ἐκόλαζεν δ' οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο οἷς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας. Idem Pro corona, ἐν ποίῳ σοῦ σὺ νεανίας; καὶ πηνίκα λαμπρός; ἡνίκ' ἂν εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέοι. quum oporteret. vel quum oportebat.

Hesychium. atque ita crediderim sumi apud Athenæū,
lib. 4, Ἐλευσῖνί τε μυστηρίων ὄντων, ἔθηκεν αὐτῇ θρόνον παρὰ τὸ
ἀνάκτορον. Sed notādū apud Hesychiū legi, Ἀνάκτορον, τὸ
τῆς Δήμητρος ὃ καὶ μέγαρον καλοῦσιν, ὅπου τὰ ἀνάκτορα τίθεται.

Ἀνάκτορα, (inquit Budæus) Theodoritus Eccles. hist.
lib. 5, pro gradibus altaris magni ponere videtur, vel lo
co edito. aut pro adyto altaris, ἐπειδὴ δὲ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῇ
ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, ἀναστὰς τῶν ἀνακτόρων ἐπέ-
βη. Idem, τοὺς δὲ τολμῶντας τοὺς ἱεροὺς παραβαίνειν νόμους, ἐπι-
βαίνειν τῶν ἀνακτόρων ἐκώλυεν. ‖Suidas ἀνάκτορων ex-
plicat etiam ἱερατεῖον.

Ἀνακτόρειον, Substantiuè, idem quod ἀνάκτορον, Templum.
Citatur tamen ex Herodoto ἱρὸν ἀνακτόρειον.

¶ Ἄνακες, οἱ, vel Ἄνακοι, Dioscuri, Castor & Pollux. At Ci-
cero

cero De natura deorum lib.3, scribit, διόσκουροι etiam apud Graios multis modis nominatur. Primi tres, qui appellantur ἄνακες, Athenis ex Ioue rege antiquissimo & Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi, Ioue tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertii dicuntur à nonnullis, Aleo & Melampus, Emolus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit. Hæc Cicero. Sciendū est autem ἄνακας dictos secundum Plutarchum in Numa, ἀπὸ τῆς τῶν ἄστρων ἀναχέσεως. Secundum eundem autē in Theseo, vel διὰ τὰς ἀνοχὰς, vel ab ἄνεκας Atticè significante ἄνω. aut certè ab ἀνακῶς. nam ἀνακῶς ἔχειν dici τοὺς ἐπιμελουμένους ἢ φυλάττοντας ὁπουοῦν. Quam etymologiam cæteris longè anteferendam censeo: quæ ponitur etiam apud Etymologisten, sed cum falsa expositione huius aduerbii ἀνακῶς. scribitur enim ibi, ἀνακοὶ, διόσκουροι, ὅτι ἀνακῶς (ὅ ἐστι φιλανθρώπως) ἐχρήσαντο τοῖς Ἀθηναίοις. Cæterū quod Plutarchus dicit, ἄνακτας appellatos reges fortassis ab ἀνακῶς, contrariū est iis quæ leguntur apud eundem Etymologisten, ex Methodio, videlicet ἀνακῶς significare ἐπιμελῶς καὶ πεφροντισμένως καὶ πεφυλαγμένως, idque ἀπὸ τῶν ἀνάκτων, vtpote quibus φροντίδες εἰσὶ τῶν ὑπηκόων, id est curæ & solicitudines sunt de subditis. Certè vtrum prius fuerit, an ἀνακῶς, an ἄναξ, & vtrum ab vtro deriuatum sit, conijcere non facile fuerit. Eustathius, Αἴλιος γοῦν Διονύσιος ἀνακοὺς τοὺς διοσκούρους φησὶ λέγεσθαι ὡς ἀνακούς. καὶ κατεύχονται, φησὶν, ἀνακοῖν διοσκούροιν. Apud Hesych. quoque habetur ἀνακοῖν, τοῖν διοσκούροιν.

Ἀνακοὶ, Locus quidam Athenarū, apud Lucianum. Budæus.

Ἀνάκειον, ου, τὸ, Templum ἀνάκων, id est Dioscurorum. διοσκούρειον, inquit Hesychius: τὸ τῶν διοσκούρων ἱερὸν, Suidas.

Ἀνάκεια, τὰ, Festum Dioscurorum ἀνάκεια (inquit Pausanias apud Eustathium) ἑορτὴ διοσκούροιν ἀνακοῖν. Apud Hesychium autem singulari numero etiam in ἑορτῆς significatione habetur. ita enim ibi legitur, ἀνάκειον, τὸ διοσκούρειον, καὶ ἑορτὴ Ἀθήνησι.

¶ Ἀνακῶς, aduerbium, Cum cura & diligentia, Sedulò. Et ἀνακῶς ἔχειν τινὸς, Curam alicuius gerere, apud Herodotum & Thucydidem. Herodotus, ἀνακῶς δὲ ἔχειν τῶν πορθμέων. Thucydides lib. 8, ὅπως αὐτῶν ἀνακῶς ἕξουσιν, ἣν ἐκπλέωσι. vbi ἀνακῶς ἔχειν τινὸς videtur esse Obseruare magna cura quempiam. Scholiastes tamen exponit simpliciter παραφυλάττειν. Hesychius ἀνακῶς exponit ἐπιμελῶς, πεφροντισμένως. Suidas ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς, rectè hæc duo aduerbia ponens: siquidem & Plutarchus in Theseo scribit ἀνακῶς ἔχειν dici τοὺς ἐπιμελουμένους ἢ φυλάττοντας ὁπουοῦν.

Ἀνακῶς, Regiè, Regaliter. βασιλικῶς, Suidas. ‖ Apud Etymologisten autem ἀνακῶς dicitur poni pro ἄνω. vbi ἀνακῶς est pro eo quod apud alios scribitur ἀνέκας.

— ἌΝΕΜΟΣ, ου, ὁ, Ventus. Ab ἄω deriuatum putatur, siue ἄημι, significante πνέω, id est Flo, Spiro: interiecto ν. facto videlicet prius ἄεμος, deinde ἄνεμος. Vox est tā poetis quàm prosæ script. vsitata, sicut & apud Lat. Ventus. & quæ est inter Ventum & Auram differentia apud hos, eadem & apud Græcos inter ἄνεμον & αὔραν, secundum quosdam. Aristot. autē De mūdo, scribit, τὰ δὲ ἐν ἀέρι πνέοντα πνεύματα καλοῦμεν ἀνέμους. αὔρας δὲ τὰς ἐξ ὑγροῦ φερομένας ἐκπνοάς. id est, Flatus qui in aere flant, vocamus ἀνέμους: at verò αὔρας, ex humore prodeuntes expirationes. Idem ibidem quid sit siue ἄνεμος, siue πνεῦμα (idem enim valet vtrūque) docet his verbis, ἐκ τῆς ξηρᾶς [ἀναθυμιάσεως] ὑπὸ ψύχους ὠθείσης ὥστε ῥεῖν· ἄνεμος ἐγένετο. οὐδὲν γάρ ἐστιν οὗτος πλὴν ἀὴρ πολὺς ῥέων καὶ ἀθρόος, ὅστις ἅμα καὶ πνεῦμα λέγεται. id est, A sicca verò [exhalatione] oriri solet ἄνεμος, quum à frigore ita protrusa est illa vt fluat. nihil enim est hic aliud quàm aer multus fluens & coaceruatus: qui etiam πνεῦμα nominatur. Poetæ dicunt interdum πνοιὰς ἀνέμου siue ἀνέμων, pro ἄνεμον siue ἀνέμους simpliciter, vt Homerus Odysseæ β, — πέτοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο. & Odysseæ δ, — λιάσθη ἐς πνοιὰς ἀνέμων. Apud eundem habetur ἀνέμου θύελλα siue ἄελλα, id est, ad verbum, Venti procella: Odysseæ κ, αἱ δ' ἐφέροντο κακὴ ἀνέμοιο θύελλα. Aratus, — εἰ δέ κε τινὶ ὑψόθεν ἐμπλήξῃ δεινὴ ἀνέμοιο θύελλα, id est (Cicerone interprete) Sin grauis inciderit vehementi flamine ventus. At Iliadis γ paulo aliter, ὥς δ' ὅτ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων σπέρχωσιν ἄελλαι.

Ἄνεμοι, filii Ἀστραίου & Ἠοῦς, Hesiodo in Theog.

C. Ἀνεμόδαρτα φυτὰ, vide paulo pòst in ἀνεμοτραφής.

C. Ἀνεμόδρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cursor cum vento currens. Vel, Cursor qui à vento impellitur. Lucianus, De vera historia lib. 1.

C. Ἀνεμοκοῖται dicti fuerunt quidam apud Corinthum, quasi sopitores venti, quòd incantamentis quibusdam ventorum tempestates sedarent. γένος ἐν Κορίνθῳ τοὺς ἀνέμους κοιμίζοντες, inquit Eustathius. ad quod solers fuisse narratur Empedocles, cuius etiam ars quædam ad hanc rem, memoriæ prodita est. hinc & κωλυσανέμας fuit vocitatus, seu κωλυσανέμας (vt intelligitur etiam scriptum) quòd videlicet ventos prohiberet, seu arceret. verùm secundum quosdam non incantamētis sed circumpositis Agrigentinorū vrbi innumeris asinorum pellibus, auertit ab ea ventos quibus infestabatur. Meminit Laertius.

C. Ἀνεμοσκεπής, A vento tegens, A vento defendens. A Budæo exponitur liberius, Aduersus iniuriam ventorum factus. Hom. Il. π, — χλαινάων τ' ἀνεμοσκεπέων. Apud eundē Od. ζ & π, σκέπας ἀνέμοιο. Volunt tamen quidam grām. ἀνεμοσκέπης esse à verbo σκέπω nō autem à nomine σκέπας: & scribendum contendunt ἀνεμοσκέπης, non ἀνεμοσκεπής. alioqui significaturū, Qui à vento tegitur.

C. Ἀνεμοτρεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, & Ἀνεμοτραφὴς, A vento nutritus, A vento auctus & corroboratus. Suidas autem dicit ἀνεμοτρεφὲς esse quod nutritum fuerit in locis bonos ventos habentibus, vel quæ sint bene vento exposita. hoc enim solere esse & solidius & validius. Aut certè significare Quod à vento nutritur. Apud Homerum Iliadis λ, ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος exponitur Hasta corroborata à ventis antequam ex arbore abscinderetur. & Iliad. ο, ἀνεμοτρεφὲς κῦμα, Fluctus alimentum à vento sumens & incrementum. Nam quo vehementius flat ventus, eo maior oritur fluctus. Dicitur & φυτὰ ἀνεμοτραφῆ, de quibus Eustathius, Ἄλλως γὰρ (inquit) ἀνεμοτραφῆ ἀκούομεν φυτὰ τὰ κούφοις αὐξόμενα πνεύμασι. Hæc autem (addit) idiotæ opifices ἀνεμόδαρτα appellant: quæ videlicet πνοαὶ δονέουσι παντοίων ἀνέμων. quæ verba, Homerica sunt. Videtur autem fuisse hoc vocabulum ἀνεμόδαρτα apud vulgus duntaxat in vsu.

C. Ἀνεμόφθορος, ου, ὁ καὶ ἡ, A vento disperditus, A vento periens. σπέρματα ἀνεμόφθορα, Semina vento perdita seu corrupta, Eustathio autore. Itidem verò ἀνεμόφθορα ἔσπειραν, apud Græcos Bibliorum interpretes, Oseæ cap. 8.

Ἀνεμοφθορία, ας, ἡ, Corruptio quæ fit à vento. ἡ πληγὴ τῶν ἀνέμων, Suid.

C. Ἀνεμοφόρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A ventis disiectus, A ventis dilatus, id est, in diuersas partes latus.

C. Ἀνεμώκης, εος, ὁ καὶ ἡ, Velox. Ad verbum, Vento velox, siue celer. Venti celeritatem habens, seu velocitatem. ἀνεμώκεσι δίναις, Apud Aristophanem exponitur ταῖς τοῦ ἀνέμου ὠκείαις συστροφαῖς. Apud Suidam ponitur etiam ἀνεμώκεος (qui genitiuus est ab ἀνεμώκης) tanquam nominatiuus.

C. Ἀνεμώλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ventosus, Vanus, Inanis, Friuolus, Futilis. A genitiuo ἀνέμου fit ἀνεμώνιος, deinde ἀνεμώλιος, inquit Etymologistes: compositum esse negans. Alii tamen volunt ex ἄνεμος & ὄλλω conflatum esse, vt sit ἀνεμώλιον Quod ventus perdit, Quod à vento rapitur, & ita perditur, Quod cum vento interit. Iliad. φ, Νηπύτιε, ὡς νυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον αὔτως; Apud eundem Od. δ & λ, ἀνεμώλια βάζειν, id est ἀνεμοφόρητα, vt ait Etymologistes. Vide Eustathium de huius nominis formatione.

Ἀνεμωλία herba, vide Ἀνεμώνη.

C. Ἀλεξάνεμος, Ventos arcens: vt Odyss. ξ, χλαῖναν ἕσσατ' ἀλεξάνεμον.

C. Ἰσάνεμος, Par vento, velocitate videlicet, id est Velocissimus, apud Euripidem. Sic Homerus dicit θεῖν ἀνέμοισιν ὁμοίας.

C.Κωλυσάνεμος, vide suprà in Ἀνεμοκοῖται. A
C.Λανθάνεμος ὥρα vide in Λανθάνω.
Ἀνεμόεις, εντος, ὁ, Ventosus, ea significatione qua dicuntur
loca ventosa. Est autem poeticum vocabulum ἀνεμόεις,
quod vt ingredi versum hexametrum possit, mutat α
in η interdum. dicitur enim ἠνεμόεις, ἠνεμόεσσα, ἠνεμόεν,
Od. τ. — τάχα δ' ἵκανον πτύχας ἠνεμοέσσας.
Ἀνεμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Vento plenus, Ventosus, Venti natu
ram habens, ἀνεμιαῖος.
¶ Ἀνεμόω, ῶ, Ventilo, Vento agitari facio. Ἀνεμοῦμαι pass.
vnde partic. ἠνεμωμένος. Luc. τῇ ἑτέρᾳ δὲ ἠνεμωμένον τὸν πέ B
πλον συνεῖχε, id est, Ventilatum, vt vult Bud. Ἠνεμῶσθαι
præterea est Suidæ, τὸ περὶ ἔρωτα ἐπτοῆσθαι, in hoc Æliani
loco, καὶ ἐδόκει περὶ τὴν ἄνθρωπον ἀκρατῶς ἠνεμῶσθαι.
C.Διανεμόω, Idem. Exponitur etiam Ventis expono, in
vulg. lex. Et διηνεμωμένας ἐθείρας, iubas vento expassas,
in Epigr. pro διηνεμωμένας.
C.Ἐξανεμόω, ῶ, vel potius Ἐξανεμοῦμαι pass. vt ἐξανεμοῦσθαι
de segetibus dictum, quum iam maturescentes perfla-
tu nimio exinaniuntur & quasi euentilātur. Theophr. C
De hist. pl. lib. 8, cap. 10, ἀπόλλυται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων
καὶ πυρὸς ἡ κριθὴ, ὅταν ἢ ἀνθοῦντα ληφθῇ, ἢ ἄρτι ἀπηνθηκότα ἢ
ἀσθενῆ. μᾶλλον δὲ ἡ κριθή. πολλάκις δ' ἤδη ἐν τοῖς ἁδρυνέσθαι. οὐχ
ἥκιστα δ' ἐὰν πνεύσῃ μεγάλη καὶ πλείω χρόνον ἐπιγένηται. ξηραί-
νει γὰρ καὶ ἀφαναίνει. ὃ καλοῦσι τινὲς ἐξανεμοῦσθαι. Gaza vertit
Euentari, sine autore (vt opinor) loquutus. Vide Pliniū
lib. 18, c. 17. Ἐξηνεμωμένος καὶ ἀερίζων ab Aretha dicitur
pro In ventum euanescens, vt tradit Bud. Ab Aristote-
le autem equæ equientes alio sensu ἐξανεμοῦσθαι dicun
tur, De hist. anim. lib. 6. ‖ Suidæ ἐξανεμοῦσθαι est ἐ-
παίρεσθαι: Hesychio autem nō solùm μετεωρίζεσθαι, sed e- D
tiam ξηραίνεσθαι, quod conuenit cum illo Exinaniri, de
segetibus dicto paulo antè.
¶ Ἀνέμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, itē Ἀνεμίδιος, item Ἀνεμιαῖος, Vento ple-
nus, Vanus, Euanidus: Subuentaneus, secundum quos-
dam: vt ἀνεμίδιον ὠὸν, Subuentaneum ouum, quod & ὑ-
πηνέμιον dicitur. Ventosum hac in significatione sunt
qui dici posse existimēt. Inuenitur & ἀνεμιαῖον κύημα
expositum Fœtus euanidus. Plato ἀνεμιαῖον τόκον oppo-
nit τῷ γονίμῳ, i. fœcundo, in Theæteto. ‖ Metapho-
ricè ἀνεμιαῖος ἄνθρωπος, Homo leuis, inconstans, & insta E
bilis mēte. διὸ καὶ τοὺς κατὰ νοῦν ἀστάτους, ἀνεμιαίους φασίν. Eust.
Ἀνεμίζω, Vento impello siue agito. Ἀνεμίζομαι, pass. Ven-
to impellor siue agitor. Iac. epist. cap. 1, ὁ γὰρ διακρινόμενος
ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ.
¶ Ἤνεμος pro ἄνεμος, poet. Hes.
C.Ἠνεμόφοιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Per aera vadens, Aerius.
C.Ἀνηνέμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ventorum expers, Tranquillus. ἀνηνέ-
μος γαλήνη, in Epigr. ET Ἀνηνεμία, Ventorum ex-
pers tranquillitas. Aristot. in Probl. quod tamen voca-
bulum Luciano improbari scribunt. F
C. Ἀπήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ventos non habens. aut, A vento
procul remotus. Hes.
C.Δυσήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Difficiles & malos ventos habens.
δυσήνεμος χθὼν apud Dionys. De situ orbis, Ventis vexata
regio. Est itē δυσπέμφελος, Hesychio & vulg. lex. Græcol.
Grauiter olens & fœtens. CVI contrarium Εὐήνε-
μος, Bonos & prosperos ventos habens. Et metaphori-
cè, Serenus, Pulcher, Suid. Apud Eurip. εὐήνεμος λιμὴν,
A ventorum iniuria tutus portus.
C.Νήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ventos non habens. Item Serenus, Trā G
quillus, & idem quod ἀνήνεμος: item & εὔπνους, Hesych.
Hom. Il. θ, νήνεμος αἰθὴρ, id est χωρὶς ἀνέμου. Compos. ex
νὴ priuatiuo & ἄνεμος, seu poetico ἤνεμος. HINC
Νηνεμία, Ventos nō habēs serenitas. Et quemadmodū
γαλήνη propriè de maris tranquillitate dicitur, sic νηνε-
μία de serenitate aeris. Annotatur autē Atticos νηνεμίας
absolutè pro — νηνεμίας οὔσης dicere. ET Νηνεμούμενον
Quod à vētis nō amplius agitatur, Tranquillū. Vide Hes.
C.Ποδηνέμος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Pedibus (i. pedum velocitate)
ventos æquans, Pedibus celer. ποδηνέμος Ἶρις, Il. ε, & in H
Epigr. ποδηνέμος αἴθυια apud Suid. qui interpretatur &
ταχεῖα Hes. autem τοῖς ποσὶ ταχεῖα: item ὑπόπτερος.
C. Προσήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vento expositus, Auræ patens.
προσήνεμος ἅλως, Xenophon. προσήνεμοι καὶ πνευματώδεις,
Theophr. & ἐν προσηνέμῳ, In aura. Xenophon OEcono-
mico, λικμᾶν ἐκ τοῦ ὑπηνέμου μέρους τῆς ἅλω, οὐκ ἐκ τοῦ προση-

A νέμου. vbi προσήνεμον & ὑπήνεμον opponuntur. Sic & a-
pud Theophr. Bud. Vide Ὑπήνεμος.
C. Πυρήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ignem ventilans: vt πυρηνέμοις ῥιπί-
δας, in Epigr.
C.Ὑπήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ (inquit Bud) Auræ patēs, i. vēto expo-
situs: vt ὑπήνεμος νεοττιά, Vento expositus nidus, hoc est
nō occultus & in terra defossus. Aristot. De hist. anim.
Ὑπήνεμος tamen nonnunquam προσηνέμῳ opponitur, vt
apud Xenoph. in OEcon. vbi περὶ τοῦ λικμᾶν loquitur, Ἢν
δέ τις, ἔφη, λικμᾷ ἐκ τοῦ ὑπηνέμου ἐρχόμενος, δῆλον, ἔφην ἐ-
B γὼ, ὅτι εὐθὺς ἐν τῇ ἀχυροδόκῃ ἔσται τὰ ἄχυρα, id est, Ita venti-
lare incipiat, vt primùm id ventiletur quod ab aduer-
so vento longissimè distat: vt scilicet progrediatur ven
tilatio sursum versus & in aduersum ventum (ad eam
partem videlicet quæ προσήνεμον μέρος τῆς ἅλω dicitur)
Gallicè au dessous du uent. Hæc Budæus in suo lexico. ad-
dens etiam opponi sic & apud Theophrastum ὑπήνεμος
& προσήνεμος: quod Theodorus non intellexerit. Idem
certè Theodorus ὑπήνεμον τόπον apud Theophrastum
C De causis plant. lib. 3, vertit locum tranquillū. Soph.
Antigone, Καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι pro A ven-
to auersi. Quam interpretationem quum locus apertè
poscat, contrariam tamen vulg. interpres habet, sed
à me emendatam in editione tragœdiarum selecta-
rum Græcol.
C. Ὑπηνέμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ventosus (Subuentaneus, si Latinè
dici potest) Cui subest ventus. Vsitatissima signific. dici-
tur hoc vocabulum de ouis irritis & ex quibus nihil gi
gnitur, quæ fœminæ mutua inter se libidinis imagina
tione cōcipiunt. Plin. libri 10, caput 58 ita claudit, Et i-
D psæ autē inter se (si mas non sit) fœminæ æquè saliunt,
pariùntque oua irrita, ex quibus nihil gignitur. quæ
ὑπηνέμια Græci vocant. Idem Plinius eiusdem libri cap.
60, itidem de ouis, Quidam & vento putant ea genera-
ri: qua de causa etiam zephyria appellantur. Vide & οὔ-
ρια ὠὰ, item κυνόσουρα ὠά. Aristoph. apud Athen. lib. 9,
πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων ὑπηνέμια βίᾳ τίκτουσιν ὠὰ πολλάκις.
Legitur & apud Aristotelem aliquoties. Huc autē Lu
cianus alludens in lib. De sacrificiis, dixit Iunonem si-
ne congressu virili concepisse Vulcanum ὑπηνέμιον
E παῖδα. Ab illis denique ouis ducta metaphora dici-
tur ὑπηνέμιον quicquid est inane, vanum & futile. vn-
de ὑπηνέμιος λόγος, Plutarch. De audiendo, pro inani,
& ex quo nullus gignitur mētis conceptus aut editur,
quique audienti non prodest, vt inquit Budæus. Sic Lu
cianus, ὑπηνέμια ὀνείρατα dixit futilia. ‖ At Græci
poetæ ὑπηνέμιον variè vsurpāt, eodem ferè modo quo
Latini poetæ suum ventosum. vnde apud Nonnum
ὑπηνέμιος ποὺς, & ὑπηνέμιον πνεῦμα.
Ἠνεμόεις, εντος, ὁ, Vētosus, Vētis perspirabilis. Inde metaph.
F Altum significat, quòd loca altiora ventis magis per-
uia sint: vt ἠνεμόεσσα Ἴλιος apud Homerum. Significat
etiam Celerem & Ventos velocitate assequentē, quem-
admodum apud Oppian. De venat. lib. 3, Πορδάλιές τ' ὀ-
λοαὶ καὶ πέλειαδες ἠνεμόεσσαι.
Ἠνεμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Ventosus. Ἠνεμῶδες item Hesychio
ἠχῶδες significat, quòd venti vehementiores sonitum
quendam & murmur edant. Hinc Virg. Ventosum au
ræ murmur.
Ἀνεμῶτις, Minerua fuit cognominata in Peloponnesi
G quodam loco, quòd ibi ventum perniciosum sedaret.
¶ Ἀνεμώνη, ης, ἡ, Herba sic dicta quòd vento flante aperia-
tur. Esse autem tradunt papaueris genus, cuius flos ro-
sæ quidem speciem præ se fert, sed omni odoris gratia
caret. Vnde ortum prouerbium, ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρί-
νεις, Rosam cum anemona confers. Sunt qui herbam
hanc anemonam fremium à Latinis appellari velint.
Cæterùm ad huius nominis etymum respiciens Oui-
dius, ita clausit Metamorphoseωn librum decimum,
Nanque malè hærentem & nimia leuitate caducum
H Excutiunt iidem qui perflant omnia venti. vel, vt in a-
liis codicibus, — qui perflant nomina. Sed legendum
potius, vt in vetustis, — qui præstant nomina. Loquitur
autem ibi de flore ipso. In vulgatis lexicis scribitur, ἀ-
νεμωνίαν Theophrasto lib. 7. historiæ plantarum cap.
10, idem esse quod ἀνεμώνην, & Latinis fremium.
Ἀνεμώνη, metaphoricè, Vanitas. Luc. μηδέ σε θελγέτω

αἱ ἀνεμῶναι τῶν λόγων, id est (inquit Bud.) vana verba, friuola, nugatoria.

¶ Ἀνεμώρεια, siue Ἀνεμώλεια, Vrbs Phocidis, apud Homerum Il. β, cuius ciuis dicitur ἀνεμωρειεύς. Sic autem appellata fuit à ventis eam perflantibus. Vide Stephanũ & Eustath.

ἌΝΕΥ, aduerbium, Absque, Sine. Ex α priuatiuo & verbo νίσεσθαι, vt vult Eustathius: sed ridiculum videtur esse hoc etymũ. ἄνευ ἠχῆς, Sine sono, Cicero vertit, Sine vllo sono. Interdum redditur per Citra: vt, ἄνευ τῆς πρὸς ἄνδρα ὁμιλίας, Citra virilem congressum. ἄνευ τοῦ πράττειν, Factis procul, in vulg. lex. exponitur ex Gellio. Ibidem, ἄνευ πτερύγων, Exceptis alis. Cicero quoq; particulã hanc variis modis exprimit: vt quũ hæc Epicuri verba, οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως, vertit, Non posse iucundè viui, nisi sapienter viuatur. Idẽ hunc ex Timæo Platonis locum, in quo bis hoc aduerbium habetur, χωρισθὲν δέ τε πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν, ἄνευ τινὸς στερεοῦ· στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς: sic reddit, Nihil porrò igni vacuum videri potest, nec verò tangi quod careat solido: solidum autem nihil quod terræ sit expers. Posset tamen & his in locis ἄνευ verti Sine, vel Absque.

Ἄνευ, Præterquam quòd, vt Budæus vertit in hoc Demosthenis loco, ὁ γὰρ τότε ἐνστὰς πόλεμος, ἄνευ τοῦ δόξαν καλὴν ἐνεγκεῖν, ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον εὐωνοτέροις διήγαγεν ὑμᾶς.

Ἄνευ postponitur nonnunquam, vt Sine apud Latinos: vt ὧν ἄνευ, & τούτων ἄνευ, Quibus sine, His sine. Est autem ἄνευ in vsu tam prosæ scriptoribus, quàm poetis: vt Αἴκεν ἄνευ ἐμέθεν.

Ἄνευθε & Ἄνευθεν, apud poetas tantùm pro eodem. Iliad. χ, Οἶος ἄνευθ' ἄλλων. Il. π, Μὴ σύ γ' ἄνευθεν ἐμεῖο. Interdum ponitur sine casu. Etymologistes ait nullum extare aliud aduerbium illi simile in θεν desinens.

C. Ἀπάνευθε & ἀπάνευθεν etiã dicuntur pro Sine, vel Procul à, aut Seorsum. vt Il. [illegible] ἀπάνευθε θεῶν. Il. ψ, Μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τεθήμεναι ὀστέ' Ἀχιλλεῦ. Il. υ, Εἷως μέν ῥ' ἀπάνευθε θεοὶ θνητῶν ἔσαν ἀνδρῶν. Od. ζ, αἱ δ' ἀπάνευθεν ἴσαν.

ἈΝΕΨΙΌΣ, οῦ, ὁ, Consobrinus, Amitinus, Patruelis, Fratris vel sororis filius. ἀνεψιοὶ (inquit Hesychius) ἀδελφῶν υἱοί. Dicitur autem interdũ ὁ πρὸς πατρὸς ἀνεψιὸς, & ὁ πρὸς μητρὸς ἀνεψιός. Isæus, ὁ νόμος δίδωσιν ἀγχιστείαν τοῖς πρὸς πατρὸς ἀνεψιοῖς. id est (vt Budæus in Comm. interpretatur) Lex refert hæreditatem amitinis, vel patruelibus, vel agnatis. Variè enim (inquit) accipitur ἀνεψιός. Idẽ in lexico suo scribit, Demosthenes fratris & sororis liberos inuicem ἀνεψιοὺς appellat, & eorum filios ἀνεψιαδοῦς, in oratione contra Stephanum. Plutarchus Theseum & Herculem appellat ἀνεψιούς. Homerus Il. ι, Ἢ μὲν πολλὰ ἔται καὶ ἀνεψιοὶ ἀμφὶς ἐόντες. vbi Eustathius ἔται ait vocari πάντας τοὺς συνήθεις, ὡς ἀπὸ τοῦ ἔθος. dici autem ἀνεψιοὺς, τοὺς τοῦ γένους, ὡς ἀπὸ μέρους τῶν ἀνεψιῶν. esse autem ἀνεψιοὺς qui postea nominati sint ἐξάδελφοι. Cæterùm ἀνεψιὸς vult Etymologistes esse ductum παρὰ τὸ ἀνῆφθαι, vt sit ὁ ἄνωθεν συνημμένος εἰς συγγένειαν. sed viderit.

Ἀνεψιὰ, ᾶς, ἡ, Consobrina, Patruelis. Xenophon, συνεληλύθασι πρὸς ἐμὲ ἀδελφαί τε καὶ ἀδελφιδαῖ, καὶ ἀνεψιαί. Citatur ex Plutarcho in Solone ἀνεψιὰ μητρὸς pro Consobrina matris. Plut. in Probl. Rom. ἀλλὰ ὀψὲ συνεχώρησαν ἀνεψιαῖς συνοικεῖν. vbi quidam ἀνεψιὰς vertunt neptes, alii rectius consobrinas.

Ἀνεψιότης, ητος, ἡ, Consobrinitas, ad verbum, vel Patruelitas. Gradus propinquitatis quam ἀνεψιοὶ faciunt & ἀνεψιαί. Apud Demosthenem, μέχρι ἀνεψιότητος.

Ἀνεψιαδοῦς, ὁ, Filius consobrini, siue consobrinæ, siue patruelis, vel amitini. Demosthenes (vt paulo antè ex Budæo retuli) fratris & sororis liberos inuicem ἀνεψιοὺς appellat, & eorũ filios ἀνεψιαδοῦς, in oratione aduersus Stephanũ. ἀνεψιαδοῦς (inquit Hesychius) ἐκ τοῦ ἀνεψιοῦ γεγονὼς ἢ τῆς ἀνεψιᾶς. Fit autem ἀνεψιαδοῦς ex ἀνεψιὸς eadem forma qua ἀδελφιδοῦς ex ἀδελφός.

Ἀνεψιαδῆ, Filia consobrini, vel consobrinæ, siue patruelis, vel amitini.

Ἀνεψιάδης, vide apud Poll. & Suidam in vita Hesiodi.

C. Αὐτανεψιὸς pro ἀνεψιὸς putat poni Bud. afferens hunc

Ἀνεμώνη, metaphoricè. Vanitas. Luc. μηδέ σε θελγέτω. Platonis locum in Euthydemo, ἔστι δὲ οὗτος Ἀξιόχου μὲν υἱὸς τοῦ Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, αὐτανεψιὸς δὲ τοῦ νῦν ὄντος Ἀλκιβιάδου. Sed & à Polluce ἀνεψιοὺς & αὐτανεψιοὺς pro iisdem poni quidam tradiderunt. Ego tamen in αὐτανεψιοὶ restringi signif. puto. Idem & de Ἀντανεψιὸς dico.

C. Ἐξανεψιὸς, Ex patre consobrinus. ἐξανεψιοὶ, Quorum patres sunt inter se ἀνεψιοὶ, aut matres inter se ἀνεψιαί. Iul. Poll. 3, οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀνεψιαδῶν ἀλλήλοις ἐξανεψιοί τε καὶ ἐξανεψιαί.

ἌΝΗΘΟΝ, ου, τὸ, Anethum, herba nota, quæ & apud nostrates Græcum nomen ex parte retinet. Sic autem appellatur secundum Etymologisten, παρὰ τὸ ἄνω θεῖν, quod citò crescat. Aristoph. in Nub. ὑπ' ἀμαθίας τῶν πρεσβυτέρων ἁρπάζειν.

C. Ἀνηθοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Anethi speciẽ seu formam habens, i. similis anehto. Ex ἄνηθον & εἶδος.

Ἀνήθινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Anethinus, Ex anetho confectus, vel Ex anetho constans: vt ἀνήθινος στέφανος, Anethina corona, pro Ex anetho confecta, citatur ex Theocrito. Et ἀνήθινον μύρον, ex Dioscoridis lib. 1, cap. 62. Item ἀνήθινος οἶνος, ex eiusdem lib. 5, cap. 67.

ἈΝΗΡ, Vir, in genitiuo ἀνδρὸς, & itidẽ in cæt. sed ἀνέρος, ἀνέρι, ἀνέρα dicunt poetæ, & interdũ etiã ἀνδρὸς, ἀνδρὶ, ἄνδρα. in prosa autem vsurpantur hæc, non item illa. Vocatiuus est ἄνερ: vt πάτερ à πατήρ. Vt autem Vir apud Latinos variè sumitur, sic ἀνὴρ apud Græcos. Ἀνὴρ simpliciter pro ἄνθρωπος, vt Vir pro Homo. καὶ ὁ ἁπλῶς ἄνθρωπος, inquit Eustathius, vt in ἔσχατοι ἀνδρῶν. & in compositis ἀνδραποδιστὴς & ἀνδροφόνος. nam in his & similibus ἀνδρὸς appellatione omnis ἄνθρωπος intelligitur. Possunt autem alia multa exempla proferri præter hæc Eustathii, huius significationis, ex Homero, quinetiam ex prosa: vt quum dicitur ἀνὴρ ῥήτωρ, & ἄνδρες ἀγωνισταὶ à Demosthene: & passim ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Sed & in aliis quibusdam loquendi generibus: in quorum tamen bona parte viri appellationem potiùs quàm hominis vsurpamus, Latinè ea interpretantes: vt quum Thucydides de captiuorum permutatione loquens, dicit, ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς ἐλύθησαν. Sic & quum dicitur κατ' ἄνδρα pro In singulos viros, vel Per singulos viros, aut potiùs aduerbialiter Viritim. ‖ Vsurpatur itidem pro ἐκεῖνος, vt ἄνθρωπος, cum apud alios, tùm apud Gregorium identidem: vt ὅ, τε γὰρ ἀνὴρ αἰδέσιμος ἦν. pro Erat enim ille. Item, ἐγένετό τις πρὸς τὸν ἄνδρα διαφορά, pro Aduersus illum.

Ἀνὴρ, Vir, id est mas, non fœmina, Masculus. Plato De legibus, τῶν ἀνδρῶν ἄπαις, Carens liberis maribus, Mascula prole carens. Huc pertinet istud loquendi genus, οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι. iidem enim appellantur οἱ ἐκ τῶν ἀρρένων οἰκεῖοι, videlicet agnati & gentiles, vt ait Budæus. De tauro etiam dicitur in Anth. epig. vt Virgil. dixit, Vir gregis ipse caper.

Ἀνὴρ, Vir, id est Non euiratus, Virilitatem suam habens, id est sua virilia, Non eunuchus. vt in ænigmate quod ex Clearcho profert Athenæus, ἀνήρ τε κοὐκ ἀνὴρ ὄρνιθα τε κοὐκ ὄρνιθα ἰδών τε κοὐκ ἰδὼν, &c. Nec malè tamen in Actis Apostolicis ἀνὴρ & εὐνοῦχος cõiũguntur, cap. 8, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ, εὐνοῦχος, δυνάστης, &c. hîc enim ἀνὴρ cum Αἰθίοψ iungitur, & simpliciter pro ἄνθρωπος vsurpatur, de quo vsu modò dictum est. ‖ In epigrammate quodam incerti autoris quod est Anthol. epigr. lib. 1, ἀνὴρ & μαλακὸς opponuntur. vbi à quibusdam ἀνὴρ exponitur Nõ effœminatus. videtur etiam exponi posse Non eneruatus, ex Ouidio. Secundum quosdam autem ἀνὴρ hîc dicitur Non obscœnus, & μαλακὸς contrà Obscœnus. Confer epigramma illud in fontem Salmacin cum iis quæ de eo scribit Ouidius Metamorph. 4. Huius vndas appellat obscœnas idem, lib. 15.

Ἀνὴρ, Vir, id est Virilem ætatem habens, Vir ætate. Plut. in Alcib. καὶ παῖδα καὶ μειράκιον καὶ ἄνδρα πάσῃ συναρμόσαι τῇ ἡλικίᾳ. Hinc illa loquẽdi genera, εἰς ἄνδρας τελεῖν, item εἰς ἄνδρας ἐγγράφεσθαι, item εἰς ἄνδρας δοκιμάζεσθαι, item εἰς ἄνδρας τελέσαι. vbi ἄνδρας (id est viros) solemus virilem ætatem interpretari. dicimus enim, Ad virilem ætatem peruenire, vel Ætatem virilem attingere, siue attigisse. Dicitur etiam εἰς ἄνδρας

ἐλθεῖν & προελθεῖν ab Aphthonio, item εἰς ἄνδρας ἀφικέσθαι ad verbum, Ad viros peruenire, id eſt Ad virilem ætatem. Illud autem εἰς ἄνδρας ἐγγράφεσθαι dicit Demoſthenes. Citatur & εἰς ἄνδρας συντελεῖν ex Iſocrate, pro εἰς ἄνδρας τελεῖν. Idem εἰς ἄνδρας δοκιμασθῆναι dicit, in Areopagit. ἐπειδὴ δ' εἰς ἄνδρας δοκιμασθεῖεν. Sed & δοκιμασθέντα per ſe ſignificat idem quod εἰς ἄνδρας δοκιμασθέντα, in hoc Demoſthenis loco aduerſus Midiam, εἰσφέρων ἀπὸ τῆς δόξης ὧν ὁ πατήρ μοι κατέλιπε, καὶ ὧν δίκαιον ἦν δοκιμασθέντα κομίσασθαι. vbi δοκιμασθέντα Budæus exponit εἰς ἄνδρας ἤδη ταχθέντα, & εἰς ἄνδρας τελεῖν ἀρξάμενον, & εἰς ἄνδρας ἐγγεγραμμένον. Romani enim dicebant virilem togam ſumere. quod ἀνδροῦσθαι etiam dicitur Ariſtoteli. Ἄνδρα γεγονέναι etiam eſt Maiorem annis fieri, vt quo tempore οἱ ἀνδρωθέντες λόγον ἐκομίζοντο τῆς ἐπιτροπῆς, id eſt, Rationem repoſcebant & reliqua tutelæ adminiſtratæ. Non ſolùm autem dicunt ἄνδρα γεγονέναι, ſed etiam ἄνδρα τέλειον. Xenophon Pæd. 8, τέλειός τε ἀνὴρ γενόμενος, τὰ ἐν ἀνδράσι. Nec ſolùm inuenitur ἀνὴρ τέλειος, ſed & ἀνὴρ μέσος, quem ſequitur προβεβηκὼς τῇ ἡλικίᾳ. hunc autem ἄνδρα μέσον præcedit ἀνὴρ νέος.

Ἀνήρ, Vir, id eſt Virili animo præditus, Strenuus, Fortis. Iliad. ε, Ἀνέρες ἔστε φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. aliis quoque multis in locis ſic vtitur. & apud Thucydidē ſcholiaſtes ἄνδρες exponit ἀνδρεῖοι. Sic & Latini virum vſurpant in certis loquendi generibus. Horatius autem nouè dixit, Nam ſiquid in Flacco viri eſt, pro Siquid virilis animi, meo quidem iudicio. ¶ Dicuntur etiam aliquando ἄνδρες quicũque aliquid dignum viro vel dicunt vel faciunt: & non eſſe ἄνδρες, qui ſeruile quidpiam & abiectum facere ſuſtinent: vt Xenophon in Hierone, de iis qui laudis & gloriæ cupiditate ducuntur, ait, ἄνδρες καὶ οὐκ ἔτι ἄνθρωποι μόνον νομίζονται. Herodotus in Polymnia, δῆλον δ' ἐποίησαν ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δ' ἄνδρες, Multos quidem eſſe homines, paucos autem viros. Cicero lib. 5 epiſtolarum ad fam. in epiſtola ad Publium Seſtium, Vt & hominem te & virum eſſe meminiſſes. Rurſus Xenophon Pæd. 4, ὡς ὁ τοῦτο ποιῶν, οὐκέτι ἀνήρ ἐστιν, ἀλλὰ σκευοφόρος. Idem Hellenicῶν 7, ἀνεφύσησε τε καὶ ὑπερεφίλουν τὸν Λυκομήδην, καὶ μόνον ἄνδρα ἡγοῦντο. Æſchines in Cteſiphontem, πράξειν δὲ ἀνδρὸς οὐ πράξεις.

Ἀνήρ, Vir, id eſt Maritus. quæ ſignificatio vnà cum præcedente habetur in apophthegmate cuiuſdam Lacænæ quod commemoratur à Plutarcho in Lycurgo, μόναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι. μόναι γὰρ, ἔφη, τίκτομεν ἄνδρας. Homerus Odyſſeæ ζ, Ἄνδρα τε καὶ οἶκον καὶ ὁμοφροσύνην ὀπάσειαν Ἐσθλήν. & ſubiungit, nihil potius eſſe ac præſtantius quàm quum concordes eandem domum habitant ἀνὴρ ἠδὲ γυνή, id eſt maritus & vxor. Iungitur cum genitiuo: vt ἀνὴρ ἐκείνης, Maritus illius. Athen. 12, δειπνεῖν δὲ αὐτὰς οὐ προσῆκε τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἑαυτῶν. Dicitur item ἀνδρὸς ὡραία, virgo nubilis. quod genus loquendi aptiſſimè (vt opinor) exponere poſſumus Horatianis verbis, Tēpeſtiua viro. Planè enim Græcorum imitatione videtur ita loquutus fuiſſe. Odyſſ. α, — καὶ ἀνέρι μητέρα δώσω. Iliad. τ, Ἄνδρα μὲν ᾧ ἔδοσάν με πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ. Poſſumus tamen in huiuſmodi loquendi generibus, ac præſertim in hoc vltimo, ἄνδρα accipere ſimpliciter pro viro, non pro marito. ſicut & quum dicitur puella ἀνδρὸς δεκτική, q. d. capax viri, Latinè viripotens.

Ἀνήρ ancipitem habet vocalem α, id eſt quæ produci vel corripi poſſit. His in locis producitur, Iliad. ν, Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Odyſſ. α, — καὶ ἀνέρι μητέρα δώσω. Iliad. λ, Ἐσσεύοντο κύνες τε καὶ ἀνέρες αἰζηοί. Iliad. σ, — μετὰ δ' ἀνέρες οὓς ἔχε γῆρας. & alibi frequenter. Corripitur autem hic, Iliad. ρ, Ὁππότ' ἀνὴρ ἐθέλει πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι. Il. π, Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα κεδασθείσης ὑσμίνης Ἡγεμόνων. qui verſus habetur etiam Il. ο. quanquam in editionibus quibuſdam particula δὲ non additur eo in loco: ſed legitur ἔνθ' ἀνήρ, & ita longam haberet priorem ἀνήρ. Sed obſeruaui particulam hanc in iiſdem editionibus non ſolùm temerè omiſſam, ſed & additam nonnunquam: vt in verſu quem modò ex Il. ν protuli, Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, &c. nam cum in aliis

A quibuſdam editionibus, tum in Florentina ibi legitur, Ἀσπὶς δ' ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, non ſine manifeſto errore.

C. Ἀνδρόβασμος, ου, ὁ, Anguſta via, vt quæ vni duntaxat viro ſufficiat, quæ vnum tantummodo virum capiat. στενὴ ὁδὸς, Heſychius. Dici puto quaſi ἀνδρὸς βασμός.

C. Ἀνδροβόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Viriuorus, Virorum deuorator, Homines vorans: vt ἀνδροβόροι κύνες. & in Anthologia epigrammatum, Ἀνδροβόρε, ὁμότεχνε κυνῶν, αἴλουρε κακίστη.

B C. Ἀνδρογένεια, ας, ἡ, Virorum genitura, Virilis ſexus genitura, vel propagatio, vt exponitur apud Hippocratem. Secundum quoſdam tamen ἀνδρογένεια eſt generaliter Hominum genitura, ſiue propagatio. Malè autem ſcribitur in quibuſdam libris & in vulgatis lexicis ἀνδρογένεια cum accentu in antepenultima. ita enim eſſet nomen ἐπιθετικόν: vt ἀφρογένεια, ἠεριγένεια.

C. Ἀνδρογόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Virum generans, vel gignens.
C Apud Heſiodum ἀνδρογόνος dicitur ἡμέρα, dies. in Diebus, μάλ' ἀσύμφορός ἐστι φυτοῖσιν, Ἐσθλὴ δ' ἀνδρογόνος. Quo in loco ἀνδρογόνος, ab eo dicitur Virorũ generatrix. Fortaſſe viriſatrix poſſemus interpretari, ex viriſator (eadem forma facto qua vitiſator) deducentes fœmininum viriſatrix: ſed aſperius eſt fœmininũ quàm maſculinum. A quibuſdam ἀνδρογόνος ἡμέρα apud Heſiodum exponitur dies viripara. A Nonno ἀνδρογόνος χοῦς vocatur humus ex qua formatus fuit Adam, quaſi virigeneratrix. Vide γόνος, ex quo & ἀνήρ componitur hoc
D nomen.

C. Ἀνδρογυνής, ου, ὁ, vel Ἀνδρόγυνος, ad verbum (ſi ita dici poſſet) Mariſfœmina, pro Mas & fœmina, Vir pariter & fœmina, Vtrunque habens ſexum, vel Vtriuſque naturæ, vt loquitur Plinius: ex cuius lib. 7 cap. 8 citantur hæc verba, ἀνδρογύνους appellabant populi quidam in Aphrica, vtriuſque naturæ, inter ſe vicibus coeuntes: quibus dextra mamma virilis erat, ſiniſtra verò muliebris. Plato in Sympoſio, ἀνδρόγυνον γὰρ ἓν τότε μὲν ἦν καὶ εἶδος καὶ ὄνομα, ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν τοῦ τε ἄρρενος καὶ θήλεος·
E νῦν δ' οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ ἐν ὀνείδει ὄνομα κείμενον. Auguſtinus de androgynis loquens, In his (inquit) ſic vterque ſexus apparet, vt ex quo potius debeant accipere nomen incertũ ſit. Hi alio nomine γύνανδροι vocantur, item ἑρμαφρόδιτοι, ab Hermaphrodito Mercurii & Veneris filio, qui cum nympha Salmacide confuſum ſexum habuiſſe perhibetur.

Ἀνδρόγυνοι vocantur etiam illi quibus exciſa ſunt virilia. qui & ἀπόκοποι, & γύννιδες, item ἡμιγύναικες, item ἡμίανδροι, id eſt Latinè ad verbum, Semiuiri. Vide Pol-
F lucem. ¶ Ἀνδρόγυνος ab Heſychio exponitur non ſolùm ἑρμαφρόδιτος, ſed etiam ἀσθενὴς & ἄνισχυρος, id eſt Debilis & imbecillis, Inualidus. quæ ſignificatio videtur manare ex proximè dicta. nam ferè cum virilibus excinditur etiã virile robur, & vigor virilis. Eſt item ἀνδρόγυνος ex Suida Effœminatus, Muliebri & molli animo præditus, ἄνανδρος. In Parabolis Solomonis capitur pro ſocorde & parum ſtrenuo, ac non virili, vt ſcribit Budæus.

Ἀνδρόγυνος, ου, ὁ καὶ ἡ, adiectiuum: vt ἀνδρόγυνα λουτρὰ
G ex Anthologia epigr. citatur pro balneis vbi promiſcuè viri & fœminæ lauantur. ¶ Sunt qui ἀνδρόγυνος velint Bacchi etiam cognomen eſſe.

C. Ἀνδροδάμας, αντος, ὁ, Gemma quædam, ſic dicta quòd impetus hominum domet, Plin. nam δαμάω (pro quo & δαμάζω) ſonat domo.

C. Ἀνδροδῆμις, apud Heſychium (ſi mendum nõ eſt) ὕπανδρος γυνή.

C. Ἀνδρόδομος, ου, ὁ, quaſi ἀνδρὸς δόμος, Triclinium. τρίκλινος, Suid. Heſych. Idem quod ἀνδρὼν, ſecundum
H quoſdam.

C. Ἀνδροκμής, ῆτος, ὁ, A viro interfectus. Sophocles in Aiace, — ἐν μέσοις βοτοῖς Σιδηροκμῆσιν. vbi ſcholiaſtes, σιδηροκμῆσιν, τοῖς σιδήρῳ φονευθεῖσιν, ὡς ἀνδροκμῆσιν. Vide κάμνω.

C. Ἀνδρόκμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A viro elaboratus, A viro

conſtructus: vt ἀνδροκμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ, Il. λ. Sic & Heſychius ἀνδροκμῆτας ἀγωνίας dixit certamina à viris laborata, cum labore peracta. Sed Heſychius ponit & aliam expoſitionem apud Homerum, vt ἀνδροκμήτῳ poſſit ſignificare, In quo vir mortuus iacet. Vide κάμνω.

C. Ἀνδροκόβαλος, ου, ὁ, Nequam, Improbus, Veterator. κακοῦργος, Suidæ. Heſychio κακοῦργος & πανοῦργος, ſcribenti etiam duplici λ.

C. Ἀνδροκτασία, ας, ἡ, Hominum vel hominis cædes, Homicidium. Il. ψ, — ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς. Item Il. λ, Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ. Aliquãdo etiã pluralem numerum vſurpat: vt Iliad. η, — μάχας τ' ἀνδροκτασίας τε. Item Iliad. ε, Παύσασθαι βροτολοιγὸν Ἄρην ἀνδροκτασιάων. Poſſumus autẽ ἀνδροκτασίας ſimpliciter interpretari Cædes, vel Homicidia. Vide verbum κτείνω, quod ſignificat Interficio.

C. Ἀνδροκτόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Hominis vel hominum interfector, Homicida. ἀνδροκτόνου γυναικός, Plutarch. πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρ. VNDE Ἀνδροκτονία idem ſignificans quod proximè præcedẽs ἀνδροκτασία, & ab eodẽ verbo κτείνω, ſed ab alio eius tempore deriuatum.

C. Ἀνδρολήμη, ης, ἡ, Virilem habens animi elationem. ἀνδρολήμην, ἀνδρὸς ἔχουσαν λῆμα. Heſych.

C. Ἀνδροληψία, ας, ἡ, vel Ἀνδρολήψιον, ου, τὸ, Corporum pigneratio. hæc autem dabatur non contra eos qui profugos ſuſcipiebant, ſed contra eos apud quos facinus perpetratum fuerat. Itẽ, Corporis prehenſio, vt docet Budæus in Comm. Eundem in Annot. poſterior. conſule, & inde vocis huius exẽpla pete. Si (inquit Suid.) extra Atticam vir Athenienſis interfectus fuiſſet, & ciuitas in qua perpetratum id homicidium erat, eum qui eius autor eſſe videretur, ad pœnam poſcentibus non daret: tres licebat ciues illius ciuitatis capere, & pœnã homicidii daturos Athenas abducere. atque hoc appellabatur ἀνδρολήψιον. Citat deinde hũc Demoſthenis locum in oratione à 'uerſus Ariſtocratem, πρὸς δὲ τούτοις, ὁ νόμος, ἐὰν μήτε δίκας ὑπόσχωσι παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος γένηται, μήτε τοὺς δεδρακότας ἐκδιδῶσι, κελεύει κατὰ τούτων εἶναι μέχρι τριῶν τὸ ἀνδρολήψιον. Subiũgit idem Suidas paulo aliam interpretationem nominis ἀνδροληψία, ex Harpocratione deſcriptam, quem adi. Dicitur autem ἀνδροληψία forma eadem qua προστροπληψία. A λαμβάνω enim fit λῆψις nomen verbale, pro quo in cõpoſitione ληψία.

C. Ἀνδρολογέω, ῶ, F. ήσω, Viros lego vel colligo, ad militiã videlicet, Delectum habeo. Alciphron, ἀνδρολογοῦσι δὲ ἐκ Πειραιῶς καὶ Φαληρόθεν. Sic dicitur vt ξενολογῶ & στρατολογῶ. Heſych. ἀνδρολογεῖ explicat στρατολογεῖ.

Ἀνδρολογίζω, pro eodem. ſed ab Heſychio ponitur duntaxat præcedens.

Ἀνδρολογία, ας, ἡ, Virorum collectio ad militiam, Virorum delectus. Item, Collectio quælibet quæ fit viritim: vt Maccab. cap. 2, ποιησάμενός τε κατ' ἀνδρολογίαν κατασκευάσματα εἰς ἀργυρίου δραχμὰς δισχιλίας, ἀπέστειλεν, &c. Vbi exponitur Præparationes viritim collectas.

C. Ἀνδρομανής, έος, ὁ καὶ ἡ, Inſaniens viris, Inſaniens virorum amore, Viros inſanè amans vel appetens. De muliere dicitur: vt contrà vir dicitur γυναικομανής, inſaniẽs amore mulierum.

Ἀνδρομανία, ας, ἡ, Virorum inſanus amor, qualis eſt impudicarum mulierum. Greg. ἀλληλοφονίαις, μοιχείαις, ἐπιορκίαις, ἀνδρομανίαις.

C. Ἀνδρομάχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cum viris vel cum viro decertãs, vt θηρομάχος, Cum fera vel cum feris decertans. In Anthol. epigr. ἀνδρομάχοις χερσί.

Ἀνδρομάχη, ης, ἡ, Nomẽ proprium mulieris. ita enim vocabatur vxor Hectoris, ſecundum quoſdam grammaticos, παρὰ τὸ ἀνδρεῖον καὶ τὸ μάχεσθαι. Sed eleganti & apto ioco poteſt ex proprio nomine fieri appellatiuũ, & vocari ἀνδρομάχη quælibet mulier litigare & rixari cum viro ſolita. Hoc ſenſu, dii boni, quàm multæ ſunt hodie per totum orbẽ Andromachæ: ſed ibi præſertim abundant ἀνδρομάχαι vbi viri ſunt γυναικοκρατούμενοι.

C. Ἀνδρομήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, Virilem altitudinem ſeu ſtaturam habens, ἀνδρὸς μῆκος ἔχων. eſt tamen μῆκος propriè longitudo: ſed hominis longitudo vix dicatur. Gaza vertit Altitudinem hominis. Noſtrates itidem dicunt *De la hauteur d'un homme*. nam *hauteur* eſt altitudo. Xen. Hell. 3, σταυρώματι ἀνδρομήκει ὄντι. Et apud Athenæum lib. 5, σὺν ἀνδρομήκεσι λημνίσκων χρυσῶν πλήμασι. Itẽ ἀσπὶς (id eſt clypeus) dicitur ἀνδρομήκης, qui & ποδηνεκὴς apud Homerum. Vide Euſt.

C. Ἀνδρόπαις, αιδος, ὁ, Puer ad virilem ætatẽ tendens, Puer iam grandior. ‖ Vel, Puer virilem prudentiam præ ſe ferens, Puer aliquid virilis prudentiæ reſipiens. Heſ. vtranq; ponit expóſitionẽ, Suidas priorẽ duntaxat. Ego poſteriorẽ malo: niſi ἀνδρόμορφος accipiatur potius pro eo qui virilitatẽ quãdã præ ſe ferat. Affertur autẽ ex Soph.

C. Ἀνδροπλήθεια, ας, ἡ, Hominum multitudo, Hominũ amplus cœtus. ἀνδρῶν πλῆθος. Suid.

C. Ἀνδροποιός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Viros faciens. In vulg. lex. Græcolat. ponitur hoc vocabulum, ſine autore.

C. Ἀνδροπρεπής, έος, ὁ καὶ ἡ, Virum vel viros decẽs, Viro ſeu viris conueniens, Viro ſiue viris dignus: vt ἀνδροπρεπὴς μορφή, Digna viro forma, Virum decens forma. Compoſitum cum verbo πρέπω.

C. Ἀνδροσάθων apud Suidam & Euſtathium, Ἀνδροσάθης apud Heſychium, Virilia grandiora habens, Membroſus, eo ſenſu quo de obſcœno deo dicitur. Sed Heſych. vult ἀνδροσάθης poſſe etiã intelligi ipſum virile mẽbrũ.

C. Ἀνδρόσαιμον, ου, τὸ, vel Ἀνδρόσαιμος, ου, ἡ, Ruta ſylueſtris, πήγανον ἄγριον. Sic dicitur quòd eius flores, ſi digitis terantur, ſanguineo ſucco manẽt. αἷμα enim eſt ſanguis. Vide Dioſcoridem. Oribaſ. alio nomine aſcyron vocari dicit: Aetius atractylida.

C. Ἀνδρόσακες, εος, τὸ, Herba quædam amara, tenues cirros ſine foliis habens. de qua lege Dioſcoridem. Fortaſſe ita dicitur quaſi ἀνδρὸς ἄκος.

C. Ἀνδρόσινις, ὁ καὶ ἡ, Hominibus noxius. in Anthol. epigr. σίνομαι eſt noceo: vnde σίνις.

C. Ἀνδροφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Hominiuorus, ſeu Homiuorus, Humana carne veſcens. idem quod ἀνθρωποφάγος. Philoſtratus in Heroicis.

Ἀνδροφαγέω, ῶ, Humana carne veſcor. idem quod ἀνθρωποφαγέω.

C. Ἀνδροφόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Homicida. Il. ω, Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο κάρη μετὰ χερσὶν ἔχουσα. Vnde Horatius homicidam Hectorem nominauit. Apud eundem Homerum Achillis manus dicuntur ἀνδροφόνοι. Apud Heſiodum ἀνδροφόνος μελίη. In Anth. epigramm. ἀνδροφόνος σφενδόνη. Vſurpatur autem non ſolùm in carmine, ſed & in proſa. φόνος eſt cædes, ſed in cõpoſitione capitur pro cædem perpetrante.

Ἀνδροφονία, ας, ἡ, Homicidium. pro quo ἀνδροκτασία apud poetas, præſertim heroicos, quòd ἀνδροφονία verſum heroicum ingredi non poſſit. Apud Homerum ἀνδροκτασιάων exponitur ἀνδροφονιῶν. Dicitur verò & ἀνδροκτονία interdum in proſa, pro eodem.

Ἀνδροφονέω, νῶ, Homicidium perpetro, Sum homicida. Interdum pro φονεύω ſimpliciter, vt apud Hippocratẽ in epiſtola ad Demagetum, βασιλῆας ἀνδροφονέουσι, γῆν ὀρύσσοντες ἄργυρον ζητοῦσι.

C. Ἀνδρόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Virilem vocem habens. Comicus quidam apud Athenæum lib. 9, ἡ δ' ἀνδρόφωνος Γνάθαινα γελάσασα. Compoſitum cum φωνή.

C. Ἀνδρόφιλος, ου, ὁ, Virum amans, vel Viro amicus. Magis proprii nominis ſpeciẽ præ ſe fert, quàm appellatiui: ſicut δίφιλος ex quo per ſyncopẽ factũ fuit δίφιλος.

C. Ἀνδρειφόντης, ου, ὁ, Homicida, aut magis ad verbum Viricida. Il. ρ, ἐνυάλιος (id eſt Mars) hoc epithetum habet. ſcribitur tamen ἀνδρειφόντης potius quàm ἀνδριφόντης. Euſtathius vtriuſq; ſcripturæ meminit, ex cuius verbis colligimus, ἀνδρειφόντης ſcribendo, dici primùm ἀνδρεφόντης pro ἀνδροφόντης, deinde per epentheſin ipſius ι, ἀνδρειφόντης.

Compoſita in quibus remanet duntaxat ἀνδρ, vocali amiſſa. ἀνδράποδον tamen pro diuerſa etymologia, vel retinuiſſe α, vel amiſiſſe videri poteſt: vt ibi dicetur.

C. Ἀνδραγαθία, ας, ἡ, Fortitudo, Strenuitas. Item, Actio digna forti viro. quaſi ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργον. accipiẽdo ἀγαθὸν pro ſtrenuo & forti. Quidã apud Plut. in Apoph. ἀνδραγαθίας ἢ παραγαθίας μισθοὺς καὶ δωρεὰς δίδωμι. Vſurpatur

aliquoties à Xenophonte. Significat autem ἀνδραγαθία potius ipsum habitum ad fortitudinem, quàm ipsam actionem: sed tamen interdum hanc quoque significationem habet, idem valens videlicet quod ἀνδραγάθημα. vnde & ἀνδραγαθίαι plurali numero pro ἀνδραγαθήματα. Diodorus Siculus lib.15, pag.487 meæ editionis, τῶν γ᾽. ἐπιλέκτων ὑπερβαλλομένων ταῖς ἀνδραγαθίαις.

Ἀνδραγαθία, inquit Budæus, apud Dem. Officium viri boni, Probitas. κατόρθωμα.

Ἀνδραγαθίζομαι, Fortem virum me præsto, Fortiter me gero, Strenuè me gero, vel Strenuè rem gero. vnde Ἀνδραγαθέω.

Ἀνδραγαθίζομαι, Probum virum me præsto. Ex Thucydide Bud. in Comm.

Ἀνδραγαθέω, θῶ, Idē, Fortiter vel Strenuè me gero, Strenuè seu fortiter rem gero, Viriliter ago, Fortē virū me præsto, Præclarū aliquod facinus edo, & viro forti dignū. Idem ἀνδραγαθεῖν & ἀνδραγαθίζεσθαι. sed illud frequentius quàm hoc: & illud voce actiua, hoc voce passiua enuntiatur. quod puto voluisse significare Suidam, quum scribit, ἀνδραγαθιζομένη, ἀνδριζομένη. ἀνδραγαθῶ δέ. Plutar. in Eumene, ὁ δ᾽ ἐγκελευσάμενος ἀνδραγαθεῖν τοῖς περὶ αὐτὸν ἡγεμόσιν, ἀντεξήλασε. Interdum cum accusatiuo. vt apud eundem in Apophth. καὶ πολλὰ ἐν διαφόροις χώραις ἠνδραγαθηκέναι ἐκόμπαζε.

Ἀνδραγαθεῖν dicuntur viri, ipsæ autem res ἀνδραγαθεῖσθαι, id est fortiter geri, vel præclarè. vnde participium ἠνδραγαθημένος, cui opponitur ἡμαρτημένος, in hoc Plutar. loco, τὰ μὲν οὖν ἡμαρτημένα λελύσθω τοῖς ἠνδραγαθημένοις.

Ἀνδραγάθημα, ατος, τὸ, Facinus viro forti dignum, Factū virile, vel forte, aut strenuum, Actio viri fortis, Res fortiter gesta, vel præclarè gesta.

Ἀνδραγαθητὴς, οῦ, ὁ, Qui facinora edit viro forti digna, Facinorum præclarorum perpetrator, Virum fortem se præstans, Fortiter se gerens. A Budæo ponitur hoc nomen sine exemplo.

C. Ἀνδράγρια, τὰ, Præda ex viris capta. τὰ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν ἀγρευόμενα. Apud Homerum, Spolia viris detracta, in bello videlicet interfectis. Iliad. ξ, 999, ὅστις δὴ πρῶτος βροτόεντ᾽ ἀνδράγρι᾽ Ἀχαιῶν ἤρατ᾽. ἔπει &c. eadem forma dicitur qua βοάγρια, μοιχάγρια, ζωάγρια. Videntur autem hæc potius à nomine ἄγρα quàm à verbo ἀγρεύω deduci.

Ἄνδραγχος, ου, ὁ, Virorum strangulator, ὁ τοὺς ἄνδρας ἄγχων. Carnifex, Tortor. ‖ Tradit autem Eust. δήμιον appellari solitum etiam carnificem minus inuidioso nomine, quàm postea ἄνδραγχον.

Ἄνδραγχος, Idem, vt vult Eustathius.

C. Ἀνδράφαξις, εως, ἡ, Atriplex, apud Theophrastum. sed ἀνάφραξις frequentius nominata reperitur, nec etymi ratio traditur secūdū quod possit ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς deriuari.

C. Ἀνδραχθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Viro ponderosus, Viro grauis, Virum grauans siue onerans, aut sufficiens ad onerandū, Virum, id est virile robur, desiderans. Od. κ, Οἵ ῥ᾽ ἀπὸ πετράων ἀνδραχθέσι χερμαδίοισι βάλλον. & ἀνδραχθεῖς γόγγρους quidam dixit apud Athenæum, γόγγρους πολλοὺς ἀνδραχθεῖς ἐν Σικυῶνι ἁλίσκεσθαι. Sunt igitur ἀνδραχθεῖς siue χερμάδιοι, siue γόγγροι, ἀνδρὸς ἄχθος ὄντες, vel quorum vnusquisque possit esse ἀνδρὸς ἄχθος. Exponitur etiam ἀνδροβαρεῖς à βάρος, idem significante quod ἄχθος.

Ἀνδράχλη, ης, ἡ, vide in ἄνθρακος, ex Eustathio.

Ἄνδραχλος, Herba quædam hortēsis, dicta sic quasi ἀνδρείκελος, id est viro similis, facta videlicet syncope, & mutata tenui in aspiratam.

C. Ἀνδράχνη, Portulaca. Huius duæ species, quarum vna ἀνδράχνη ἀγρία appellatur, quæ eiusdē est cū ἀειζώῳ, (id est sedo) generis.

C. Ἀνδρείκελος, ου, ὁ καὶ ἡ, quasi ἀνδρὶ εἴκελος, Viro similis. Eadem forma dicitur qua θεοείκελος.

Ἀνδρείκελον, substantiuum, Simulachrum, Statua. in statua enim similitudo viri apparet. Anth. epigr. lib.4, ὅπως ἀνδρείκελα πύξῃ.

Ἀνδρείκελον, Coloris genus, χρώματος εἶδος, inquit Hes. Ab Hermolao Purpurissum exponitur. Xen. in OEcon. καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπαλειφόμενος ἀνδρεικέλῳ. Ibidem, οὔτ᾽ ἀνδρεικέλου χρῶμα ὁρῶν ἥδιον ἢ σοῦ.

Ἀνδρηλατέω, τῶ, ad verbum, Virum seu viros expello. Capitur pro In exiliū pello, In exiliū mitto. Plato Polit.8, loquens de delatoribus, καὶ ἀνδρηλατῇ καὶ ἀποκτιννύῃ. Est ἐλαύνειν Pellere, sed in cōpos. sæpe dicitur ἐλατεῖν, & mutato ε in η, ἠλατεῖν. ante ἐλατεῖν autē est ἔλατος. vt in θεήλατος, χρυσήλατος.

Ἀνδρωνυμικὸς, οῦ, ὁ, ea forma qua dicitur πατρωνυμικός. Est autem πατρωνυμικὸν ὄνομα, q. d. à patre denominatiuū nomen. quomodo & ἀνδρωνυμικὸν ὄνομα esset nomen à viro denominatiuum. grammatici tamen ἀνδρωνυμικὰ ὀνόματα simpliciter dicunt esse virorum nomina, vt Διονύσιος, Ἀπολλώνιος, Ποσειδώνιος, Δημήτριος.

Aliud compositorum genus.

C. Ἄνανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui non se præstat virum, Parum virilis, Minimè fortis, Instrenuus, Ignauus. Item Effœminatus, Mollis. Isocrates in Encomio Euag. ἐξ ἀνάνδρων δὲ πολεμικούς. Æsch. in Ctesiphontē, τὸν ἄνανδρον καὶ λελοιπότα τὴν τάξιν. Plutarchus in Solone, ἀνάνδροις καὶ γυναικώδεσι πάθεσι. Et τὸ ἄνανδρον substantiuè, Ignauia. Thucyd. lib.3, τὸ δὲ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα. ‖ Ἄνανδρος secundum quosdam dicitur & Qui est euiratus: de qua significatione vide in Ἀνανδροῦσθαι.

Ἄνανδρος γυνὴ, Innupta mulier, Viro carens mulier, id est marito. (vt ἄνδρα diximus maritum etiam significare, sicut Latinis virum) apud Platonem. Ἄνανδρος γυνὴ (inquit Bud.) ἡ ἄφετος, Quæ innupta est. Cui opponitur ὕπανδρος apud Chrysost.

Ἀνάνδρως, aduerb. Non viriliter, Ignauè. Isocr. ὅπως μηδὲν ἀνάνδρως φανησόμεθα διαπραττόμενοι.

Ἀνανδρία, Ignauia, Instrenuitas. Demosth. Phil.1, ἐξ ὧν αἰσχύνην καὶ ἀνανδρίαν καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες ἂν εἶμεν δημοσίᾳ. Ex Plat. De leg. affertur ἀνανδρίας δειλία.

Ἀνανδρόομαι, οῦμαι, Ignauus reddor. A Gregorio poni videtur pro Euirari seu Virilitatem deponere, vbi de Gallis sacerdotibus loquēs, dicit, ἡ Φρυγῶν τὸ κατατέμνεσθαι ὑπ᾽ αὐλῶν κηλουμένοις καὶ ἀνανδρουμένοις μετὰ τὸ ἆσμα τὰς. Bud.

C. Αὔτανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt nauis capta αὔτανδρος, id est cum ipsis hominibus. Sic Polyb. lib.16, συνέβη τὴν μὲν πληγεῖσαν αὔτανδρον καταδῦναι. Αὔτανδρον (inquit Hesych.) σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι. quod malè pro aduerbio acceperunt vulg. lexicorum consarcinatores. quum ille intelligat αὔτανδρον id significare cum πλοῖον aut σκάφος, aliōue conuenientem significationem habente nomine. Ex Greg. ἵνα μὴ αὐτάνδρῳ τῇ νηῒ βαπτισθῶμεν, pro Ne vnà cum ipsa naui submergamur. Quæ expositio planè mihi suspecta est. Illam enim sequendo, αὐτάνδρῳ nihil aliud fuerit quàm αὐτῇ. In iisdem αὔτανδρος πόλις affertur ex Dion. Halicarn. lib.7, pro vrbe populosa. De qua etiam expositione dubito.

Αὐτανδρὶ, aduerbium, Vnà cum ipsis viris. Polyb.55, à tergo, τὸ ὅλον αὐτανδρὶ σκάφος ὑποχείριον γίνεται τοῖς ἐχθροῖς.

Αὔτανδρον, aduerb. itidem dicitur in vulg. lex. sed perperam, vt paulo antè docui.

C. Ἔπανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Virilis, Virilitatem præ se ferens. Palæphatus de Minerua, διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν καὶ τὸ ἔπανδρον καὶ γοργωπὸν αὐτῇ ἀνατιθέασι πολὺ ἔχειν.

C. Εὔανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt εὔανδρος πόλις, Strenuos seu fortes viros habens ciuitas. Quæ à strenuis viris incolitur. Aristoph. Nubib. εὔανδρον γᾶν Κέκροπος.

Εὐανδρία, ας, ἡ, Abundantia fortium virorum, Copia virorum præstantium. Georg. Leont. in Helenes encomio, κόσμος πόλει εὐανδρία. ‖ Εὐανδρία, Virilitas, vt εὐανδρεῖν Virilem esse & vegetum.

Εὐανδρέω, δρῶ, Bonis viris & acribus abundo, apud Strabonem de Alexandria loquentem, inquit Bud.

ET Εὐανδροῦμαι, pro eodem. Plut. οὐ μόνον πολυανδρεῖσθαι τοὺς οἴκους ἀναγκαῖον καὶ τὸν πλείονα τῆς γῆς τόπον πληροῦσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιστον, εὐανδρεῖσθαι. ‖ Εὐανδρῶ, Vigeo & virilis sum. Suidas. Et Plutarchus in Camillo, ἑλόμενοι δὲ τρεῖς ἄνδρας ἐκ τῶν ἀρίστων θεωρούς, καὶ ναῦν μακρὰν εὐανδροῦντι πληρώματι καὶ κόσμῳ πανηγυρικῷ κατασκευάσαντες ἐξέπεμψαν.

C. Ἡμίανδρος, ου, ὁ, Semiuir (non eo sensu quo Nessus centaurus appellatur semiuir ab Ouidio, sed quo sacerdotes Cybeles vocantur semiuiri) Lucianus, ὁ δὲ θῆλυς καὶ ἡμίανδρος.

C. Κακανδρία, ας, ἡ, idem quod ἀνανδρία, Ignauia. Soph. Aiace δειλίαν & κακανδρίαν coniungit, timiditatem & ignauiam: τὸν δειλίᾳ προδόντα καὶ κακανδρίᾳ σε φίλτατ' Αἶαν. A

C. Μονανδρέω, -δρῶ, Vnicum maritum habeo. Suid. ex quopiam cuius tacet nomen, οὐκ ἤδεσαν Αἰγυπτίων αἱ γυναῖκες ἐπάλληλον μονανδρεῖν.

C. Ὀλιγανδρέω, -δρῶ, F. ήσω, Virorum paucitate & penuria laboro. oppositum τῷ εὐανδρῶ. Plut. ἀνεπλήρωσε τὴν βουλὴν ὀλιγανδροῦσαν, Ad paucos viros redactum. Sic Thucydides, πολλοὶ γὰρ φθειρόμενοι ἐν τῇ ναυαγίᾳ τῶν σκαφῶν, ἀπεκωλύθησαν· οἷς ἐς τὸ ναυτικὸν ὀλιγανδρῶν κατέταξαν.

HINC Ὀλιγανδρία, per quod Budæus interpretatur τὸ ὀλιγανθρωπία. B

C. Πολύανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Multos viros habens, vt apud Nōn. γυνὴ πολύανδρος.

Πολυανδρέω, -ῶ, Multos viros habeo, Viris abundo. cui opponitur λειπανδρῶ. Strabo lib. 8, οὕτω δὲ πολυανδρῆσαι τὴν χώραν συνέπεσέ ποτε, ὥστε καὶ ἀποικίαν τῶν Ἰώνων ἐξελαύνειν. Et Πολυανδρέομαι, idem, cuius vsum vide suprà in Εὔανδρος.

Πολυάνδριος τάφος, adiect. Hesych. pro πολυχάνδης. Qui multos capit. Et substantiuè apud Suidam πολυάνδριον τὸ τάφος, μνῆμα, Cœmiterium, & κενοτάφιον. Locus sepulturæ destinatus, Quò multorum virorum corpora mortua feruntur. Æl. θάψαντες δὲ τοὺς νεκρούς, εἰργάσαντο κοινὸν πολυάνδριον. Nazianz. οὐ ναοὺς βεβήλους, ἀθλοὺς ἀγίων αἵμασι, καὶ χρυσθροὺς ἀντὶ ναῶν πολυάνδρια. C

C. Ὕπανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui vel quæ sub viro est, Viro subiectus, Viro obnoxius: vt ὕπανδρος γυνή. Paul. Rom. 7, ὕπανδρος οὖσα παραβεβηκας.

C. Φίλανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Amans viri, vt Φίλανδρος γυνή, Quæ mariti amore tenetur. In malā quoque partem φίλανδρος γυνὴ & μοιχευτεία à Platone dicitur in Sympos. Virosa & impudica. quemadmodū ecōtra αἰσχρόγυνοι & φιλογύναικες. HINC Φιλανδρία, ας, ἡ, Amor mariti, quod Plutarchus D Penelope in Vita Homeri dixit. Bud. Comm. D

Aliud compositorum genus.

C. Ἀντιάνειραι, Amazonum epithetum, quòd viris aut pares essent & æquiparandæ, aut aduersariæ, eorumque consuetudinem abnuerent. Latini Viragines dicunt. Compositum ex ἀντὶ & ἀνέρος genitiuo nominis ἀνήρ: cui per ἔκτασιν poeticè inseritur. E

C. Βωτιάνειρος, ου, ὁ, Alens & educans viros. vnde Φθίη βωτιάνειρα apud Hom. vbi significare videtur non tam virorū quàm virorum strenuorum & fortium educatricem. Comp. ex βόσκω & ἀνήρ.

C. Δηϊάνειρα, ἡ, nomen proprium vxoris Herculis. Compositum ex δήϊος & ἀνήρ, διὰ τὸ καυστικὰ γεγονέναι τῷ ἀνδρί. Eustath.

ΑΝΘΕΡΕΩΝ, ῶνος, ὁ, Mentum. (licet propriè ἀνθερεῶνα esse quod sub mento carnosum est, quidam cum Polluce scripserint, γένυν apud eum interpretantes Mentū) Sic autem dictum putatur ἀπὸ τοῦ ἀνθεῖν, quòd in eo barba efflorescat, seu quòd pilorum quasi flore vestiatur. Nam & Latini poetæ florem hac signif. dixerunt. Quo lubentius illi etymo acquiesco, reiciēns duo reliqua quæ ab Etym. afferuntur, quorum vnū est, διὰ τὸ δι' αὐτοῦ φορεῖν τὸ πνεῦμα, alterū, vt sit ἀνθερεὼν quasi ἐνθερεὼν, quia (inquit) κατὰ τὴν ἔνθεσιν τῆς τροφῆς, id est dum imponitur ori cibus, κινεῖται ἐν τῷ καταπίνειν. Sed primam illam etymologiam particularius etiam (vt ita loquar) docet Eustathius, pag.141, vbi ἐκ τῆς ἀνθήσεως deductum esse tradit ἀνθερεὼν, mutato per systolen η in ε, & addito per pleonasmum altero ε. ac eiusdem esse formæ cum ἀκαιρεὼν, χαραδρεὼν. &c. Hom. Il. α, — καὶ λάβε γούνων Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα Λισσομένη προσέειπε Δία. Vbi obseruare possumus quod & a Plinio traditum est, mētum in supplicando attingere, moris fuisse antiquis. Idē Hom. Iliad. ε, Τοῦ δ' ἀπὸ μὲν γλῶσσαν πρυμνὴν τάμε χαλκὸς ἀτειρὴς, Αἰχμὴ δ' ἐξελύθη παρὰ νείατον ἀνθερεῶνα. Vbi Eustathius annotat ἀνθερεῶνα esse apertè τὸν ὑπὸ τὸ γένειον τῆς γλώττης &c. apertius loquendo, τὸ τέλος τοῦ ὑπογενείου. Idem verò grammaticus in alium locum Iliad. γ, p 425, putat ἀνθερεῶνα & ἁπλῶς δέρην pro eodem poni. Suidas certè & Hesych. esse dicunt τὸν ὑπὸ τὸ γένειον τόπον. addit verò Suidas & λάρυγγα. Rufus Ephes. esse dicit τὸ ἄποξυ τῆς κάτω γνάθου. Cæterùm Euphorionem scribit Etymol. de muliere etiā dixisse ἀνθερεῶνα in hoc versu, Τέκνον μὴ σύ γε μηδὲν ὑπ' ἀνθερεῶνος ἀνύσῃς, sed reprehensum fuisse ab iis qui primi illius etymi autores essent, videlicet παρὰ τὴν ἄνθησιν τῶν τριχῶν. Cælius Aurelianus Chron. lib.1, cap.4, Gutturis atque rumæ partes, quas ἀνθερεῶνας appellant. Idem alibi, Collum atque gutturis partem quam ἀνθερεῶνα vocant. ‖ Ἀνθερεὼν à Nonno ponitur pro ore, (pars pro toto) vbi scribit, — ἐπέτασε διηγρὸν ἀνθερεῶνα.

Ἀνθερεὼν, Herbæ etiam cuiusdam nomen, si Etymologistæ credimus.

ΑΝΘΡΑΞ, ακος, ὁ, Carbo. ἐπ' ἀνθράκων ὀπτᾶσθαι apud Athenæum libro tertio. Apud eundem lib.8, οἱ ἐξ ἀνθράκων & οἱ ἀπὸ τηγάνου opponūtur. ἄνθρακες ἡμμένοι, Carbones accensi. i. prunæ. Interdū tamen ἄνθρακες sine adiectionē dicuntur prunæ.

Ἄνθραξ, Carbunculus, Gemma quædam. ἄνθρακος σφραγὶς, Eccles. cap.35.

Ἄνθραξ, Carbunculus, hulcus quoddam, siue exhulceratio similis iis quæ vsta sunt, vt Paulus Ægin. post Galenum docet, addens fieri sanguine in atræ bilis naturam conuersō, quum inferbuerit. ‖ Ἄνθραξ quoque Suidæ piscis genus est quod super carbones assatur. vide Ἀπανθρακίζομαι.

C. Ἀνθρακοπώλης, ου, Qui carbones vendit, Carbonarius. Pollux lib.7.

Ἀνθρακὶς, ίδος, ἡ, Pruna, Ignis ex congestis carbonibus, vt scriptum est in vulg. lex. Græcol. sed sine autore. Suidas autem ἀνθρακίδας dicit esse pisces minutulos super carbonibus assari solitos. qui idē erunt quos & ἀπανθρακίδας ipse vocat, & Hesych. ἐπανθρακίδας.

Ἀνθρακιὰ, Carbonum strues, Carbonū congeries seu prunarum. Hom. Ἀνθρακιὴν στορέσας ὀβελοὺς ἐφύπερθε τάνυσσε. Athen. lib.8, τῶν ἰχθύων τινὰ ἀποθερίζοντα σὺν ἀνθρακιᾷ. Apud Diosc. lib.5, ἀνθρακιὰν προσαμβάνειν.

Ἀνθρακιὰ, Carbonaria fornax. Theophr. in 5, τέμνουσι δὲ καὶ ἐμβάλλουσιν εἰς τὰς ἀνθρακιὰς τὰ ἄξια τῶν ξύλων καὶ νέα. Idem, εἰς μὲν τὴν ἀνθρακιὰν τὰ τοιαῦτα ζητοῦσι. Gaza Carbonem vertit.

Ἀνθρακίας, ου, ὁ, Ater vt carbonarius, Titionarii faciem habens. Luc. de Empedocle, Ἀνθρακίας τις ἰδεῖν, καὶ ἀσβόλου πλέως καὶ κατωπτημένος, Bud.

Ἀνθρακικὸς, ὁ καὶ ἡ, Carbonum nigrorem habens, Niger vt carbo, Colorem carbonis habens.

Ἀνθρακόεις, Poeticum. vt ἀνθρακόεις πυρσὸς, apud Nonnū, Ignis ex carbonibus factus. q.d. Carboneus ignis.

Ἀνθρακώδης, Carbonem referens, Carbonis more ardens,

K.i.

vel rutilans.

Ἀνθρακεὺς, έως, ὁ, Carbonarius. eadem forma qua dicitur κεραμεὺς pro laterario. Hinc Ἀνθρακεύω, Carbones conficio. Theophr. φαῦλον δὲ τὸ ξύλον πρὸς τὸ καίειν καὶ ἀνθρακεύειν. Discrimen inter φλογιστὰ & ἀνθρακευτὰ notat Arist. Meteor. 4. ‖ In vulg. lexicis exponitur etiam Titiones facio.

Ἀνθράκιον, ου, τὸ, Carbûculus, Paruus carbo. Et vt apud Lat. sic & apud Græcos interdum Gēma per hoc nomen diminutiui forma positum significatur.

Ἀνθράκιον, Paruus caminus. Item μικρὸν πυρίδιον. Itē χυτρόπολιον, Hesych.

¶ Ἀνθρακόω, F. ώσω, In carbones redigo, In carbones conuerto, Torreo, Asso. Et Ἀνθρακοῦσθαι, pass. In carbones redigi. Sæpe etiā vsurpatur compos. Ἀπανθρακόω. vt apud Luc. pro Torreri seu Cōburi. In vulg. lex. pro eodem scribitur & ἀνθρακάω, sed vitiose, vt puto.

C. Ἀπανθρακόω, ῶ, Fut. ώσω, In carbones verto, seu redigo, Incendo, ita vt in carbones redigam. Ἀπανθρακόομαι, οῦμαι, pass. In carbones redigor. vt ἀλλ' ἀπηνθράκωμαι ὅλος ὁ κακοδαίμων καὶ ζέω. Verba sunt Xanthi fluuii apud Lucianum.

C. ΚΑΤανθρακόω, ῶ, Fut. ώσω, Idem. vnde κατηνθρακωμένος, quod ex Soph. citat B. in suo lex. Pro eodē in vulg. lex. habetur & Καταιθρακέω. Hes. addit, καταιθρακῶσαι esse etiam κατοπτῆσαι.

Ἀνθρακίζω, Idē quod ἀνθρακόω apud Aristoph. Apud eūdē ἀπανθρακίζω, eadem significat. vt βοῦν ἀπηνθράκισ' ὅλον, πλακοῦντας ὤπτα. Apud eundem ἀπανθρακίζομεν exponitur ἄνθρακας ζωπυροῦμεν, vel ὀπτὰ ἐσθίομεν.

Ἀνθρακίζειν apud Arethā in Apoc. Carbonis seu carbūculi speciē præ se ferēs aut colorē habēs, πήπαζος ἐρυθρὸς καὶ ἀνθρακίζων. Eadem forma dicitur qua κρυσταλλίζω.

C. Ἀπανθρακίζω, Torreo, Asso. Attici (inquit Eustathius) pro ὀπτᾶν dicunt ἀπανθρακίζειν, vt etiam indicat comicus. Athen. lib. 7. τοὺς γὰρ εἰς τὸ ἀπανθρακίζειν ἐπιτηδείους ἰχθῦς εἰς ἅλμην ἀπέβαπτον. Idem, φρύξας, ἑψήσας, κἀπανθρακίσας, ὀπτήσας, &c. Suid. ἀπανθρακίζειν dicit esse Comedere ἄνθρακας piscium genus quod assum editur: itē ὀπτᾶς ἐσθίειν, vel ἄνθρακας ζωπυρεῖν. HINC verbale Ἀπανθράκισμα, ατος, τὸ, Quicquid tostum est in prunis, teste Bud. ITEM Ἀπανθρακὶς, ίδος, ἡ, Piscis cui conuenit assatio, adeo vt quos Athen. dicit in illo priore loco τοὺς εἰς τὸ ἀπανθρακίζειν ἐπιτηδείους ἰχθῦς, dicere quis possit vno verbo ἀπανθρακίδας. quos pisces Hesychius ἐπανθρακίδας quoque nominat. scribit enim, ἐπανθρακίδες τὰ ἐπ' ἀνθράκων ὀπτώμενα ἰχθύδια. Et in lex. Græcol. legitur Aristoph. ἐπανθρακίδας vocasse pisciculos in prunis assatos. ‖ Est verò & placentæ genus, secūdū eundē Hes. ἀπανθρακίδες (inquit) οἱ πρὸς ὄπτησιν ἐπιτήδειοι ἰχθύες. Item, ἀπανθρακὶς, πέμματος εἶδος. Athen. lib. 3. περὶ λαγάνς loquens, τοῦτο ἐλαφρόν τ' ἐστὶ καὶ ἄτροφον, καὶ μᾶλλον αὐτὸ ἐπὶ ἡ ἀπανθρακὶς καλουμένη. Et paulo pòst Diocles Carystius apud eum scribit, ἡ δ' ἀπανθρακὶς ἐστὶ τῶν λαγάνων ἁπαλωτέρα. ἔοικε δὲ καὶ αὐτὴ ἐπ' ἀνθράκων γίνεσθαι, ὥσπερ καὶ ὁ παρ' Ἀττικοῖς ἐγκρυφίας. Intellige autē αὐτὸς ὁ ἄρτος: nā ibi varia enumerat ἄρτου genera.

ἈΝΘΡΗΝΗ, Crabro, Vespa. Vtroque modo enim exponit Gaza. Aristoph. Nubib. τὼ ὀφθαλμὼ κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν. Suidas ait esse genus vespæ, sed poetas abuti pro ape. Hes. ait esse genus apis.

C. Ἀνθρηνοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Speciē habens ἀνθρήνης, Referēs crabronem seu vespam, quæ ἀνθρήνη dicitur. Theophr. hist. pl. l. 7, c. 12, ἐν δὲ τῷ ἀνθερίκῳ γίνεται σκώληξ ὃς εἰς δύο μεταβάλλει ζῷον ἄλλο ἀνθρηνοειδὲς εἶθ' ὅταν ὁ ἀνθέρικος αὐανθῇ, διεσθίων ἐκπέταται. Quæ sic vertit Gaza, Vermis in albuco gignitur qui in aliud animal volatile floridúmq; trāsfiguratur: quod, quū herba florere incipit, eroso statim operculo euolat. In qua interpretat. non dubiū est quin Gaza vulg. lectionē sequut⁹ sit, videlicet ἀνθινοειδὲς, pro ἀνθρηνοειδὲς. quā tamē verā esse lectionē nemo mihi (vt opinor) negauerit. Sed & aliud legisse idē Gaza ᵱ αὐανθῇ, alioqui non ita fuisse interpretaturus, videtur.

¶ Ἀνθρήνιον, ου, τὸ, Fauus vespæ quæ dicitur ἀνθρήνη. Suidas, Hesychius.

A ἌΝΘΡΩΠΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, Homo. Apud Platonē, in Cratylo ἐτυμολογεῖται vox hæc ἄνθρωπος, vt sit ὁ ἀναθρῶν ὄπωπας. Ab Etymologiste dicitur ita nominatus παρὰ τὸ ἄνω ἀθρεῖν. i. à sursum aspiciendo. Ad quam etymologiā pertinebit illud Ouidii, Pronaq; quū spectēt animātia cætera terras, Os homini sublime dedit, cælúmque videre. Iussit, & erectos ad sidera tollere vult⁹. Est & aliud ἔτυμον apud Theophrastum παρὰ τὸ διαθροεῖν τὴν ὄπα. Ἄνθρωπος ἀγαθὸς apud Platonem in Minoe. Ἄνθρωπος πένης μέν τις καὶ

B ἀπράγμων, ἄλλως δ' οὐ πονηρὸς, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρηστὸς, apud Demosth. aduersus Midiam, Latinè Homo probus, vel Vir probus. Inter ἄνθρωπον & ἄνδρα tale esse discrimen quale inter hominem & virum, docuimus in voce ἀνήρ. Æschines tamē ἄνθρωπον pro viro dixit, scribens, ἄνθρωπος δὲ γυνὴ, pro ἀνὴρ καὶ γυνή. Cicero ἄνθρωπον Hominis naturā aliquādo vertit. vt διαλυομένης δὲ τοῦ ἀνθρώπου, Quū hominis natura morte dissoluitur. Apud eundem ἀνθρώπου φύσις, humana natura. Vide lex. Cic. Græcol. à me editum.

C Ἄνθρωπος, de muliere dictum. Demosth. περὶ τῆς Νεαίρ. de matrona loquens. ἀδημονούσης δὲ τῆς ἀνθρώπου. Plut. in Alcib. Τοιοῦτος ἔρως κατεῖχε τὴν ἄνθρωπον.

C. Ἀνθρωποβόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Hominiuorus, seu Homiuorus, Homines vorās. Vnde ἀνθρωποβορέω, Homines voro.

C. Ἀνθρωπόγλωττος, ου, ὁ καὶ ἡ, Linguam humanam habens.

C. Ἀνθρωπογονία, Hominum generatio. quo nomine fertur inscripsisse quendam suum librum Aratus. Dicitur autem ἀνθρωπογονία eadem forma qua θεογονία. Gregorius ἀνθρωπογονίαν dixit libri γενέσεως.

D C. Ἀνθρωποδαίμων, ονος, ὁ, ex Euripide citatur pro De⁹ ex homine factus. Suidas autem scribit ἀνθρωποδαίμονας fuisse dæmones qui humano induti corpore, atque sic & dæmones & homines existentes, totum orbem concusserint.

C. Ἀνθρωποδέσης, ου, ὁ, in vulg. lex. exponitur Captator seruorum, Plagiarius. quod vocabulū, si suspectū non videatur, propriè significabit eū qui hominē ligat: ex ἄνθρωπος & δέω. Sed tolerabilius ἀνθρωποδιστὴς, vt ἀνδραποδιστής.

C. Ἀνθρωπόδηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ab homine morsus, apud Dioscoride, vt κυνόδηκτος à cane morsus. Dioscorides de iuglā-

E dibus loquēs, μετὰ δὲ κρομμύου πρὸς κυνόδηκτα καὶ ἀνθρωπόδηκτα ποιεῖ. i. Cōferūt ad ea quæ à cane vel homine morsa sunt. Exponitur tamen illic ad morsum caninum & humanum. Vide δάκνω.

C. Ἀνθρωποειδὴς, έος, ὁ, καὶ ἡ, Humana specie præditus, Humanam formam habens. Apud Athenæum lib. 11, κόραι ἀνθρωποειδεῖς. Apud eundem ὦτος dicitur esse ἀνθρωποειδὴς τὴν μορφήν. Apud eundem lib. 8, dicuntur veteres τοῖς θεοῖς ἀνθρωποειδεῖς ὑποστησάμενοι.

F Ἀνθρωποειδῶς, aduerbium, Humana specie, Secundum humanam formam. Exponitur etiam Humanè.

C. Ἀνθρωποθύω, Hominem vel homines sacrifico ἄνθρωπον θύω. VNDE ἀνθρωποθυσία apud Athanasiū Sacrificatio hominis vel hominum, Hominum immolatio. Plut. de Herodoto, Βούσιριν ἀπολύσας τῆς λεγομένης ἀνθρωποθυσίας καὶ ξενοκτονίας.

C. Ἀνθρωπόθυμος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Hominis animum habens, ἀνθρώπου θυμὸν ἔχων. In vulg. lex. Græcol. exponitur Homini in furore similis. Vide θυμός.

G C. Ἀνθρωποκτόνος, Homicida, apud Euripidem. Vsurpatur verò & in prosa. HINC ἀνθρωποκτονέω, ῶ, Hominē vel homines interficio, Homines iugulo. Vtitur idem Euripides in Hecuba. Apud Gregorium Nanz. ἀνθρωποκτονεῖν τοῖς δαίμοσιν, Homines sacrificare. Vide κτείνω.

C. Ἀνθρωπολόγος, ου, ὁ, καὶ ἡ, De hominibus libenter verba faciens, apud Aristotelem in Ethic. Bud.

C. Ἀνθρωπόμορφος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Humanam formam habēs, ἀνθρώπου μορφὴν ἔχων. Apud Strabonem ἀνθρωπόμορφος θεὸς, qui apud Athenæum ἀνθρωποειδής.

H Ἀνθρωπομορφόω, ῶ, Humanam formam tribuo, Efficio ἀνθρωπόμορφον. Fit enim ἀνθρωπομορφόω ex ἀνθρωπόμορφος. Compositū autē est ἀνθρωπόμορφος ex ἄνθρωπος & μορφή.

C. Ἀνθρωποπαθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Humanæ naturæ cōditioni obnoxi⁹. Ad verbū Humanis passionib⁹ siue affectionib⁹

A obnoxius. vt Hom. apud Eustath. deos fingit σωματώδεις καὶ ἀνθρωποπαθεῖς. id est, Patientes eadem quæ & homines. Est etiam ἀνθρωποπαθὴς, vt ait Bud. Humanitatis affectu præditus, vel Humano more affectus.

Ἀνθρωποπάθεια, ας, ἡ, Humanus affectus, Conditio humanæ naturæ affectionibus obnoxiæ. Vide Bud. in Comm.

Ἀνθρωποπαθῶς, Aduerb. Humano affectu. Hermogenes hunc citans versum, Ἦ ῥα καὶ ἀσκὰς ἔμαρπτε Κρόνου παῖς, ἣν παρακοίτιν, dictũ hoc esse ait ἀνθρωποπαθῶς & ποιητικῶς.

Ἀνθρωποπαθέω, θῶ, Humanum quippiam patior, Humano more afficior. Bud. in C.

B Ἀνθρωποποιὸς, οῦ, ὁ, Hominum factor seu fabricator, id est, humanarum formarum. Apud Lucianum ἐν Φιλοψευδεῖ ex statuariis alii sunt ἀνθρωποποιοὶ, qui homines fingunt, alii θεοποιοὶ, qui deos fingunt.

Ἀνθρωποποιΐα apud eundem, Hominum fabricatio, seu humanarum formarum.

Ἀνθρωποφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Homines comedẽs, Homines deuorans, Humana carne vescens. ἀνθρωποφάγοι ἰχθῦς, apud Athen. lib. 7. ‖ Ἀνθρωποφάγοι peculiariter appellãtur populi quidam humana carne victitantes.

C Ἀνθρωποφαγία, ας, ἡ, Hominum deuoratio, Esus carnium humanarum.

Ἀνθρωποφυὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Humanam habens naturam, Ortũ humanum habens, vel ex hominibus. Herodotus ait Græcos existimasse deos esse ἀνθρωποφυεῖς, id est (vt Valla exponit) Ex hominibus esse ortos.

Compositum autem Ἀνθρωπάρεσκος non seruat ο, sicut præcedentia. Est autem ἀνθρωπάρεσκος, Hominibus placere studens, Hominum fauorem aucupans. Dicitur etiam ἄρεσκος citra compositionem, Gratiæ aucupator D & captator, Qui apud omnes gratiosus esse cupit. Paulus ad Corinth. 6, μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ὡς δοῦλοι Χριστοῦ. Cyrillus, οἱ κενόδοξοι καὶ ὑπερήφανοι καὶ ἀνθρωπάρεσκοι.

Ἀνθρωπαρέσκεια, ας, ἡ, Studium placendi hominibus. Dicitur & ἀρέσκεια citra compositionem.

C. Ἀνθρωπόλεθρος, ου, ὁ, Hominum pernicies, Hominibus perniciem seu exitiũ afferens, Homicida. ὁ φονεὺς, Suid. Vide ὄλεθρος.

E C. Ἀνθρωπουργὸς & Ἀνθρωπουργία apud eccl. scriptores, idem quod ἀνθρωποποιὸς & ἀνθρωποποιΐα.

C. Ἀπάνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inhumanus, Immanis, Crudelis. vnde & verbum Ἀπανθρωπεύομαι, aduerbium ἀπανθρώπως, & nomẽ ἀπανθρωπία. Est autem ἀπανθρώπως, Inhumaniter, Citra vllã humanitatẽ, Crudeliter. ‖ Hesych. postquam ἀπάνθρωπος apud Soph. dixit significare Durus, Immisericors, addit quoque ἀνόητος, ἄφρων.

Ἀπανθρωπία, ας, ἡ, Inhumanitas, Crudelitas. Apud Lucianũ misanthropi γνωρίσματα enumerantur hæc, δυσκολία καὶ τραχύτης, καὶ ὀργὴ καὶ ἀπανθρωπία. Verbum autem ἀπανθρωπεύομαι, F Inhumanus sum, vel A consortio hominum abhorreo, μισανθρωπῶ. Hippocr. in epist. ad Philopœmenem, σιγηροί τε γὰρ ἐνίοτε καὶ μονήρεες καὶ φιλέρημοι τυγχάνουσιν, ἀπανθρωπεύονταί τε, ξύμφυλον ὄψιν ἀλλοτρίαν ταύτην νομίζοντες. id est, Homines auersantur, Hominum consortiũ fugiunt. Pollux tamen ἀπάνθρωπος & ἀπανθρωπία & ἀπανθρώπως dicere permittit, at ἀπανθρωπεύεσθαι prohibet. ἀπανθρωπεύεσθαι γὰρ οὐκ ἐρεῖς, inquit. Est etiã Suidæ κακία, καὶ ὅταν τις μὴ κατ' ἄνθρωπον ποιῇ.

G Ἀπάνθρωπος, Carens hominibus, seu hominũ frequẽtia. vt ἀπάνθρωπος πόλις apud Pollucẽ, quæ & ὀλιγάνθρωπος. Luc. in Caucaso, ἐρήμη καὶ ἀπάνθρωπος ἡ γῆ.

C. Αὐτοάνθρωπος, ου, ὁ, Homo ipse per se, Hominis idea. Arist. Eth. 1. αὐτὸ (inquit Suid.) ἔλεγον οἱ φιλόσοφοι, τὸ κυρίως λεγόμενον· καὶ τὴν ἰδέαν διὰ τοῦ Αὐτὸ ἐδήλουν, αὐτοάνθρωπος λέγοντες καὶ αὐτοδόξαστον, τὸ κυρίως καὶ μᾶλλον δοξαστόν.

C. Ἐνανθρωπέω, ῶ, F. ήσω, & Ἐνανθρωπίζω, F. ίσω, Inter homines versor & ago. Hoc συνανθρωπίζειν, (ait Bud. in C.) ἐνανθρωπεῖν etiã dicitur & ἐνανθρωπίζειν. Peculiariter hoc verbo H vtebantur veteres theologi de Christi inter homines conuersatione loquentes: pro quo Eus. etiã dixit ἐν ἀνθρώποις πολιτεύεσθαι, vt ibidẽ annotat B. Gẽnadius, καὶ προσλαβόμενος σάρκα, ἐνηνθρώπησεν. HINC Ἐνανθρώπησις (vt in C. habet Bud.) apud Dionys. & Greg. quæ significat cõuersationẽ vitámque Domini nostri hominis inter ho

A mines: seu (vt annotat in suo lex.) Ærumnosa Dei inter homines apparitura, Dei incolatus, Deus per ora hominũ ærũnose traductus sub integumẽto & persona instar humanitatis: ἡ σάρκωσις τοῦ θεοῦ λόγου, Damasc. 74. 75.

C. Ἐξάνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt ἐξάνθρωπος ἡ συμφορὰ, apud Athenæũ de spasmo loquentẽ, Quæ ex homine ratione prædito insanam beluam efficiat propemodum, vel Quæ ex hominũ numero tollat. VNDE ἐξανθρωπισθῆναι, à verbo ἐξανθρωπίζω, Ex homine in aliã quasi naturã verti, Ex hominũ numero eximi, Hominem esse desinere.

B Ἐξανθρωπέω, ῶ, F. ήσω, In vulg. l. exponitur, Ad humanũ cultũ traduco. Plut. De Socr. dæm. θαυμάζοντα Σωκράτους ἀνδρὸς ἀτυφίᾳ καὶ ἀφελείᾳ μάλιστα δὴ φιλοσοφίαν ἐξανθρωπήσαντος, Qui mãsuetam reddidisset & plenam humanitatis philosophiam.

C. Ἡμιάνθρωπος, ου, ὁ, Semihomo. Luc. idem quod ἡμίανδρος.

C. Μισάνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Osor hominum, Inhumanus. quo nomine Timõ dictus est, de quo Luc. dialogũ scripsit.

Μισανθρωπία, ας, ἡ, Odium hominum, Inhumanitas.

Μισανθρωπέω, ῶ, F. ήσω, Odi homines, Alieno in homines a- C nimo sum. Bud. in C. scribit μισανθρωπεῖν esse id quod Hippocr. ἀπανθρωπεύεσθαι dicit. quibus oppositum est τὸ φιλανθρωπεύεσθαι.

C. Ὀλιγανθρωπία, ας, ἡ, Paucitas raritásque hominũ. Thuc. lib. 3, τὰ πράγματά τε ἔφθειραν καὶ ἐς ὀλιγανθρωπίαν κατέστησαν. Idem significat quod ὀλιγανδρία.

C. Πολυάνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Multos homines habens, Frequens hominibus. Aristot. Pol. 7, ὅτι χαλεπὸν, ἴσως δ' ἀδύνατον, εὐνομεῖσθαι τὴν λίαν πολυάνθρωπον.

Πολυανθρωπία, ας, ἡ, Multitudo & frequentia hominũ. con- D trarium ei quod proximè præcessit ὀλιγανθρωπία.

C. Συνανθρωπέω, ῶ, F. ήσω, Cũ hominibus conuersor & consuesco. Plut. in Polit. præc. ἀλλ' ἴσως καὶ ὁμαλὸς ἐσθῆτι καὶ διαίτῃ καὶ τροφαῖς παίδων καὶ θεραπείᾳ γυναικὸς, οἷα δὴ ὁμοδημεῖν καὶ συνανθρωπεῖν τοῖς πολλοῖς βουλόμενος. Quibus verbis (vt B. scribit in C.) significat hominem plebicolã & ad popularitatẽ se componentem. Συνανθρωπεύω & συνανθρωπίζω quæ idẽ cum hoc significãt, vide in Ἀνθρωπεύω & Ἀνθρωπίζω.

C. Ὑπεράνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui est supra hominem, Qui hu- E manam conditionem excedit. A Bud. exponitur Humanum fastigium excedens: dicitque accipi interdũ pro ὑπὲρ ἀνθρώπινον μέτρον φρονεῖν.

C. Φιλάνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Amans hominum, Studiosus hominũ, Humanus. Syn. epist. 14, πεπείσμεθα ἡμεῖς εἰς τὸ τοῖς μὲν ἠδικηκόσι γενέσθαι φιλάνθρωπος. Herodian. l. 4, χρηστός τε ὢν καὶ φιλάνθρωπος τοῖς συνοῦσι. Hinc compar. φιλανθρωπότερος apud Theoph. in Ep. & φιλανθρωπότατος apud Dem. Res quoque ea quæ humaniter & beneuolè præstatur, φιλάνθρωπος dicitur, vt apud Dem. φιλάνθρωπον οὐ ποιήσας. F & φιλάνθρωπα λέγειν, apud eũdẽ. ‖ Est etiã herbæ nomen apud Diosc. l. 3, c. 104, & apud Plin. l. 27, c. 5 (quæ alio nomine aparine vocatur) inde dicta quod hirsuta quũ sit, vestibus hominũ adhæresc at: vt tradit idẽ Plin. lib. 24. c. 19.

C. 2. Ἀφιλάνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Humanitati non studens, Inhumanus. VNDE Ἀφιλανθρωπία, ας, ἡ, Inhumanitas, & Ἀφιλανθρώπως aduerb. Inhumaniter.

Φιλανθρωπία, ας, ἡ, Amor hominum, Humanitas, & (vt Gell. interpr. l. 13, c. 15) Dexteritas quædam beneuolẽtiáq; erga omnes homines promiscua. Philo l. 3 De vita M. τὰς δὲ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας οὐ γέρως ἠξίωσεν. Itẽ l. 1, τοῦτο μὲν διὰ τὴν G σύμφυτον ἐπιείκειαν καὶ φιλανθρωπίαν.

Φιλανθρωπινία, ας, ἡ, idẽ quod φιλανθρωπία, vt citatur in vulg. lex. ex schol. Hom. Il. π.

Φιλανθρώπως, aduerb. Humaniter. Plutar. Symp. sept. sap. εἴπερ οὖν οὕτως ἔχουσιν οἰκείως καὶ φιλανθρώπως πρὸς τοὺς ἀποθανόντας. Macc. l. 2, c. 9, ἐπιεικῶς καὶ φιλανθρώπως παρακολουθοῦντα τῇ ἐμῇ προαιρέσει.

Φιλανθρωπέω, ῶ, F. ήσω, Humanus sũ, Humanũme præbeo. Pol. l. 1, οἷς ἐὰν μὲν συγγνώμην τινὰ προσάγῃς καὶ φιλανθρωπίαν, ἐπιβουλὴν καὶ παραλογισμὸν ἡγούμενοι, ἀπιστότεροι καὶ δυσμενέστεροι γίνονται H πρὸς τοὺς φιλανθρωποῦντας. Actiuã etiã signif. habet, & personæ accus. admittit, vt apud eũdẽ Pol. l. 3, καὶ τοὺς μὲν ἀπειθοῦντας ἐπολιόρκει τῶν παραλίαν οἰκούντων, τοὺς δὲ προσδεχομένους ἐφιλανθρώπει, Humanũ se gerebat erga, Humaniter tractabat.

Φιλανθρωπεύομαι, F. εύσομαι. Idẽ. Gregorius de Constantino

magno qui Iulianum educauerat, καὶ τοῦτο μόνον τῶν ἁπάντων οὐ καλῶς φιλανθρωπεύσατο. Hinc participiũ φιλανθρωπευόμενος apud Dem. περὶ παραπρεσβ. φιλανθρωπευόμενος πρὸς αὐτούς, In comitatẽ benignitatémq; cõpositus, vt B. in C. interpr. VNDE φιλανθρώπευμα, ατος, τὸ, Liberale facin⁹ & benignitatis plenũ, vt ibidẽ B. exponit. Pl. in Demet. Ἔχαιρε δὲ νικήσας, οὐχ οἷς ἕξειν ἀλλ' οἷς ἀποδώσειν ἔμελλε. καὶ τῆς νίκης οὐ τὸ πλοῦτον οὕτως, οὐδὲ τὴν δόξαν, ὡς τὴν διάλυσιν τοῦ φιλανθρωπεύματος ἐκείνου, καὶ τὴν χάριν, ἠγάπησε. Idẽ in l. Vtra anim. prud. ἀπομιμησάμενοι τὸ πρὸς τὸν ἡμίονον φιλανθρώπευμα τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων.

¶ Ἀνθρωπότης, Humana natura, Humanæ naturæ conditio, pro quo à theologis Latinis vsurpatur Humanitas. Vt in hoc loco, Τίς δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, ἣν δι' ἡμᾶς ὑπέστη, αἰτία; Apud Gẽnadium ἀνθρωπότης & ἀνθρωπεία φύσις pro eodem, vbi scribit, οὐ γὰρ ἔλαβεν ἡ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ τὴν θεότητα, ἀλλ' ἡ θεότης τοῦ λόγου προσέλαβε τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν.

¶ Ἀνθρώπειος, ου, ὁ, Humanus, Ad homines pertinens, Ad humanum genus pertinens: vt Ἀνθρώπειον αἷμα apud Athenæum lib. 13, Humanus sanguis. Ἀνθρώπεια πράγματα apud Pl. in Apol. Res humanæ. Ἀνθρώπειον γένος, apud Luc. Hominũ genus vel Humanũ genus. ‖ Ἀνθρωπεία τέχνη apud Thuc. Ars humana. Apud eũdẽ Thuc. schol. exponit ἀνθρώπεια Humanæ naturæ conuenientia, l. 7, καὶ ἀνθρώπεια δράσαντες ἀνεκτὰ ἔπαθον. Citatur ex eodem ἀνθρώπειον pro humano ingenio. Itẽ ex Herod. κατὰ τὸ ἀνθρώπειον, pro Quãtus est hominũ captus. Sed videndũ est ne fortè accipiendũ sit vt apud Thuc. κατὰ τὸ ἀνθρώπινον pro, Vt sunt res humanæ. Reperitur etiã interdũ τὰ ἀνθρώπεια, pro τὰ ἀνθρώπεια πράγματα, Res humanæ. vt apud Xenoph.

Ἀνθρωπείως, Humano more, Hominũ more. Vel, Vt homines decet, Humanitus. Ἀνθρωπείως φράζειν apud Aristoph. Thuc. l. 5, οἷς παρὸν ἀνθρωπείως ἔτι σώζεσθαι. Vbi schol. exponit κατὰ τὸ ὀφειλόμενον τῇ ἀνθρωπείῳ φύσει.

Ἀνθρωπήϊος Ionicè pro ἀνθρώπειος, Humanus. Vnde ἀνθρωπηΐη apud Herod. sine adiectione. Pellis hominis, vel Coriũ hominis (vt Plaut. dixit, Meus herus elephanti corio cõtectus nõ suo est) Locus Herod. est in Terps. σφάξας ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπηΐην: sed hoc in loco Eust. legit ἀνθρωπηΐην. secũdũ quẽ ἀνθρωπεῖν erit pellis hominis, subaudiẽdo δορά: eodẽ modo quo dicitur αἰγέη, λεοντέη, λυκέη, hircina, leonina, lupina. sub. pellis. κατ' ἔλλειψιν τοῦ δορά, inquit ille. Dicitur verò & per contractionem, ἀνθρωπῆ, sicut illa τραγῆ, λεοντῆ, λυκῆ.

¶ Ἀνθρώπινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Humanus, Ad homines pertinens. idẽ quod ἀνθρώπειος. Apud Plat. ἀνθρώπινον γένος, idem quod ἀνθρώπειον γένος. Apud Dem. ἀνθρώπινος λογισμός. Apud Plat. rursum ἀνθρώπινος ἀμαθία. Dicitur etiã interdũ ἀνθρωπίνη in fœm. gen. Ἀνθρωπίνη σοφία apud Xen. Pædiæ 1, ἀνθρωπίνη φύσις apud Plat. Humana natura. A Cic. etiã exponitur Humani generis natura, & φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχειν, Hominẽ esse. ‖ Dicitur etiã ἀνθρώπινον, Humanæ naturæ conueniens, Quod est secundum conditionẽ humanæ naturæ apud Xen. Pæd. 5, ἀνθρώπινον μὲν τὸ γιγνώμενόν πάθος. Et apud Plut. in Cor. ἐν δ' ἀνθρωπίνῳ πάθει γεγενώς. Apud eundẽ Xen. Pæd. 3, ἀνθρώπινά μοι δοκεῖς ἁμαρτεῖν. i, Ab humana natura non aliena.

Inuenitur etiam τὸ ἀνθρώπινον pro eo quod est Conditio humanæ naturæ, vel, Res humanæ. Plato in epist. τὸ γὰρ ἀνθρώπινον οὐ πάνυ βέβαιον. i. Res enim humanæ non valde sunt stabiles. Apud Thuc. κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, Vt sunt res humanæ, vel Vt fert humanæ naturæ conditio.

Ἀνθρωπινώτατος superl. gradu vsurpatur à Strab. lib. 15, pro ἀνθρωπινώτατος. Appellat enim simiam animal ἀνθρωπινώτατον, quasi Humanæ naturæ maximè particeps. vel, Ad humanum ingenium proximè accedens.

Ἀνθρωπίνως, aduerb. Humanitus, Hominum more, Vt fert humanæ naturæ conditio. Apud Athen. l. 9, dicit comicus qdã, ἀνθρωπίνως λαλεῖν, pro Humano more loq, quod Aristoph. dicit ἀνθρωπείως φράζειν. ‖ Videtur etiã interdũ accipi ἀνθρωπίνως pro φιλανθρώπως. i. Humanè Vt decet humanã naturã. Dem. in Arist. ἀνθρωπίνως ἐπικουφίζουσ τὰς συμφοράς. Ibidẽ, νόμος ἀνθρωπίνως καὶ καλῶς κείμενος. Vbi ἀνθρωπίνως à quibusdam exponitur Clementer.

¶ Ἀνθρωπικός, οῦ, ὁ, Idem quod ἀνθρώπινος siue ἀνθρώπειος. Aristot. Ret. 1, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας ἀνθρωπικάς. Plut in Con-

A sol. ἀλλὰ μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ κρεῖσσον καὶ ἀνθρωπικώτερον πειρωμένοις. Greg. Nanz. ἀνθρωπικωτέρας φωνὰς dicit ad naturam humanam magis accedentes.

Ἀνθρωπικῶς, aduerbiũ, Idẽ quod ἀνθρωπείως vel ἀνθρωπίνως, More hominũ. Luc. in Zeuxide, καὶ βρέφει ἀνθρωπικῶς.

¶ Ἀνθρωπέη, ης, ἡ, Humana pellis, subintellecto nomine substãtiuo δορά: vt & in λεοντέη, ἀλωπεκέη, κυνέη. quæ tamen & per cõtractionem dicũtur λεοντῆ, ἀλωπεκῆ. vt & Pollux lib. 2, ἀνθρωπῆ. Herodot. Varinus pro eadem ἀνθρωπίνη quoq; apud Herodotũ legi, scribit: in quo idem substant. δορὰ subintelligendũ erit. Vide suprà Ἀνθρωπήϊος.

B ¶ Ἀνθρώπιον, diminutiuũ, Homuncio, Homunculus, Homulus. Τοῦτο δὲ καὶ φύσει κίναδος ἀνθρώπιόν ἐστιν οὐδὲν ἐξ ἀρχῆς ὑγιὲς πεποιηκός. Dem. Pro corona. Apud Xenophontem τὰ πονηρὰ ἀνθρώπια. Idem significat Ἀνθρωπάριον, ου, τὸ, & Ἀνθρωπίσκος, ὁ. Apud Aristophanem in Plutõ ἀνθρωπαρίῳ κακοδαίμονι.

Ἀνθρωπεύομαι, More hominum ago, Ea quæ sunt hominis vsurpo, vt Bud. exponit apud Aristotelẽ Ethic. 10. Quidã verò interpretãtur Ex natura humana ago. Vel Ea ago quæ ad hominẽ spectãt. Nõnulli etiã, Humanè ago.

C C. Συνανθρωπεύω, F. εύσω, & Συνανθρωπεύομαι, F. εύσομαι, Cũ hominibus consuesco & couersor. Theophr. 3 de Plãt. καὶ τὰ μὲν, ἄγρια· τὰ δ', ἥμερα, ὥσπερ τῶν ζώων τὰ συνανθρωπευόμενα καὶ τὰ δεχόμενα τιθασσείαν. Theologi quoque quum Christi hominis aut angelorum cum hominibus conuersationem declarare volunt, hoc verbo vtuntur, sicut & eo quod paulo antè præcessit, ἐνανθρωπῆσαι. Synes. κατ' Ἀνδρονίκου, καὶ εἰ δυνατὸν ἦν ἀγγέλῳ πλεῖν ἢ τριάκοντα ἐνιαυτοὺς συνανθρωπεύσαντα, μηδὲν ἀπολαῦσαι τῆς ὕλης κακὸν

D εἰς προσπάθειαν, τί δεῖ καταβιῶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; Συνανθρωπίζω & συνανθρωπέω huic synonyma sunt: quorũ alterũ vide in ἀνθρωπίζω, alterũ in ordine suo post πολυάνθρωπ.

¶ Ἀνθρωπίζω, Homines imitor, Humano vel hominũ more ago, aut Humano ingenio præditus sum. Suid. exponit τὰ τῶν ἀνθρώπων φρονῶ. ‖ Archytas in epistola sua ad Dionysium ἀνθρωπίζειν dicit pro Humaniter agere, Humanũ se præbere, Humanitatis officia exhibere.

Ἀνθρωπίζομαι apud Theologos Græcos, Homo fio: vt apud Gregoriũ & Damascenũ Christus dicitur ἀνθρωπισθείς. i. Homo factus. ἐνανθρωπῆν pro eodẽ de Christo iti-

E dẽ, sæpe dicunt. ‖ At Ἐξανθρωπίζομαι significat Homo esse desino, vel in hominum numero esse, Ex hominibus abo.

Ἀνθρωπισμός, οῦ, ὁ, Humanitas, i. Humani & cõpositi mores, nõ efferi: vt in illo dicto Aristippi, οἱ μὲν γὰρ ἐπαιτοῦντες, τῶν χρημάτων, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἀνθρωπισμοῦ δέονται. Bud. in Lex. Idẽ in Cõmẽt. rus, Quòd si literarum elegantia & ea quæ humanitas à moribus excolendis dicta est, καὶ ἡ κατ' ἀνθρωπισμὸν παιδεία, tam aduersa veritati sunt atque sapientiæ, vt &c.

F C. Ἐνανθρωπίζω, vide in Ἐνανθρωπέω.

C. Συνανθρωπίζω, F. ίσω, Cum hominibus versor, Idẽ quod συνανθρωπεύω & συνανθρωπέω. Athen. de canib⁹ loquẽs, τό, τε συνανθρωπίζον ζῷον καὶ οἰκουρόν.

¶ Ἀνθρωπεῦσθαι, verbũ fictitiũ apud Plut. in hoc ad Colotẽ. loco, εἶτα κωμῳδῶν, Οὗτοί, φησίν, ἄνθρωπον εἶναι καὶ ἵππον καὶ τοῖχον οὐ λέγουσιν, αὐτοὺς δὲ τοιχοῦσθαι καὶ ἱππεῦσθαι καὶ ἀνθρωπεῦσθαι.

ἈΝΙ'Α, ας, ἡ, Mœror, Tristitia. Secundũ Etymolog. ab ἰῶ quod est Sano, fit ἴα: & præfixo α priuatiuo

G interiectóq; ν, ἀνία. Ideóq; ι producitur in hoc nomine. Ponit & alias duas etymol. quarũ posteriorẽ videtur ex Platonis Cratylo sumpsisse. Hom. — αἴθυσε πόνου καὶ ἀνίης. Et Od. μ. Σκύλλην δ' οὐκέτι μυθόμην ἄπρηκτον ἀνίην. Soph. Ὅσας ἀνίας μή καταστείρας φθίνῃς.

C. Ἀνάνιος ET Δυσάνιος. Est ἀνάνιος, seu ἀνήνιος, Nõ habẽs ἀνίαν, i. mœrorẽ, seu tristitiã, Mœrore carẽs. Sed ab Hes. (vt & ab Etym.) exponitur etiã ἀβλαβής, i. Innocu⁹, Innoxi⁹. Quã signif. ex cõsequenti puto sumi. nã quod est innocuũ tristitiã nõ affert. Sed ponitur ab vtroque & tertia signif. cuius ratio nõ facilè reddi possit. volũt enim ἀνάνιον dici etiã Superbum. AT Δυσάνιος, qui & Δυσανίης, is dicitur qui mœrorem leui de causa concipit. vel (vt inquit Gal.) Cui res paruæ tristitiã afferũt, vel magnæ vehementiorẽ aut diuturniorem quàm aliis hominib⁹. Vtitur Hippocrates Antiphõ, teste Suida, apud quẽ mẽdosè

legitur δυςάνιοος. Ab Aristot. in Physiogn. δυςανίης oppo- A
nitur τῷ εὐθύμῳ. Itidem verò Gal. δυςανίοις & εὔθυμον op-
ponit, scribens, δυςανίοις τε γὰρ οὖσι συνέβη ἐνίοτε τὴν ἡμέραν
ἡδέως διαγαγεῖν, καὶ τοὐναντίον εὔθυμον λυπηθῆναι. Exponi-
tur δυςάνιος & Anxius. ET Δυςανιάω in vulg. lex. An-
xium reddo, Sum mœstus. sed sine autore.

Δυςήνιος apud Gal. in exposit. vocab. Hippocr. contra-
ria signif. ὁ μὴ εὐκόλως ἀνιώμενος. sed abundare existimo
particulam μή. Apud Erotianum certè δυςήνιος expo-
sitionem habet cum ea conuenientem quam τῷ δυςά-
νιος dedi: nisi quòd in genitiuo ponitur. Scribit enim, B
δυςηνίου, δυςθύμως καὶ δυςκόλως τὰς ἀνίας φερούσης. quod φε-
ρούσης mendosè positum puto pro φέρουσα, aut φέρων. ne-
que enim posse videtur δυςήνιος esse genitiuus.

Ἀνιαρὸς, οῦ, ὁ, Mœrorē afferens, Tristis, Mœstus. Itē, Ἀνιαρὸς
τοῖς ἐχθροῖς apud Aristophanem, Hostibus grauis & mo-
lestiam afferens. Xen. Pæd. 1, ἀνιαρὸς δὲ καὶ σκυθρωπὸς ὢν
φωραθῇ διήγου. Apud eundem Pæd. 8, ἡδὺ & ἀνιαρὸν oppo-
nuntur. Apud Dem. Pro corona, τὰ ἀνιαρὰ sine adiectio-
ne, res aduersæ, ὅτι τοῖς γεγενημένοις ἀνιαροῖς οὐδὲν ὁμοίως
ἔχει τοῖς ἄλλοις. C

Ἀνιηρὸς pro ἀνιαρὸς apud Herodotum & poetas. vt πτω-
χοὶ ἀνιηροὶ, Od. ρ. Herodot. ὅσα δὲ σχέτλια καὶ ἀνιηρά. HINC
comparat. ἀνιηρέστερος.

Ἀνιαρῶς, Aduerbium, Mœstè, Acerbè, Cum mœrore. Apud
Xen. ἀνιαρῶς ζῆν, Vitā acerbā ducere, Insuauiter viuere.

Ἀνιγρὸς, idem quod ἀνιαρὸς, & ex eo factum per syncopen,
deinde per pleonasmū literæ γ, si Etym. credimus. Sed
pro pernicioso potius accipitur. Vtitur Nicander.

Ἀνιώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Molestus, Iniucundus, ἀνιαρός. Theophr.

¶ Ἀνιάω, ῶ, Molestia afficio, Mœrore afficio, Contristo, Tri- D
stitiam affero. Xen. Pæd. 1, καὶ φίλους ὠφελεῖν καὶ ἐχθροὺς ἀ-
νιᾶν. Pyth. in Carm. aur. Ἀλλὰ τὰ δ' ἐκτελέειν ἅ σε μὴ μετέ-
πειτ' ἀνιήσῃ. Apud Aristoph. παῦρα ἀνιάσας.

Ἀ[illegible]ν item [illegible] Lædere & dolorem inferre corpori,
Gal. vt ait Bud.

Ἀνιάομαι, ῶμαι, pass. Mœrore afficior, Contristor, Do-
leo. Xen. διὰ ταύτην ἀνιᾶσθε. Et Pæd. 8, cū part. δαπανῶντα
ἰσχυρῶς ἀνιᾶσθαι, pro τῷ δαπανᾶν, vel τῇ δαπάνῃ. Apud Hom.
Od. ο, cū dat. -οὐ γάρ τις τοι ἀνιᾶται παρεόντι, Nemo offendi-
tur te præsente. i. tua præsentia, Nemo contristatur ob E
tuam præsentiam. Sic dicitur ἀνιῶμαι τῷ πράγματι, Gra-
uiter rem fero, Res est mihi dolori.

C. Ὑπανιάω, Dolere facio, Dolore afficio. Et Ὑπανιῶμαι, Do-
leo, Indoleo. Aristoph. Neb. ἔμπεσεν ὑπανιῶντο τῇ νουμηνίᾳ.

¶ Ἀνιάζω, Idem quod ἀνιῶ, Od. τ, -τοῦτο ἀνιάζῃ. Capitur
& pro pass. ἀνιᾶσθαι, vt θυμῷ ἀνιάζων, Il. φ, & Od. χ. Itē Od.
δ, ἀνιάζουσιν ἑταῖροι.

ἌΝΤΑ, aduerb. poeticum, Coràm, Palàm, Ante o-
culos, In conspectu. Item, Apertè, Manife-
stè. Ἄντα ἰδὼν, Il. ρ & χ. Item Il. ω, -θεοῖσι γὰρ ἄντα ἐῴκει. vbi F
ἄντα accipio eodem modo quo ἄντην apud eundē poe-
tam, in hoc ipso loquēdi genere, vt Od. β, -θεῷ ἐναλίγκιος
ἄντην. Et Od. γ, -ὁμοιωθήμεναι ἄντην. Sic autem ἄντην Eu-
stathius exponit ἄντικρυς & αὐτόχρημα. Dicitur autē etiā
ἐς ἄντα ἰδὼν. vt Od. ο.

Ἄντα cum casu, videlicet cum genitiuo, Antè, ἔμ-
προσθεν. vt Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα. id est
Ante genas, vel Eregione genarum. Dicitur etiam ἄντα
τινὸς εἶναι, vel στῆναι, Esse ex aduerso alicui, pro Esse ex aduer-
sa parte, Stare ex aduerso, Stare contrà, Esse aduersus a- G
liquem, Aduersari alicui. Il. ρ, Ἀλλὰ σύ γ' Αἴαντος μεγαλήτο-
ρος οὐκ ἐτάλασσας Στήμεναι ἄντα. Il. π, Ὅς κέ σευ ἄντα ἔλθῃ ἀ-
μυνόμενος. Il. θ, Τολμήσεις Διὸς ἄντα πελώριον ἔγχος ἀεῖραι,
id est, Audebis aduersus Iouem hastam attollere. Eusta-
thius ἄντα ἵστασθαι ait esse διάλυσιν τοῦ ἀνθίστασθαι. ET cō-
pos. Ἐσάντα, quod & Ἐς ἄντα diuisim scriptum inuenitur,
pro simplici ἄντα. vt Iliad. ρ, Ἔγνω ἐσάντα ἰδὼν, & Odyss.
π, Γνοίη ἐσάντα ἰδών. EST aliud compositum
Ἔναντα, quod Hes. exponit φανερῶς, id est Manifestè.

Ἄντην etiam pro ἄντα vsurpatur, vt in locis modò cita- H
tis ex Homero. Apud eundem Iliad. σ, -δήξω μάλ' ἄν-
την Στήσομαι. Et Iliad. τ, -οὐδέ τις ἔτλη Ἄντην εἰσιδέειν. Eu-
stathius autem ἄντην εἰσιδέειν ait esse idem quod ἀντω-
πῆσαι apud Homeri posteros. Idem vult ex ἄντην fieri
ἄντα, sicut ex κρύβδην fit κρύβδα. Sed legitur apud Etymo-

A logisten esse ἄντω barytonum, ex quo mutato in circū-
flexum ἀντῶ fiat ἄντην, & ex ἄντην deinde ἀντίος. Apud
eundem habetur ἄντα fieri per syncopen ex ἀντία, sicut
ὦκα ex ὠκέα & σάφα ex σαφέα: aut certè ἄντα ex ἀντῶ, sic-
ut σῖγα ex σιγῶ. vnde priúsne sit ἄντα an ἄντην, incertum
manet. Ad ἀντίος autem quod attinet, à præpositio-
ne ἀντὶ Eustathius deducit. Ego autem non video quid
obstet quin ex ἄντα deducamus ἀντάω, ex quo fiat bary-
tonum ἄντω, vnde sit ἄντην, nisi quis malit ex ἄντα for-
mare. Ex ἄντην autem videndū est an esse possit ἀντίος,
B quod ex se formet ἀντιάω, sicut ἄντα format ἀντάω.

Ἄντον E contrario in vulg. lex.

C. Ἀνάντης, εος, ὁ καὶ ἡ, καὶ τὸ ἄναντες, Accliuis, Arduus, Sur-
sum tendens. vt ἀνάντης ὁδὸς, quod in vulgatis lexicis ci-
tatur ex Platone: & ἀνάντη ξύλα, τὰ ἄνω φερόμενα, apud Va-
rinum. Sic ἄναντες in neutro genere & veluti substan-
tiuè positum: vt περιελθὼν ἀνάντη πολλὰ, & πρὸς ἄναντες
ἔτεινον τὴν ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ. quæ duo exempla apud vulga-
tos lexicogr. reperiuntur. Annotat Suidas, quicquid
sit ἄναντες, id etiam esse πρόσαντες, at non viceuersa. id e-
C nim quod πρόσαντες sit, abruptum esse & inaccessum,
quódque non recipiat eum qui ascendere cupiat: con-
trarium verò huic esse κάταντες. Hinc metapho-
ricè, quum ea quæ accliuia sunt & in arduū tendunt,
accessum habeant difficilē, eidē Suidæ significat δύσβα-
τον, λυπηρὸν καὶ δυσχερὲς, quódq; opposita habeat ῥᾶστα, ἡ-
δέα, τερπνά. Hesychio est etiā ὑψηλὸς ἄνισος. Cæterùm de
ductione huius cōpositi & sequētiū nō ponūt grāmat.
Sed ab ἄντα seu ἄντην deriuata esse vidētur (licet ab illis si-
gnif. recedāt) vel ab Ἀντάω, quod ex ἄντα factū esse puto.

D C. Ἐπάντης, εος, ὁ καὶ ἡ, Accliuis, Suid. interpretatur ὑψηλὸς, in
hoc Thuc. loco, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι βαλλόμενοι ὑπὸ πολλῶν ἀπὸ τοῦ
λόφου ἐπάντους ὄντος (δίικνοῦντο γὰρ ῥᾷον οἱ ἄνωθεν) οὐ δυνάμενοι
βιάσασθαι, ἀνεχώρουν.

C. Καταντής, εος, ὁ καὶ ἡ, Decliuis, Procliuis, Deorsum vergēs:
oppositum τῷ ἀνάντης & προσάντης, vt Suid. testatur. vt κα-
ταντῆ ὁδὸν apud Aristoph. & κάταντες, Eregione, sicut ex-
ponitur in vulg. lex. apud Hes. autē ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν. Xen.
Hellen. 3, καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς ἐπεκυλίνδουν πέτρας ἐς τὸ κάταντες.
Itē metaph. Pronus, Facilis, Vel κατὰ κρημνὸν, apud eūdē
E Hesychium.

C. Παράντης, εος, ὁ καὶ ἡ, Accliuis pariter & decliuis, Obli-
quus, vt habent vulg. lex. Vide Πάραντα paulo pòst.

C. Προσάντης, εος, ὁ καὶ ἡ, Arduus, Aduersus, Præruptus. Suid. e-
nim intepr. ἀπότομον καὶ μὴ παρῆκον μηδὲ ἀποδεχόμενον τὸν ἀνα-
βῆναι βουλόμενον. vt πρόσαντες χωρίον. Metaph. etiā à locis
difficilibus transfertur ad personas, res aut verba. quāob-
rē Suid. δυσχερὲς καὶ ἐναντίον interpr. & Hes. σκληρὸν, ἐχθρὸν,
ἀηδές. in quē sēsum in vulg. lex citatur ex Xen. in Apol.
Socr. οὐκ ἦν πρὸς τἄλλα τἀγαθὰ προσάντης: itē λόγος προσάν-
F της: itē πρόσαντες ex Eur. Oreste. VNDE aduerb. προσάν-
τως, Asperè, Hostiliter, Infestè. vt apud Suid. μήτε ἀκαίρως
παρακαλεῖν μήτε προσάντως. Sic apud Diod. προσάντως λέγειν.

C. Ἄναντα, τὰ, poet. pro ἀνάντη, Accliuia, Ardua, Alta. Suid.
etiā δυσχερῆ interpr. & Hes. τὰ μὴ βεβρεγμένα. apud Soph.
verò in Inacho, τὰ μὴ κεκολλημένα, περὶ τὸ αἰνεῖν ὅ ἐστι κατα-
κόπτοντα πήσσειν.

C. Κάταντα, τὰ, itidē poeticè, κατωφερῆ, Suid. & pro καταντῆ,
à καταντής. Κάταντα, aduerb. Sursum deorsum, ἄναντα κά-
ταντα. Luc. σὺ δὲ ἄθλιος τὰ μὲν περιδραμὼν, τὰ δὲ βαδίζων ἄναντα
G πολλὰ καὶ κάταντα (τοιαύτη γὰρ, ὡς οἶσθα, ἡ πόλις) περιῆλθον ἱδρῶκας
καὶ πνευστιᾷς, id est, Sursum deorsum cursitans, vt Terent.
Bud. Sic apud Hom. Il. ψ, Πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα, πάραντα
τέ δόχμιά τ' ἦλθον.

C. Πάραντα τὰ, poeticè & ipsū pro παράντη, & (vt Hes. ex-
ponit) τὰ παρὰ τὸ ἀντικρὺ, οἷς πλάγια καὶ παρατετραμμένα τῆς
εὐθείας ὁδοῦ.

Ἀνταῖος, ου, ὁ, Aduersus, Itē Aduersarius, Cōtrarius, Infestus,
Hostis. Citatur ex Eur. ἀνταία πληγὴ pro Aduersū vulnus. &
ex Apol. Rhod. ἀνταίη δαίμων. Vide Hes. Ab ἄντα vel ἄντην.

H ἈΝΤΑ'Ω, τῶ, Occurro, Obuius fio, Obuiā eo, In occur-
sum eo. pro quo in prosa vsurpantur po-
tius composita συναντῶ vel ἀπαντῶ. Sophocles, Μή σοι
γέ που δύστηνος ἀντήσας θάνοι, id est Tibi obuius fa-
ctus. Homerus autem genitiuo iungebat. vt Iliad.
π, Ἀντήσω γὰρ ἐγὼ τοῦδ' ἀνέρος. Apud eundem exponitur

A τυχεῖν, id est Consequi, Nancisci: iunctum itidem genitiuo: Od. γ, Τοὺς δ' ἐν καὶ δαίτης λώπτατε δεῦρο μολόντες. Item Od. ρ, Ἀλλ' ἄγε μοι κατάλεξον ὅπως λώτησας ὀπωπῆς. pro ἔτυχες ὀπωπῆς. & ἔτυχες ὀπωπῆς per periphrasin pro εἶδες, Vidisti. Sic & apud Herodotum λώτησας pro ἔτυχες, vbi scribit λώτησας ξενίων μεγάλων. At verò in malam partem apud eundem, ἀποικτίζετο τῶν ὑπὸ Κύρου λώτησε. vbi αὐτᾶν exponitur Perferre: sed verterim potius Nancisci. nam Latini non solùm bonum sed & malum nancisci dicunt.

Ἀντιάομαι, ῶμαι, pass. voce apud Hesych. idem.

B Ἄντησις, εως, ἡ, (ab ἀντάω, non ἄντω, vt modò docui) Occursus, Obuiam itio. ‖ Item ἀντήσεις, Supplicationes, Supplices preces. λιτανεῖαι, ἱκετεῖαι, Hesych.

Ἄντησις etiam legitur, cum pleonasmo literæ τ, in hoc versu quem Etymologistes citat, Ἡ δὲ κατ' ἄντησιν θεμένη περὶ καλὰ δίφρον.

C. Δυσάντητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius malus seu sinister est occursus, Cui occurrere malum est & periculosum. Vel, Cui occurrere difficile est. vt δυσάντητον θέαμα apud Lucianum. ET Δυσάντης (vel Δυσαντής, vt alii scribunt) pro eodem apud poetas. vt Opp. De venat. lib. 3, Φράζεο δὴ δύο φῦλα δυσάντεα, καρχαρόδοντα, id est Sinistri & inauspicati occursus. Citatur & ex Nonno. Δυσάντη, δυσπρόσοπον, Hesych.

C. Εὐάντητος, ου, ὁ καὶ ἡ, contrarium proximè præcedenti Δυσάντητος. Hesych. quoque interpretatur καλῶς ὑπαντῶν, & vulg. lex. Obuius, Expositus, Propitius. Suidas nomē etiam proprium esse scribit. Etymologistes annotat esse & Rheæ epitheton, pro δυσάντητος per εὐφημισμόν.

Ἀντήδην, Aduerb. Suppliciter. ἱκετευτικῶς, Hesychius. Fortasse autem & alteram significationem sequendo verbi ἀντᾶν, potest accipi aliquado pro Per occursum, vel In occursu, siue Occurrendo.

C. ἈΠαντάω, τῶ, (fut. ἀπαντήσω & ἀπαντήσομαι, apud Thuc. & Xen.) Venio obuiam, Obuiā procedo, Occurro. Dicitur ἀπαντῶ τοι, vel ἀπαντῶ σοι ἐς ἐκεῖνον τὸν τόπον. Thucyd. lib. 2, ἐπειδὴ οὐ αὐτοῖς ἐς Ἐλευσῖνα καὶ τὸ Θριάσιον οὐκ ἀπήντησαν. Et 3, καὶ ἔδει αὐτοὺς πανστρατιᾷ ἀπαντῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὴν μεσόγειον. Ibidem, ἀπὸ σημείου ἐς τὸ αὐτὸ κατὰ γῆν ἀπαντῶν. Dicūtur & οἱ ἀπαντῶντες sine adiectione, Obuii, Qui occurrūt. vt apud Lucianum in Nigrino, θλίβουσι τοῖς οἰκέταις καὶ στενοχωροῦσι τοὺς ἀπαντῶντας. ‖ Ἀπαντῶ exponitur etiam Me confero, Me offero, Præsto sum, cū εἰς vel πρὸς varia accusatiuorum genera habentibus. Aristoteles Ethichōn 9, καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς ἀπαντᾶν, ad funera deducenda se conferre & offerre, Bud. interpr. qui etiam antequam locum illum proferret, dixerat ἀπαντᾶν esse officii gratia obuiā ire, vel deducere & comitari. Quibus Budæi verbis addi potest quod nonnulli annotarunt, ἀπαντῶντας δούλους eos esse quos Donatus aduersitores vocet, in illud Terētii in Adelphis, Neque seruulorum quisquam qui aduorsum ierant. Et ἀπαντᾶν πρὸς τὴν κυρίαν, vel ἐπὶ τὴν κυρίαν, Obire diē vadimonii, eodē Bud. interpr. Exponitur verò & Adesse ad iudicium die vadimonii. Item, Ad vadimonium, vel Ad vadimonii diem occurrere. Sic ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν δίαιταν, Demosth. in Midiā. Sed & discipuli ad scholam ventitantes ἀπαντᾶν à Laertio dicuntur, in Theophr. vita, ἀπήντων δὲ εἰς τὴν διατριβὴν αὐτοῦ μαθηταὶ πρὸς δισχιλίους. Huc autem referendam puto & illam signif. quæ à Budæo ponitur pro Conuenire, Coire, Cogi, ex Aristotele. quem vide Comm. p. 691. ‖ Ἀπαντῶ pro Ruo, Euado & Erumpo, idem Budæus in hoc Greg. loco, ἐπ' αὐτὸ τὸ κεφάλαιον ἀπαντᾷ τῶν ἑαυτοῦ συμφορῶν. In vulg. autem lex. citatur ex Reg. lib. 1, cap. 22, ἀπάντα εἰς τούτους pro Irrue in hos. In iisdem citatur & ex Plat. ἀπαντᾶν εἰς τὴν ἀξίαν. Ex Luc. ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν μνηστείαν. Ex Demosth. ἀπαντᾶν εἰς τὴν τιμωρίαν pro Obuiam ire & deprecari pœnā. Ex Aristot. autē Pol. ἀπαντᾶν πρὸς τὸ τέλος pro Contendere ad finem.

Ἀπαντῶ, Contingo, Euenio. Alex. De fort. ἂν ἀπαντήσῃ ἐκ τοῦ σκάπτειν θησαυρόν τινος εὕρεσις, Bud. 690. Et ἀπαντῶντα idem p. 691 exponit apud Xen. Oblata & fortuita, non rogata aut impetrata, vt auguria oblata & auspicia. In loco tamen Xenophontis quem affert, malit fortassis aliquis genitiui ἀπαντώντων facere nominatiuum ἀπαντῶντες: nisi alio loco illa interpretatio comprobetur. ‖ Ἀπαντῶ de persona dictum pro Incido (vt proximè præcedens ἀπαντῶ, de re, pro Euenio, Cōtingo) eo sensu quo dicitur aliquis incidere in librū aliquem, ex quo intelligitur & eum legere. Sic Athen. ἀπαντᾶν συγγράμμασι, & ἀπαντᾶν τῷ δράματι. Bud. ibidē.

Ἀπαντῶ, Respōdeo, quod est Occurro (sensu eo quo dicitur occurrere obiectioni) Isocr. Busiride, ἴσως οὖν τοῖς εἰρημένοις ἀπαντήσῃ ὅτι &c. Plut. πρὸς οἷς οὐ χαλεπὸν ἀπαντῆσαι. Philo De mundo, πρὸς τοσαύτην τὴν εὑρεσιλογίαν ἀπαντῆσαι, tantæ argutiæ respondere. Sunt autem qui in huiusmodi locis ἀπαντᾶν exponant etiam Pedem cōferre, Obsistere, Resistere. Quò pertinet ἀπαντῆσαι quod citatur ex Aristoph. pro ἐναντιοῦσθαι & μάχεσθαι. Sed & ἀπαντᾷ μοι τοῦτο ex Æschine citatur pro Hoc mihi obiicitur & respondetur. ‖ Ἀπαντῶ ponitur & pro Respōdeo significante Euentu conuenio & congruo. Synes. ᾧ τὴν διὰ λόγων ὑφηγησάμενοι τὰ παρὰ τῆς τύχης οὐκ ἀπαντᾷ κατὰ λόγον, Cui in literis educato fortunæ bona vt par erat non respondent.

Ἀπαντᾷ ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρου σοφίας, in vulg. lex. citatur pro Abhorrent hæc ab Anaxagoræ sophia: sed mendosè.

Ἀπάντημα, ατος, τὸ, ET Ἀπάντησις, εως, ἡ, (frequentius) Occursus, Obuiam itio, vt Cic. ad Att. dixit. ‖ Item respōsio, Plut. in Pol. præc. πρὸς τὰς ἀπαντήσεις τὸν λόγον εὔστροφον ἔχειν.

C. 2. Προαπαντάω, (q. d. Præoccurro) Obuiam præcurro, ET Προαπάντησις, Obuiam itio qua præuenitur aliquis.

D Est etiam προαπάντησις (vt in vulg. lex. annot.) Quum præpostero ordine prius se offert quod posterius est.

C. 2. Εὐαπάντητος φιλανθρωπία in vul. lex. ex cap. 4. lib. 2 Macc. affertur pro Humanitas omnibus promulgata: sed mē dosè. In iisdem εὐαπάντητος exponitur Obuius, Comis. Quarum expositionum prior falsa est: posterior verò potest, si intelligamus εὐαπάντητον dici comē, eo comitatis genere quæ obuiis exhibetur.

E C. ΚΑΤαντάω, τῶ, Deuenio, Euado, Polyb. in 4, πολλάκις τὸ τολμᾶν περιττὸν εἰς ἄνοιαν καὶ εἰς τὸ μηδὲν καταντᾶν εἴωθεν. pro καταστρέφειν, inquit Bud. Comm. 691. Vbi & κατηντήσαμεν εἰς τὴν Πτολεμαΐδα Act. cap. 21 vult esse Deuenimus. Ibidem, κατήντησεν εἰς Βαβυλῶνα ex Diodoro affert pro Tandē peruenit. Idē Bud. alibi ex Greg. affert in primis illis significationibus, Deuenire & euadere: in Epitaph. patris sui, καὶ τὸ εἰδέναι πόθεν γεγόναμεν, καὶ ποῖ καταντήσομεν. Idem καταντῆσαι in hoc Basilii loco alioqui simili exponit Desinet, Exibit. p. 251, τοῦτό σοι τὸ ἡδὺ εἰς πικρὸν καταντήσει πέρας.

Καταντᾶν εἰς ἑαυτὸν τὴν ἀλλοτριοσύνην, pro Retorquere

F in seipsum, in vulg. lex. citatur ex Macc. lib. 2, cap. 4.

C. ΣΥΝαντάω, Occurro, seu Obuius fio, Incido in aliquem. Hes. οἱ κεκινημένοι συναντῶσι. Et Συναντάομαι voce pass. pro eodē. Herodian. lib. 1, κατὰ δέ τινα δαίμονα συνήντησε τῇ Μαρκίᾳ τὸ παιδίον, Incidit in Marciā. ‖ Συναντῶ & Συναντῶμαι pro Euenio. Laert. in Diogene, εἴωθε λέγειν τὰς ἀρὰς αὐτῷ συνηντηκέναι. εἶναι γὰρ ἄοικος, ἄπολις, &c. Item συναντήσεται ex Ecclesiastæ cap. 2, vide in Συνάντημα.

Συναντέω etiam dicitur, vt apud Nonnum, Μάρθα ποσὶ φθαμένοισι συνήντεεν.

G Συνάντημα, ατος, τὸ, Occursus, Euentus. Eccles. 2, ὡς συνάντημα τοῦ ἄφρονος καί γε ἐμοὶ συναντήσεται, id est (ad verbum) Euentus amentis mihi eueniet. Vide Bud. Comm. p. 690.

C. ΥΠαντάω, τῶ, vel Ὑπαντάομαι, ῶμαι, Obuiam procedo. Herod. ὑπήντων δὲ δαφνηφοροῦντες. Idem, καὶ δὴ δῆμος πᾶς προελθὼν ὑπηντώμενος αὐτοῖς. Sunt qui exponant, Honoris causa obuiam procedo. Quæ expositio conuenire illi priori Herodiani loco possit, & nōnullis illi similibus, sed aliis plurimis nequaquam. Imò & generalius esse

H puto ὑπαντῶ seu ὑπαντῶμαι, quàm Obuiam procedo. licet Bud. pro illius significationis exemplo addat & hunc eiusdem scriptoris locum, qui libro tertio habetur, πρεσβύτερον δὲ φοβερὸς ὤν, ὡς μή τινας προσιέναι, καὶ τοὺς ὑπαντωμένους ἀποστρέφειν. nam hîc ὑπαντώμενος nequaquam esse dixerim Obuiam procedentes, sed po-

tius Qui fortè illi obuii fierent.

Ὑπάντησις, εως, ἡ, Occursus. ET Ὑπαντὴ, ῆς, ἡ, in vulg. lex. pro eodem.

C.2. Ἀνυπαντάω, ῶ, F. ήσω, Occurro, in vulg. lex.

Ὑπαντέω pro ὑπαντάω, vnde ὑπήντεεν Ἡρακλῆϊ, in Anthol. epigr. Occurrit Herculi.

¶ Ἄντω, barytonū, idem quod ἀντάω circunflexum, Occurro, Obuius fio. Sed magis in vsu est passiua vox Ἄντομαι. Il. ο, Φαίης κ' ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν Ἄντεσθ' ἐν πολέμῳ. ‖ Verùm non significat duntaxat Occurro, sed etiam Supplico, vt docet Etymologistes cum Hesych. SIC & Ἀντήσεις ab eodē exponitur ἱκετεῦσαι, ET Ἀντήδην aduerbiū, ἱκετευτικῶς. quæ tamen fiunt ab illo circunflexo verbo ἀντάω, non ab hoc ἄντω, quod est barytonum.

C. Ἀπαντομαι, Resisto: vt in vulgatis lexicis ex Euripide citatur.

C. ΣΥΝάντομαι, Occurro. idē quod συναντάω in prosa oratione.

C. ὙΠάντομαι, Occurro. Herodian. οὐκ ἀναμείνας δὲ ὁ Ἀρτάβανος ὑπηντιάζετο αὐτῷ ἐν τῷ περὶ τῆς πόλεως πεδίῳ.

¶ Ἀπαντίζω, vnde & ΣΥΝαπαντίζω, F. ίσω, Concurro. Themist. 32, διαφερόμενοι δὲ πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν ἀρχῶν, ἐς μίαν ἅπαντες δόξαν συναπαντίζουσι περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἀπείρου. Citat Budæus.

ἈΝΤῚ, Præpositio, idem valens quod Latinis Pro: vt Il. ν, τρεῖς ἑνὸς ἀντὶ πεφάσθαι, Tres pro vno interfectos esse. ἓν ἀνθ' ἑνὸς, Vnum pro vno, id est, Vnum vni conferendo, seu componendo, Plato De leg. 4. Comicus quidam apud Athenæum, lib. 12, Γυναιξὶ δουλοῖ ζῶμεν ἀντ' ἐλευθέρων. Xen. Hell. 7, ἄλλον τινὰ φίλον ἀντὶ βασιλέως ζητεῖν, Alium quēpiam amicum quærere pro rege, vel Alium amicum quàm regem. Sic ἄλλος ἀντὶ apud Hesiodum in Theogonia, — ἵνα μὴ βασιληΐδα τιμὴν Ἄλλος ἔχῃ Διὸς ἀντὶ θεῶν αἰειγενετάων. Alex. Aphrod. ἀνθ' ἱματίων περιεβάλετο πτερά, Pennas pro vestimentis. id est Pennas vestimentorum loco, aut vestimentorum vice. Hom. Il. ι, — ἀντί νυ πολλῶν Λαῶν ἐστὶν ἀνὴρ ὅν τε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ, Loco multorum populorum, vel Instar multorum populorum. Sic ἀντὶ πολλῶν ἀνταξίοιο, Multorum instar fueris. vel esse possis. Ab Hesychio ἀντὶ πολλῶν exponitur ἴσος πολλοῖς.

Ἀντὶ cum infinitiuo, articulo τοῦ interiecto, per circūloquutionem verti solet: vt apud Isocratem in Panegyrico, ἀντὶ δὲ τοῦ πρὸς ἑτέρους περὶ τῆς χώρας πολεμεῖν, ἐντὸς τείχους πρὸς ἀλλήλους οἱ πολῖται στασιάζουσι, id est, Pro eo quod bellare deberent. Gall. *Au lieu qu'ils deuroyent.*

Ἀντὶ cum verbo αἱροῦμαι sæpe iungitur, nōnunquam & cum δέχομαι, item ἀγαπῶ, & tum per Pro solet itidē reddi, transferendo ad verbum. Demosth. initio Olynthiacæ 1, ἀντὶ πολλῶν ἂν χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω. Isocr. in Encom. Euagoræ, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀποθνήσκειν εὐκλεῶς αἱρουμένους. Synesius, πολλοὺς μὲν ἂν θανάτους ἀνθ' ἱερωσύνης εἱλόμην. Xen. Pæd. 7, εἰ δέξαιτ' ἂν βασιλείαν ἀντὶ τοῦ ἵππου. Rursus apud Demosthenem Pro corona, ἀγαπᾶν τοῦτο ἀντὶ ἐκείνου. Videtur tamen in huiusmodi loquendi generibus posse ἀντὶ exponi etiam Præ. Ponitur verò & cum ἀλλάττεσθαι: vt ἀντὶ πάντων ἀλλαξαίμην. quod Budæus exponit Nihil magis mereri velim.

Ἀντὶ vertitur etiam interdum per Propter, vel per ablatiuum Gratia. Aristoph. in Nubibus, — ἀντὶ τούτου τοῦ διδάγματος μόνου Διαφιτώσω σου κύκλῳ τὴν κάρδοπον. id est, Huius præcepti gratia, vel Propter hoc præceptum. Demosth. Pro corona, εἰπέ μ' ἐρωτᾷς ἀντὶ ποίας ἀρετῆς ἀξιοῦ τιμᾶσθαι; Sic ἀνθ' ὅτου exponitur Cuius rei gratia, Quamobrem. ad verbum Pro quo, Pro qua re. Demosth. ὡς ἐγὼ μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου, Nescio cuius rei gratia, Nescio cur, vel quamobrem, Nescio qua de causa. Lysias, ἥτις ἡ αὐτοῖς πρὸς τὴν πόλιν ἔχθρα, ἀνθ' ὅτου τοιαῦτα ἐτόλμησαν εἰς αὐτὴν ἐξαμαρτεῖν. Sic autem dicitur ἔχθρα ἀνθ' ὅτου Græcè, vt Causa est quamobrem Latinè, sicut annotat Budæus. qui etiam docet ἀνθ' ὅτου & ἀνθ' ὧν pro eodem dici nonnunquam: sicut Quamobrem & Quas ob res à Cicerone dictum est. Exponit autem Budæus ἀνθ' ὧν, Pro eo quòd, Propterea quòd, Idcirco quòd. Isocr. in Helene, νομίζων ὀφείλειν τοῦτον τὸν ἔρανον ἀνθ' ὧν ἐκεῖνος αὐτῷ συνεκινδύνευσε. Lucianus, ἀπόδος ἀνθ' ὧν σε διεπορθμευσάμην. Aristoph. Pluto, — δοῦναι δίκην Ἀνθ' ὧν ἐμὲ ζητεῖτον ἐνθένδ' ἀφανίσαι.

Ἀντὶ in compositione æqualitatem indicat, vt in ἀντίθεος, ἀντιάνειρα, ἀντίχειρ. Sed & apud Homerum Il. θ, — γυναικὸς ἄρ' ἀντετέτυξο, hîc Eustathius ait ἀντὶ γυναικὸς γενέσθαι, significare ἴσον γυναικὶ γενέσθαι. ‖ Sed multo plura sunt composita in quibus ἀντὶ significet Contra siue Aduersus.

¶ Ἀντίος, ου, ὁ, Aduersus, Ex aduerso stans, E regione positus, vel ex aduerso, Qui est in cōspectu. Exponitur etiā Obuius. Aliquando sine casu. vt Il. α, — ἀλλ' ἀντίοι ἔσταν ἅπαντες. & Il. λ, Ἀρτιώθη δὲ μάχη, σταν δ' ἀντίοι. Sic Xenoph. Pæd. 7, καὶ ὡς εἶδεν ἐκ τοῦ ἐναντίου παῖδα προσφερόμενον, ἀντίος ἐλαύνει. Aliquando verò cum casu, & quidem genitiuo, apud Homerum: vt Il. ε, — ὅστις τοῦγ' ἀντίος ἔλθοι. & Il. λ, Ὅς ῥα τότ' Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος ἀντίος ἦλθεν. Itidem apud Hesiodum in pugna dicitur aliquis ἵστασθαι ἀντίος alterius: in Aspide, Ἀλλ' ἄγε παῦε μάχης, μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο. Ibidem, Ἀντίος ἔστη ἐμεῖο, μάχης ἄμοτον μεμαώτων. Inuenitur autem in prosa ἀντίος Λέσβου, pro Qui est è regione Lesbi. Apud Plutarchum ἀντίος cum datiuo, in Camillo, ἔχων ἵππον, ἐξήλασεν ἀντίος ἀνδρὶ μεγάλῳ, id est, Tēdens aduersus magnum virum. Herodotus, ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα αὐτοῖς, arma illis contraria siue aduersaria, id est aduersum eos.

Ἐκ τῆς ἀντίης ex Herodoto citatur pro Ex aduerso: eo videlicet modo quo dicitur ἐξ ἐναντίας.

Ἀντίος autē ponēdū fuisset post ἄντην Etymologistē sequēdo, qui scribit ab ἀντῶ fieri ἄντην, ab ἄντην autē ἀντίος. Sed Eustathius ab ἀντὶ putat deductum esse ἀντίος: qui tamen videri possit significationis præpositionis rationem minus habuisse.

Ἀντία Rhea dicta ex eo quòd Telchinibus aduersaria fuit. Sed Etym. ab ἄντην, deducit.

C. Ἀντίφρων, ονος, ὁ, Contrarium sentiens, ἐναντία φρονῶν, Hesych.

C. Ἀντιοχέω, ῶ, Fut. ήσω, Aduersor, Renitor. ἐναντιοῦμαι, Hesych.

C. Ὑπεράνω, cū genit. Suprà. Gal. ad Glauc. μικρὸν δὲ ὑπεράνω τοῦ πεπονθότων χωρίων ἐπιτιθέναι σπόγγον. Paul. Ephes. 4, ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν: vt & cap. 1, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς: vbi vetus interpres exponit Longè super. Quum autem absolutè ponitur, accipitur pro Sursum in cælis.

Ὑπεράνωθεν, De loco superiori, Desuper.

ΑΝΩΓΩ, Præt. imperf. ἤνωγον, Fut. ἀνώξω, Aor. 1 ἤνωξα, Præt. medium ἤνωγα seu ἄνωγα absque augmēto. Iubeo, Hortor, Suadeo, Instigo. Od. κ, x. i.

Ἐῤῥέτω, εἴ μιν κεῖνος ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει. Od. π, Αὐτὸς τε κτενέω σφε, τ' ἄλλους πάντας ἀνώξω. Od. κ, Δὴ τότ' ἔπειθ' ἑτάροισιν ἐποτρύνας καὶ ἀνῶξαι. Præteritum autem medium ἄνωγα sæpe pro præsenti accipi solet. vt Odyss. γ, Ἀλλ' ἐς μὲ Μενέλαον ἐγὼ κέλομαι καὶ ἄνωγα. In passiua quoque significatione reperiri testatur Hesychius, qui ἀνώχται exponit κελεύεται. licet & ἀνωχθι & ἀνώχθω actiuã signific. tribuat: nam κέλευε & κελευέτω interpretatur. Eustathius hoc verbum ab ἀνω, id est ἀνύω deriuatum esse scribit vt ex πρώ, πρώγω. A

Ἀνωγέω etiam pro eodẽ dicitur, vt Od. ξ, ἔνθ' ὄγε μ' ἠνώγει πέμψαι βασιλῆϊ. item in eodem libro, Αἰγύπτιόν δέ με θυμὸς ἀνώγει ναυτίλλεσθαι, id est προτρέπει. Il. β, — παρὰ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη Εἰδομένη κήρυκι σιωπᾶν λαὸν ἀνώγει, populũ iubebat silere. Hesych. ἠνώγεα etiam ponit, quod interpretatur ἐκέλευον. vulg. autem lexica ἠνώγεα. B

Ἀνωγή, ῆς, ἡ, Iussum, Adhortatio. παρακέλευσις, Suid.

Ἄνωξις, εως, ἡ, Idem. Item βούλευσις, Hesych.

Ἀνωχμόν, τὸ, παρακελευστικόν. Hesych.

ἈΞΙ'ΝΗ, ης, ἡ, Ascia, Dolabra. Exponitur etiam Securis. quum tamen securim constet esse πέλεκυν, & ita constituenda sint duo diuersa securis genera. quum Homerus & Xenophon distinctè hæc duo ponant ἀξίνας & πελέκεις, Il. ο, Ὀξέσι δὴ πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο. Xen. Hell. 3, πολλὰ δὲ ξίφη, πολλοὺς δὲ ὀβελίσκους, πολλοὺς δὲ πελέκεις καὶ ἀξίνας. Rursus Homerus Il. ν, Ἀξίνην εὔχαλκον ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ Μακρῷ, εὐξέστῳ. Vult autem Eustathius ab ἄγω significante κλᾶν, id est Frangere, deriuatum esse ἀξίνη. intelligens videlicet à futuro ἄξω sumendam esse deductionem. Quòd si vera est hæc etymologia, non satis commodè videtur reddi nomine securis: si quidem à secãdo dicta est securis, ἀξίνη à frangendo. C D

C. Ἀξινομαντεία, ας, ἡ, Diuinatio per securim seu asciam. Plin. lib. 36, cap. 19, Hoc dicuntur vti magi in ea quam vocant ἀξινομαντεῖαν.

Ἀξινάριον, ου, τὸ, item Ἀξινίδιον, diminutiua forma, Parua ascia, Dolabella, Securicula, secundum quosdam.

ἌΞΙΟΣ, ου, ὁ, Dignus. cum genitiuo, & tam in bonam quàm in malam partem: vt ἄξιος ἐπαίνου, Dign⁹ laude: ἄξιος μέμψεως, Dign⁹ reprehẽsione. Xen. vno eodémque in loco vsurpat in vtramque partem: Pæd. 5, οὐκ ἂν ἐπαίνου σοι ἄξιος εἴην μᾶλλον ἢ μέμψεως. Vbi notandum poni datiuum σοὶ eodem modo quo in hoc eiusdem loco, ἐξετάζει ἑαυτὸν, ὁπόσου τοῖς φίλοις ἄξιος εἴη. Est autem ἄξιός εἰμι τούτου σοὶ, Dignus sum hac re tibi, pro Mereor hoc à te. Ponitur verò datiuus hic cum ἄξιος & in malã partẽ: vt ἄξιος ἦν θανάτου τῇ πόλει, Dignus erat morte ciuitati. pro Iudicio ciuitatis. id est Dignum morte censebat ciuitas. Verùm sæpiùs sine hoc datiuo personæ ponitur, cum solo genitiuo. Demosth. in Midiam, δείξω πολλῶν θανάτων οὐχ ἑνὸς ὄντα ἄξιον. Idem ibidem, μῖσος καὶ φθόνος καὶ ὀργή. τούτων γὰρ ἄξια ποιεῖς. Xen. Pæd. 5, ἄξια ἐπιμελείας, Digna studio & cura. ἄξια σπουδῆς, apud Plutarchum, & ἀξία λόγου πόλις, apud Thuc. Xen. Pæd. 4, οἱ δὲ τὰ πλείστου ἄξια ἐλάμβανον ὡς διασωσόμενοι, Res plurimo dignas, id est, Res maximi pretii, Res plurimi æstimãdas, hoc est Pretiosissima quæq;. Dicitur etiã vir aliquis πλείστου ἄξιος, sicut & ἄξιος τοῦ παντὸς apud Aristophanem. q. d. quantiuis pretii. cui opponitur ἄξιος οὐδενός, Nullius pretii. λύει καὶ ποιεῖ τοῦ μηδενὸς ἀξίαν, apud Demosth. id est, Nullius autoritatis. Aliquando verò additur datiuus rei in hoc loquendi genere, vt ἄξιος πλείστου καὶ πλούτῳ καὶ γένει, id est, Maximi faciendus tum nomine diuitiarum, tum nobilitatis. Interdum & datiuus personæ, vt ἄξιος πλείστου πᾶσιν, Maximi faciendus ab omnibus. vel Qui maximi fit. sic ἄξιος πολλοῦ πᾶσι, Magni faciendus. vel, Qui magni fit, Qui magno est in pretio apud omnes. Itẽ πλείστου ἄξιον pro Operæpretiũ, vt apud Andocidem, ὅπερ μοι πλείστου ἄξιον ἐγένετο, Quod mihi fuit operæpretium fecisse. Apud Xenophontem autem, πλείστου ἄξιοι κεκτῆσθαι videtur dici pro οἷς πλείστου ἄξιόν ἐστι κεκτῆσθαι. Vtitur autẽ Budæus hac voce operæpretium in exprimenda etiam hac loquẽdi forma, ὅσου ἄξια γυνὴ παροῦσα: ex hoc Demosthenis loco, ἴστε δή που καὶ αὐτοὶ ὅσου ἄξιά ἐστι γυνὴ ἐν ταῖς νόσοις παροῦσα κάμνοντι, id est E F G H

(inquit Budæus) Quantum operæpretium afferat ægroto, Quàm vtilis sit ægroto, Quanti æstimetur opera & cura muliebris circa ægrotum. Dicitur etiam aliquid esse παντὸς ἄξιον, vel ἄξιον τοῦ παντός: vt παντὸς ἄξια χρήματα, apud Thucydidem. Xenoph. ἀπομν. 2, ἃ δὲ καὶ οὕτως ἡμῖν δοκεῖ παντὸς ἄξια εἶναι, ὥστε παντός. Synes. ἄξιον τοῦ παντὸς τὸ χρεῖον. Alicubi ἄξιος cum οὐκ commodius redditur Indignus, quàm Non dignus: vt apud Platonem epistola 7, οὐκ ἄξιος ὀνείδους γέγονε τῇ πόλει, pro Indignus fuit dedecore. Aristot. Pol. 2, ὡς οὐκ ἴσων ἄξιοι ὄντες, Tanquam qui indigni sint qui æquam cum cæteris portionem accipiant. vel, Tanquam indignum sit eos accipere. Alicubi ἄξια verti potest vtroque modo, vel Digna, vel Non indigna: vt ἄξια σαυτῆς φρονεῖς, Te digna, vel Te non indigna, aut Quæ te decent. ‖ Ἄξιος autem cum infinitiuo, vt apud Isocratem in Paneg. οὐδὲν γὰρ ὅ, τι τοῦ τοιούτων οὐκ ἄξιός εἰμι μὴ παθεῖν. & apud Platonem in Apologia, τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. & apud Sophoclem, ἄξιος θρῆνων τυχεῖν. Hom. Iliad. ξ, Ἦ ῥ' οὐχ ἑὸς ἀνὴρ Προθοήνορος ἀντὶ πεφάσθαι Ἄξιος. ‖ Dicitur etiam ἄξιόν ἐστι, cum infinitiuo, pro Dignum est, Æquum est, Decet, Par est. Aristot. Ethic. 3, ἄξιον ζῆν τῷ ἀνδρείῳ, Æquum est vt vir fortis viuat. Xenoph. οὐκ οἴει σοὶ ἄξιον εἶναι ἐπιμεληθῆναι ὅπως διασωθῇ. Idem, ἄξιόν ἐστιν ἐμοὶ μισεῖν αὐτόν. Decet me eum odisse, Par est vt eum oderim.

Ἄξιος cum genitiuo pro ἀντάξιος, Æquiparandus, apud Homerum: vt Il. θ, — νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοι εἰμὲν Ἕκτορος. & Il. ο, Νῦν δ' ἡμῖν πάντων Ζεὺς ἄξιον ἦμαρ ἔδωκε Νῆας ἑλεῖν.

Ἄξιον, Æstimationem habens & pretium, Æstimabilis. Bud. interpret. Plut. οὐσίαν διακοσίων ταλάντων ἀξίαν. Idem, οὔτε τριῶν ἄξια ταλάντων κεκτημένος, Valentia tribus talentis, Quæ æstimari possent tribus talentis. Xenophon Hell. 4, Φαρνάβαζος ἧκεν ἔχων συχνὸν πολλοῦ χρυσοῦ ἀξίαν. Demosthenes autem dat nomini ἄξιος hanc in significatione præpositionem εἰς cum accusatiuo: vt ἄξια σύμπαντα εἰς μυρίας δραχμάς. Idem, κατέλιπε δὲ ξύλα κλίνεια εἰς ὀγδοήκοντα μνᾶς ἄξια.

Ἄξιον, Pretiosum, Magni pretii, τίμιον. Xenophõ Pæd. 3, καὶ φέροντες καὶ ἄγοντες εἶπε ἕκαστος ἄξιον εἶχε. id est πολυτελές. ‖ Habet verò & contrariam significationem apud Atticos. capitur enim pro εὔωνον (vt discimus ex Polluce, Suida, Eustathio, & aliis) id est Vile. vnde ἀξιώτερον & ἀξιώτατον, Vilius, Vilissimum. Lysias, καὶ ἀξιώτερον τὸν σῖτον ὠνήσεσθε. Idem, ἡγούμενος συμφέρειν ὑμῖν τοὺς παρὰ τούτων ὠνουμένοις, ὡς ἀξιώτατον τούτους πριαμένους. δεῖν γὰρ αὐτοὺς ἐβολῷ μόνον πωλεῖν τιμιώτερον. Aristoph. Equitibus, Οὐπώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας.

C. Ἀξιοβίωτον, Dignũ viuere. οὐκ ἀξιοβίωτον εἶναι, apud Xen. Hell. 4, Indignũ esse viuere, εἰ ἐνόμισαν οὕτω μὲν οὐκ ἀξιοβίωτον εἶναι, id est, Vitã acerbam fore. Sic dicitur vt ἀβίωτον.

C. Ἀξιοζήλως, aduerb. Dignè æmulatione, id est Egregiè. Exponitur etiam Laudabiliter. Vide ζῆλος.

C. Ἀξιοζήλωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus æmulatione. Item, Non spernendus, Non negligendus, Bud. Ab ἐζήλωται tertia persona præteriti τοῦ ζηλόομαι, fit ζηλωτός.

C. Ἀξιοθαύμαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Admiratione dignus, Admirabilis. Xen. Athen.

C. Ἀξιοθέατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Spectatu dignus, Visendus, apud Lucianum. Herodian. lib. 1, πρὸς δὲ τῇ τῆς ἡλικίας ἀκμῇ καὶ τὴν ὄψιν ἦν ἀξιοθέατος. Herodotus Ionicè vsurpat ἀξιοθέητος. A τεθέαται tertia singulari τοῦ θεάομαι fit θεατός.

C. Ἀξιόθρηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Luctu dignus, apud Euripidem. θρῆνος enim est luctus.

C. Ἀξιοκοινώνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus qui admittatur in societatem, Dignus cum quo societas contrahatur. Plato De republ. 2, διάκονοι τὰ μὲν τῆς διανοίας μὴ πάνυ ἀξιοκοινώνητοι ὦσι.

C. Ἀξιόκτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus qui quæratur & possideatur, Digno pretio quæsitus, vel Quærendus iusto pretio, Bud. Xen. Pæd. 5, καὶ δύναμιν τὴν σὴν καὶ θυγατέρα ἀξιόκτητον ἐγχειρίσας μοι. Theodor. in Eccles. hist. ἡ δὲ βασιλὶς τῆς θεραπείας μισθὸν ἐξεκόμισεν ὃν ἐνόμιζεν ἀξιόκτητον, χρυσὸν καὶ ἄργυρον. Fit ex ἄξιος & κτητός, quod à κέκτηται tertia præteriti τοῦ κτάομαι formatur.

C. Ἀξιόλεκτος, Dictu dignus, Laudabilis. pro quo perpe-

ram apud Hesychium ἀξιόλεπτον scriptum esse manifestum est.

C. Ἀξιόλογος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus commemoratione, Memorabilis, Laudabilis. Item, Non aspernandus, Non pœnitendus, Alicuius pretii. Xenophon, τῇ δὲ θεραπείᾳ καὶ τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν φίλων βασιλεύοντα πειρᾶσθαι τοῦτο ἀξιολογώτερον. Thucydides lib. 7, οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐγκλήματα ἔχοντες ἐπιδρομὴν τὴν τῷ τειχίσματι προσφέροντες, καὶ ἄλλα οὐκ ἀξιόλογα δοκοῦντα εἶναι. id est, vt scribit scholiastes, ἁπλᾶ τινα καὶ ψιλά.

Ἀξιολόγως, aduerb. Memorabiliter, Ita vt res sit commemoratione digna, Egregiè, Præstanter.

C. Ἀξιομακάριστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus qui felix prædicetur, Dignus qui inter felices annumeretur. & ἀξιομακαριστότατος superlatiuus gradus apud Xenophontem in Apologia Socratis, Dignus qui inter felicissimos annumeretur.

C. Ἀξιόμαχος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad verbum, Dignus qui cum alio prælietur. Capitur pro Viribus par ad pugnam, Par conserendæ pugnæ, In pugna æquiparans alium. Cum datiuo vel præpositione πρὸς habente accusatiuum. Thucydides, ἀξιόμαχοι δοκοῦντες εἶναι τῇ Ἀργείων συμμαχίᾳ. Pausanias in Achaicis, καὶ Λακεδαιμόνιοι συνιέντες οὐκ ἀξιόμαχοι πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς εἶναι. Idem, ἐπιστάμενος ὡς οὐκ ἀξιόμαχος πρὸς τοὺς Ῥωμαίους εἴη. Notandum est verò & hostem hosti dici ἀξιόμαχον & eius δύναμιν (id est exercitum) dici itidem ἀξιόμαχον: vt apud eundem Pausaniam ἀξιόμαχος δύναμις πρὸς τοὺς νεωτερίζοντας. Fit autē ἀξιόμαχος à nomine μάχη, vnde & alia multa composita. Alii malunt à verbo μάχεσθαι.

C. Ἀξιομίσητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus qui odio habeatur, Dignus odio. Plutarch. περὶ φθόνου, μισοῦνται δὲ πολλοὶ δικαίως ὡς οὓς ἀξιομισήτους καλοῦμεν. Μισεῖν est odisse. tertia sing. præt. à passiuo μισεῖσθαι est μεμίσηται.

C. Ἀξιομνημόνευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus commemoratione, Dignus cuius fiat mentio, Memorabilis. Xen. Hellen. 4, καὶ τῶν πράξεων τὰς μὲν ἀξιομνημονεύτους γράφω, τὰς δὲ μὴ ἀξίας λόγου παρήσω. Vbi notādū ἀξιομνημονεύτους & ἀξίας λόγου, pro eodē poni, & ἀξίας λόγου idē valere quod ἀξιολόγους compositū. Verbi pass. μνημονεύεσθαι tertia singularis præteriti est μεμνημόνευται, vnde μνημονευτός.

C. Ἀξιόνικος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus victoria, Dignus qui vincat. Vel, Idoneus ad victoriam adipiscendam, Vincere idoneus: Vel Qui victoriam emeruit & ea dignam fortitudinem præstitit, seu dignum robur. Xen. Pæd. 1, καὶ εἴπε ἀθλητὴς πολλὰ πονήσας καὶ ἀξιόνικος γενόμενος, ἀναγώνιστος διατελέσειεν. Herodotus, ἀξιονικότεροι ἔσονται Ἀθηναίων. Idem ἀξιονικότερος οὐδεὶς τοῦ Ξέρξεω ἔχειν τὸ κράτος. Iulianus imperator in quadam epistola, οὔτε ἑτέρου τινὸς θεῶν ἀξιονικοτέρου πρὸς τοιούτου γίγαντος καθαίρεσιν. Verbum νικᾶν est vincere, nomen νίκη est victoria.

C. Ἀξιοπενθής, έος, ὁ καὶ ἡ, Dignus luctu, Lamentabilis, apud Euripidem: qui & ἀξιόθρηνος pro eodem vsurpat. nam & πένθος significat idem quod & θρῆνος, videlicet luctum.

C. Ἀξιόπιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fide dignus, Dignus cui fides habeatur, Dign⁹ cui credatur. Refert in suis Apophthegmatis Plutarchus quendam dixisse de eo qui caput & barbam tingebat, τὸν ἄπιστον ἐν θριξὶ, μὴ νομίζειν ἀξιόπιστον ἐν πράγμασι. Exponūt gramm. ἀξιόπιστος, ὅπιστεύεσθαι ἱκανός: sicut ἀξιόχρεως, ὁ ἐπιλῦσαί τι χρέος ἱκανός. cui definitioni consentaneum est hoc quod aiunt dixisse Lycurgum, τὸ μὲν ἀξιόχρεων ἐν τῇ οὐσίᾳ, τὸ δ' ἀξιόπιστον ἐν τοῖς τρόποις κεῖσθαι. Interdum dicitur ἀξιόπιστος εἰς τοῦτο: vt apud Xenophontem, ἀξιόπιστον εἰς ταυτὶ ἡγησόμεθα. quod exponitur, Dignum cuius fidei hæc committantur. ‖ Accipitur etiam ἀξιόπιστος (sicut & ἀξιόχρεως interdum) pro ἱκανὸς, & δόκιμος, Idoneus, Sufficiens. Plutarchus, καὶ ναύλοχα πρὸς στρατιὰν ναυτικὴν ἀξιόπιστα. Est πίστις fides.

Ἀξιοπίστως, aduerbium, Cum fide sufficiente. In Pandectis ἀξιοπίστως ἀσφαλίζεσθαι, vt ait Budæus, est Idoneis sponsoribus cauere. quod de stipulante melius dicitur, vt Latinè Cauere sibi stipulantē dicimus aut ementem.

Ἀξιοπιστία, ας, ἡ, Fides sufficiens, Fides idonea. Nazianz. μὴ ζητεῖ ἀξιοπιστίαν τῶν κηρυσσόντων ἢ τῶν βαπτιζόντων.

c. 2. Καταξιοπιστεύομαι, F. εύσομαι, (cū genit.) pers. Fide indignū [aliquē] iudico. Aut, Dico aduers⁹ [aliquē] quæ si de indigna sint. Nā alterā harū signif. habere videtur in hoc loco quē Suid. affert. ἵνα δὲ μὴ δέξωμεν τὸν τηλικοῦτον ἄνδρα καταξιοπιστεύεσθαι, μνησθησόμεθα μιᾶς πράξεως.

C. Ἀξιόποινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus pœna, Qui pœnam meruit, vel Qui meritas dedit pœnas, Qui dignè punitus est. Item ἀξιόποινος, Meritas pœnas de aliquo sumens, Dignè aliquē puniens. Apud Spartanos erat Minerua ἀξιόποινος, teste Pausania. ποινὴ Græcis, est pœna Latinis.

B C. Ἀξιοπρεπής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui dignitate præditus est, id est dignatione, Quem honor decet, Honore dignus (vt interpretatur Budæus) censens ex ἀξία (meo quidem iudicio) & verbo πρέπω compositum, non ex ἄξιος. Xenophon in Symposio, καὶ νῦν ἐν τῇ ἑορτῇ ἀξιοπρεπέστατος δοκεῖς εἶναι τῶν πεφιλημένων· καὶ σῶμα ἀξιοπρεπέστατον μὲν ἰδεῖν τῆς πόλεως ἔχεις, ἱκανὸν δὲ μόχθους ὑποφέρειν. Exponitur etiam Dignitatem præ se ferens. ET subst. hinc factū Ἀξιοπρέπεια, Dignitas, Amplitudo. ET aduerb. Ἀξιοπρεπῶς, Cum dignitate. vt idem valeant quod simplicia ἀξία & ἀξίως. Obseruaui tamen non pauca cum πρέπω composita nomina pro simplicibus accipi.

C C. Ἀξιόσκεπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus cōsideratione seu animaduersione, Cōsiderandus. Xen. Hell. 5, ἐγὼ ἀπεκρινάμην ὅτι τὰ μάλιστα ἀξιόσκεπτα λέγεις.

C. Ἀξιοσπούδαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus cura & studio, Dignus quem studiosè consectemur. Pro eodem dicitur σπουδῆς ἄξιος & ἀξιοσπούδαστος, sicut ἀξιόλογος & λόγου ἄξιος. Fit tamen ἀξιοσπούδαστος non ex ἄξιος & σπουδή, sed ex ἄξιος & ἐσπούδασται tertia singularis præteriti à σπουδάζομαι.

D C. Ἀξιοτέκμαρτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sufficientibus argumentis probatus. A tertia singularis præteriti verbi τεκμαίρομαι.

C. Ἀξιοφίλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus qui ametur, apud Xenophontem. A πεφίληται tertia singularis præteriti τοῦ φιλοῦμαι.

C. Ἀξιόχρεως, ω, ὁ καὶ ἡ, Qui soluendo est, Sufficiens ad soluendum debitum. Locuples, id est, Qui satisfacere potest. Vnde per translationem dicitur ἀξιόχρεως μάρτυς vt apud Latinos Locuples testis, pro Fide dignus. Apud Demosthenem ἀξιόχρεως ἐγγυητής, Philipp. 4 Plato

E in Apologia, ἀξιόχρεων ὑμῖν τὸν λέγοντα αἰτίσω, id est, Dignum cui credatis, ἀξιόπιστον. Capitur etiā generaliter pro Sufficiens alicui rei vel incœpto, Par alicui rei, Idoneus ad aliquid, Dignus. Ponitur autem ἀξιόχρεως interdum per se, interdum cum infinitiuo, interdum cum præpositione εἰς accusatiuo iuncta. Xenophon Pæd. 7, ὁπόσοι ἐπικαίριοι ἦσαν καὶ ἀξιόχρεώ τι αὐτῷ ἐδόκουν κοινωνοὶ εἶναι καὶ πόνων καὶ ἀγαθῶν. Demosthenes Olynthiaca 3, τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ὄντος ἀξιόχρεω περὶ τῶν προτέρων ἡμῖν ἀντιτάξασθαι. Idem, οἱ νομίζοντες αὐτοὺς ἀξιόχρεως

F εἶναι τοῦ Φιλίππου ξένους προσαγορεύεσθαι. Herodotus, ἀξιόχρεως δοκεῖ ἐναντιωθῆναι. Pausanias, ἁρμονίας δὲ ἢ κάλλους ἕνεκα ἀρχιτέκτων ποῖος ἐς ἅμιλλαν γένοιτ' ἂν ἀξιόχρεως; Ex ἄξιος fit & χρέος quod est debitum. Vide Ἀξιόπιστος paulo antè.

Ἀξιόχρεως, Satis amplus, Non aspernandus, Non pœnitendus. Apud Athenæum, ἐξουσία μέγεθος ἀξιόχρεων ἔχουσα, id est iustā magnitudine, quod est ἀξιόλογον. Sic παρασκευὴ ἀξιόχρεως apud Thucydidem exponitur Iustus apparatus, secundum scholiastem ἀσφαλής. Idem alibi apud eundem ἀξιόχρεων exponit μεγάλην.

G Ἀξιόχρεον cum ο in fine Suidas barbarum esse ait. citatur tamen pluralis ἀξιόχρεα ex Luciano, à singulari ἀξιόχρεον.

Ἀξιοχρέως, aduerbium, Sufficienter. ἱκανῶς, vt habet Hesychius. Nisi fortè legendum est apud eum ἀξιόχρεως & ἱκανός.

Composita autem in quibus perditur ο nominis ἄξιος, sunt hæc.

C. Ἀξιάγαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Admiratione dignus, Admirabilis. δέσποτα ἀξιάγαστε apud Syn. Ex ἤγασται tertia præteriti ab

H ἀγάζομαι fit ἀγαστός. Est autem ἀγάζομαι Admiror.

C. Ἀξιάκουστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus auditu, Dignus qui audiatur. Xen. ἀξιοθέατοι καὶ ἀξιάκουστοι, Digni qui spectentur pariter & audiantur. ‖ Sonat ἀξιάκουστον etiam Memorabile. quod enim est memorabile, auditu dignū

est. Ex ἤκουσαι tertia sing. præter. ab ἀκούομαι fit ἀκουστός. A

C. Ἀξιακρόατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem, Dignus auditu. Xenophon Lacedæmoniorũ politia, χοροῖς ἀξιακροατοτάτοις καὶ ἀγῶνας ἀξιοθεατοτάτοις. Ab ἠκρόαται tertia sing. præteriti ab ἀκροῶμαι fit ἀκροατός.

C. Ἀξιαφήγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus commemoratione, Dignus qui commemoretur, Memorabilis, Commemorandus. Herodotus non semel vtitur, sed Ionicè scribẽs ἀξιαπήγητος: vt ἀξιαπηγητότατα ἔργα, maximè memorabilia. Fit ex ἀφήγηται tertia præteriti ab ἀφηγοῦμαι. Pro eodem dicitur ἀξιομνημόνευτος. B

C. Ἀξιέπαινος, ου, ὁ καὶ ἡ, vel Ἀξιεπαίνετος, Laude dignus, Laudabilis, Prædicandus, Commendabilis. Xenoph. Pæd. 3, ἐνόμιζε γὰρ, εἰ ἕκαστος τὸ μέρος ἀξιέπαινον ποιήσει, τὸ ὅλον αὐτῷ καλῶς ἔχειν. Fit autem ἀξιέπαινος ex ἄξιος & ἔπαινος: at verò ἀξιεπαίνετος, ex ἄξιος & ἐπαινετὸς formato ab ἐπῄνηται tertia præteriti verbi passiui ἐπαινοῦμαι.

C. Ἀξιεπιθύμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus qui expetatur. ἐπέραστος, Varin.

C. Ἀξιέραστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dignus qui ametur, Amabilis. qui à Xenophonte dicitur ἀξιοφίλητος. nam ἀξιοφίλητος est ἄξιος φιληθῆναι, vt ἀξιέραστος est ἄξιος ἐρασθῆναι. ab ἤρασται tertia singularis præteriti à passiuo ἐρῶμαι. Apud eundem Xenophontem, τέκνα ἀξιέραστα. & apud Plutarchum in Romulo, ἀξιέραστον αὐτὴν θεῷ γεγονέναι, Dignam visam deo quæ ab eo amaretur, vel dei amorem emeruisse. C

C. Ἐπαξιέραστος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem, apud Philon. De V. Mos.

C. Ἀντάξιος, ου, ὁ, Æquiparandus, Æqualis pretii: vt χρυσὸς οὐκ ἀντάξιος τῆς ἀρετῆς, Aurum non est æquiparandum cum virtute. Hom. Il. ι, ψυχῆς ἀντάξιον, Cum anima æquiparandum, Tanti faciendum quanti anima. Idem, Il. λ, Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Xenophon, πολλῶν οἰκετῶν οἶμαι ἀντάξιον εἶναι, Existimo multorum seruorum instar esse. Rursus apud Homerum Iliad. α, ἀντάξιον ponitur sine genitiuo, pro Æqualis pretii, ἴσον τῇ τιμῇ, τὸ ἰσότιμον. D

C. Ἀπάξιος, ου, ὁ, Indignus. Plato Epist. 7, οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι νέῳ καὶ μὴ νέῳ, Non indignum est iuuene & non iuuene, audire. Eodem vtitur in lib. De leg.

Ἀπαξία, ας, ἡ, Indignitas, in vulg. lex.

C. Ἐπάξιος, Dignus. vt ἐπάξιος γάμος apud Sophoclem, Gregorius, τοῦτο τῶν ἀοιδίμων ἡρώων καὶ φυσῶν τοῦ ἀνδρὸς ἐπάξιον, Dignius & magnificentius. Bud. E

Ἐπαξίως, Dignè, Pro dignitate & merito. Nazianz. τοῦ κολάζοντος ἐπαξίως.

C. Καταξίως, Dignè, pro Dignitate: vt καταξίως ἐμοῦ, apud Sophoclem, Pro mea dignitate.

Ἀξίως, aduerbium, Dignè, Pro dignitate. Ponitur interdum sine casu: vt apud Isocratem in Panegyrico, ἅπτε μὲν γὰρ ᾤμην ἀξίως δυνήσεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων εἰπεῖν. Demosthenes Philipp. 2, πάντες μὲν ἀεὶ γλίχονται λέγειν, ἀξίως δ' εἰπεῖν οὐδεὶς δεδύνηται. Frequentius autem cum genitiuo vt apud eundem Isocratem κατὰ σοφιστῶν, in eadem sententia exprimenda, ὅς ἂν ἀξίως μὲν λέγῃ τῶν πραγμάτων. Idem in Panegyrico, ἐγὼ δ' ᾤμην καὶ τοῦ πράγματος ἀξίως εἰπεῖν καὶ τῆς δόξης τῆς ἐμαυτοῦ. Vnde existimare possit aliquis in locis illis prioribus post ἀξίως subaudiendum reliquisse Isocratem & Demosthenem genitiuum τῶν πραγμάτων. Capitur autem tam in bonam quàm in malam partem, sicut & ipsum nomen ἄξιος. Isocrates in Archidamo, σκεπτέον δ' ὅπως ἀξίως ἡμῶν αὐτῶν πολεμήσωμεν. Demosthenes Olynth. 3, πράττειν ἀξίως ὑμῶν αὐτῶν. Citatur item ex Platonis Apologia, πράττειν ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, pro Faciens vt decet virum probum, Viri probi fungens officio. Nisi fortè πράττειν aliter hîc exponi potest. ἀξίως τῶν καλῶς πεποιημένων, Pæd. 5. In malam autem partem, vt ἀξίως τοῦ ἀδικήματος apud AEschinem, Pro dignitate sceleris. id est, Vt meretur scelus. Quidam vertunt Pro magnitudine sceleris. ¶ Quum autem dicunt ἀξίως λόγου, non debet ἀξίως verti Pro dignitate: sed ἀξίως λόγου, Dignè commemoratione, id est, Ita vt res sit vel fuerit vel esset digna commemoratione, aut memoratu. vt, ἀξίως λόγου μαχόμενοι, Pugnantes ita vt res foret memoratu digna, id est Pugnã memoratu dignam edentes. Dicunt pro eodem ἀξιολόγως vno verbo. F G H

Ἀξίως pro Ἀξιώνως, Vili pretio: vt ἀξίως πεπρᾶσθαι, apud Pollucem.

Ἀξία, ας, ἡ, Dignitas eo sensu quo dicitur Pro dignitate rei, id est, Vt res meretur. Demosthenes aduersus Midiam, τὴν κατ' ἀξίαν τῶν πεπραγμένων παρὰ τούτου δίκην λαβεῖν. κατὰ τὴν ἀξίαν, Pro dignitate, Pro merito, vel meritis, Isocrates in Areopag. τὴν δὲ κατ' ἀξίαν ἕκαστον τιμῶσαι. Sic apud Platonẽ, κατὰ τὴν ἀξίαν τιμᾶσθαι Dicitur & πρὸς ἀξίαν: vt τῆς πρὸς ἀξίαν διαιρέσεως, id est, eius quod pro cuiusque dignitate est. Et ὑπὲρ τὴν ἀξίαν, Vltra quàm meremur, Quæ merito nostro maiora sunt, apud Areopagitam. Et παρὰ τὴν ἀξίαν, Præter dignitatẽ, id est Indignè, Immeritò: vt παρὰ τὴν ἀξίαν δυστυχῶ. & cum genitiuo apud Demosthenem Olynth. 2, ἢ ὡς δὴ παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν δεδουλωμένοι Θετταλοί.

Ἀξία, Dignitas, id est Dignatio (inquit Budæus) ἀξίωμα. Demosthenes Pro corona, τὸ φρόνημα ἀφεῖσθαι καὶ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῆς. Cui significationi vicina est ea qua dicuntur οἱ ἐπ' ἀξίας, Magistratus. Lucianus, καὶ τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ δορυφοροῦντες. Sic dicitur vt οἱ ἐπ' ἐξουσίας.

Ἀξία, AEstimatio. Xenophon Pæd. 8, τὸν γὰρ πολλὰ δοκοῦντα ἔχειν, μὴ κατ' ἀξίαν τῆς οὐσίας φαίνεσθαι ὠφελοῦντα τοὺς φίλους, ἀνελευθερίαν ἔμοιγε δοκεῖ περιάπτειν. Apud Basiliũ in epistolis κατ' ἀξίαν ἀτελὲς exponitur AEstimatu vile. Plato De leg. 9, τὴν δὲ τῆς βλάβης ἀξίαν, εἴτε διπλῆν, εἴτε τετραπλασίαν οἱ δικασταὶ ταξάντων. Citatur & ex Xenophonte ἀξία plurali numero, εἰσί τινες ἀξίαι φίλων, pro Sunt quædam amicorum æstimationes & valores. Sed non satis Latinum est vocabulum valor.

Ἀξία, Iustum pretium. Xenophon, οὐδενὶ ἂν μὴ ὅτι περίξα δοίης, ἀλλ' οὐδ' ἔλαττον τῆς ἀξίας λαβών, id est Minus iusto pretio, inquit Budæus. Et apud AEschinẽ τῆς ἀξίας ἀποδίδοσθαι, Iusto pretio vendere, vt ait idem. Et apud Aristotelem Ethic. 9, τὴν ἀξίαν τάττειν pro Indicare, quod institoris est & venditantis merces. Dicitur pro eodem ἀξιοῦν vna voce. Itẽ ἀξία, Iusta merces, Digna merces, Aristot. Ethic. 9, οὐ γὰρ πρὸς χρήματα ἡ ἀξία μετρεῖται, pro Neque enim digna merces philosophia pecunia rependitur, Budæo interprete. Sciendum est autem ἀξία in huiusmodi loquendi formulis posse pro substantiuo nomine accipi (sicut in locis modò citatis in quib' AEstimationẽ interpretati sumus) vt ἀξία sit pro ἀξία τιμή: vel subaudiri nomen τιμή, vt ἀξία censeatur adiectiuũ. At verò in hoc loquendi genere quod est apud Lucianum, ἀποτίνειν τὴν ἀξίαν, & ὑπέχειν τὴν ἀξίαν, constat ἀξίαν non esse substantiuum nomen, sed adiectiuum, & substantiuum τιμωρίαν debere subaudiri post ipsum, vel δίκην. Dicitur autem τὴν ἀξίαν ἀποτίνειν, vel ὑπέχειν à Luciano, Qui dat meritas pœnas, Qui dat pœnas quas meretur, vel, quibus dignus est. Est defectuosa loquutio (inquit Budæus) τὴν ἀξίαν ἀνταποδοῦναι ἢ ἀντιλαβεῖν. hoc est, τιμὴν τὴν ἀξίαν καὶ τιμωρίαν. Exemplum autem τοῦ ἀξίαν ἀνταποδοῦναι, item τοῦ τὴν ἀξίαν ἀντιλαβεῖν non ponit Budæus: sed eadem esse videtur ratio in hoc genere loquendi, ἀξίαν ἀποδιδόναι, quæ est in isto Xenophontis loco, Pædiæ 4. ὧν δ' ἕκαστος ἄξιος ἐπιδεῖν παρ' ὧν προσήκει πύθωμαι, τότε τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ πειράσομαι ἀποδιδόναι.

Ἀξιότης, ητος, ἡ, pro ἀξία, Dignitas, Dignatio.

¶ Ἀξιόω, ῶ, Dignum esse censeo, Dignor. Cum genitiuo, vt apud Sophoclem ἠξίωσαν scholiastes exponit ἄξιον ἡγήσαντο: & apud Thucydidem ἀξιῶ scholiastes itidem explicat ἀξίους ἡγοῦμαι. Sic ἀξιοῦσιν αὐτοὺς πάντων, Omnia sibi vendicant, Dignos se existimant qui accipiant omnia. In malam etiam partem, vt apud Demosthenẽ Pro corona, αὐτὸν τοῖς οὐκ ὀρθῶς συμβουλεύουσι ὑμῖν περιπέμψαντες, τῆς προσηκούσης ἀτιμίας ἀξιώσητε, id est, Dignos ea censueritis. vel potius, Ea affeceritis vt dignos. Plato in Apologia, οὐκ ἐθισμαι ἐμαυτὸν ἀξιοῦν κακοῦ οὐδενός. Sæpius cum infinitiuo, pro Dignum esse iudico (eo modo quo dixit Virgilius, — si credere dignũ est) AEquũ esse cẽseo. Aristoph. in Pluto, οὐ γὰρ ἀξιοῖς τἀλλότρια πράττειν ἐθέλειν. Xen. ἀξιοῦσι αἱ πόλεις τοῖς ἄρχουσιν, ὥσπερ ἐγὼ τοῖς οἰκέταις, χρῆσθαι. Luc. in Anach. τοῖς τοιούτοις πόνοις καταγυμνάζειν αὐτοὺς ἀξιοῦμεν. vbi ἀξιοῦμεν quidã non vertũt AEquũ existimamus, sed Operæpretium esse existimamus,

Nonnulli, Volumus. Sic & ἀξιοῖς quidam vertunt Vis in illo Aristophanis loco quem proximè citaui, item in hoc Isocratis (& in similibus) in Archidamo, εἰ δὲ μηδεὶς αὖ ὑμῶν ἀξιώσει ζῆν ἀποστερούμενος τῆς πατρίδος. At μὴ ἀξιῶ est Indignum censeo, Indignor. Aristot. Pol.5, de tyrannis loquens, διὸ καὶ τοῖς ἐπιεικέσι πολεμοῦσιν, ὡς βλαβεροῖς πρὸς τὴν ἀρχὴν, οὐ μόνον διὰ τὸ μὴ ἀξιοῦν ἄρχεσθαι δεσποτικῶς, id est, Quòd indignum censeant se dominico imperio parere. pro διὰ τὸ ἀξιοῦν ἄρχεσθαι μὴ δεσποτικῶς. Pausanias in Messeniis, οὐκ ἠξίου τὸν ἄνδρα ἰδιωτεύειν, Indignabatur. Thucydides, ὑμᾶς οὐκ ἀξιῶν τὰ μὴ δεινὰ ἐν ὀρρωδίᾳ ἔχειν. Item, ἀξιῶ (inquit Budæus) Perhibeo, Existimari volo, Talem me esse prædico. Arrian. ἀναβ. 2, αὐτὸς δὲ ἀπ' Ἄργους τῶν Ἡρακλειδῶν εἶναι ἠξίου. Sic fermè Thucydides, καὶ τὰ μὲν παλαιὰ καὶ μέγιστα τοιοῦτοι ἠξιώσαμεν εἶναι, Dignos nos esse censuimus qui tales nos exhiberemus. Quæ exempla Budæus affert. Videtur autem ἀξιῶ itidem pro Existimari volo, & Talem me esse prædico, sumi in hoc quoque Plutarchi loco, οὐ πλούσιοι μόνον ἢ λόγιοι εἶναι ἀξιοῦσιν, ἀλλ' εἰ μὴ, &c. Exponitur ἀξιῶ & per verbum Peto, seu Postulo, quæ significatio finitima est supradictæ, pro Æquum esse censeo. quum enim ἀξιῶ vertitur Peto seu Postulo, intelligendum est Peto vt rem quam æquam esse iudico: vt, χρόνον ἠξίουν λαβόντες ἀπολογήσασθαι, Petebant sibi dari spatium ad respondendum iis quæ obiecta ipsis erant. Aliquando copulantur ἀξιῶ & παρακαλῶ, item ἀξιῶ & δέομαι. Demosthenes Pro corona, οἵτινες ἀξιώσουσι καὶ παρακαλέσουσιν αὐτὸν ποιήσασθαι τὰς ἀποχάς. Idem ibidem, ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν ἀκοῦσαί μου. Idem rursus ibidem, ἀξιῶ δὲ καὶ δέομαι τοῦτο μεμνῆσθαι ὑμᾶς.

Ἀξιῶ, Existimo, Puto. Plato in Apologia Socratis, ἀξιώσατε καὶ ὑμεῖς διττούς μου κατηγόρους γεγονέναι. Citatur item ex Herodoto, ἀξιόω ἀδικέεσθαι pro Iniuriam mihi fieri arbitror. Item apud philosophos pro δοξάζω καὶ δογματίζω, & quasi axioma constituo, vel ὑποτίθεμαι. quod nostrates dicunt, Ego id pro vna maxima pono. quasi pro vno axiomate. Ita Budæus, citans hunc Aristotelis locum in problematis sect. decimaseptima, τὸ μὲν δὴ τῷ ἀριθμῷ τοὺς αὐτοὺς ἀξιοῦν εἶναι ἀεὶ τοὺς γινομένους, εὔηθες.

Ἀξιῶ, Indico, quod institoris est & venditantis merces. Plato De legibus lib. 11, ὁπόσης ἂν τιμῆς ἀξιώσῃ τὸ πωλούμενον. Aristoteles autem τὴν ἀξίαν τίθημι dicit pro Indico. Bud.

Ἀξιόομαι, οῦμαι, passiuum, Dignus censeor, Dignus existimor vel habeor: vt apud Plutarchum in Publicola, ἀξιωθεὶς βουλῆς, Dignus habitus senatu, id est, Dignus habitus qui in senatum reciperetur. Item ἀξιωθεὶς vel ἠξιωμένος τούτων, Qui hæc emeruit, Qui hæc est consequutus tanquam iis dignus. ἀξιωθεὶς τιμῆς, Affectus honore, Quo dignus est habitus, Quem dignati sunt alii honore. ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, Dignus habitus qui ad communem mensam admitteretur. ἀξιωθεὶς τῶν δωρεῶν, Donatus muneribus quibus dignus censebatur. Sunt autem necessariæ hæ aut similes periphrases ad exprimendam vim Græci verbi: non solent tamen semper adhiberi. nam ἀξιωθεὶς δωρεῶν vertitur breuius à quibusdam, Muneribus honestatus. & ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, Ad communis mensæ honorem admissus. Itidem ἀξιωθεὶς τιμωρίας (vbi notandum ἀξιοῦμαι in malam partem capi) Affectus supplicio. pro Dignus iudicatus qui afficeretur supplicio. Cicero Dignari posuit passiua significatione, Græco ἀξιοῦσθαι planè respondens. De oratore lib. 3, Res complures dissimiles, quæ tamen simili laude dignentur, ὁμοίως δὲ ἐπαίνῳ παρομοίῳ ἀξιούμενα.

Ἀξίωμα, ατος, τὸ, Dignitas, Autoritas, Amplitudo. Demosthenes, ὡς δὲ τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα λαβὼν ἀφίκετο εἰς τοὺς ἀμφικτύονας. Euripides, Τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃ τὸ σὸν, Πείσει. Vnde οἱ ἐν ἀξιώματι dicuntur (vt & οἱ ἐπ' ἀξιώσεως & οἱ ἐπ' ἀξίας) Magistratus, Qui honores gerunt. vel Primates. vnde & εἰς ἀξίωμα προάγειν, Honoribus augere, Ad honores prouehere. ‖ Huic significationi est affinis hæc quam ponit Budæus ex Constantino in Grammatica, vt capiatur pro autoritate, id est dicto vel scripto magni alicuius autoris. locus Constantini est, πολλὰ γὰρ παρέλαβε ἀξιώματα τῶν ποιητῶν εἰς βεβαίωσιν τῆς ἀληθείας. Item pro senatus autoritate Gazam vsurpasse annotat.

Ἀξίωμα apud dialecticos, Enuntiatio vel Enuntiatum, Quicquid enuntiatur, Effatum, Pronuntiatum. Nam his omnibus modis Cicero interpretatur hoc Græcum vocabulum, vt videbis in meo lexico Ciceroniano Græcolatino. Gellius proloquium vocat. Donatus in Terentium annotat ἀξίωμα esse sententiam vel enuntiationem quæ vno verbo nexam contineat & perfectam intelligentiam, eámque à veteribus Verbum appellatam. Verba ipsius Donati proferam. enarrans enim hunc Terentii locum in Andria, Quin tu dic vno verbo, Vno verbo, ἀξιώματι, vna sententia. Nam ἀξίωμα sententia est, vel enuntiatio vno verbo nexam continens & perfectam intelligentiam. ἀξίωμα enim constat ex nomine & verbo. Itē in hunc Eunuchi locum, Vtinam istuc verbum ex animo ac verè diceres. Verbum, inquit, pro dicto. Sed propriè ἀξίωμα, id est sententia vel enuntiatio quæ vno ligatur & astringitur verbo, verbum à veteribus dicebatur. Item in locum illum Adelphorum, Non meum illud verbum facio. Nūc verbum inquit, pro ἀξιώματι posuit, quod vno stringitur verbo. Idem alibi, Completæ, inquit, sententiæ pronuntiatio ἀξίωμα nominabatur. Plutarchus in Platonicis quæstionibus, τὸ δὲ ῥῆμα καὶ τοὔνομα ποιεῖ τὴν πρότασιν τὸ τ' ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος δεχομένην συνθέσιν. ἣν οἱ μὲν πρότασιν, οἱ δὲ ἀξίωμα, Πλάτων δὲ λόγον προσηγόρευε. Cicero itidem dicit, Itaque contendit omnes neruos Chrysippus vt persuadeat omne ἀξίωμα aut verum esse aut falsum. Item alibi, Licet enim Epicuro concedenti omne enuntiatum aut verum aut falsum esse non vereri, &c. Notandum est autem Plutarchum in loco quem modò citaui, πρότασιν generaliter dicere ἀξίωμα esse πρότασιν, non certum genus προτάσεως. quidam tamen προτάσεις ἀπίστους siue ἀναποδείκτους appellari putarunt ἀξιώματα potiùs quàm τὰς ἀποδείξεως δεομένας. sed Alexander in librum Topicorum 8, Aristotelis, ostendit vtrasque ab eo dici ἀξιώματα. Quid autē thesis ab axiomate differat, vide apud Budæum in prior. annot. in Pandectas ex Ioanne Grammatico.

Ἀξιωματικὸς, οῦ, ὁ, Habens ἀξίωμα, id est Autoritatem. Autoritate præditus, Autoritatis plenus, vel autoritatis & dignitatis, Plenus maiestatis, Augustus. Dionys. Halicarn. de Isocrate, ὑψηλότερός ἐστι Λυσίου κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ μεγαλοπρεπέστερος μακρῷ, καὶ ἀξιωματικώτερος. Plutarchus De musica, ἐπειδὴ μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἀξιωματικὸν, ἡ δὲ τὸ παθητικὸν ἀποδίδωσι. Itē, Dignatione & maiestate venerādus, Dignitate oris præditus, vt apud Plutarchum de Pompeio loquentem. ‖ Ponitur etiam τὸ ἀξιωματικὸν substantiuè pro Amplitudine & dignitate, vt ait Budæus. Idem in Commentariis scribit, Autoritas est ἀξίωμα, τὸ ἀξιωματικὸν, τὸ κῦρος, ἡ πίστις, vt autoritas instrumenti.

Ἀξιωματικοὶ, Qui in dignatibus sunt constituti. Bud. ex Pand.

Ἀξιωματικῶς, aduerbium, Cum autoritate, Cum dignitate. ‖ Item apud dialecticos ἀξιωματικῶς τι λέγειν, Aliquid vt axioma ponere, quod nostrates dicunt Aliquid pro vna maxima ponere. Bud.

Ἀξίωσις, εως, ἡ, Idem quod ἀξίωμα. vnde οἱ ἐν ἀξιώματι & οἱ ἐπ' ἀξιώσεως iidem sunt, videlicet Primates vel Magistratus. ‖ Est etiam Amplitudo, vt ait Budæus. A Suida exponitur τιμὴ in quibusdam locis quos citat. ‖ Et ἀξίωσιν Plutarch. in Cæsare non semel vocat postulatum, vt ait idem. ‖ Apud Thucydidem autem ait ἀξίωσιν esse Existimationem vel præsumptionem & fiduciam sese non spernendis. Locus Thucydidis est hic, καὶ οἱ στρατηγοὶ ἐκ πολλοῦ ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὴν ἀξίωσιν ταύτην εἰλήφεσαν, μηδενὶ ὄχλῳ Ἀθηναῖοι ὄντες Πελοποννησίων ὑποχωρεῖν. Schol. autem ἀξίωσιν hîc exponit πεῖραν. Quidā verò ἀξίωσιν λαμβάνειν hîc vertūt Sibi tribuere vel assumere: vt & apud Plut. in Pericle, ἐκ τῶν ἀδίκως ἀξίωσις αὐτῷ, pro Non iniuria id sibi assumebat. Citatur ex eode Thuc. ἀξίωσις τοῦ ὀνόματος pro σημασία. Præterea ex Hermog. pro

x. iii.

pœna, ex Æschine pro instituto. sed alii aliter accipiũt apud vtrunque. Æschinis locus est hic in Ctesiphõtẽ, καὶ τὴν ἀξίωσιν ταύτην οἴει λανθάνειν ἡμᾶς.

Ἀξιωτέον, aduerb. positiuum, Existimandum est.

C. ANTαξιόω, ῶ, Viciſſim peto, Viciſſim postulo, Bud. At in vulg. lex. Græcol. ἀνταξιῶ τὰ ὅμοια citatur ex Thucyd. pro Paria rependo. sed locus examinandus est.

C. ἈΠαξιόω, ῶ, F. ώσω, Dedignor, Non dignor, Indignũ iudico, Contemno. poniturque interdum absolutè, vt, μηδέ τις ἀπαξιούτω ἢ τύχης παῖσμα νομιζέτω, ὅτι, &c. Interdum cum infinitiuo, vt apud Herodian. lib. 7, τὸ δὲ δῆμον ἑκάστοτε ηὔξετο, τοῦ μὲν τοσούτου δήμου ἀπαξιοῦντος ὑπ' ὀλίγων καταφρονηθῆναι. Interdum cum accusatiuo, vt apud Appian. ὁ δὲ δῆμος τὸν Μάρκιον μετιόντα τὴν ὑπατείαν οὐκ ἐχειροτόνησε, οὐ τὸν ἄνδρα ἀπαξιῶν, ἀλλὰ τὸ φρόνημα δεδιὼς αὐτοῦ. Plut. De defect. or. καὶ τὴν ἀνωμαλίαν τὴν περὶ τὸν θεὸν ποιεῖ, τῇ μὲν ἀποστρεφόμενον καὶ ἀπαξιοῦντα τὴν κακίαν, τῇ δὲ πάλιν αὖ προσιέμενον, Auersantem & aspernantem vitia. vt Turn. interpretatur. Interdũ cum genitiuo rei & accusatiuo personæ, vt apud Aristot. De mundo, οὐδ' αὖ τὴν τῶν καλλίστων ἀπηξίωσε. Ἀπαξιῶν, Renuens, Inuitus, Dedignans. Plut. αὐτοῦ τοῦ Μίλωνος μεταβαλεῖν ἐσθῆτα φαιὰν ἀπαξιώσαντος. vbi Bud. μεταλαβεῖν quoque legi posse existimat, & Indignari apud Lat. sic etiã accipi annotat. Ἀπαξιόω Hesychius exponit quoque ὑπερηφανεύομαι.

Ἀπαξίωσις, εως, ἡ, Dedignatio, Plin. Contẽptio, Despicientia, Cic. καταφρόνησις, Suid. Polyb. ὁ δὲ Φίλιππος ἐδυσχέραινεν ἐπὶ τῇ τῶν Κερκυραίων ἀπαξιώσει.

C. ἘΠαξιόω, ῶ, F. ώσω, Postulo, Rogo: vt vulg. lex. apud Sophocl. interpretantur.

C. KATαξιόω, ῶ, Dignor, Dignum iudico. τιμῆς ἀξιῶ. Suid. οἱ δ' οὐ καταξιοῦντες τὸν Τίμαρχον, διὰ τὸ συνειδέναι τίς ἦν, οὐ προσεδέξαντο. In paſſ. signif. plerũq; cũ genit. cõstruitur, & significat Dignus iudicor aut sum qui &c. vt Lucæ 21, καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα. Eiusdẽ 20, οἱ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. Interdũ cum genit. vt 2. Theſſ. 1, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.

ἊΟΡ, ρος, τὸ, Ensis, vel Ἄορ: cum ᾰ vel ᾱ. nam etiã producitur. Od. κ, Σπασσάμενος ταυύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ. Eodem lib. Ἀλλ' ἄγε δὴ κολεῷ μὲν ἄορ θέο. In eodem, Ὄππα Τυδείδης ἄορι πλήξειε παραστάς. Quibus in locis corripitur α, sicut & in aliis multis. Sic apud Hesiod. — ἐρυσσάμενος δ' ἄορ ὀξύ. At producitur cum alibi, tum Il. υ, Τὸν μὲν δουρὶ βαλών, τὸν δὲ σχεδὸν ἄορι τύψας. Sic autem & in compoſ. producitur α, vt in proximè sequente χρυσάωρ. Cæterùm ab ἀείρω deducit ἄορ Etym.

C. Χρυσάωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, Ensem aureum gestans. Hesiodus, — Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ. Sed puto accipi (intelligendo ex parte totum) pro eo qui splendida arma gestet. ‖Suidas habet etiam accusat. χρυσάορον, quem exponit non solùm χρυσοφάσγανον, sed etiam χρυσοκίθαρον.

ἍΠΑΞ, aduerbium, Semel: vt οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ δὶς καὶ τρὶς, Non semel tantùm, sed bis atq; adeo ter. Od. μ, — ὅτε τ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἄνθρωποι, id est, Quum alii homines semel moriantur, non bis. Ponitur autem hac in significatione cum genitiuo interdum: vt ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, Semel in anno, & ἅπαξ τῆς ἡμέρας, Semel in die. Herodotus autem dixit ἅπαξ ἐν τῇ ζωῇ, Semel in vita. ¶Item, vt dixit Horatius, Quem semel arripuit, tenet occiditque legendo, sic Isocrates in Panathenaico, καὶ σώζειν ἅπερ ἂν ἅπαξ κατάσχωσι. Apud nostrates *Vne fois* (quod propriè significat Semel, vt *Deux fois* Bis) sic etiam capitur. Ita enim redderemus Isocratis verba, *Et garder ce qu'ils auront une fois empoigné.* Quidam ὅταν ἅπαξ interpretati sunt Simulatque, in hoc loco, ὅταν ἅπαξ ἐκτέκωσιν, εὐθὺς δέονται, Simulatque semel pepererint. Poſſet etiam exponi, Si semel pepererint. Gall. *Depuis qu'une fois ils auront.*

Ἅπαξ, Semel. quod vernacula lingua dicit, *Tout en un coup*, vel *Tout à coup*. Hom. Od. μ, Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι. Potius enim ἅπαξ cum ὀλέσσαι quàm cum χανὼν iungendum est. Eodem modo videtur accipi & in hoc Thucydidis loco, lib. 1, καὶ ἐδόκει, ἅπαξ περὶ ἁπάντων βουλεύσασθαι. vbi scholiastes exponit παντελῶς. Videri etiam poſſit dixiſſe ἅπαξ περὶ ἁπάντων, pro περὶ ἁπαξαπάντων, de quo composito dicemus paulo póst. Vt verò ἅπαξ exponit Thucydidis scholiastes παντελῶς, ita & Semel accipi solet pro Omnino siue Prorsus (quod est παντελῶς) in hoc Tullii loco, in Orat. pro Deiotaro, Cum facilè exorari Cæsar, tũ semel exorari soles. Gall. *Vne fois pour toutes.*

Εἰς ἅπαξ, (quod & Εἰσάπαξ) apud Demosthenem, quod dicitur Gallicè, *Pour une fois, Pour un coup*: barbarè autem Vna vice. Olynth. 2, τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει· καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ· τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται καὶ περὶ αὐτὰ καταρρεῖ. Fortaſſe nõ malè εἰς ἅπαξ & βραχὺν χρόνον redderemus, Ad certum aliquod tempus, idque breue. Aut vtendo aduerbio Semel, videtur opus esse particula Duntaxat, vel huiusmodi alia, Semel duntaxat & ad breue tempus.

C. Εἰσάπαξ. vide proximè præcedens Εἰς ἅπαξ.

C. Ἐφάπαξ, idem quod εἰσάπαξ & καθάπαξ.

C. Καθάπαξ, Semel, Omnino, Prorsus. συλλήβδην, Hesych. Demosthenes in Midiam, ἄτιμος ἔσται καθάπαξ. Idẽ pro corona, οἱ καθάπαξ ἐχθροὶ τῆς πόλεως τοῖς Ἀθηναίων κρίνουσι φίλοις. In vulgatis lexicis exponitur etiam Per omnia, Denique. Et citatur ex Dioscoride ἐν τῷ καθάπαξ, itidẽ pro Omnino.

C. Ἁπαξάπας, αντος, ὁ, Semel omnis. Vsurpatur potius in plurali ἁπαξάπαντες: vt apud Aristophanẽ in Pluto, vbi dicente Chremylo, — εἰσὶ δ' οὐ πάντες κακοὶ, respondet Plutus, Μὰ Δί' ἀλλ' ἁπαξάπαντες, id est ὁμοῦ πάντες (vt inquit scholiastes) Simul omnes. Dici etiam poſſet Semel & Simul omnes. Budæus apud Lucianum ἁπαξαπάντων exponit Omnium omnino.

C. Ἁπαξαπλῶς, Aduerbiũ, In vniuersum, Omnino. Exponitur etiam Sine delectu à Budæo in hoc Luciani loco, καὶ ἅπαντας ἁπαξαπλῶς ὑβρίζων. Compositum est ἅπαξ cum ἁπλῶς.

ἈΠΕΙΛΗ', ῆς, ἡ, Comminatio, Minæ. Apud Latinos dicitur plurali tantùm numero Minæ: apud Græcos vtroque numero vsurpatur. Apud Homerum frequens est in plurali: vt Il. ν, — ποῦ τοι ἀπειλαὶ Οἴχονται, τὰς Τρωσὶν ἀπείλεον υἷες Ἀχαιῶν; Odyſſ. ν, οὐδ' ἐνοσίχθων Λήθετ' ἀπειλάων, τὰς ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ Πρῶτον ἐπηπείλησε. Iliadis ξ, Ἀργεῖοι ἰόμωροι ἀπειλάων ἀκόρητοι. Demosthenes in Midiam, πολλὰς δὲ δεήσεις καὶ χάριτας καὶ νὴ Δία ἀπειλὰς ὑπομείνας. Plutarchus in Coriolano, πολλάκις γὰρ ἐν ἀπειλαῖς καὶ προσκλήσεσι κατὰ τὰς μάχας γενόμενοι καὶ κομπάσαντες.

Ἀπειλὴ τοῦ πνιγμοῦ apud Alexandrum Aphrodiseum eodem ferè modo dicitur quo τὸ φθορὰν ἀπειλοῦν πάθος. sicut videlicet Latinè dicitur minari ruinã paries, quũ ei periculũ impendet à ruina. Vnde & ἀπειλὴ τοῦ πνιγμοῦ à quibusdam non Minitatio strangulationis, sed Periculum strangulationis exponitur.

Ἀπειλὴ est etiam Gloriatio, καύχησις, inquit Eustath.

Ἀπειλέω, ῶ, Fut. ήσω, Minor, Minitor, Interminor. Aliquando ponitur cum solo datiuo personæ, aliquando cum datiuo personæ & accusatiuo rei. Homerus Iliadis α, — ἀπειλήσω δέ τοι ὧδε. Odyſſ. υ, — μάλα δ' ἡμῖν ἀπειλήσας ἀγορεύει. Xenophon Pædiæ 6, καὶ τοῖς μὲν τὸ δέον ποιοῦσιν ἐπικελεύειν, τοῖς δὲ κακυνομένοις ἀπειλεῖν ἰσχυρῶς. Rursus Homerus Iliadis ο, Ἄλλο δέ τοι ἐρέω καὶ ἀπειλήσω τό γε θυμῷ. Alicubi verò ne datiuus quidem personæ ponitur, sed subaudiendus relinquitur. Iliadis φ, — ἀπειλήσας δ' ἀπέπεμπε. Demosthenes Philipp. 1, ἀπειλεῖ καὶ λόγους ὑπερηφάνους, ὥς φασι, λέγει. Itidẽ nonnunquam cum solo accusatiuo rei, subaudito videlicet datiuo personæ, vt ἀπειλέω θάνατον apud Herodotum, Mortẽ minitor. Dicitur etiam ἀπειλῶ σοι sequente εἰ μή. Xenophon Pædiæ 4, καὶ τῷ πεμπομένῳ δὲ ἠπείλησεν εἰ μὴ ἰσχυρῶς ταῦτα ἀπαγγείλοι. Apud Aristophanem autem ἀπειλῶ sequente ὅτι, in Pluto, ἠπείλησ' ὅτι ὡς τοὺς κοσμίους μόνους βαδιοίμην. Et cum infinitiuo, vt apud Æschinẽ, ἀπειλῶ εἰσαγγέλλειν. Interdum etiã pro datiuo personæ ponitur genitiuus cum præpositione κατά: vt apud Plutarchum in Camillo, μεγάλας ζημίας ἀπειλῶν κατὰ τοῦ μὴ ὑπακούσαντος, id est, Ingentes mulctas minitans ei qui non paruiſſet. Ex quo loco apparet perinde esse siue dicas, ἀπειλῶ σοι εἰ μὴ ἀπαγγείλῃς, siue ἀπειλῶ σοι μὴ ἀπαγγεῖλαι τι. ‖Dicitur

etiam ἀπειλεῖν eo modo quo Minari, in hoc genere loquendi, Ruinam minari. A

Ἀπειλέομαι, οῦμαι, pass. vox, pro Minis terreor, vt exponit Budæus in hoc Xenophontis loco in Symposio, οὐκ ἔτι δὲ ἀπειλοῦμαι, ἀλλ' ἤδη ἀπειλῶ ἄλλοις. Potest etiam exponi Minas perfero. ‖ Eustathius autem participium aor. med. ἀπειλησάμενος pro ἀπειλήσας poni docet.

Ἀπειλεῖν pro αὐχεῖν siue καυχᾶσθαι, id est gloriari. vt Il. θ, ὡς ποτ' ἀπειλήσει. Od. θ. Ἠ μὲν ἀπειλήσας Βαρμονας εἶναι ἀεί σοις. Vult autem Eustath. verbum ἀπειλεῖν pro hac significatione aliam habere etymologiam, quàm pro altera. Sed neutra satis certa est, imò nec satis verisimilis: licet vtraque nitatur etiam Etymologistæ autoritate, qui tradit ἀπειλεῖν capi & pro εὔχεσθαι: vt οὐδ' ἠπείλησεν ἄνακτι. cuius significationis meminit & Eustathius. B

Ἀπειλητικὸς, ή, όν, Minax. vt ἀπειλητικὰ νόμιμα apud Platonē De legib. Minaces leges, vel Plenæ minarum. vt Plena minarum verba vocat Horatius ἀπειλητικοὺς λόγους.

Ἀπειλητὴρ, ῆρος, ὁ, Comminator, seu Minator, Qui comminationibus vti solet, seuminis, Minax. Et in fœm. gen. Ἀπειλήτειρα, Comminatrix. vt ἀπειλήτειρα φωνὴ apud Nonnum, Vox cōminatrix, Vox minitabunda. HINC & adiectiuum Ἀπειλητήριος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀπειλητικὸς, vt ἀπειλητήριοι λόγοι apud Herodot. Verba minacia, Verba minarum plena. C

Ἀπειλητὴρ, Iactator vanus. ὁ μόνον καυχώμενος ἢ εἰς κενὸν αὐχῶν. ita enim accipit ἀπειλητῆρες Eustathius in hoc loco, Il. η. ὤ μοι ἀπειλητῆρες, Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί. Sed potest & in altera significatione accipi. Cæterùm sciendum est ἀπειλητικὸς & ἀπειλητὴρ à verbo ἀπειλῶ potius esse deducta quàm à nomine ἀπειλή. quod quidem secundum quosdam itidem ab ἀπειλῶ deriuatum dicemus, secundum alios contrà hoc verbum ab illo nomine. D

Ἀπειλητήριος vide paulo antè cum Ἀπειλητήρ.

C. Ἐπαπειλέω, ῶ, Minor, Comminor. Nam ἐπὶ in hoc verbo vel vehementiam addit, vel vacat. vt præp. in Comminor. Il. α, Ἠπείλησεν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστί ... Soph. Aiac. ἐμοὶ δὲ θεῶν ἐπηπείλησ' ἔπη, ad verbū, Mihi asperavit ba cōminat⁹ est. quod poti⁹ per ablat. Mihi asperis vel acerbis verbis cōminat⁹ est. Vide Ἐπηπείλησα apud Suidā.

ἉΠΛΟΌΣ, & per contractionem ἁπλοῦς, in genitiuo ἁπλοῦ, Simplex, Non inuolutus. vt ἁπλοῦς λόγος, Simplex oratio, Non inuoluta oratio, vel Nulla inuolucra habens. Isocr. in Paneg. ἐστὶ δ' ὁ ἁπλοῦς καὶ ῥᾴδιος ὁ λόγος ὁ περὶ τούτων. Ab eodē in Panath. ἁπλοῦς λόγος & χαλεπὸς inter se opponuntur. Euripides, Ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος ὁπλίζειν χέρα. Vbi ἁπλοῦς μῦθος pro ἁπλοῦς λόγος ponitur. Denique per ἁπλοῦν λόγον, id est simplicem orationem, intelligunt orationem non inuolutam, nullásque ambages habentem, sed & apertam & breuem, nihílque fuci habentē. E

Dicunt etiam sæpe ὡς ἁπλῷ λόγῳ, pro Vt apertè breuitérque loquar & sine vllis ambagibus. Videtur autem mihi Liuius duo hæc Græca verba voluisse ad verbum exprimere, quum dixit, Simplicem suam orationem esse. ea enim se dicturum, quæ ni fiant, nulla sit pacis cōditio. De via itidem vsurpauit hoc nomen Xenophō Pæd. 1, ἁπλουστέρα καὶ εὐθυτέρα παρ' ἡμῖν ἡ ὁδὸς, quasi minus ambagiosa via. F

Ἁπλοῦς ἀνὴρ etiā dicitur sicut apud Latinos Simplex vir. A quibusdam tamen ἁπλοῦς ἀνὴρ exponitur etiā Vir candidus. Plato De rep. 2, ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, οὐ δοκεῖν ἀλλ' εἶναι ἀγαθὸν ἐθέλοντα. Sic ἁπλοῦς τρόποις opposuit dolo Aristophanes in Pluto, Οὐ γὰρ δόλου νῦν ἔργον ἀλλ' ἁπλῶν τρόπων. ‖ Sed ἁπλοῖ vocati etiam fuerunt qui mente carerent, id est stulti. Isocr. ad Nicoclem, ἁπλοῦς δὲ ἡγοῦνται τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας. Sic ἁπλοῦν pro εὐήθες, stultum, Bud. citat ex Aristotele Meteorol. 1. G

Ἁπλοῦν, Planè verum & sine controuersia, vt ait Budæus, citans hæc Platonis in Phædro, εἰ μὲν γὰρ ἦν ἁπλοῦν τὸ μανίαν κακὸν εἶναι, καλῶς ἂν τοῦτο ἐλέγετο· νῦν δὲ &c. Huc autem facit fortasse quod ait Euripides, Ἁπλοῦς ὁ λόγος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Fieri etiam potest vt ἁπλοῦν copulatum cum δίκαιον sit ita accipiendum. vt quum dicit Demosthenes in Androtionem, ἁπλοῦν μὲν οὐδὲ δίκαιον οὐδέν. & Xenophon Pæd. 3, οὐδὲν ἔφη, ὦ Κῦρε, ἔχω ἁπλούστερον εἰπεῖν, οὐδὲ δικαιότερον. Nisi quis malit ἁπλοῦν hìc esse simplex, H

id est minimè fucatum. cui interpretationi non magnopere repugnabo.

Ἁπλόη, ης, ἡ, Simplicitas, Synes. εἶδες ἁπλόην τῶν πολιτευμάτων. Opponitur & τῇ διπλόῃ in propria significatione sumpto.

Ἁπλότης, ητος, ἡ, Simplicitas. vt ἁπλότης τῶν τρόπων, sicut ἁπλοῖς τρόποις dicit Aristophanes. Æsch. in Ctesiphontē, ἔπειτα ἐπὶ τὴν ἁπλότητα καταφεύγῃ.

Ἁπλῶς, Aduerb. Simpliciter, Simplici modo, Simplici via & ratione, Non accuratè. Versus est comici cuiusdam apud Athenæū, Ἀγροικότερός εἰμι ὥσθ' ἁπλῶς μοι διαλέγου. q. d. Crassa minerua. Ita enim interpretādum puto hìc ἁπλῶς, quòd hæc interpretatio conuenire optimè videatur cum ἀγροικότερος. Sic vsus est Aristoteles, scribēs, λίαν οὐν ἁπλῶς εἴρηται. Isocr. ἁπλῶς & ἀκριβῶς (id est accuratè) inter se opponit: ad Philippum, μήτε παντάπασιν ἁπλῶς, μήτε λίαν ἀκριβῶς. Itidem in Panegyrico, τὸν δ' ἀκριβῶς ἐπισταμένον λέγειν, ἁπλῶς οὐκ ἂν μὴ δυνάμενον εἰπεῖν. Quibus in locis videtur ἁπλῶς posse etiam exponi Inelaboratè. Præsertim quum alibi ἁπλῶς εἰρῆσθαι dicat quæ μηδεμιᾶς κοσμιότητος μετέχει in Panath. Budæus pro Nullo delectu, Inscitè, Imperitè, Stultè, ab eodem Isocrate alibi poni ait. Sunt qui itidem apud Plutarchum in Solone ἁπλῶς exponant Nullo habito delectu, vbi iungitur cum ἀνέδην. ‖ Aliquam cognationem habet cū præcedentibus ἁπλῶς, quum pro Leuiter ponitur. Euripides, οὐχ ἁπλῶς φέρω, Non leuiter fero, id est, Maiorem in modum id mihi dolet. Quidam verterunt, Dolet id mihi non vulgariter. Budæus in hoc loco Isocratis paulo antè citato, μήτε παντάπασιν ἁπλῶς, μήτε λίαν ἀκριβῶς, vult ἁπλῶς esse Leuiter, vel Tenuiter. Idē ait Areopagitam οὐχ ἁπλῶς vsurpasse pro Non de nihilo, Non abs re.

Ἁπλῶς, Simpliciter, Vno modo. sicut dicitur interdū Simplex & vnius modi. Plut. De poet. aud. καὶ πότερον ταῦτα τῶν ἁπλῶς ἢ τῶν πολλαχῶς λεγομένων ἐστὶ παρ' αὐτοῖς.

Ἁπλῶς, Simpliciter, id est Per se, Sine adiectione, quod & Absolutè dicit vulgus, præsertim quum tractātur grāmatica.

Ἁπλῶς, Simpliciter, Candidè, Sine fuco. Demosth. Pro corona, ὥσπερ αὐτὸς ἁπλῶς καὶ μετ' εὐνοίας πάντας εἴρηκας τοὺς λόγους. Non malè etiam verterit aliquis (meo quidem iudicio) ἁπλῶς καὶ μετ' εὐνοίας, Simpliciter & amicè: vt dixit Plinius iunior in quadam epistola, Simpliciter & amicè reprehenderunt.

Ἁπλῶς, Omnino, Prorsus. Theoph. De caus. lib. 5, ἁπλῶς δὲ τό γε λίθους ἐκλέγειν καὶ ἐκ γῆς ψιλῆς οἴονταί τινες συμφέρειν. Pro eodem dicit paulo pòst ὅλως δέ. Quidam comic⁹ apud Athenæū lib. 9, ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ ἓν μὰ τοὺς θεοὺς, ὧν λέγεις συνίημι. Idem sonat ἁπλῶς & in hac phrasi ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. Isocr. ad Philippum, πᾶσιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀφειδῶς ὁρμῆσαι πρὸς τὸν πόλεμον. id est Omnino, vel Vt in vniuersum loquar, inquit Budæus. Exponitur etiam, Vt summatim dicā, Vt vno verbo eloquar. Iungitur verò ἁπλῶς cum πάντες siue πάντα, & extra hoc loquendi genus. Demosth. Phil. 1, νῦν τε ἀγνιγνώσκω πάνθ' ἁπλῶς, οὐδὲν ὑποστειλάμενος, πεπαρρησίασμαι. vbi ἁπλῶς itidem verti potest Omnino, siue Prorsus.

¶ Ἁπλοϊκὸς, οῦ, ὁ, Simplex, Candidus, Apertus, Nō fucatus, Homo minimè malus, Non versutus. Lucianus, πρὸς ἄνδρα οἷόν σε ἁπλοϊκὸν καὶ τῶν ὄντων κοινωνικόν. Idem, ὡς ἀφελὴς ὁ παῖς ἐστὶ καὶ ἁπλοϊκός. Apud eundem in superl. gradu, ἁπλοϊκώτατος ἄνθρωπος. Huic opponitur πανοῦργος, id est Vafer, Versutus, Versipellis. ‖ Dicitur etiam de rebus: vt ἁπλοϊκὸς λόγος. Vnde illud, τῷ ἁπλοϊκῷ τῶν λόγων ἀντίκειται τὸ ἐσκεπασμένον καὶ ἐμπερίβολον.

Ἁπλοϊκῶς, Aduerbium, Cum simplicitate, Candidè, Sine fuco.

¶ Ἁπλοΐς, ίδος, ἡ, Vestis simplex, cui opponitur διπλοΐς. Vt plurimū dicitur ἁπλοῒς sine ἐσθής. Homerus tamen dixit ἁπλοΐδας χλαίνας, Od. ω, Δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας. Pollux lib. 7, cap. 13, ἁπλοΐδες, ἀπληγίδες, διπληγίδες, & δίβολοι quid sint, his verbis indicat. Lænæ quædam sunt ἁπλοΐδες (de quibus Homerus, Χλαίνας τ' ἐνθέμεναι οὔλας καθύπερθεν ἕσασθαι) quædā verò διπλαῖ: vt Διπλῆν ἐκπαδίην, has autem Attici ἀπληγίδας & διπληγίδας & διβόλους no-

minabant.

C. Ἁπλοΐζομαι, Simplicem & candidū̃ me exhibeo, Simplicitate vtor. Xenoph. ἀπομν. 4, λέγεις, ἔφη, σὺ οὐδὲ πρὸς τοὺς φίλους ἅπαντα δεῖν ἁπλοΐζεσθαι. id est, Sine calliditate loqui. Bud. interpretatur Sine cautione loqui & agere, & apertè animi sententiam iudicare.

¶ Ἁπλόω, ῶ, Expando, Explico, Extendo. & passiuū Ἁπλόομαι, οῦμαι, Expandor. Vnde præteritum ἡπλωμένος, Expāsus. Capitur etiam à Dionysio Areopagita pro Singularis & simplex, & ἀσύνθετος, inquit Budæus. quòd, si quis expansa & explicata conuoluat, ex simplicibus faciet duplicia, aut etiā multiplicia. ἁπλῶσαι τὸν λόγον, Her.

C. ἀΝαπλόω, ῶ, F. ώσω, Explico, Expando, Diosc. lib. 2, cap. 189, ὅταν [πέπερι] κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς ἀναπλούμενον βότρυς ἀνίησι, id est, Dehiscens, pandénsque sese. vt Ruell. interpretatur. Reperitur & ἀνηπλωμένος, Explicatus, Expassus.

C. Ἐξαπλόω, ῶ, F. ώσω, Expando, Explico. Suidæ autem est Duplico, aut Multiplico, hoc in loco, Ἆρ' οὐχὶ ταῦτα δὶς ἐξαπλᾶν κακά. id est, διπλασιάζων, πολυπλασιάζων. Vbi notādum est scribi in editione Chalchondylæ ἐξάπλᾶν, cum α in medio dictionis: in Sophocle autem autē diuisim ἐξ ἁπλᾶν. Est enim versus iste in Aiace Μαστιγοφόρῳ, qui integer sic habet, Ἆρ' οὐχὶ ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά. ita vt à Suida locus iste malè sit citatus & expositus.

¶ Διπλόος, & contractè διπλοῦς, ὁ, Duplus. vt apud Paulum 1. Tim. 5, οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, Duplici honore. Sic διπλοῦς λόγος, Duplaris proportio, & διπλοῦν ὄνομα, nomen compositum. διπλοῦν κόκκινον, Bis tinctum coccinum, Exodi 25: vt habetur in vulg. lex. Eustathius inter διπλοῦν & διπλάσιον sic distinguit, vt διπλοῦν κατὰ μέγεθος dicatur, διπλάσιον autem κατ' ἀριθμόν.

Διπλοῦς cum genit. Duplo maior quàm. cuius exemplum cum Gazæ interpretatione in vulg. lex. hoc adfertur, τὸ μέγεθος διπλῆς τῆς χρηστῆς μελίττης, Duplo maior quàm apes frugi. In qua significatione Matthæus Euāg. cap. 23, vsus est comparatiuo, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν.

Διπλοῦς (vt referunt vulg. lex.) Marcello interdum significat non Duplex, sed Latus & grandis, vt apud Dioscoridem lib. 2, cap. 213, quemadmodum etiam Duplex apud Lat. vt apud Virg. in Georg. — duplici aptentur dentalia dorso. Et paulo pòst, Duplex per lumbos agitur spina.

Διπλοῖ in plurali numero accipitur etiam pro Duo. vt διπλοῖ βασιλῆες. item διπλόα ἥματα. quorum prius ex Sophocle, posterius ex Apollonio Rhodio citatū reperitur in vulg. lex.

Διπλοῦς duplicem etiam & versipellem significat: vt contrà ἁπλοῦς hominem simplicem. διπλοῦς ἀνήρ, Euripides.

Διπλῆ nota est & σχηματισμὸς in comœdiis atq; tragœdiis, cuius vna species dicitur ἔσω νενευκυῖα, altera ἔξω νεύουσα. figura est trianguli obliqui sine basi. Vide Hephæstionem περὶ μέτρων. & scholiast. Aristoph. in Pluto. Διπλῆ etiam Hesychio est ὀρχήσεως εἶδος ἢ κρούσματος.

Διπλόη, ης, ἡ, Duplicitas. Themist. De anima lib. 2, ὥσπερ δὲ ἐν τοῖς ἠθικοῖς διπλοῦν τὸ τέλος ἐλέγετο, οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ φύσει ταύτην τὴν διπλόην θετέον. Bud. Comm. Pisides apud Suidam, ἐπεῖχεν ὑμῶν τὴν βολὴν ὑπηγμένην ἡ τοῦ χιτῶνος ἐμπεσοῦσα διπλόη. Gregor. ἐν τῷ περὶ φιλοπτωχίας λόγῳ διπλόην appellat varium & multiplicem Scripturæ intellectum, de allegoria Legis loquens, εἰ μὲν τοι καὶ διὰ κρύπτων ἀπόρρητον καὶ βαθύτερον (ἵνα τι πλατὺ τοῦ νομικοῦ βάθους καὶ τῆς διπλόης) οὐκ ἐμὸν τὸ θεωρεῖν. Διπλόη etiam (sicut διπλόος de versipelle dici paulo antè indicaui) vafritiā versutiámque ac fraudem significat hominis aliud in ore aliud in corde habentis, opponitúrque τῇ ἁπλότητι, id est ἀφελείᾳ. Gregor. alter frater Basilii, in libro De homine, τὸ ὄντως ἀγαθὸν ἁπλοῦν καὶ μονοειδὲς ἐστι τῇ φύσει, πάσης διπλόης καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον συζυγίας ἀλλότριον· τὸ δὲ κακόν, ποικίλον τε καὶ κατεσχηματισμένον. Bud. Comm. Διπλόη, inquit Suidas, ἡ ἔξωθεν ἀρετὴ φαινομένη, ἔσωθεν δὲ γέμουσα κακίας· καὶ οἱ φιλίαν μὲν ὑποκρινόμενοι, πολέμιοι δὲ αὐτοῖς πολεμίοις.

A Διπλῆ, aduerb. Dupliciter. Synes. epist. 98, διπλῆ τιμώμενοι, καὶ τῷ μεγέθει τῶν χαριζομένων καὶ τῇ σπουδῇ τῶν λεγομένων. Διπλῆ ἤ, Duplo magis quàm, sicut etiam διπλόος ἤ. Plato lib. 1 De rep. διπλῆ ἢ οἱ ἄλλοι ἀσπάζονται αὐτά, Duplo amplius quàm cæteri ea amplectuntur.

Διπλοΐς, ΐδος, ἡ, Læna duplicata, διπλουμένη χλαῖνα ἐν τῷ φορεῖσθαι. Hesychius. Vulgata lexica de hac intelligi dicunt quod Horat. lib. 1 epistol. dixit, Contrà quē duplici panno patientia velat. item Tunicam & Pallium in sacris Bibliis exponi, & Chlamydem 1. Reg. 24.

B Διπλοΐζω, F. ίσω, Duplico. Hesych.

Διπλόω, ῶ, F. ώσω, idem quod Διπλοΐζω, Duplico. Plutarch. Camillo, κάμπτεσθαι σίδηρον καὶ διπλοῦσθαι, Flecti ferrum atque duplicari.

C. Ἀναδίπλωσις, εως, ἡ, Figura apud grammaticos. q. d. Reduplicatio. Fit tanquam ab Ἀναδιπλόω. Vide Ἀναδιπλασιασμός.

Δίπλωμα, ατος, τό, Vas (vt Gorræus tradit in suis Defin. medic.) duplex. id quod patet ex scriptis Galeni libro 7 τῶν κατὰ τόπους, vbi Critonis arteriacas describit. eas enim ipse ἐν διπλώματι coquendas præcipit: quo modo vnguentarii vnguenta sua præparare solēt, in magnum lebetem calidam aquam infundentes, & in eum alterum statuētes qui medicamentum quod coqui debet contineat: deinde suppositis carbonibus aut lignis quæ fumum non faciunt, ignem accendentes. Idē habet libro etiā quinto, vbi coquendi olei lentiscini rationem instituit. Verùm non semper ab eo δίπλωμα dicitur, sed aliquando διπλοῦν ἀγγεῖον, & διπλοῦν σκεῦος, quo nihil est in officinis pharmacopœorum vsitatius, à quibus & Duplex vas & Balneum Mariæ appellatur. Hæc ille. Sunt etiam διπλώματα (vt annotat Bud. in Pand.) quas literas patentes nunc appellamus: cuiusmodi sunt edicta & mandata principum regio signo sancta, & quas bullas pontificias vocant. Cic. in Epist. Diploma statim nō est datum. de literis Cæsaris loquens, quibus Balbus restituebatur. Verbum est Græcum, quippiam duplicato compositum significans aut complicatum, vt linteum quod πτύγμα dicitur. Paulo pòst scribit appellari à Macrobio Chartulas complicatas & lino traiectas obsignatásque, εςq; in loco Codicillos etiā Latinè ab eo vocari. vnde Codicillaris potestas Lampridio. Vocari igitur codicillos chartulásve, signo principali obsignatas, vel tesseras, quibus agnitis qui ἔπαρχοι dicuntur, hoc est præsides & alii magistratus præfectique, vehicula cum equis publici cursus accommodarent. Plura qui desiderat, consulat eius Annot. post. in Pand.

Τριπλόος, οῦς, Triplus, Triplicatus. τριπλοῦν ὀθόνιον, Triplicatum linteum, τριπλᾶ κνεία, Triplices faui, Aristot. lib. 5 Animal.

F Τριπλῆ, aduerbium, Tripliciter, Triplicatò. Il. α, αὐτὰρ Ἀχαιοὶ Τριπλῆ τετραπλῆ τ' ἀποτίσομεν. id est, vt exponit Hes. τριπλασίονα καὶ τετραπλάσια.

Τετραπλόος, οῦς, Quadruplus, Luc. 19, εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν, Reddo quadruplum.

Τετραπλῆ, aduerb. Quadrupliciter. cuius exemplum vide in præcedente Τριπλῆ.

Πενταπλόος, πλοῦς, eodem modo dictum esse videtur. vnde sit πενταπλόος calix apud Athenæum lib. 11, cui nomen inditum quòd in eo quinque rerum species essent cōmixtæ, vinum, mel, caseus, farina, & paululum olei. Præ-

G mii autem loco calix is dabatur in ludis publicis, ephebis cursu certantibus. Vide Athenæum lib. 11, & Eras. in Chiliad. Sed & πενταπλᾶς φλιὰς ἐποίησε legitur 3 Reg. cap. 6, pro Quincuplicia limina.

Ἑξαπλόος, οῦς, Sescuplex, vt Bud. exponit. Vnde & Ἑξαπλῆ aduerb. quod ex Areopag. citat. SIC Ἑπτάπλους, & cætera huiusmodi, siue à denario numero, siue centenario, siue millenario, siue alio formata fuerint, iuxta eandem analogiam exponi poterunt. quæ singulatim omnia hîc inserere prolixum nimis esset.

H ¶ Διπλάσιος, ου, ὁ, ET Διπλασίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Duplo maior, cum genit. vt apud Polyb. διπλάσιος ἑαυτοῦ φαίνεται, Duplo maior apparet quàm sit, Bud. interpr. Isocr. Panath. διπλασίαν πεποιηκέναι τὴν Ἑλλάδα τῆς ἐξ ἀρχῆς ουσάνης. Aristot. De mundo, ἐν διπλασίονι τούτων χρόνῳ. Interdum

cum ἡ. vt Isocrates De pace, διπλασίας ἢ νῦν τὰς προσόδους λαμβάνουσαι. Plato Epist. 7, διπλασίαν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ποιεῖν, Duplo maiorem reddere. Vel, vt alii, Duplicare. A

Διπλάσιος, (& interdum etiam Διπλασίων) Duplex, διπλοῦς. Thuc. lib. 2, διπλάσιόν τε πόνον ἔχειν, καὶ ἐν ἀμφιβόλῳ μᾶλλον γίγνεσθαι. Sic διπλασίας ζημίας dixit idem lib. 3. Isæus, διπλάσιον καθίστησι τὸ μίασμα, Geminat piaculum, interpr. Bud. Idē apud Demosth. ἀποδιδότωσαν διπλάσια τὰ χρήματα, interpr. Esto dupli persequutio. Sic apud Plat. De leg. διπλασίαν ἐκτίνειν vertitur Duplum restituere. Apud eundem, πλέον ἢ διπλασίας τιμῆς ἄξιος, Duplici honore aut eo amplius dignus. Et, συν διπλασίοις ἐλαίῳ, in vulg. lex. pro Cum olei partibus duabus. ‖ Διπλάσια plur. num. apud Plut. in Apoph. 206, pro Bis tot, vt annotat Bud. B

Διπλάσιον ἑ.δος, Anthol. epigramm. lib. 2, Duplicata vestis.

Διπλασίως, aduerb. Vt διπλασίως ἐλάττω, Platoni De leg. Duplo minora.

C. Διπλασιολογία, vt γνωμολογία, verba sophistarum, apud Plat. in Phædro, Bud.

Διπλασιάζω, Duplico, Duplo maiorem facio. Plutar. De Socr. dæm. διπλασιάσαι τὸν ἐν Δήλῳ βωμόν. Philo De vita Mos. lib. 1, διπλασιάσας τῆς χορηγίας. HINC Διπλασιασμός, Duplicatio. Plut. ἀρσιάδεα. C

C. 2. Ἀναδιπλασιάζω, idem quod ἀναδιπλόω, & ἐπιδιπλόω. Reduplico. VNDE Ἀναδιπλασιασμός, Reduplicatio. quæ & ἀναδίπλωσις. Cuius exēpla sunt hæc, δάπτω, δαρδάπτω. & κάμω κεκάμω. sic λάζω λελάζω, sic λάχω λελάχω. Tryphon exempla reduplicationis in nominibus etiam ponit hæc, ἀπαρτηρὸς pro ἀρτηρὸς, & ἐπίτυμος pro ἔτυμος. D

C. Τετραπλάσιος, Triplo maior, seu amplior, ET Τετραπλασίων, pro eodem. Item pro Triplus, τετραπλοῦς. ET Τετραπλασιάζω, Triplico. vel Triplo maiorem facio.

C. Τετραπλάσιος, Quadruplo maior, seu amplior. ET Τετραπλασίων, pro eodem. Plato De rep. lib. 2, τετραπλάσιον χρόνον ἀναλίσκειν, Quadruplo temporis plus impēdere. Aristot. Probl. ἐν τετραπλασίονι λόγῳ, In quadrupla proportione. Diosc. ἐν τετραπλασίονι ἀγγείῳ, In vase quadruplo capaciore. Vel, Quadruplæ capacitatis, vt alii reddunt. Idē libro 1, τετραπλασίων σμύρνα παρὰ τὸ κιννάμωμον, myrrhæ quadrupla ad cinnamomū proportio. E

Τετραπλασιάζω, Quadruplico, eadem forma, qua διπλασιάζω, & τετραπλασιάζω. Sed & τετραπλασιασμὸς verbale.

C. Πενταπλάσιος, Quincuplo maior seu amplior. Vel Quintuplus. Exponitur & Quinquies tantus. ET Πενταπλασίων, pro eodem. SIC Ἑξαπλάσιος, ET Ἑπταπλάσιος, Sescuplo maior, vel Sescuplex Exponitur & Sexies tantus. vt ἑξαπλάσιος τοῦ κρατῆρος (quod Herodoti esse puto) Sexies tantus quàm crater. SIC Ὀκταπλάσιος, Octuplus (& Octuplicatus etiam, ex Liuio) sic deniq; & aliqua huiusmodi, secundum eandem significationis analogiam, vt suis locis dicetur. ET Πενταπλασιάζω, Ἑπταπλασιάζω, itidem. F

¶ Δίπλαξ, ακος, ἡ, Duplicata vestis, διπλῆ, μεγάλη διπλοΐς, ὡς τὸ διπλῆ χρῆσθαι. inquit Hesych. Il. γ, — ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε, δίπλακα μαρμαρέην. vbi Eustathius dicit subintelligendum ἱστουργίαν aut ὑφὴν, aut tale quid. quosdam autem subaudire χλαῖναν, & intelligere per δίπλακα, magnam, quæ dupla indui possit. & paulo pòst, ὡς ἰδιωτικῶς εἰπεῖν, δίμιτον νοοῦσί τινες. Alibi verò scribit non solùm de læna dici, verùm (vt & τρίπλαξ) de aliis quoq;. Ac certè Il. ψ, legitur etiam δίπλακι δημῷ. Aliā autem habere originem hæc duo δίπλαξ & τρίπλαξ quàm διπλοῦς, τριπλοῦς, videtur existimasse idem Eustath. G

Τρίπλαξ, ακος, ἡ, Triplex, τρίπτυχος, τριπλῆ, Hesych. Iliad. σ, — περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαεινὴν τρίπλακα, μαρμαρέην. i. τρίθετον κατὰ τρεῖς πλάκας, inquit Eustath.

ΑΠΟ, Præpositio solum genitiuum regens, Abs, vel A. Il. π, Οὐ γὰρ πω Τρῶες προτὶ Ἴλιον ἐξαπ' Ἀχαιῶν Προτροπάδην φοβέοντο μελαινάων ἀπὸ νηῶν. id est Fugiebant à nauibus. Il. υ, initio, — θεοὺς ἀγορήνδε καλέσσαι Κρατὸς ἀπ' Οὐλύμποιο πολυπτύχου, Conuocare deos à vertice olympi. ἀπὸ autem differre hoc modo à παρὰ dicit Ammonius, vt ἀπὸ inanimatis iungatur, vt ἀπ' Ἀθηνῶν, Ab H

Athenis: παρὰ animatis, vt παρὰ Σωκράτους, à Socrate. Homerus autem, inquit, permutato præpositionum vsu dixit παρὰ νηῶν ἀΐοντε pro ἀπὸ τῶν νηῶν. sicut alibi vsurpans ἀπὸ in propria significatione, scripsit, Οὐδέ ποτε προφέρειν τε μελαινάων ἀπὸ νηῶν. Eustathius quoque in hunc versum Il. σ, Τεύχεα καλὰ φέρουσα παρ' Ἡφαίστοιο ἄνακτος, annotat, magis propriè dictum esse παρ' Ἡφαίστοιο quàm παρὰ νηῶν. nam παρά τινος, conuenire animato, ἀπό τινος, inanimato. Vsurpant verò ἀπὸ cū in aliis loquendi generibus in quibus Latini A vel Abs, tum verò in his. vt ἀπὸ πάντων σχολὴν ἄγων, Naz. Ab omnibus feriatus. Plut. Alcibiade, οὐδὲν ἐλπίσαι τῇ πόλει χρηστὸν ἀπὸ τῆς στρατείας ἐκείνης λέγουσι, Nihil commodi sperasse ab illa expeditione. Vel ex illa. ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, vel ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν, quod Cicero A memoria exponere dixit: quodam loco pro Memoriter. ἀφ' ἑαυτοῦ δυνάμενος χρήσιμος εἶναι apud Xenophontem, A seipso vtilitatē afferre valens. Isocr. De pace, τὰς συμφορὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν γινομένας, Calamitates quæ ab ipsis procedunt. Item, vt Latini dicunt Ab illo tēpore, sic Græci ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου, & sæpius omisso genitiuo χρόνου. Isæus, ἀπ' ἐκείνου ἀφῖκται δέκα ἐτῶν οὐκ ἀφίκετο. Ex illo etiam dicunt Latini, subaudientes itidem ablatiuum tempore. ἀπὸ τοῦ νῦν, & ἀπὸ τῆσδε, Ab hodierno die. Sed exponitur ἀπὸ τῆσδε (sicut τὸ ἀπὸ τοῦ νῦν & τὸ ἀπὸ τῆσδε) aliis etiā modis. Apud Thucydidem ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου, subaudito itidem χρόνου. Itē ἀπὸ in hac significatione cum aduerbio vt ἀπὸ πέρυσι, ab anno superiore. Inest verò tēporis significatio, & in aliis loquēdi formulis cum ἀπό. vt ἀπὸ γενέσεως, A primordio. ἀπὸ γενετῆς, A natiuitate. Item ἀπὸ sequente μέχρι, vt ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας. Sic ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους, A principio vsq; ad finem. Bibliorum autē Græci interpretes post ἀπὸ posuerūt ἕως. vt 3. Reg. cap. 13, ἀπὸ πονηροῦ ἕως ἀγαθοῦ οὐκ ἐλάλησε. Sed & ipsam ἀπὸ sine μέχρι Cicero vertit Vsque à, quum ἀπὸ πρύμνης apud Aratum interpretatur Vsque à prora. Apud eundē πρώτης ἀπὸ νυκτὸς reddit idem, Prima confestim à nocte. ‖ Quinetiā vt A in lingua Latina sumitur pro Post, sic & ἀπὸ in Græca, vt ἀπὸ δείπνου, à cœna, vt Il. θ, Οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Ῥίμφα κατὰ κλισίας, ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο. vbi annotāt scholiastæ ἀπ' αὐτοῦ esse μετ' αὐτό, sub. τὸ δεῖπνον. & ita vsurpari alibi ἐκ. Sic dicitur ἀπὸ δείπνου εἶναι, Cœnatū esse. Eodem verò modo vsurpatur γίνεσθαι & participium γενόμενος cum ἀπό. vt apud Plutarchum in Catone, ἀπὸ τῶν στρατιωτικῶν γενόμενος ἔργων, Post munera militaria peracta. Postquam munera militaria obisset. Budæus vertit Post munera militaria quiescens. Est item apud Diodorum Siculum passim obuiū hoc loquēdi gen.ᵘˢ, ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος, pro Post hæc à se peracta. vel His peractis, His finitis. Et sic rursum Plutarchus in Othone, ἀπὸ τούτων γενόμενος, μετὰ μικρὸν ἤκουσε θορύβου. Idem in Cæsare, γενόμενος δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης, τρίτην ἠγάγετο γυναῖκα Πομπηΐαν. Quod tamen & aliis modis exponi potest, sed eodem sensu. Vt autem capitur ἀπὸ his in locis, ita & quum dicitur ἀπὸ σάλπιγγος, & ἀπὸ παραγγέλσεως, secundum quosdam. Exponunt enim ἀπὸ σάλπιγγος, Post tubam, id est Post auditam tubam, vel Post tubæ sonitum, Quum tuba insonuerit. & ἀπὸ παραγγέλσεως, Post imperium quasi per manus traditum, vel Post denuntiationem. Quidam etiam verterūt, Ex imperio. sed ego mallem Per imperium, quàm Ex imperio, vel Post imperium: vt paulo pòst docebo. ἀπὸ σάλπιγγος autem nō video quo alio possit verti modo quàm per Post. Xen. in Hipparchico, καὶ τὸ ἀπὸ σάλπιγγος αὖ τὸ δεύτερον θᾶττον ἐπελαύνειν, καλόν. ‖ Item quod dicitur Græcis ἀπὸ πράγματος (vel potius ἀπὸ) Latinis est ad verbum, Abs re, ex imitatione Græcorum, vt quidem creditur. Vide ἀπό.

Ἀπό, E. vt ἀπὸ τοῦ τείχους μάχεσθαι, vel ἀπὸ τῶν νεῶν, Pugnare è muro, Pugnare è nauibus, potiᵘˢ quàm A nauibus. Xenoph. Hell. 1, ἀπὸ τῶν νεῶν ἐμάχοντο. Potest etiam verti Ex muro.

Ἀπό, Ex. Apud Xenophontem. λαμβάνομεν δὲ οὔτε ἐκ τῆς γῆς οὐδέν, οὔτε ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, id est Nihil percipimus neque ex terra, neque ex domibus. Vbi obseruandum in priori parte periodi ἐκ, in posteriori autem, ἀπὸ Xe-

nophontem posuisse indifferenter. Posset verò tam ἀπὸ A
quàm ἐκ per præpositionem A reddi, si λαμβανόμεθα verteremus Accipimus. Sic & in hoc Isocratis loco De pace, τὰς συμφορὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν γιγνομένας, possumus ἀπὸ vel per Abs vel per Ex reddere, prout hoc vel illo vtemur verbo in exprimendo participio γιγνομένας. Itidem verò ἀπὸ & ἐξ indifferenter vsurpant, quum dicunt ἀπὸ τοῦ ἴσου vel ἐκ τοῦ ἴσου, aut sine articulo, ἐξ ἴσου. id est Ex æquo, pro Æquo iure. Thucydides, καὶ μέχρι μὲν ἀπὸ τοῦ ἴσου ἡγούμενοι, προθύμως εἱπόμεθα. Sic & ἀπὸ τῆς ἴσης dicitur ab eodem pro Ex æqua conditione: vel potius præpositione omissa, Æqua conditione. Item vt Græcè ἀπὸ μέρους, sic Latinè Ex parte. Dicitur etiam ἀπὸ συνθήματος, vt Latinè Ex composito, Ex compacto & constituto. Sic dicitur ἀπὸ κελεύσματος & ἀπὸ ἑνὸς σημείου apud Thucydidem. Ἀπὸ vertitur Ex & in huiusmodi loquendi generibus, ἀπὸ δίκασιν εἰς ζῆν, item ἀπὸ πολέμου βιοτεύειν. Xen. Pæd. 3, εἰθισμένοι ἀπὸ πολέμου βιοτεύειν, Soliti ex bello viuere, id est, victum quærere. vt dixit Ouidius, Viuitur ex rapto. Sic apud quendam, Victus ex rapina. Est autem apud Isocratem ἀπὸ δικαστηρίων ζῆν. Huc pertinet ἀπὸ τῶν κοινῶν πλουτεῖν apud C
Aristophanem. Citatur etiam ex Thucydide, ἀπὸ πολέμου ἐφθάρησαν. pro Ex bello sunt attriti. Sed Latinius diceretur Bello attriti, præpositione omissa. At in hac loquutione, ἀπὸ τῆς λύπης κοιμώμενος, potest ἀπὸ verti Ex, vel Præ: vt sit, In somnum conuersus ex mœrore, vel Præ mœrore.

Ἀπὸ, De, Matth. 15, καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἀπὸ τῶν ψιχίων ἐσθίει, Canes de micis comedunt. ἀπὸ τῶν σῶν ἀναλίσκω, apud Isocratem, Absumo de tuis bonis, vel de tuo. Sic ἀπὸ τῶν σῶν δαπανᾶς, Cœno de tuo. vt apud Terentium, Olet vnguenta de meo. pro Meis sumptibus. Aristoph. in Pluto, ἀπὸ τῶν ἐμῶν δειπνήσετε. Plut. in Publicola, ἀπὸ τῶν ἰδίων πολῖται εἰς πόλεμον εἰσενεγκεῖν χρήματα, De suis facultatibus. Quidam tamen exponunt Pro suis facultatibus, id est Pro modo seu proportione suarum facultatum. D

Ἀπὸ, Per. vt Il. θ, Τόξῳ ἀπὸ κρατεροῦ Τρώων ὀλέκοντα φάλαγγας. Sic apud Thucydidem scholiastes quodam loco ἀπ' αὐτῶν exponit δι' αὐτῶν. Sic ἀφ' ἑαυτοῦ δυνάμενος χωρίσμος εἶναι vertitur, Per se valens prodesse. Plut. De Alex. fort. lib. 1, ἡ γὰρ φύσις ἀγαθὸς οὖσα ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὸ καλόν. id E
est Per se. Potest tamen aliis modis verti. Budæus interpretatur Suapte sponte. Apud Chrysostomum, κατελύθη πόλεμος ἀπὸ προσευχῆς, Per preces bellum finitum est, seu cessauit. Nisi quis malit ἀπὸ προσευχῆς vertere Post preces. Item ἀπὸ προγραφῆς, Per programma, Programmate. Xenophon, τὰς γυμνασίας τοῦ ἱππικοῦ ἥττον ἂν οἱ πολέμιοι αἰσθάνοιντο, εἰ ἀπὸ παραγγέλσεως γίγνοιντο μᾶλλον, ἢ ἀπὸ κήρυκος, ἢ ἀπὸ προγραφῆς. Sic apud eundem ἀπὸ παραγγέλσεως malim vertere Per denuntiationem quàm Post denuntiationem. quia ipsemet διὰ παραγγέλσεως alicubi dicit quod aliis in locis ἀπὸ παραγγέλσεως. ¶ Item F
ἀπ' ἐμοῦ, A me, id est Per me. hoc est No obstabo. Xen. Pæd. 3, καὶ ὅτι τούτοις ἔλαβον καὶ ἔδοσαν πάντες τὰ πιστά. καὶ ἐλευθέρους μὲν ἀμφοτέρους ἀπ' ἀλλήλων εἶναι συνέθεντο, & vtrosque liberos per vtrosq; esse placuit. hoc est παρ' ἀλλήλων vel ἀλλήλων ἕνεκα, inquit Bud.

Ἀπὸ, Absque. Thuc. lib. 6, ἔλεγε δέ τις Ἀθηναίους αὐλίζεσθαι ἀπὸ τῶν ὅπλων ἐν τῇ πόλει. id est χωρὶς ὅπλων, inquit scholiastes. Sic & quum vidua vocatur ἡ ἀπ' ἀνδρὸς οὖσα. quasi ἡ ἄνευ vel χωρὶς ἀνδρὸς οὖσα. Itidem ἀπ' ὀμμάτων dicitur ὁ ἄνευ ὀμμάτων, Qui est sine oculis, Qui caret oculis, Oculis captus. ὁ πηρωθείς, inquit Eustathius: vt Δίδυμος ὁ ἀπ' ὀμμάτων. Similem significationem habere dicit ἀπὸ in hoc loquendi genere, ὁ ἀπὸ ἐπάρχων, ὁ ἀπὸ βασιλέων. Manasse autem hæc ex Homerico ἀπὸ θυμοῦ, pro ἔξω ψυχῆς. Quidam tamen non ἀπὸ θυμοῦ legunt, sed ἄπο θυμοῦ, scribentes ἄπο cum accentu in priore. Sic & ἄπο τῶν ὅπλων apud Synesium, pro Procul ab armis, vt postea dicetur. G

Ἀπὸ cum genitiuo suo aliquando nomine vno reddendum: vt οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων apud Laertium, Mathematici. sic οἱ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ λόγων, Philosophi & literati. vel Studia literarum tractantes. Sic οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, Stoici: & οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου. Peripatetici. Athenæus, εἰς τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς. id est εἷς τῶν στωϊκῶν. Sic οἱ ἀπὸ βήματος, Concio- H

natores: & οἱ ἀπὸ θυμέλης, Comici vel tragici, vt vertit Budæus apud Plutar. in Demetrio. Quidam verò οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς vertunt, Qui sunt è philosophorum numero. & οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, Qui sunt è Stoicorum numero. vel Qui sunt Stoicæ factionis. vt οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, Qui sunt Peripateticæ factionis. qui sectæ potius dicere debuerant, quàm factionis. Sed rectius hic est quod breuius, Stoici, Peripatetici. ¶ Eadem autem interpretationis ratio tenenda est & in his loquutionibus, ὁ ἀπὸ τηγάνου, ὁ ἀπ' ἀνθράκων. nam ὁ ἀπὸ τηγάνου idem aliter dicitur vno verbo, ὁ τηγανιστός, id est, In sartagine frixus. Athenæus, ὁ δ' ἀπὸ τηγάνου, βαρεῖα καὶ δύσπεπτος. Idem, ὁ δ' ἀπ' ἀνθράκων, γλυκύπερος. Alibi dicit pro eodem ὁ ἐξ ἀνθράκων.

Ἀπὸ cum genitiuo suo per aduerbium redditur interdum. vt ἀπὸ ταυτομάτου, vel ἀπὸ τύχης, Fortuitò, vel Forte fortuna. ἀπὸ μνήμης vel ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, Memoriter exponere. quod etiam dixit Cicero alicubi ad verbum, A memoria. Sic & quum dicitur ἀπὸ τοῦ προφανοῦς, pro προφανῶς seu φανερῶς, vt apud Thucyd. & ἀπὸ σπουδῆς pro σπουδαίως, vt apud Homerum. & ἀπὸ τοῦ παραχρῆμα, pro παραχρῆμα vt apud Xenophontem.

Ἀπὸ cum genitiuo suo interdum per nomen ablatiui casus redditur: vt apud Aristophanem in Pluto, ἐγώ σοι τοῦτ' ἀπὸ σμικροῦ πάνυ ἐθέλω διαπράξαι. id est Parua impensa, Paruo sumptu, vel Paruis sumptibus, Cum paruo impendio. Sic & ἀπὸ σμικρῶν positum reperitur. Itidem in hoc loco Demosthenis, στεφανῶσαι Ἀθηναίων τὴν βουλὴν χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα, quidam vertunt ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα, impendio sexaginta talentorum. Sed videtur posse verti simplicius στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα, Corona è sexaginta talentis: Vel sine præpositione, Corona talentorum sexaginta.

Ἀπὸ in quibusdam loquendi generibus vix potest reddi Latinè sine alicuius vocabuli adiectione: vt apud Thucydidem lib. 2, οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες, Ab Atheniensibus in coloniam deducti Iones, οἱ ἄποικοι τῶν Ἀθηναίων, inquit scholiastes. Puto verti etiam posse, Ab Atheniensib. oriundi. ¶ Apud Plutarchum in Othone, ἀπ' ἐλαττόνων θαρρεῖν exponitur, Audent quum sint pauciores.

Ἀπὸ per tmesin etiam ponitur, sicut & aliæ præpositiones. nec verò in carmine duntaxat ita vsurpatur, sed interdum & ab Herodoto. Iliad. α, Πρόσθεν ἐμεῦ ἀπὸ λοιγὸν ἀμύνειν ἀπὸ θυμοῦ ὀλέσσῃ. Aristoph. in Pl. Εἰ μὴ φράσεις γὰρ, ἀπό σ' ἐγὼ κακὸν κακῶς. Herodot. καὶ ἀπὸ μὲν ἑωυτὸν ὤλεσε, ἀπὸ δὲ ὤλεσε Κῦρον. Quum autem in tmesi postponitur præpositioni, tum & accentum in priorem reiicit, aliarum præpositionum more quæ sunt dissyllabæ. vt, — βλεφάρων ἄπο δάκρυα πίπτει.

Ἀπὸ superuacaneum interdum apud poetas, cum aduerbiis νόσφιν, οὐρανόθεν, & aliis huiusmodi. Nam dicunt ἀπὸ νόσφιν & ἀπ' οὐρανόθεν pro simplicibus νόσφιν & οὐρανόθεν. ¶ Contrà autem defectum præpositionis ἀπὸ notat scholiastes Thuc. in hoc eius loco, lib. 3, ἐπειδὴ τοῦτον τὸν κίνδυνον φοβεῖ τὸν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων καταλαβεῖν πῃ.

¶ Ἄπο, aduerb. retracto in priorem syllabam accentu. ἄπο θυμοῦ (inquit Budæus) vel potius ἄπο, pro ἀπόθυμος, Non ex sententia, Non cordi. vt ἄπο θυμοῦ ἦν αὐτῆς ὁ ἄρχων, id est μισητός, inquit Suidas. Sunt qui velint ἄπο tam in hoc loquendi genere, quàm in istis, ἄπο γνώμης, ἄπο πράγματος, ἄπο καιροῦ, aliisque eiusmodi, propriè sonare ἄπωθεν, id est procul. vt apertè apud Homerum cum alibi, tum in hoc versu Il. β, Καὶ γάρ τις θ' ἕνα μῆνα μένων ἄπο ἧς ἀλόχοιο Ἀσχαλάᾳ. Sic ἄπο πατρίδος, Procul à patria. Il. β, ἀπολοντο φίλης ἄπο πατρίδος αἴης. Alicubi χωρὶς exponitur eodem sensu, vt Od. ο, — ἄπο τῶν ἀνδρῶν ἱστὸν ὑφαίνει, seorsum ab his. Sed pro Procul in multo pluribus locis apertè positum reperitur. Sic & in illo dicto, ἀπ' οὔατος εἴη ἔπος. Item in ἀπ' ὀφθαλμῶν γίνεσθαι. Sic & ἀπ' ἐλπίδος dicitur Procul à spe. Apoll. Argon. 2, — μάλα πολλὸν ἀπ' ἐλπίδος ἤλυθε νόστος. Aliter tamen ἀπ' ἐλπίδος quidam exponunt in hoc Plutar. loco in Pericle, ὡς καὶ Τυρρηνία καὶ Καρχηδὼν ἐνίοις ὄνειρος οὐκ ἀπ' ἐλπίδος. Exemplaria tamen vulgata ἀπ' ἐλπίδος habent non ἀπ' ἐλπίδος, sed perperam. Huc pertinet & οὐκ ἄπο δόξης, quod Eustathius exponit οὐ πόρρω τῆς περὶ ἐμοῦ ὑπολήψεως, in hoc versu Il. κ, Σοὶ δ' ἐγὼ οὐχ ἄλιος σκοπὸς ἔσσομαι, οὐδ' ἄπο δόξης. Scribitur tamen in vulgatis

Homeri editionibus non ἄπο sed ἀπό. Itidem in hoc Synesii loco, συνέλεξαι Κυρηναίοις μικρὸν ἀπὸ τῶν ὅπλων γενέσθαι, Budæus legendum censet ἄπο, interpretans Procul ab armis. Exponitur tamē ἄπο non solùm per Procul, seu Longè, sed & per alias voces in huiusmodi formulis sermonis. Afferam autem Budæi interpretationes. ἄπο γνώμης (inquit) Longè à sententia animi. Pausanias, καὶ ταῦτα ἔγωγε ἐγένετο οὐκ ἄπο γνώμης, Satis è sententia euenerunt. Idem valet ἄπο θυμοῦ pro ἀποθύμιος, Non ex animi sententia, Displicens. Themistius, ὅτι παντάπασιν ἀπὸ θυμοῦ καὶ δυσχερεία ἡ μέλαινα ψῆφος, id est ὁ κατὰ θυμός. Item ἄπο pro ἔξω vult sumi Budæus in ἄπο τρόπου, quam significationem Eustathius dat huic præpositioni in ἄπο θυμοῦ (vel ἀπὸ θυμοῦ, vt apud illum scribitur) quum ἄπο θυμοῦ exponit ἔξω ψυχῆς. Addit præterea Budæus, idem propemodum esse ἄπο τρόπου quod ἄπο σκοποῦ. Plato, οὐκ ἄπο τρόπου τοίνυν ἐστὶ διαπεπεῖσθαι, Satis consentaneum erit, Non alienum erit. Nazianzenus, τόδε λέγεται ὑπὸ πλειόνων, καὶ πιστεύειν οὐκ ἄπο τρόπου. id est Non abre est, Satis consentaneum est eius moribus. Item οὐκ ἄπο τρόπου pro Non immeritò, citat ex Galeno. & huic ἄπο τρόπου opponi docet πρὸς τρόπου & κατὰ τρόπον. At verò ἄπο σκοποῦ (quod idem fere esse cum ἄπο τρόπου putat, vt modò dictum est) exponit Præter propositum, Præter intentionem & consilium. Item Non absurdè. Vertit & per Procul in hoc Dionysii Halic. loco, δοκεῖ δή μοι μὴ ἄπο σκοποῦ ἂν εἰκάσαι τὴν μὲν Ἰσοκράτους ῥητορικὴν τῇ Πολυκλείτου καὶ τῇ Φειδίου τέχνῃ, id est (inquit) Non absurdè, Nō procul à cohærenti & congruenti coparatione. Huc pertinet ἄπο καιροῦ, quod aliquando ponitur aduerbialiter pro ἀκαίρως: interdum verò præfixo articulo præbet vsum adiectiui nominis. dicunt enim τὸ ἄπο καιροῦ quod intempestiuum est. Item ἄπο καιροῦ subaudito ἐστί, vt apud Platonem, ἴσως γὰρ οὐκ ἄπο καιροῦ πάλιν ὥσπερ ἴχνος μετελθεῖν. At verò ἄπο πράγματος est apud Latinos ex Græcorum imitatione, Abs re. de hac autem loquendi formula dicetur in πρᾶγμα. Cæterùm sciendum est reperiri in variis autorum locis iunctum cum supradictis genitiuis, γνώμης, θυμοῦ, καιροῦ, & reliquis, seruato accētu in posteriore: sed tamen tanti refert alicubi vtro modo scribatur, vt sit etiam contrarius pro diuersa scriptura sensus. In exemplū proferam hoc loquendi genus ἀπὸ γνώμης, cui planè contrarium est ἄπο γνώμης. Dion historicus, p. 60 nostræ editionis, ἐκεῖνος γὰρ τοῦτό τε οὐκ ἀπὸ γνώμης σφᾶς πεποιηκότας εἰδώς. Vbi ἀπὸ γνώμης prorsus ita dicitur vt ἀπὸ ψυχῆς apud Demosthenem. Si igitur ibi ἄπο scripseris cum accentu in priore, planè contrarium sensum & alienum loco illi dederis. Vicissim si in loco Pausaniæ paulo antè citato pro ἄπο γνώμης scripseris ἀπὸ γνώμης, contrariam sententiam illius loci & minimè ei consentaneam habueris.

Ἄπο cum πρό, vacance πρό: vt ἄπο cum νόσφιν vacante: vicissim ἄπο. vt apud Homerum ἄπο πρὸ οἴκου, Procul ab ædibus. Apoll. Argon. 2, νηὸς ἄπο προμολόντες. Il. μεθ' ἄπο νόσφιν ἐόντα. vbi exponitur vel Procul vel seorsum. & legitur ἄπο in vulgatis exemplaribus: (quòd positum sit per anastrophen, vtpote præcedente genitiuo ἐμεῦ) at non item in præcedentibus locis cum πρό. ac certè non satis commodè scribi videtur cum accentu in priore, sequente illa præpositione. quare ad vitandam incommoditatem hanc satius est ἀποπρό coniunctum scribere. Vide igitur suo loco ἀποπρό sicut & ἀποπροθεν & ἀποπρόθεν.

Ἄποθεν vel Ἄπωθεν, E longinquo, Eminus, Procul. πόρρωθεν. Aristot. De mundo, πολλὰς δὲ καὶ δίχας εἰκὸς τῆσδε ἀντιπόρθμους ἄποθεν κεῖσθαι. Plut. in Romulo, ἄποθεν τῆς Ἄλβης, Procul ab Alba. Sic ἄπωθεν per ω cum genitiuo. Thucyd. l. 3, προκεχωρηκότος ἤδη ἄπωθεν τῆς Ὄλπης, θᾶσσον ἀπεχώρουν. Aristoph. in Pluto, κεῖσθαι ὀλίγον ἄπωθεν τῆς κεφαλῆς. Citatur & ex Æschine, ἄπωθεν ἀπὸ τοῦ κλέμματος. Et sine casu, ex Apoll. Arg. 2, σῖγα δ' ἄπωθεν ἐσιδών. Et ex eodem libro, ἔσσον ἄπωθεν ἤλασαν. Thucyd. lib. 4, ἐν κοιλητῷ ἄπωθεν ἐφεπόμενος. ET Ἀπώτερος καὶ Ἀπώτατος, Remotior, Remotissimus. quibus vsitatiora sunt aduerbia Ἀπωτέρω, Ἀπωτάτω, Magis procul, Maximè procul. Æschin. contra Ctesiph. οἷς ἦσαν ἀπωτέρω οἱ κίνδυνοι, A quibus pericula longius aberant. Sic ἀπωτάτω δειλίας ὁ τρόπος, Longissimè ab ignauia absunt hi mores. Quæ aduerbia cum nominibus per articulum coniuncta, nominum vim habent, vt οἱ ἀπωτέρω φίλοι apud Suidam, Qui quidem amici sunt, non tamen affinitate aut familiaritate proximi & coniunctissimi.

¶ Ἄπιος, Longinquus, Procul remotus. vt ἀπία γῆ, apud Hom. Τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης. vbi tamen Eustath. aliā quoque expositionem affert. vult enim ἀπίην dici vel τὴν ἀλλοδαπήν & μακράν, ex ἄπο: vel Peloponnesiam ab Apide. hūc autem Phoronei filium fuisse tradunt. Memineruntque & alii vtriusque interpretationis.

Ἄπιος, Pirus. secundum quosdam ita dicta quòd primùm ex illa Apia regione de qua modò dictum est, allata fuerit. Sic autem appellatur non solùm Pirus arbor, sed & Pirum fructus, apud Athenæum & Dioscoridē. Ita enim hic auspicatur 1 libri caput 168, Ἀπίου δὲ πολλὰ εἴδη, πᾶσαι δὲ στυπτικαί. & sequens caput ita, ἡ δὲ ἀχρὰς εἶδός ἐστιν ἀγρίου ἀπίου. Eustathius in Homerum, ἐγγὺς δὲ κυρίως κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ ἀγρία ἄπιος, ἤτοι ἡ ἀχρὰς, διὰ τὸ ἄχριν τὸν πρεσβύτερον. subiungit & etymologiam: ἄπιος, (inquies) dicitur, vt non habens πιότητα. Refragantur Eustathio quidam, putantes ab Apia regione deductum nomen ἄπιος vti dixi. ἄπιοι πέπειροι, Pira matura, Diosc. lib. 5. Apud Theocritum, ἀπίου πεπαίτερος, Piro maturior. A quibusdam ἄπιος appellatur Pirus satiua, vt ἀχρὰς Pirus agrestis. sed Eustathius autor est ἀχράδα dici etiam ἐπὶ τῶν ἡμέρων. & ex Plutarcho in Probl. citatur ἀχρὰς positum pro ἄπιος.

Ἄπιος ex Theophrasto affertur pro herba quæ alio nomine ἰσχὰς dicitur. ‖Fungi etiam species esse putatur ἄπιος.

Ἀπιοειδής, έος, ὁ καὶ ἡ, Piri formam seu speciem habens. & ἀπιοειδῆ φύλλα exponitur Folia velut piri.

Ἀπίτης οἶνος, Vinum ex Piris factum. Quod Normandi vocant Peré: vt vinum ex malis factum, Pommé.

ἍΠΤΩ, Necto, Annecto, Alligo. Ita Bud. ex Luciano, locum tamen non proferens. Sed habemus Anthol. epigr. lib. 1, in hoc satis vulgato Statyllii Flacci disticho, Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν ἔλιπε βρόχον· αὐτὰρ ὁ χρυσὸν Ὃν λίπεν οὐχ εὑρὼν ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον. id est, laqueo collum nodauit, vt Naso loquitur. vel alligauit. Intelligēdum est autem in priore versu (vt de hoc obiter admoneam) non simpliciter ἔλιπε βρόχον, sed ἔλιπε βρόχον quē ἅπτειν ἤθελεν. At verò Ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου, Od. λ, est κρεμάσασα, vel ἐκδήσασα ὑψόθεν, Eustath. Suidæ quoq; ἅπτων est δεσμεύων (addenti & κρατῶν) Sed & Plato Cratylo, τὸ δὲ ἅπτειν, καὶ δεῖν, ταὐτόν ἐστι. Sunt qui ἅπτειν sumi etiā putēt pro σφίγγειν. Cæterùm multo frequētius est hoc verbū in cōposit. quib9 verò cū præposit. componatur, ex sequentibus patebit. Passiua item participia ἁπτόμενος & ἡμμένος inueniuntur posita, pro Annexum, & quod Cicero vocat Aptum. vt quum ab eo dicitur sapiens totus esse aptus ex sese. Aristot. De part. an. lib. 2, ὅτε ὀστοῦν ἐστιν αὐτὸ καθ' αὑτὸ οὐδέν, ἀλλ' ἢ μόριον ὡς συνεχὲς ἢ ἁπτόμενον καὶ προσδεδεμένον. Budæus postquam ἁπτόμενος esse dixit Aptus, id est Consertus & Cōpositus, hoc ipsum exemplum affert. Idem, Aptus etiam est, inquit, ἁπτόμενος καὶ ἀναρτώμενος, dependens ex aliquo. Citatur autem & ex Plut. λοιμὸς ἐμπίπτει ἁπτόμενος καὶ καρπῶν ἀφορίας. Quod exponitur, Pestis incidit, sterilitas quoque agrorum consequitur. Et ex eodem, τοῦ φρονεῖν καὶ λογίζεσθαι πεφυκότος ἅπτεται, pro Cum rationali animi parte coniungitur. Sed Budæus ἅπτομαι pro συμφύομαι etiā affert ex Theophr. id est Hæreo, Cōglutinor, p. 567. Inuenitur ἡμμένος (sicut & ἐξημμένος) etiam pro Suspensus, Appēsus. ‖Ἅπτομαι autē pro Tango, Capesso, &c. eiusque composita, seorsum ponere decreui. Ἅπτω autē pro Accendo, tanquā aliud thema, ab illo ἅπτω separaui.

Ἅμμα, ατος, τό, Nexus, Vinculum. Item Illaqueamentum, vt Bud. ex Hesychio scribit. Dionys. Alex. de Apolline, pag. 73, edit. patrnæ, — χρυσέης ἀναλύεται ἅμμα φαρέτρης. id est λύει τὸν τῆς φαρέτρας δεσμόν, inquit Eustathius. Qui in alio eiusdem poetæ loco ἅμμα τόξου exponit τὸν συν

δεσμόν. Vulg. autem lex. apud eundem ζωνίω etiam significare tradunt. Xenophô (inquit Bud.) ἄμματα pro maculis retium accipere videtur: Vnde dicit πλεκτρόμους ἀναμμάτους, enodes. Pollux autem dicit βρόχους (id est maculas) ἐκ τῶ ἄλλων ἀμμάτων συνεστηκέναι. inde δεχάμματος ἄρκυς. Hæc Bud. Legimus certè & apud Plutarchû ἄμμασι τῶ βρόχων, sed de arundine piscatoria. scribit enim in lib. De prud. anim. ἔπειτα τὴν ὅρμιαν οὐ ποιοῦσι πολύπλοκον τοῖς ἄμμασι τῶ βρόχων, οὐδὲ παχεῖαν. quæ Grynæus interpretatur, Et funiculum ipsum nodorû vinculis nec multiplicibus nec asperis faciunt. A

Ἄμμα metaph. vt ἄμμα κορείας, vinculum virginitatis, in Anthol. epigr. Et ἄμματα παρθενίης, ibidem. B

C. Ἀνάμματος, ὁ καὶ ἡ, Vinculo seu nodo carens. vt πλεκτρόμοις ἀναμμάτοις, dicit Xenoph. pro Enodes, interprete Bud. ε τ Δεχάμματος, apud eundem Xenoph. decem ἄμματα habens: vt Τριακοντάμματος, apud eundê, côstans triginta ἄμμασι. Nam δεχάμματος ἄρκυς ab eo dicitur, δίκτυα autem τριακοντάμματα. Vide ἄμμα quod proximè præcedit.

¶ Ἀψὶς, ῖδος, ἡ, vel Ἀψὶς: (cû α habête spiritû asperû aut lenê) Côνexio, vt quidê apud Hom. ἀψῖδες λίνου exponitur ab Hesychio, videlicet συναφαί, item ἄμματα. Etymol. quoque significare ait δεσμόν. Locus est Il. ε, Μήπως ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου. Vbi Eustathius exponit ταῖς καμπαῖς καὶ ἀγκάλαις. In vulg. autem lex. hæc leguntur, Ἀψὶς, Testudo, Fornix, Arcus, Arcuata figura, vel Côstructio arcuatim facta, Plinio, Arcatum curuamen, Ouidio. Sic ἀψὶς θριαμβοφόρος, arcus triumphalis, qui imperatoribus erigi côsueuerat. Qui honos concessus est etiam Liuiæ Augusti vxori, & antea nulli fœminæ: sed tamê non fuit extructus. Dion, καὶ εἰκόνες αὐτοῦ ἐπ' ἀψίδων ἔν τε τῇ τοῦ Τιβέριδος γεφύρᾳ ἐποιήθησαν, &c. Item, ἀψὶς τε θριαμβοφόρος ᾠκοδομήθη. Cicero huiusmodi arcus appellat fornices: & Liuius Dec. 4, lib. 2, Fornicibus signa aurata instituit. Ἀψὶς est etiam curuatura rotæ, id est lignum supra rotas tenês scalas, seu in quo figuntur radii: videlicet ligneus rotæ circulus. ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, id est à tangêdo: quòd rotæ quum voluuntur, terram contingant. C Hesiodus τρισπίθαμον δ' ἀψῖδα τάμνειν δεκαδώρῳ ἁμάξῃ. vbi accentu acuto notatur prior. Significat etiam vinculum, παρὰ τὸ ἅπτειν, quod est δεσμεῖν. Dicuntur item ἀψῖδες circuli in stellis, teste Plinio. Apud Homerum ἀψῖδες λίνου per periphrasin pro δίκτυα, id est retia, plagæ, ἄμματα καὶ συναφαὶ τοῦ δικτύου. Hactenus vulg. lexica. His autem addo, primùm quod ad ἀψῖδα attinet, de rota dictam, hoc exemplum ex Plut. in Consol. ad Apollonium, τροχοῦ γὰρ περιστείχοντος ἄλλοθ' ἡτέρα ἀψὶς ὕπερθε γίγνετ', ἄλλοθ' ἡτέρα. quæ puto prouerbialia esse alicuius poetæ verba. Hesychio quoque ἀψῖδες sunt τὰ κύκλα τῶν ἔργων, αἱ περιφέρειαι, ἢ καμάραι. Suidas habet duntaxat ἀψῖδες, καμάραι. Quod autem ad etymum attinet, nô dubium est quin omnibus huius vocis significationibus accommodatius sit deducere eam ab ἅπτω, id est connecto, quàm ab ἅπτομαι, id est tango. nam etiamsi missam faceremus expos. Hesychii συναφαὶ & ἄμματα in illo Homeri loco, & Eustathium sequeremur, καμπαῖς exponentem, id est curuaturas, scimus omnem curuaturam & arcuatam figuram ἅπτειν inter se partem vnam cum altera. De iis autem qui ἀψῖσι scripserunt in illo Homeri loco, notantes α spiritu tenui, quanuis alioqui hæc vox ab ἅπτω deducatur: de ἀψῖδα item quod in versu Hesiodi modò citato legitur, consule Eustath. & Etymologisten. In illo certè Plutarchi loco ἀψὶς reperio cum α spiritum habente asperum. sic & apud Hesychium ἀψῖσι bis, cum α itidem: sed idem habet ἀψῖδες cum α, sicut & Suidas. In Dionis tamê loco quem initio protuli, videmus ἐπ' ἀψίδων nô ἐφ' ἀψίδων scriptum esse. Sed in ea Homeri editione quam octo ab hinc mensibus dedi, ἀψῖσι legitur cum α habente spiritum asperum, quòd eam scripturam antiquissimum & fide dignissimum bibliothecæ meæ exemplar comprobet. D E F G

¶ Ἄψος, εος, τὸ, Membrum. Od. δ, Εὗδε δ' ἀνακλινθεῖσα· λύθεν δέ οἱ ἄψεα πάντα. id est, Soluta ei sunt omnia membra [dormiêti.] Esse autem hîc ἄψεα idem quod μέλη, ostêdit epithetum quod somno tribuitur, λυσιμελής. perinde ac si hîc diceremus λύθεν δέ οἱ μέλεα. Vnde etiam refelli posse existimo alteram illam τοῦ λυσιμελὴς expositionê, ἀπὸ τοῦ λύειν τὰ μελεδήματα seu τὰς μελεδῶνας. Cæterùm vult Etymol. ἄψεα propriè esse iuncturas membrorum, per catachresin autem pro membris accipi, ab ἅπτω, ἄψω. & dici ἄψεα, quasi τὰ ἐξ ἀλλήλων συγκείμενα καὶ συνηρμοσμένα. Hesychius verò negat etiam planè aliud q̃ iuncturas membrorum significare. Sed Suidas Etymologistæ assentitur. (qui tamen quod ad etymû attinet, deducit ἀπὸ τοῦ ἐφάπτεσθαι ἀλλήλων) Præterea illud epithetum λυσιμελὴς dubitationem hanc tollere videtur. Quāquam siquis in illo Homeri loco ἄψεα iuncturas membrorum interpretaretur, sensus idem maneret. Affert autem Etym. hunc Nicandri versum, Τῶν δέ τε καμνόντων ὀλίγος περὶ ἄψεα θυμός.

C. Ἀνάπτω, Adalligo, Religo, Appendo, Suspêdo ad. Hom. Od. γ, Πολλὰ δ' ἀγάλματ' ἀνῆψεν, ὑφάσματά τε χρυσόν τε. Vbi Eustathius ἀνῆψεν vult esse ἐξέδησεν, vel ἀνέθετο, aut ἐξήρτησεν, vt quum dicitur βρόχον ἀνῆψε. Idem alibi docet ἀνάπτεσθαι ἔκ τινος τόπου dici πείσματα σχοινίων, pro ἐκδεδέσθαι, exponens hoc Od. μ hemistichium, — ἐκ δ' αὐτοῦ πείρατ' ἀνήφθω. Apoll. Arg. 2, τῇ καὶ πὰρ πρυμνήσι' ἀνῆπτο. Sed & ἀναψόμεσθα act. signif. pro Religabimus, ex Euripidis Medeæ citatur, Ἐκ τῶνδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων. Et ex Philostrato, ἀναψάμενοι τὸ πλοῖον. ‖ Ἀνάπτομαι, Circumicio, Induo. vt Epigramm. lib. 6, — στέρνοις νεβρίδ' ἀναψαμένη. vnde metaph. ἔργος ἀνάψομαι Apollonio, pro περιθήσομαι. in quo eû arbitror imitari illā Homericā metaphorā ἐπιειμένος ἀλκήν, aliáque huiusmodi. ‖ Ἀνάπτομαι ἐν χαμάτοισι citatur ex eodem pro κεῖμαι.

Ἀνάπτω, Circumpono, Appono alicui quasi ei alligans. vt μέμψιν ἀνάπτειν τινί, lib. Epigramm. 1. quod videtur dictum ad imitationem huius Homericæ phrasis, μῶμον ἀνάπτειν, Odyss. β, — ἐθέλεις δέ κε μῶμον ἀνάψαι. quod quidam exponunt Notam inurere. sicut & apud Apollonium Argon. 2, — τί νυ τόσα κήδε' ἀνῆπται; Cur tibi tot dolores sunt insuti? Budæus scribit ἀνάπτειν μῶμον sibi videri dictum trâslatione sumpta ab iis qui ridiculû quid suspendunt iis, quos ridere volunt. Sequendo autê hâc Budæi expositionem ἀνάπτειν propriè esset Appendere, id est Ad aliquem suspendere. ‖ Ἀνάπτω, Attribuo, Tribuo, Acceptum fero. Plut. in Probl. τὰ μὲν πλεῖστα τῶν γαμικῶν εἰς τὴν Ἥραν ἀνῆπτον. Ibidem, Μουσῶν τὴν χάριν ἀνάπτων, Beneficium acceptum ferens. Idem in Lycurgo, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς πολιτείας εἰς τὸν Πύθιον ἀνῆψε. Sic & alibi vtitur eodem modo. Alex. De fato, ἀνάπτειν εἰς ἑαυτὸν αἰτίαν τῶν γινομένων, id est Sibi causam vendicare. Exponitur etiam ἀνάπτειν τινὶ in huiusmodi locis Referre ad aliquem. id est Referre rem quampiam ad aliquem tanquam eius autorem. Existimo autem, qua̅ habet metaphoram ἀνάπτω in huiusmodi loquendi genere, talem habere propemodum verbum Pendere apud Latinos: vt quum dico, Salutem meam ex tua pendere humanitate existimo: perinde est acsi ita loquerer, τὴν ἐμὴν σωτηρίαν ἀνάπτω τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ. vt hîc ἀνάπτω propriè sit Appendo, sicut in præcedenti loquutione ἀνάπτειν μῶμον. Viderint tamen viri docti an bene iudicem.

C. 2. Ἐξανάπτω, cum genit. & accus. Appendo aut Suspendo ad vel ex. Iphig. Taurica, οἱ δ' ἐπωτίδων ἀγκύρας ἐξανῆπτον, pro ἀνῆπτον ἀγκύρας ἐξ ἐπωτίδων, Anchoras ex epotidibus suspendebant. Alii autem interpr. Anchoras de epotidibus demittebant.

C. Ἀφάπτω, Suspendo. vnde ἀπημμένος, pro Suspensus, Herodoto, ab eius pass. voce. Idem, ἀπάψαι αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸν ἀσκὸν, demisit vel afflixit in vtrem cruore plenum. Ἀφάπτω item Applico, Admoueo, Suid. Hactenus Bud. Suidas tamen ἀφάπτειν exponit προσκομίζειν in Appiano, dicente, ξύλα ἃ ἔμελλον ὡς καταπέλτας ἐκ χειρὸς ἐς τοὺς ἐλέφαντας ἀφάπτειν.

C. Ἐνάπτω, Alligo, Adalligo. Item Illigo. Suidas ἐνάπτοντες exponit ἐνδεσμοῦντες (id est alligantes) hoc in loco, τὰς καρδίας εἰς τὰ περὶ τὸ χεῖλος πεφυκότα τῶν δένδρων ἐνάπτοντες. Basilius de vipera illa cuius mentio fit Act. Apost. capite vlt. οὐχ ὁρᾷς ὅτι φρυγανιζομένῳ τῷ Παύλῳ ἐνάψασα ἔχις, οὐδεμίαν προσετρίψατο βλάβην, Quum se illigasset Paulo. H

πτειν Bud. exponit etiam Innectere, Committere, Adiūgere. ‖ Et pass. Ἐνάπτομαι pro Alligor, Annector. Itē Committor, Coagmentor. vnde δώρακος κύτει ἐνημμένῳ apud Aristoph. Commisſō, Coagmentato. Est ἐνημμένος & Indutus. vt apud eundem comicum, διφθέραν ἐνημμένος. Sic & ἐνῆφθαι apud Lucianum, καὶ γὰρ τὴν διφθέραν ἐνῆφθαι τὴν τοῦ λέοντος. Sed & ἐναψάμενος eadem signif. in eiusdem Timone, ἐναψάμενος τὴν διφθέραν τὴν γῆν ἐργάζομαι.

Ἔναμμα, Vinculum. Ἔναμμα τῆς ἀσκύλης apud Plutarchum in fine Philop. Amentum iaculi, vel Nodus amenti iaculi.

C. Ἐξάπτω, Adnecto, Innecto, Alligo. Item, Appendo. Lucianus in Hercule, οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὅθεν ἐξάψῃ τῆς σειρᾶς τὰς τῶν δεσμῶν ἀρχάς. id est (Budæo interprete) Quū enim pictori reliquum iam nihil esset vnde catenularum extrema innecteret. Apud Alexandrum Aphrod. ἐξάπτειν τὸ βάρος, pro Appendere pondus. In vulg. lexicis citatur ex Plutarcho Themist. τὴν γῆν ἐξῆψε τῆς θαλάσσης, pro Ad mare terram adiunxit. quæ interpretatio mihi non placet. Ex Euripide autem affertur in iisdem, ἱκετηρίαν γόνασιν ἐξάπτω σέθεν, pro Tuis genibus supplex aduoluor. Ἐξάπτεσθαι passiuum hanc etiam actiui signific. retinet. nam ἐξημμένος κορυφῆς ab Areopagita dicitur pro A summitate dependens. vt annotat Budæus: qui & ἐξημμένος τὴν πήραν eodem dici modo tradit quo ἐξηρτημένος τὴν πήραν. Idem ex Synesio affert, τὰ τῆς σωματικῆς διαθέσεως ψυχικῆς αἰτίας ἐξῆπται, pro Dependent à &c. Idem ἐξάπτεσθαι τῶν πολεμίων ex Polybio & Plutarcho affert pro Hærere vestigiis. hoc est E vestigio sequi & assequi. Vide C. p. 78.

C. Ἐφάπτω, Alligo. Ἐφάψαι (inquit Hesych.) δῆσαι, ἱμάσαι. Et pass. Ἐφάπτομαι, Alligor. Item Impendeo (vt quod supra caput alligatum est, illi impendet.) Hom. Il. β, — Τρώεσσι δὲ κήδε' ἐφῆπται, pro ἐπήρτηται, impendent, Bud.

Ἔφαμμα, vide statim post cum Ἐφαπτίς.

Ἔφαψις, Vinctura, vt exponitur à Bud. in hoc Galeni loco, ὄνυχες εἰσὶ δέρματος ἔφαψις.

Ἐφαπτίς, ίδος, ἡ, Vestis militaris genus. Vtebantur & Græci equites (inquit Bayfius) eo genere vestis quam ἐφαπτίδα appellat Athenæus in quinto: his verbis, πάντες οἱ περιεσιδήριοι εἶχον πορφυρᾶς ἐφαπτίδας, πολλοὶ δὲ διαχρύσους καὶ ζωωτάς. Budæus quoque ex eodem loco vestem militarem fuisse probat. Hinc fit vt ἐφαπτὶς Sagus aut Paludamentum à nonnullis reddatur. Polluci certè est συρεμμάτιόν τι φοινικοῦν ἢ πορφυροῦν, ὃ περὶ τὴν χεῖρα εἶχον οἱ πολεμοῦντες ἢ οἱ θηρῶντες. Vbi suspicatus sum aliquando tale quid ab eo intelligi quale est quod vocamus escharpe. In vulg. lex. citatur ex Iosepho De antiq. ἐφαπτὶς pro ἐπωμὶς, id est Superhumerale. Cæterùm apud Strabonem ἐφαπτίδας mulieribus etiam tributum inuenio, lib. 7, p. 129, προμαντεῖς ἱέρειαι, πολιότριχες, λευχείμονες, καρπασίνας ἐφαπτίδας ἐπιπεπορπημέναι. At Ἔφαμμα generaliter significare videtur quoduis indumenti genus. A Suida certè exponitur generali vocabulo περίβλημα, afferente etiam Polybii locum: apud quem ita legitur lib. 2 (nā à Suida paulo aliter scribitur) οἱ δὲ Γεσάται, ὑπολαβόντες οὕτως ἔσεσθαι πρακτικώτατοι, διὰ τὸ τινὰς τῶν τόπων βατώδεις ὄντας ἐμπλέκεσθαι τοῖς ἐφάμμασι, γυμνοὶ μετ' αὐτῶν τῶν ὅπλων κατέστησαν τὰς σάγους ἀπορρίψαντες. Vbi obseruādum, quod generali voce ἐφάμματα vocarit, postea particulari σάγους dixisse. Cæterùm ἐφαπτὶς & ἔφαμμα hic posui, quòd maiori cum ratione videantur ab ἐφάπτω deduci significante Annecto & vincio, aut ab eius passiuo, quàm ab ἐφάπτομαι quod Attingo declarat. nam ea quibus amicimur, corpori velut circumalligata esse videntur.

C. ΚΑΘάπτω, Annecto, Alligo, Appendo. Anthol. epigramm. lib. 4, — τίς ὁ φύσας τυγνὰ καθάψε μάταν. Nam hic esse puto καθάψε pro καθῆψε, sicut μάταν pro μάτην. Xenophon, ἐμβαλέτω τὰ ἐνέδρα εἰς τὰς ὁδοὺς, καθάπτων τοὺς περιδρόμους ἐπὶ τὴν γῆν. Synesius metaph. καθάπτω τοιγαροῦν ὑμᾶς διὰ τῆς ἐπιστολῆς, id est Copulo & inuicem deuincio. At verò Act. Apostolicorum capite vltimo καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ exponitur Inuasit manum eius: sed ego duram esse hāc interpretationem arbitror, quū nec in verbo ἅπτω nec in aliis eius compositis, vllum huius significationis addatur exemplum. Malim igitur vertere, Illigauit se eius manui. vt sit καθῆψεν pro καθῆψεν ἑαυτὴν. quod tamen & ipsum rarum esse fateor. Sed eodem modo Basilius dixisse mihi videtur ἐνάψας pro ἐνάψας ἑαυτὸν, in hoc loco, φρυγανιζομένῳ τῷ Παύλῳ ἐνάψας ὁ ἔχις. vbi eandem refert historiam. Nisi fortè & hîc ἐνάψας dixisse Basilium pro Inuasisse, dicat aliquis. verùm is (quicunque sit) hoc dicto linguæ Græcæ rudem se ostendet. Fateor tamen ad sensum aut nihil aut parum interesse vtrō modo καθῆψε τῆς χειρὸς interpretemur. In vulgatis certè lexicis citatur etiam καθάπτουσι εἰς τὸ ὀσφῦ, pro Os attingunt, ex Aristot. De anim. lib 5.

Καθάπτειν & pro Induere. Soph. Trach. καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς ἐρινύων ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον. Non tamen simpliciter hîc est Induit, sed Induit velut illaqueando me illa & irretiēdo. vnde aptissimè vertit Cicero, vel potiùs Accius, Quæ me irretiuit veste furiali inscium. Vide Καθαπτός.

Καθαπτός, οῦ, ὁ, Ligatus, Vinctus, Astrictus. Hesychius καθαπτὰ λύειν prouerbium esse ait de illis qui nodum aliquem solutu difficilem soluere conarentur. Sed alii pro καθαπτὰ in hoc prouerb. κάθαμμα legunt. cuius tamen locum perperam occupauit apud Suidam vox κάθαρμα. Κάθαμμα λύειν (inquit Erasmus) id est Nodum soluere, dicebatur qui negotium alioqui impeditum facilè conficeret. ‖ Aristophanes in Ranis, θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς καθαπτός. pro ἐνδεδυμένος, Suidæ, id est Indutus, Amictus. Existimo autem verbali καθαπτὸς sicut & verbo καθάπτω, hanc etiam significationem dari quòd (vt antea dixi) ea quibus amicti sumus, velut circumalligata sint corpori. Hinc etiam ἔφαμμα pro περίβλημα, vt infrà dicetur. ‖ Καθαπτὸν ὄργανον, vide in Καθάπτομαι, significante Tango.

Κάθαπτος, accentu in antepen. pro alia signific. vide apud Hesych.

Κάθαμμα, Vinculum, Nodus, ἅμμα, vide paulo antè in Καθαπτός.

C. 2. Περικαθάπτω, Alligo. apud Dioscoridem, περικαθάπτουσιν ἄμβικα, Operculum alligant. Ita Bud. Ego malim Circumalligant, si vtriusque præpositionis vis exprimenda sit. In vulg. autem lex. περικαθάπτω exponitur Apto, Pertracto, Cooperio. qui postremus error natus est (vt opinor) ex eo quòd alligandi operculi mentio fiat à Dioscoride.

C. ΠΕΡΙάπτω, Circūnecto, Circūappēdo, Adalligo, vt περιάπτων βραχίονι λίθους, Diosc. lib. 2. Et pass. voce περιάπτω eadē signific. vt Lucianus περιάπτεται τῆς Γοργόνος κεφαλὴν ἐν τῷ στήθει. Sic Plut. in Pericle, περιαπτομένην λίθους πολυτελεῖς. ‖ Sed (vt Budæus annotat) Περιάπτω est etiam Pro amuleto appendo. Quam significationem à Budæo poni intelligēdum est tanquam peculiarem. sicut & hanc qua esse ait Gesto pro ornamento colli. Exempla vide p. 568.

Περιάπτω, Acquiro, Concilio, Comparo. Xenoph. τῇ πόλει περιάπτειν τι ἀγαθόν. Et, μεγάλας δὲ ἡμᾶς τῇ πόλει περιάψειν. Et in malam partem aliquando pro Impono, Imprimo, Iniungo. vt Plato Apologia, τῇ πόλει αἰσχύνην περιάπτειν. Sic Aristoph. in Pluto, πολὺ τῆς πενίας πρᾶγμ' ἄχθιον ζητεῖς αὐτῷ περιάψαι. Vide Bud. ibidem.

Περίαμμα, ατος, τὸ, Quod circumnectitur & circumalligatur alicui: sed peculiariter περιάμματα appellantur quæcunque ad arcendas noxas alicui corporis parti (præsertim autem collo) alligantur. vnde Amuleta interpr. Budæus. Dioscor. de hippoglosso, δοκεῖ δὲ ἡ κόμη περίαμμα τῶν χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι. Plinius tamen de ea loquens ita dixit, Capitis dolorem corona ex iis imposita minuit. Sūt qui περιάμματα differre velint ab iis quæ ἀποτρόπαια vocantur, quæ ex superstitiosa magiæ vanitate proficiscūtur: quū περιάμματα ex naturæ proprietate agāt, eáque Galenus non improbet. Nazianz. autem περιαμμάτων appellatione ἀποτρόπαια etiam complexus putatur, vbi dicit, οὐδὲν δεῖ σοι περιαμμάτων καὶ ἐπασμάτων οἷς ὁ πονηρὸς συνεισέρχεται. Anth. epigr. l. 2, Οὐκέτ' ἀνηγέρθη καὶ περίαμμα φέρων. Ita enim legendū, licet vulg. excepl. habeat καί περ ἴαμα.

y. i.

Περίαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Circũnexus, Circumalligatus. Sed peculiariter dicitur τὸ περίαπτον pro proximè præcedente περίαμμα. Citatur ex Dioscor. lib. 3, cap. 167, ἔστι περίαπτον δυστοκούσαις, pro Alligatur pendétque ex collo iis quæ difficulter pariunt. Et ex alio eiusdẽ loco, φασὶ δὲ ὅτι περίαπτον ἐξ αὐτοῦ θηρία διώκει, pro Gestatum ex eo amuletũ. Ex Theophr. item affertur περίαπτα copulatum cum ἀλεξιφάρμακα. Aristot. Ethic. lib. 1, cap. 8, οὐδὲν δὴ προσδεῖται τῆς ἡδονῆς ὁ βίος αὐτῶν, ὥσπερ περιάπτου τινός, ἀλλ' ἔχει τὴν ἡδονὴν ἐν ἑαυτῷ. Vbi Lambinus περίαπτον Appendicem reddit. A

B ΠΡΟΣάπτω, Alligo, Appẽdo, Affigo, προσδέω. Et metaphoricè apud Luc. καὶ προσάψαντες τὴν ψυχὴν τῇ μνήμῃ τῶν παρεληλυθότων, de iis qui animi intentionem defigunt in præteritæ voluptatis recordationem. Ita Budæus. Cicero certè in Platonis Timæo προσάπτειν vertit Affigere, vt videre potes pag. 20 mei lexici Ciceroniani. ‖ Apud Sophoclem προσάπτω σοι τιμάς, Tibi honores attribuo, pro Te honoro, Te colo. Sed & in malam partem interdum: vt apud Isocratem in Busiridis encomio, τηλικαύτην αὐτῷ τὸ μέγεθος παρανομίαν προσῆψας. Budæus ἀνάπτω tribus tanquam synonymis interpretatur, Attribuo, Contribuo, Assigno, in hoc Aristotelis loco De mũdo, τὴν δὲ Αἴγυπτον οἱ μὲν τῇ Λιβύῃ, οἱ δὲ τῇ Ἀσίᾳ προσάπτουσιν. Quod & προσνέμουσι dicitur. Et προσάπτω σοι τοῦτο, Hoc tibi attribuo, tanquam autori, Huius te autorem facio. Lucianus de literarum inuentione loquens, Σιμωνίδῃ δὲ ἔνιοι προσάπτουσι τὴν προσμήθειαν ταύτην. C

Προσαπτω, pro προσάπτω, poeticè. Προτιάπτω, προσάπτω, Suidas. At Hesychius habet Προτιάπτω, προσπέμπω, sed puto reponendum esse προσάπτω: quod tamen suo loco non erit. D

C. ΣΥΝάπτω, Colligo, Coniungo. Synesius epist. 57, τί δὲ συνάπτειν πειρᾷ τὰ κεχωρισμένα παρὰ τοῦ θεοῦ; Plutarchus in Lycurgo, συνάπτει τὴν ἀνδρείαν τῇ μουσικῇ. Idem in Othone, αὐτοῖς συνῆψε τοῖς περὶ Κεκίνναν. Plutarch. De puer. educ. ἵν' ἐφεξῆς καὶ τὰ δίχα τὰ φέροντα πρὸς τὴν ὀρθὴν τῶν νέων ἀγωγὴν συνάψω, Coniungam, Contexam: vel Adiungam, Attexam. Et metaphoricè συνάπτειν εὐνοίᾳ καὶ ταῖς νήσοις πρὸς ἀλλήλας, in Philostratis epist. Sed & συνάπτειν per se pro συνάπτειν εἰς εὔνοιαν. Xenophon, διὰ τούτων ἡ φιλία διαδυομένη συνάπτει τοὺς καλούς τε κἀγαθούς. Sic Latinè Coniuncti homines, & Coniunctio. Quinetiam vt Coniunctio de affinitate dicitur interdum, sic & συνάπτειν interdum ad eam pertinet. vt συνάπτω γάμον, Euripides. & κῆδος σοι συνάψαι, apud eundem. ‖ Συνάπτω Budæus non solùm Coniungo & Confero exponit (addunt vulgata lexica & Copulo, Coagmento) sed etiam Coalescere facio, Ferrumino, Conglutino, apud Theophrastum. Sed exemplum significationis Conferẽdi nullum affert Budæus. quod nobis alioqui suppeditat hoc loquendi genus συνάπτειν τὴν μάχην, apud Plutar. quod Latini Conserere prælium, Manus conserere. Eadem autem forma συνάπτοντες ἱππομαχίαν Ἀμαζόσι, apud Aristidem. Sic & συνάπτω σοι πόλεμον dicitur, vel πρός σε, Euripides. Thucyd. Item συνάπτω σοι εἰς χεῖρας, Plutarchus in Pericle. Sed & συνάπτω σοι sine adiunctione, eadem signif. videlicet, pro Prælium consero, Confligo tecum, Congredior. Plut. in Antonio, τῶν ὁπλιτῶν συναπτόντων ἅμα τῇ βοῇ καὶ πατάγῳ τῶν ὅπλων. In quibus loquendi generibus videri potest subaudiendus accusat. μάχην, aut alius huiusmodi. at quum dicitur συνάπτω σοι εἰς χεῖρας, tunc vix possit accusat. itidem subaudiri, ideóque συνάπτω neutraliter accipi fateamur necesse est. Optimè autem respondet συνάπτειν hac in signific. Gallico verbo *attaquer*, quum dicitur *s'attaquer*. (nam vt hodie proferatur & pronuntietur *s'attaquer*, pro *s'attacher*, sermonis nostri ex Italo corruptela obtinuit) Iam verò vt συνάπτειν πόλεμον est Prælium committere, id est Confligere, sic etiam συνάπτειν τινάς est Committere aliquos ad prælium, vt apud Plut. Alcibiade, Περικλέους συνάψαντος αὐτούς, vbi exponitur etiam, Quum Pericles eos ad bellũ excitasset. ‖ Συνάπτω exponitur etiam Contraho, nõ solùm in supradictis illis loquẽdi generib⁹, συνάπτω γάμον & συνάπτω κῆδος, sed & in aliis, vt in συνάπτειν κακά τινι apud Eurip. (vbi tamẽ exponitur etiam Inuehere, item Cumulare) item in quodam Theophrasti loco συνάπτειν μέλη, contrahere membra & comprimere. ‖ Quinetiam Συνάπτω neutraliter (Bud. tamen dicit Passiuè) pro Hæreo, apud eundem, ὃ οὐ συνάπτει τῇ γῇ, Quod non hæret solo. Idem verò Theophr. συνάπτειν cum eodem datiuo pro Contingere dicit. Sic Aristot. De hist. anim. lib. 3, αὗται δὲ συνάπτουσι παρὰ τὰς ἶνας τὰς ἑτέρας φλέβας. Et apud Herodotum, συνάπτει τῷ πεδίῳ, pro Planitiei contiguus est. Aristot. De animal. 2, συνάπτει πρὸς τὸ ὑπογάστριον, Iungitur hypogastrio. In vulg. lex. τύχη δέ μοι συνάπτει ποσίν ex ponitur Fortuna me pede contingit. Exponitur συνάπτειν & Coire. vt apud eundem Aristot. πόροι συνάπτοντες εἰς ἕν, Meatus in vnum coeuntes. Sed & cum accusat. ὅρκους, redditur hoc eodem verbo. nam συνάπτειν ὅρκους interpr. Iureiurando coire. E F G

Συνάπτω, Conuenio, Congruo, Quadro, Consentaneus sum, inquit Bud. afferens ex Aristot. Metaphys. 7, τῷ δὲ καθόλου καὶ τῷ γένει καὶ αἱ ἰδέαι συνάπτουσι. Vide Cõm. pag. 615. Καὶ ἔτι ἄλλο συνάπτει πρὸς τὴν ἀπειρίαν ταύτην, Theophr. De caus. pl. 4, Siquid aliud ad hanc dubitationem attinet. Gall. *Qui y attouche*. id est eam attingit.

Συνάπτω, Appropinquo, Aduento, Appeto, Polyb. lib. 5, συνάπτοντος ἤδη τοῦ χειμῶνος. Et συνάπτειν εἰς Σελευκείαν. Vide Bud. Comm. p. 614.

Συνάπτομαι voce pass. Colligor, Connector, Coniungor. vnde & συνημμένος, Coniunctus, Connexus. Synes. epist. 19, ἀλλ' ἐν διώκισα γράμμασι τοῖς συνημμένοις τῇ γνώμῃ. Apud Greg. λόγος πᾶσι συνημμένος, Ratio omnib⁹ cõiuncta & quasi inhærens. Ex Anthol. epigr. affertur, ἄρσενι γὰρ θήλεια συνάπτεται pro Congruit: ex Aphthonio autem, συνῆφθην ἀντί pro Congressus sum cum Latona. q. d. Commistus sum. Apud Herodotum, συνῆπτό μοι νεῖκος πρὸς ἐκείνους, Contractæ erant inimicitiæ. Magis tamen ad verbum respondet phrasis Gallica, *Attacher vne querelle*. pro quo dicitur *Attaquer*, vt paulo antè admonui. ‖ Συνάψασθαι voce media itidem pro Contrahere. vt συνάψασθαι κῆδος Thuc. Contrahere affinitatem. Sic συνάψασθαι τῆς ζυγάδος τὸν γάμον, Luc.

Συνάμμα, ατος, τό, Copula, Vinculum. Plut. Alexandro, τὸν Ἀλέξανδρον ἀμηχανοῦντα λῦσαι, διατεμεῖν τῇ μαχαίρᾳ τὸ σύναμμα. Vtitur & Aristot.

Σύναψις, Coniunctio, Connexio. A Bud. exponitur Cohærentia in hoc Aristot. loco in fine lib. 10 Metaph. ὥστε δῆλον ὅτι συνεχὲς ἐν τούτοις ἐξ ὧν ἕν τι πέφυκε γίνεσθαι κατὰ τὴν σύναψιν. Quod Plato dixit in Timæo, ἔν τε ταῖς συνάψεσι, Cicero reddidit, Qùúmque inter se penè contingant. vt videbis pag. 29 mei lexici Cicer. In vulg. lex. σύναψις τῶν χειρῶν ex Bud. in epist. prior. exponitur Consertio manuum: sed & σύναψις sine adiunctione, Prælium.

Συναπτός, οῦ, ὁ, Continuus. vt συναπτὸς ἐνιαυτός, Continuus annus, in Pand. sæpe, vt inquit Bud. Apud Aristoph. autẽ in Concion. χεῖλα συναπτοῖς λωίας Λακωνικάς, Schol. exponit τὰς συναπτούσας καὶ δεσμούσας τὰ ὑποδήματα, id est Quæ colligant & connectunt.

Συναπτικός, ή, όν, Colligatorius, Colligandi vim habens. cui opponitur χωριστικός.

Συναφή, ῆς, ἡ, ET Συνάφεια, idem quod σύναψις, Coniunctio, Connexio. & q. d. Coalescentia. cui opponitur διάζευξις. vt apud Plut. De frat. am. καθάπερ ἐν ὀξυγράμματι μουσικῷ φθόγγῳ διάζευξιν οὐ συναφὴν ποιοῦσι. Interdum συναφή peculiariter dicitur de commistione corporum maris & fœminæ. vnde ἡ κατὰ τὴν συναφὴν ἡδονή, Voluptas quæ est in coitu.

Συνάφεια, idem, vti dixi. quod Basilius vsurpauit de coniunctione coniugali. nam virum & vxorem vocat etiam συναφθέντας κατὰ τὸν βίον. Chrysostomus συνάφειαν μέλους dixit metaphoricè loquens, τί τῶν πάντων οὐ πρακτέον ἡμῖν ὥστε τὸν ἀδελφὸν εἰς συνάφειαν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν συντελοῦντα ἀνακτήσασθαι; id est (inquit Bud.) vt reuocemus ad ecclesiæ gremium fratrem errore mathematicorum abductum. H

Συναφής, έος, ὁ καὶ ἡ, Coniunctus, Contiguus, συναφὴν ἔχων.

¶ Ἅπτομαι, Tango, Attingo. vt ἅπτεσθαι νηῶν, Iliad.β. Lucill. Anth.epigr.lib.2, Εἶπε, καὶ ἐκτείνας μόνον ἥψατο. Matth. 14. ἵνα μόνον ἅψωνται τοῦ κρασπέδου. Vbi obserua additum μόνον, sicut in præcedente, ad maiorem emphasin. Apud Paulum, 1 ad Cor. cap.7, initio, γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, Mulierem non attingere. quo declarari existimatur viri cum muliere congressus. Plut. autem in Themist. ἅπτεσθαι Πελοποννήσου, pro In Peloponnesum peruenire. Exponitur & In Peloponnesum appellere. Sed malim, verbum Attingere retinendo, Cæsarem imitari, qui Britanniam attingere, eodé planè modo dixit, De bello Gall.lib.4. Sed & Tangere hac in signific. Cicero dixit post Plautum. ‖ Ἅπτομαι in alia etiam significatione metaphorica possumus ad verbum interpretari Tango: videlicet quum pro Taxo ponitur, seu Increpo. Herodot. in Terpsich. ἑστεῶτες ἐπὶ τῶν θυρέων ἀλλήλων ἥπτοντο κατηγορεόμενοι. Sic Terentius Tangere vsurpauit, in Eunucho, Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio. Hoc & Perstringere dicitur. ‖ Sed ἅπτεσθαι ἀνθρώπου non tantum dicimur quum eum tangimus verbis, sed & quum manum in eum iniicimus. in qua signif. ex Plut. citatur. (& ex Plat. De leg. ἅπτομαι βιαζόμενος, pro Manus infero) Possumus autem ἅπτεσθαι ἀνθρώπου, & Inuadere hominem interpretari alicubi. vt quum pestis apud Thucydidem lib.2, τὸ πρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἥψατο τῶν ἀνθρώπων, Inuasit homines. Quæ interpretatio verbo ἅπτεσθαι conuenit cum aliis etiam genitiuis iuncto. vt quum dicitur à Plutar. in Publicola ἅπτεσθαι τῶν πολιτῶν λιμός, fames inuadere ciues. (In vulg. autem lex. ἅψασθαι κτημάτων, Pignora capere, exponitur ex autoritate Budæi) At quum Dioscorides περὶ ἄγνου scribit, ἅπτεται δὲ καὶ κεφαλῆς, κάρον ἐπιφέρων, possumus quidem & hic Inuadit caput, interpretari: sed magis tamen propriè cum Budæo, Tentat caput. Huius autem signific. verbi Tento, exempla vide cum apud Budæum, tum in Thesauro linguæ Latinæ quem pater meus edidit. Cæterùm in vulgatis lexicis affertur & ἁψάμενος αὐτῆς, ex Plutarcho, pro Eius amore vecors. quod mendosum puto. ‖ Ἅπτομαι (inquit Budæus) Attingo & tracto artem aliquam, & illi studeo. vt ἅπτεσθαι τῶν μαθημάτων, Plato, ἅπτεσθαι μουσικῆς, Athenæus. Cum huiusmodi autem genitiuis ἅπτεσθαι exponitur & aliis modis, videlicet Vacare, Operam dare, Animum adiicere. vt ἅπτεσθαι γυμνασίων, apud Galenum: ἅπτεσθαι τῆς τέχνης, apud Plutarchum. Interdum tamen ἅπτεσθαί τινος μαθήματος est simpliciter Attingere & degustare. pro quo itidem γεύεσθαι dicunt. Sic Plato De rep.3, τί δ' αὖ ἂν γυμναστικῇ πολλὰ πονῇ καὶ εὐωχῆται εὖ μάλα, μουσικῆς δὲ καὶ φιλοσοφίας μὴ ἅπτηται; Et paulo pòst, ἅτε οὔτε μαθήματος γευόμενον οὐδενός. ‖ Ἅπτομαι λόγων in vulg. lex. citatur ex Euripide, pro Vtor rationibus, non reddita verbi ἅπτεσθαι significatione. Ex eodem, ἅπτομαι τῆς τύχης δεξιᾶ, pro Res mihi succedit prosperrimé. Afferuntur & hæc (ex Plutarcho, vt opinor) ταχὺ καὶ νεανικῶς ἔοικεν ἅπτεσθαι τοῦ Θεμιστοκλέους τὰ πολιτικὰ πράγματα, pro Celeriter & audacter visus est rempublicam attigisse Themistocles. Quasi verò ἅπτεσθαι τοῦ Θεμιστοκλέους τὰ πολιτικὰ πράγματα dictum esset inuersa constructione pro ἅπτεσθαι τὸν Θεμιστοκλέα τῶν πολιτικῶν πραγμάτων. Sæpe autem & per Capesso redditur: vt Plutarchus, ἐπεὶ δὲ Κάτων ἐλθὼν ἥψατο πολιτεύματος. Apud eundem verò in Publicola, ἅπτεσθαι τῆς πολιτείας quidam exponunt Animum ad capessendam rempublicam appellere. Rursum ἅπτεσθαι τῶν ὅπλων, Arma capessere, apud eundem. Ἅπτομαι cum nonnullis genitiuis vertitur & per Aggredior, quod verbo Capesso affine est. vt ἅπτεσθαι τῶν πραγμάτων dicitur à Thuc. Sic ἅπτεσθαι τοῦ πολέμου, apud eundé lib.5, Bellũ aggredi, vel Bellum capessere. Apud eundem Thucydidé lib. 2, ἅπτεσθαι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον, Capessere quæ ad bellum pertinent, Incumbere in apparatum eorum quæ &c. Apud Plutarchum tamen ἅπτεσθαι πολέμου accipitur etiam pro Committere bellum, si Budæo credimus. In loco tamé quem affert, malim ἥψαντο πολέμου vertere, Prælium aggressi sunt, vel Prælium committere cœperunt. Nam prælium cõmittere duo significat.

Ἅπτομαι, Gusto, Esito. Budæus ex hoc Plutarchi loco, ἐβρώθη δὲ καὶ φλοιός, ὡς λέγεται, καὶ ζώων ἀγεύστων πρότερον ἥψαντο. Alibi autem ex Laertio affert in Pythagora, ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ, ὅτι ἱερὸς καὶ ἱκέτης. Idem: τῶν ἰχθύων μὴ ἅπτεσθαι ὅσοι ἱεροί. Sed multo antiquioris scriptoris addo testimonium, Thucydidis videlicet, lib.2. in illa sua descriptione pestilentiæ, τὰ γὰρ ὄρνεα καὶ τετράποδα ὅσα ἀνθρώπων ἅπτεται.

Ἅπτομαι pro Annector, vide cum Ἅπτω, Annecto.

Ἅπτομαι, pro Accendor, vide cum Ἅπτω, Accendo.

Ἅψις, εως, ἡ, Tactus, Tactio. Item Contrectatio & Attrectatus, quidam Ciceronianè posse reddi volunt. Ἅψις (inquit Budæus) Tactus, pro ἁφή, apud Aristotelem Meteorol.4, κίνησις ὑπὸ τοῦ κινοῦντος ἡ ἐγγίνεται ἀπὸ τῆς ἅψεως. Citatur ex eodem De animal.l.4. ἅψις χυλῶν.

C. Ἀψίκορος & Ἀψιμαχεῖν & Ἀψιμαχία, vide in Κόρος & in Μάχομαι, & in Μῖσος.

Ἁπτός, ή, όν, (q.d. Tangibilis) Qui tangi potest, Sub tactum cadens. Cicero ἁπτὸν δεῖ vertit alicubi Tangi potest. Alibi reddit Tangitur. Alibi interpr. Sub tactum cadit. Sed & Tractabile dixit quod Plato dixerat ἁπτὸν in Timæo. Harum autem interpretationum testimonia ex meo Cic. lexico petere potes. Plut. De primo frigido, οὔτε ὁρατόν, οὔτε ἀκουστόν, οὔτε ἁπτόν, οὔτε τῇ ἄλλῃ αἰσθήσει γνωστόν.

C. Ἄαπτος, ὁ, καὶ ἡ, q.d. Intangibilis, vel Non tangendus, apud Homerum. Cuius tamen vocis controuersa est apud gramm. deriuatio, vt ex his patebit quæ olim ex illis annotaui. Ἄαπτος, q.d. Non tangibilis. Vel, Non tangendus, & Euitandus. Aut, Lædi nescius, Qui lædi non potest, Cui noceri non potest. ἀάπτοι χεῖρες apud Hom. & Hesiodũ aliquot locis, ἃς οὐ δύναταί τις ἰάψαι, τουτέστι βλάψαι, Quas nemo potest lædere, Lædi nescias. q.d. Inuiolabiles. Nam ab ἴψ fit verbum ἰάπτω, vnde nomen ἴαπτος: cui præfixo α priuatiuo, ἀίαπτος, & sublato ι, ἄαπτος. Aut (si α primũ sit ἐπιτατικὸν) exponetur, Quæ valde possunt lædere. Etym. & Suidas ex Herodiano. Idé Etym. ponit & aliã deriuationé, ab ἅπτω pro ἅπτομαι. i. tango. ὧν οὐκ ἄν τις ἅψαιτο. i. Quas nemo possit attingere. quasi ἀπροσίτοις, ἀπροσπελάστοις. i. Inaccessas, Ad quas propè accedi non possit, aut accedendum non sit. Hesych. explicat & ἀπτοήτοις. i. Interritas, Imperterritas. quæ expositio est Aristarchi, vt testatur Eust. Idé ait Aristoph. scripsisse ἀέπτους per ε, quasi ἀρρήτους. i. Ineffabiles. Vel, Quas sequi nemo possit. Ego illam deductionem ab ἅπτομαι, vt simplicissimam, ita tutissimam esse existimo.

Ἁπτικός, Tangẽdi vim habẽs, Tãgẽdi facultate præditus. Et ἁπτικὴ αἴσθησις, q.d. Tactiuus sensus aut tactorius. & ἁπτικὴ δύναμις, Tactiua vis. Et ἁπτικώτατος, pro Tãgẽdi vim præcipuè seu præ cæteris obtinens. vt lingua est ἁπτικώτατον μόριον. nã gustus est quædã tactus species.

C. Ἀνθάπτομαι, Vicissim aliquid aggredior, Vicissim manus iniicio, Bud. ex Herodoto. Exponitur ab eodé Capesso: & citantur hæc exempla. Plato De rep.7, δεῖ πλῆθος ἐπὶ λογιστικὴν ἰέναι, καὶ ἀνθάπτεσθαι αὐτῆς μὴ ἰδιωτικῶς. Idem in epistolis dixit, ἔργου ἀνθάψασθαι. Itidem Arrianus, ἐπεὶ μαλακῶς ἀνθήψαντο τοῦ ἔργου. Thuc. lib.8, ἀνθάπτεσθαι τῶν πραγμάτων. id est ἀντιλαμβάνεσθαι, Capessere res, id est rerum administrationé. Huiusmodi autem in locis vacat præpositio. ‖ Capitur etiã pro Attingo, Attactu lanio. Aristoph. in Ran. ἐχίδνα θ' ἑκατοντακέφαλος ἣ τὰ σπλάγχνα σου διασπαράξει, πλευμόνων τ' ἀνθάψεται. ‖ Dicitur etiã ἀνθάπτεσθαι φρενῶν (vt Latinè Tangere animũ) res quæ tristitiã nobis affert: apud Eurip. in Medea. ‖ Ἀνθάπτεσθαι capi etiam videtur pro Increpare, siue Reprehẽdere (sicut ἀντιλαμβάνεσθαι interdũ.) Thuc. l.8, p.279, διότι τῆς τε μισθοφορᾶς οὐκ ἐντελοῦς οὔσης μαλακωτέρως ἀνθήπτετο. Vbi quidam significare putant Increpabat. Nam Vallæ certè interpretationis nulla iniri ratio potest. ita enim vertit, Eóque libentius ferebat stipendium non esse persolutum.

C. Ἐνάπτομαι, Tango, Attingo. Aristoteles Metaphysicῶν 1, οὗτοι δὲ δὴ πάντες τῆς τοιαύτης αἰτίας ἐνημμένοι εἰσί. pro Attigerunt huiusmodi genus causæ. Et paulo pòst, ἥψαντο pro eodem dicit, οὗτοι μὲν οὖν ταύτης τῆς αἰτίας ἥψαντο μόνον. Bud.

C. Ἐφάπτομαι, Attingo, Contingo. Et Pertineo, Attineo, inquit Budæus. subiungens ex Aristotele Ethicῶν 3.

y.ii.

οὐδὲ δὴ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς τὸ ἡδέως ἐνεργεῖν ὑπάρχει, πλὴν ὅσον ἐφάπτεται τοῦ τέλους, Attinet ad finẽ bonorum. Interdum pro ſimpliciter Tangere, vt τῆς κεφαλῆς ἐφήψατο. Et apud Soph. ἱκέτης ἐφάψαι παιδός. Apud Plut. quoque ἐφάπτεσθαι, pro Attrectare ſumi teſtatur Bud. ‖ Ἐφάπτομαι, Capeſſo, vel rurſus Attingo ſignificare putat Budæus in hoc Plat. loco De legib. lib. 10, ὁπόσοι πώποτε τῶν περὶ φύσεως ἐφήψαντο ζητημάτων. Idem Budæus ἐφάπτομαι, inquit, Capeſſo. vnde συνεφάπτομαι, Simul ſuſcipio & aggredior. Plutarch. pro Aggredior opus faciendum. Plato pro Aſſequor: vt ἐφάπτεσθαι τῆς ἀληθείας. Hæc Bud. Videtur autem à Plutarcho in Numa dici ἐφάπτεσθαι θεοῦ νοήσει ſenſu eodem quo à Platone ἐφάπτεσθαι τῆς ἀληθείας: vt ſit Deum aſſequi mente, ſeu intellectu. Exponitur tamen & Deum intelligere, vel percipere. ‖ Ἐφάπτομαι (addit Budæus) Vindico, id eſt ἀντέχομαι. Plato De legibus 337.

c. 2. Ἀνέφαπτον, Intactus. Vide exemplum apud Suid. qui tamen ἀψηλάφητον exponit.

c. 2. Συνεφάπτομαι, Simul capeſſo, Simul ſuſcipio & aggredior, vt modò dictum fuit. Sic Plut. initio Philopœmenis, παρεκάλει τῆς διακονίας συνεφάψασθαι. Sic apud eundẽ in Pericle, συνεφάπτεσθαι τοῦ ἔργου, vbi ſcribit, τὴν θεὸν οὐκ ἀποστατοῦσαν, ἀλλὰ συνεφαπτομένην τοῦ ἔργου καὶ συνεπιτελοῦσαν. Subauditur autem datiuus perſonæ. nam propriè dicitur συνεφάπτομαί σοι τοῦ ἔργου, Tecum opus aggredior. Quod exponitur etiam Adiuuo te in opere. Chryſoſt. θεοῦ δὲ ῥοπὴ συνεφάπτεται τῶν πόνων ἡμῖν, Noſtros labores ſubleuat. Luc. παρακαλοῦντες τὰς θεὰς συνεφάψασθαι τοῦ συγγράμματος. Plut. in Galba, πολλοὶ τοῦ φόνου μὴ συνεφαψάμενοι, Qui cæteris in perpetranda cæde adiutores non fuerãt. Vel, Qui operam ſuã in perpetranda cæde non præſtiterãt. Verti etiam poteſt, Qui manus cædis immunes habebant, præſertim quum ἐφάπτεσθαι ſit manuum. ‖ Συνεφάπτεσθαι paulo aliter apud Athenæum, vbi dicuntur Stoici συνεφάπτεσθαι τῆς ἡδονῆς, ſimul cum aliis voluptatem capeſſere, vt eius fautores. Budæus tamen ſimpliciter Simul capeſſere & ſuſcipere exponit. Athenæi autem locus eſt hic, καὶ τῶν στωϊκῶν τινες συνεφήψαντο ταύτης τῆς ἡδονῆς.

Συνεφάπτομαι (inquit Budæus) minus eſt quàm συναίρομαι, quaſi Summis digitis attingo, vel Simul onus attingo: non etiam Tollo & in humeros ſuſcipio. Hæc quidem ille. ſed ego & συναίρεσθαι & συνεφάπτεσθαι & συλλαμβάνεσθαι, tria verba tribus diuerſis metaphoris indifferenter à Græcis ſcriptoribus pro Adiuuare ſeu Opitulari poni obſeruaui.

c. 2. Παρεφάπτομαι, Leuiter attingo (inquit Bud.) Stringo. hoc eſt προσψαύω. Plut. De fato, ἡ δὲ τῶν θεῶν τάξις καὶ δημιουργία τὴν δευτέραν πρόνοιαν δηλοῖ, καί πως καὶ τρίτης παρεφάπτεσθαι ἔοικεν. Et addit, Minus eſt παρεφάπτομαι quàm συνεφάπτομαι apud eundem, p. 753.

C. ΚΑΘάπτομαι, Tango animũ alicuius meis dictis. Hom. Il. α, Ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσι. Vbi exponitur etiam Demulce, Delinito. Quinetiam ſunt qui καθάπτεσθαι interpretentur Perſtringere, Laceſſere. At ego, quum videam καθάπτεσθαι tam in bonam quàm malam partem ſumi in veteribus poetis, aptiorem non mihi videor excogitare poſſe interpretationem illa, Tango animum alicuius verbis meis. quod & ipſum in vtranque ſumi poteſt partem. Nam Euſtathio certè nequaquam ſubſcripſerim, ſcribẽti in hunc verſum Odyſſ. β, 39, — ἔπειτα γέροντα καθαπτόμενος προσέειπε, eſſe καθάπτεσθαι ſimpliciter τὸ ἀμείβεσθαι, vel ἀποτείνεσθαι διὰ λόγου πρός τινα. Et in alio eiuſdem poetæ loco, καθαπτόμενος φίλον ἦτορ, eſſe pro ἑαυτῷ λαλῶν. (de quo loco poſtea dicam) Addit autem, apud Homeri quidem poſteros eſſe τραχύτερον ἐν λόγοις προσφέρεσθαι, cum genitiuo. Sed & apud Heſiodum habemus χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσι, ſicut in illo Hom. verſu: & rurſus Il. κ, μαλακοῖς ἐπέεσσι. in quo Heſiodi loco καθαπτόμενος redditur Inceſſens, habita videlicet illius loci duntaxat ratione. Sed & apud Hom. Il. ο, v. 127, — ἡ δ' ἐπέεσσι καθάπτετο θοῦρον Ἄρηα, licet nõ addatur χαλεποῖσι, aut huiuſmodi quidpiam, talia tamẽ eſſe videmus quæ ſequũtur, vt nõ malè hîc fortaſſe reddatur Perſtringebat, vel Increpabat. At quum dicitur Odyſſ. υ, Ὣς ἔφατ', ἐν στήθεσσι καθαπτόμενος φίλον ἦτορ, nequaquam cum Euſtathio dixerim eſſe ſimpliciter, Se ipſum alloquens vel Seipſum compellans, ſed Tangens animum ſuum his dictis & afficiens. Perinde ac ſi dixiſſet, Quæ verba animum eius tetigere, eiúſque motum compreſſere. ſequitur enim, ἐν πείσῃ μένε.

Καθάπτομαι apud Homeri poſteros in malam partem pro Perſtringo, Inceſſo, Taxo, Mordeo dicacitėr, Increpo. Thuc. lib. 6, pag. 202, ἐπεὶ δή μου Νικίας καθήψατο. Luc. οἱ δὲ Ἐπικούρειοι, ὦ θεοί, οὐ μετρίως ἡμῶν καθάπτονται, μάλα δὴ ὑβρισταὶ ὄντες, μήτε ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀνθρώπων λέγοντες τοὺς θεοὺς &c. Plut. De Herod. ἡ δὲ Ἡροδότου κακοήθεια [illegible] μέν ἐστιν, ἀμέλει καὶ μαλακωτέρα τῆς Θεοπόμπου, καθάπτεται δὲ καὶ λυπεῖ μᾶλλον, ὥσπερ &c. Idem alibi, καθήψατο πικρῶς Διομέδοντος.

Καθάπτεσθαι τῶν μαρτύρων (inquit Bud.) eſt Teſtari, Teſtẽ laudare & vocare citaréque. Herodot. in Vrania, ταῦτα μὲν Κίδαιος ὁ Θεοκύδεος ἔλεγε, Δημαρήτου τε καὶ τῶν ἄλλων καθαπτόμενος. Id eſt, eorum quæ dicebat, guaros eſſe aiebat & teſtes. Hæc Bud. Ex quo vulg. lexica afferunt præterea, καθάπτεσθαι παρόντας apud Herodotum eſſe verbum iuris, pro Præſenti manum iniicere. id eſt Manu prehendere & proficiſcenti obſtare. ‖ Καθάψομαι σῶμα in iiſdem citatur ex Euripide pro Induam corpus. item, Καθηψάμην τυραννίδος, ex Plut. Solone, pro Tyrannidem inuaſi. Item, ex eiuſdẽ Plut. Numa, καθαψάμενος βαφῆς ἀκράτου καὶ ἰσχυρᾶς pro Cui tinctura vehemens & acris inuſta eſt. ‖ Gal. καθαπτόμενοι vult Hippocrati eſſe etiam αἰσθανόμενοι σφοδρῶς.

Καθαπτὸν ὄργανον, (q. d. tactionale) Quod tangitur, ſeu pulſatur. Sic dicitur apud Athen. vt ἐντατὸν ὄργανον & ἐμπνευστόν. A Budæo καθαπτὸν exponitur tactionale.

Καθαπτικοὶ λόγοι, Verba quibus aliquem perſtringimus, Mordacia dicta, Bud.

C. ΠΡΟΣάπτομαι, Leuiter tango, Primoribus digitis tãgo, Attingo. Xenoph. προσαψάμενα μόνον τῷ στόματι, quæ ſolùm attigerint ore. vbi στόματι datiuus eſt inſtrumẽti. Dioſc. προσάπτεται τῆς τριχός, pilũ attingit. Capitur etiam metaphoricé: vt προσαψάμενοι μόνον τῶν πραγμάτων apud Æſchinem. Philo De vita Moſis lib. 2, ἐπειδὴ συνέβαινε μηδενὸς ἀδικήματος ἑκουσίου προσάψασθαι. quod Turn. exponit, Nullum crimen voluntate ſuſceptum in ſe admiſerat.

¶ Ἁφή, ῆς, ἡ, Tactus, Sẽſus qui manuum miniſterio fit, Cõtrectatio. vt ἁφὴν ἐνδίδωσι, Tactum [ſui] præbet, Tangi poteſt. ‖ Ἁφὴ ſignificat etiam generalius manuũ functionem. vt Plat. Axiocho, καταλαμβάνομεν αὐτὸν ἤδη μὲν συνειλεγμένον τὰς ἁφὰς, καὶ τῷ σώματι ῥωμαλέον, ἀσθενῆ δὲ τὴν ψυχήν, Offendimus eum recuperata manuum functione & viribus, ψηλαφήσεις καὶ ἀντιλήψεις ἀθροίσαντα καὶ συναγείραντα. vehemens enim morbi impetus vires proſternit vt manus nihil ſuſtinere queant: quarum functio quum recuperatur, dicimur συνειλέχθαι τὰς ἁφάς. Ita quidam vir doctus expoſuit. ‖ Ἁφὴ eſt etiam Ictus, Percuſſio, πληγή. Ἁφὴ annotant vulg. lex. eſſe etiã puluerem quo palæſtritæ poſt vnctionẽ inſpergebantur, vt corpora ceromate & ſudore lubrica, mutuas luctantiũ prehenſiones admitterent. Vel potius illũ iactum pulueris inſidioſũ, quo luctator vtebatur vt antagoniſtã apprehenſum facilius ſupplantaret: déque eo intellexiſſe Plinium lib. 35 cap. 11: Ouidiúmq; Metam. 9, Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis, Inq; vicem fuluæ iactu flaueſcit arenæ. Martialẽ itẽ pro Latina voce vſurpaſſe lib. 7 in Philænin: Perottúmq; malè apodyteriũ expoſuiſſe. Eadẽ lex. ſcribũt eſſe etiã Cõmiſſurã, Iũcturã. ¶ Ἁφὴ præterea ab ἅπτω, Incenſio, Accenſio, vt apud Herod. lib. 7, περὶ λύχνων ἁφάς, Circa lucernarũ accenſionem, Sub crepuſculũ noctis. Ἁφὴ eſt etiã χροιὰ λέπρας Heſychio & Suidæ: quæ tamen ἀλφή, vel potius ἀλφὸς dicitur (i. vitiligo) vt in vulg. lex. habetur. Cæterùm ἁφὴ pro tactu hîc poſui (poſt compoſita ab ἅπτομαι) propter illa quæ à ſe deriuata habet verba.

C. Ἀναφής, έος, ὁ, καὶ ἡ, apud Nazianz. Intactilis: quod Lucretius Intractatus vocat, & Gratius Intactus: vt annotant vulg. lex. Heſ. interpretatur ἄψαυστος, ἀψηλάφητος, ὁ μὴ ἐψηλαφημένος. Plut. De primo frigido, τὸ δὲ ἀναφὲς καὶ ἄχρωστον, καὶ ὅλως ἄποιον, οὐκ ἔχει διαφορὰν, ἀλλ' ὅμοιόν ἐστι. Id eſt (Turn. interp.) Quod autẽ intractabile eſt, quod coloris

& qualitatis penitus est expers, differentiam nullã habet, sed semper simile est.

C. Εὐαφής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui facilè tangi potest, Facilè contrectabilis. Hesych. & Suidas interpr. etiam ἀμάλακτος, quod vulg. lex. exponunt Facili lentore mollis. HINC Εὐαφῶς aduerb. apud Luc. Deceti tactu, vt habent vulg. lex. vt, ὑποβάλλειν τοῖς δακτύλοις εὐαφῶς.

Ἀφάω, F. ἀσω, Contrecto, Tracto, ψηλαφῶ. Il. ζ, — ἀγκύλα τόξ' ἀφόωντα. id est ψηλαφῶντα, ἢ λαμπρύνοντα, &(vt habet Eustath.) χειριζόμενον, φιλοκαλοῦντα. Dicitur autem ἀφόω poeticè pro ἀφάω vt κομόω pro κομάω. nam verba in άω desinentia in όω ipsi interdum finiunt.

Ἀφάσσω, Palpo, Cõtrecto. ψηλαφῶ, παρὰ τὴν ἀφὴν. idẽ quod præcedens ἀφάω. Apoll. Arg. 2. ἐν χερσὶν ἀφάσσει. Est etiam Demulceo. item & Solicito cũ accus. vt scribunt vulg. lex. nullo tamen addito exemplo.

C. Ἀμφαφάω, Contrecto, & q. d. Circumattrecto. τῇ ἀφῇ διερευνῶ, vt Eustathius exponit in hoc Odysseæ θ loco, Καί κ' ἀλαός τοι ξεῖνε διακρίνειε τὸ σῆμα Ἀμφαφόων. Sic apud Apoll. Rhod. Argon. 2, Τοίχους ἀμφαφάων. Idem quoq; in pass. voce significat: vt Od. ο, — χρύσεον ὅρμον Χερσίν τ' ἀμφαφόωντο. At Od. θ, Εὖ μὲν τόξον οἶδα εὔξοον ἀμφαφάασθαι. Eustathius exponit μεταχειρίζεσθαι. Addunt vulg. lex. reperiri quoque in Epigr. pro ὑφαίνω.

C. Ψηλαφάω, F. ήσω, Tango, Contrecto. Eustath. musicum esse vocabulum dicit, compositum ex ἀφάω & ψάω, seu eius deriuatiuo ψάλλω, cuius aor. 1 est ἔψηλα: propriéque de chordarum contactu dici, παρὰ τὸ τὸ ψαλτήριον ἀφᾶν. Etymologicus ex μῆλα (id est oues) deducit, & ἀφάω: vnde mutato μ in ψ fiat ψηλαφῶ. Xen. De arte equestri, καὶ ἀπιέναι δὲ χρὴ ὧν ψηλαφωμένων ὁ ἵππος μάλιστα ἥδεται. Metaphoricè etiam accipitur pro Perscrutari, sumpta translatione à cæcis, qui palpando viam quærunt. vt apud Polyb. ὑπάρχων φύσει ποικίλος πᾶν πρᾶγμα ἐξέταζε καὶ πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐψηλάφα. Iosephus in Antiquit. καὶ ὅπως τὸν κατὰ τῆ πόλεμον ψηλαφηθέντα ὑπ' Ἀντιόχου, attentata. Plutarch. de Socr. τοῦ γὰρ ὥσπερ ἐν τῷ σκότῳ, διαφανῶς διὰ φωνῆς ψηλαφῶντες γνωρίζομεν. Pro eodem ponitur etiam Ψηλαφέω in vulg. lex. & à Suida Ψηλαφίζω.

Ψηλάφημα, ατος, τό, Cõtrectatio. Polyb. de turpi amatore loquens, ἀεὶ δ' ἔρπει περὶ ... ψηλαφήματος τινος, παρακολουθεῖ. Bud. Sed puto hæc esse Xen.

Ψηλάφησις, εως, ἡ, Contrectatio, Palpatio. Plut. περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαιν. copulat ἐργαλισμοὺς & ψηλαφήσεις.

Ψηλαφίη etiam reperiri apud Hipp. scribunt vulgata lexica. ibique interpretem exponere frictionem.

Ψηλαφητός, οῦ, ὁ, Contrectabilis, Palpabilis, Qui tactu percipi potest.

ἉΠΑΛΌΣ, οῦ, ὁ, Tener, Delicatus, Mollis. A nomine ἀφὴ secundum Etymologisten & Eustathium. nam ab ἀφὴ tactum significante fit ἀφαλός, deinde mutata in tenuẽ aspirata ἁπαλός. vt sit ἁπαλός quasi Tactui cedens. quæ enim mollia sunt, tactui cedunt. vnde contrà quæ sunt dura, vocantur ἀντίτυπα. Dicitur autem ἁπαλός tam de persona, quàm de re: & tã de re quæ ad animum quàm de re quæ ad corpus pertinet. aut etiam tam de re incorporea & intellectuali, quàm de habente corpus, & tãgibili, vt vulgò loquuntur. Homerus Odyss. φ. dixit χέρας ἀτρίπτους ἁπαλάς. Et Il. τ, — ἁπαλοὶ πόδες, id est Molles pedes. quo in loco σκληρός contrarium est τῷ ἁπαλός. Sic & τυρὸς ἁπαλός, Caseus mollis, in Anthol. epigramm. Item ἁπαλὸς οἶνος, Vinum molle seu tenerum, apud Dioscoridem, cuius vini meminit & Eustathius, sicut & contrarii σκληροῦ. ait autem vina Tarentina & omnia sub hoc climate esse tenera. Quidã tamen apud Dioscoridem οἶνον ἁπαλὸν pro nouo vino, id est musto, accipiunt. Addit autem Eustathius, metaphoricè appellari vinũ vel σκληρὸν vel ἁπαλόν. Dicuntur & σιτία ἁπαλά, cibi delicati. Itẽ στρωμναὶ ἁπαλαὶ pro μαλακαί. Apud poetas Græcos ἔρως est ἁπαλός, sicut apud Latinos Amor seu Cupido mollis, seu tener. itidẽ omnia ἐρωτικά, id est amatoria seu Cupidinea (id est ad Cupidinem pertinentia) dicuntur ἁπαλά. Plato Symp. τοῦ αὐτοῦ δὴ καὶ ἡμεῖς χρησόμεθα τεκμηρίῳ περὶ ἔρωτα, ὅτι ἁπαλός. Huc pertinet, quod est apud Hesiodum in Theogonia, ἁπαλὰ φρονέοντα.

Ἁπαλός, Mollis, id est Non vehemens, Lentus. vt ἁπα-

A λὸν πῦρ, Ignis mollis, Ignis lentus. Coquus apud Athenæum lib. 7, exponens quomodo assauerit pisces quosdam, ait, Οὕτως ἁπαλὸν ἔδωκα καὶ πρᾶον τὸ πῦρ. In Anthol. epigr. ἁπαλὸν πνεῦμα, Mollis aura.

Ἁπαλὸν aduerbialiter positum pro ἁπαλῶς, Odyss. ξ, Καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι. id est Molliter ridere.

Ἁπαλότης, ητος, ἡ, Teneritudo, Teneritas, Mollities. Plato Symp. πρὸς τὸ ἐπιδεῖξαι θεοῦ ἁπαλότητα.

Ἁπαλύνω, Tenerum reddo, Mollio, Emollio. Xenoph. Lacedæm. pol. ἁπαλύνειν & διαθρύπτειν posuit pro Emollire, & quasi deliciis frangere, τῶν παίδων πόδας μὲν ὑποδήμασιν ἁπαλύνουσι, σώματα δὲ ἱματίων μεταβολαῖς διαθρύπτουσι.

B ‖ Capitur etiam pro Delicatè & molliter attingo & tero, vt ait Budæus, citans hunc Xenophontis περὶ ἱππικῆς locum, τῶν δ' ἐν τῇ ῥάχει τριχῶν ἄγω μὲν οὐδενὶ ὀργάνῳ δεῖ ἅπτεσθαι, τῇ δὲ χειρὶ τρίβειν καὶ ἁπαλύνειν, ᾗ πέφυκε κέκλινται.

C. Ἁπαλόσαρκος, ου, ὁ καὶ ἡ, est compositũ primum ordine alphabeti, ex ἁπαλὸς & σὰρξ σαρκός. Vnde significat Teneram carnem habens, aut cutem.

C C. Ἁπαλοτρεφής, έος, ὁ καὶ ἡ, Molliter nutritus, Cibis delicatis nutritus. Apud Homerum ἁπαλοτρεφὴς σίαλος à quibusdam exponitur Porcus saginatus. Eustathius vult appellatum ἁπαλοτρεφῆ ad differentiam τῶν συάγρων. Il. φ, Κνίσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο. Notum est τρέφω significare Nutrio, Alo.

C. Ἁπαλοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mollifer, ad verbum, Mollia ferẽs, vel Mollia gestans, videlicet vestimenta. ὁ τὰ μαλακὰ φορῶν, vt est apud D. Matthæum, cap. 11. φορέω, ῶ, sonat Fero seu Gesto.

D C. Ἁπαλόχροος, οος, ὁ καὶ ἡ, vel Ἁπαλόχροος, όου, Tenerã cutem habens. vt apud Hesiodum in Ergois. 2, Καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος οὐ διάησιν. Inuenitur & ἁπαλόχροον σῶμα καὶ λεπτόδερμον. ‖ Potest etiam significare Mollẽ colorem habens, vt χροιὰ pro colore capitur: sicut in his compositis, μονόχροος, ποικιλόχροος, πολύχροος.

C. Ἁπαλόχρως, ωτος, ὁ καὶ ἡ, Idẽ quod præcedens ἁπαλόχροος. Nam χροιὰ pro χρὼς in multis compositis accipitur.

¶ Ἀμαλός, Mollis, Tener. Item Debilis, Imbecillis. Pro ἁπαλός. Hesych. ἀμαλὸν exponit ἁπαλόν, ἀσθενῆ. Odyss. υ,

E Ὣς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα. Iliad. χ, Ἁρπάζων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν. ‖ Eustathius tamen vult ἀμαλὴν ἄρνα posse etiam intelligi, secundum veteres, τὴν μαλλωτὴν καὶ τριχώδη, id est villosam. esséque & aliam scripturam, videlicet ἄρνα μαλὴν pro ἄρν' ἀμαλήν. Vnde & apud Theocritum legi μαλοπάρηος significans idem quod ἁπαλοπάρηος. Hinc etiam esse μαλερόν. Reperitur verò & ἁμαλός cum spiritu aspero: sed frequentior altera scriptura cum tenui, (licet ab ἁπαλός aspirato deductum putetur) quam & deducta ab eo verba ἀμαλάπτω & ἀμαλδύνω retinent.

F Ἀμαλῶς, Aduerb. Molliter, Imbecillè. Exponitur etiam μετρίως, ἀκόλως, ab Etymologiste & Hesychio: ab hoc verò & ἁπλῶς (sed habent eius exemplaria mendosè scriptum ἀμαλλῶς duplici λ.) Quid autem ἀμαλῶς significet Hippocrati, vide in Gal. lexico.

Ἀμαλλόω, ῶ, Aboleo. Ἀμαλλοῖ, ἀφανίζει. Hesychius. Sed scribendum potius existimo ἀμαλόω vnico λ, si quidem sit ab ἀμαλός.

G Ἀμαλάπτω, Perdo, Corrumpo. Propriè autem Corrumpo velut tenerum quiddam & molle. Lycophron, — ἠμάλαψε κάρχαρος κύων.

Ἀμαλδύνω, Idem quod ἀμαλάπτω: itidem ab ἀμαλὸς deductum, vt vult Eustathius. ‖ Capitur & pro Demolior, Euerto, Solo æquo. vt Il. μ, Τεῖχος ἀμαλδύνας. & passiuum Ἀμαλδύνομαι in eadem significatione. Il. η, Ὥς κέν περ μέγα τεῖχος ἀμαλδύνηται Ἀχαιῶν. ‖ Secundum Hesychium ἀμαλδύνειν est non solùm Abolere, sed etiã Tabefacere. ‖ Exponitur & Deleo, Oblitero, in vulg. l. Gr.

Ἀμαλδύνομαι, Pass. Corrũpor. ‖ Item Euertor, Destruor. vt τεῖχος ἀμαλδύνηται, in loco Homeri modò citato. Apud Aristoph. in Pace, tanquam tragicum ver-

H bum vsurpatur ἀμαλδυνθήσομαι, pro Perdar, E medio tollar: in hoc versu, Ἀλλ' ὦ μέλ' ὑπὸ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι. Gal. & Erotianus apud Hippocr. ὄμματα ἀμαλδύνεται exponunt ἀφανίζεται & ἀμαυροῦται.

C Ἀπεμαλδύνω etiam dicitur (præfixa videlicet huic verbo præpositione ἀπὸ) Itidem pro Perdo, Corrūpo, Aboleo. Greg. in Carm. Ἄσρασιν ἠέλιος, ἠελίω δὲ νέφος Κάλλος ἀπημαλδύνε.

Ἀμάνδαλον etiam fit ab ἀμαλδύνω. Nam ab ἀμαλδύνω primùm fit ἀμάλδανον, Euanidum, Abolitum: deinde per transpositionem literarum ἀμάνδαλον: quo vtitur Alcæus. Ἀμαλδύνω (inquit Etymologistes) ἀμάλδανον, τὸ ἀφανὲς καὶ ἀφανιζόμενον, καὶ καθαιρεθὲν ἀμάνδαλον. Vbi καθαιρεθὲν manifestum est esse deprauatum. fortasse ὑφαιρεθὲν est reponendum, vt sit ὑφαιρεθὲν pro ὑφεβιβασμένον. ‖ Ab B ἀμάνδαλον autem fit Ἀμανδαλόω, ῶ, id est Aboleo, Lædo. nam ἀμανδαλοῖ exponit Hesychius ἀφανίζει, βλάπτει.

ἌΠΤΩ, Accendo. Aristoph. ἅπτε τὸν λύχνον. Sic λύχνον ἅπτειν Luc. 8, & 11, & 15. Et pass. ἅπτομαι, Accendor. vnde ἡμμένος partic. Accensus, vt ἡμμένος σταυρίσκος, Palus accensus, vel ignitus. Aristoph. de Cyclope excæcato loquens. Idem, ὁ δὲ ἐνεκάτω τὶς ἡμμένω. Metaphoricè etiam ponitur interdum ἅπτεσθαι. vt ἀπτομένης τῆς μέθης, in vulg. lex. pro Quum accenderetur ebrietas. q. d. Quum incalesceret ebrietas. In illis tamen exponitur, Inter initia ebrietatis. C

C. Ἀνάπτω, Accendo, Incendo. Plato in Timæo, φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων. id est (Cicerone interprete) Deus ipse solem quasi lumen accendit ad secundum supra terram ambitū. Ἀνάπτομεν itidem exponitur Incendimus siue Adolemus in hoc Nonni hemistichio, -ἀνάπτομεν ὄργια βωμοῖς. Et πῦρ ἀναπτόμενον ὑπὸ τῶν παρθένων, apud Plutarchum in Camillo. ‖ Item ἀνάπτω, Incendo, metaphoricè, Suscito, Exuscito. Chrysostomus, μηδὲ τὸ κείμενον ἤδη πένθος ἀνάψαι πάλιν. Æschines, κἀνταῦθα ἀναστάντος τοῦ δήμου καὶ πάλιν ἰσχύσαντος. D

Ἀνάπτω τὸ πνεῦμα, pro Spiritum traho, citatur ex Aristot. Probl. in vulg. lex.

Ἀνάπτομαι, Incendor. Itē metaph. Exuscitor, sequendo significationes actiuæ vocis. Exempla etiam quædam cū exemplis actiuæ vocis habes.

C. Ἐνάπτω, Idem. A cuius pass. ἡ λαμπὰς χρυσοῦ ἐνημμένη, apud Aristophanem.

C. Ἐξάπτω, Accendo, Succendo. Plato epist. 7. ἐξάπτει τὸν χρόνον. Synes. epist. τὸν ἐνόντα σμικρὸν ἔτι τῆς ὀρθοδοξίας σπινθῆρα πάλιν τε καὶ ἐπιπλέον ἐξάψαι. Et ἐξαπτόμεθα καὶ σβεννύμεθα, apud eundem. E

Ἔξαψις, εως, ἡ, Accēsio, Inflāmatio. apud Alexād. in Probl.

C. Ἐφάπτω. Idem. A cuius pass. ἐφημμένος, Accensus, Ardēs. Et metaph. νεῖκος ἐφῆπται, Contentio exarsit. Il. φ, Ἐξ ἧς ἀθανάτοισιν ἔρις καὶ νεῖκος ἐφῆπται.

C. Ὑφάπτω, Succendo. Xenophon Pæd. 8. τὸ μὲν πῦρ τοῖς ἀπτομένοις καίει οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄποθεν θεωμένους ὑφάπτουσι. vbi metaphoricè accipitur.

ἌΡΑ, Vtique, Profectò. Item pro Itaque, Igitur. Apud F Homerum autē pro expletiua habetur, magna ex parte. Sed ego ita mihi apud eū obseruasse videor, subiunctam quidem particulæ δὲ aut alii, ferè esse expletiuam: at quum sola ponitur, non itidem. vt Iliad. ι, Ὣς ἔφαθ᾽· οἱ δ᾽ ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ. Ibidem, Ὣς ἔφαθ᾽· οἱ δ᾽ ἄρα πάντες ἐπίαχον υἷες Ἀχαιῶν. Ibidē, Ὣς ἔφαθ᾽· οἱ δ᾽ ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἠδ᾽ ἐπίθοντο. Sic Od. ξ, Παρ δ᾽ ἄρα μιν Ταφίων πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν. Et statim pòst in tribus membris quæ duobus versibus continentur, primo datur δ᾽ ἄρ, vel (vt alii scribere malunt) δ᾽ ἄρ᾽: secundo δ᾽ ἄρα: tertio αὐτὰρ. ita enim legimus, Νὺξ δ᾽ ἄρ᾽ ἐπῆλθε κακὴ σκοτομήνιος, ὗε δ᾽ ἄρα Ζεὺς Πάννυχος· αὐτὰρ ἄη ζέφυρος μέγας αἰὲν ἔφυδρος. His certè omnibus in locis aliisque huiusmodi nemo mihi (vt opinor) negauerit eundem planè sensum cum sola particula δὲ manere. Alicubi tamen δ᾽ ἄρα aliter reddenda videtur Latinè quàm δὲ sola, vbi videlicet in priore parte illæ duæ, in posteriore autē hæc dūtaxat ponitur, vt Odyss. γ. Ἡμίσεες δ᾽ ἄρα λαοὶ ἐρητύοντο μένοντες Αὖθι &c. Ἡμίσεες δ᾽ ἀναβάντες ἐλαύνομεν. Hic enim ἡμίσεες δ᾽ ἄρα &c. reddiderim, Ac dimidia quidē pars &c. at in ἡμίσεες δ᾽ ἀναβάντες, δὲ per Autē, seu Verò. Vt autem post δὲ vacat frequenter ἄρα, sic & post ὡς vacare videri possit: vt Od. ζ, quum dixisset in principio comparationis, Ὡς δ᾽ ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνήρ, duobus interiectis versibus, subiungit in accom- H

A modatione, Ὣς ἄρα τῷ κατέχευε &c. Itidē verò alibi. Sic & post articulum postpositiuū ὃς abundare meritò iudicetur. vt Il. ο, —ἐρίηρες ἑταῖροι, οἵ ῥ᾽ ἄρα χαλκεὺς Ἥφαιστος Διὶ δῶκε φορήμεναι. Denique apud Homerum vacare vt plurimum particulam ἄρα existimo, eodem planè modo quo ῥά. (Imò verò hanc ipsam eandem esse cum illa puto, ablata litera α ex principio, vt contrà in ἄρ aufertur ex fine.) Sunt & qui post οὐκ vacare existiment ἄρα: vt apud Hesiodum initio Ergωn, Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος. Sed hîc οὐκ ἄρα videtur esse Haud equidem: vbi Equidem emphasi non caret. Sic autem ἄρα vacat & post ἤ: vt Il. σ, Ἥφαιστ᾽, ἦ ἄρα δή τις ὅσαι θεαί εἰσ᾽ ἐν Ὀλύμπῳ, vbi annotat Eustathius quoque παρέλκειν particulam ἄρα, quum sola ἦ ad interrogationē sufficiat. Sed addit, quod ad accentum attinet, Homeri posteros fuisse etiam hîc scripturos ἆρα cum circunflexo. Sed simul intelligit (vt opinor) fuisse ipsum producturos. Inuenitur tamen ἄρα quoque priore longa: vt infrà docebo. Alicubi certè ita vacat vt interim quādā vinciendæ orationis & quasi cōtinuandæ vim habeat, & quidem cum affirmatione eorum quæ dicuntur. vt Il. η, quum dixisset Homerus, Νῆες δ᾽ ἐκ Λήμνοιο παρέσταν οἶνον ἄγουσαι, interiectis quatuor versibus subiungitur, Ἔνθ᾽ ἄρα (vel ἔνθεν ἄρ᾽, vt in aliis cod. legitur) οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί, Ἄλλοι μὲν χαλκῷ &c. Sed qua Latina particula reddi commodè possit, hoc verò non facilè fortasse dici possit. Budæus certè δή significare ait in illo: sed δή varijs Latinis particulis, pro loco, reddi scimus. Esse autem ἄρα in prosa quoque παραπληρωματικὸν, docet idem: afferens ex Demosthene, καὶ δὴ καὶ τοῦτο ἀκούω σε λέγειν, ὡς ἄρα τρεῖς σε χαλάμενοι πρότερον &c. Sed in quibusdam locis videtur velle aut παραπληρωματικὸν esse omnino, aut debere reddi per tandem. vt apud Xenoph. ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί, οἵους ἄρα ἔχομεν ἑταίρους. Sic apud eundem, ὁ πόσοις ἄρα, & πότερος ἄρα. At post εἰ vel αὖ vult reddi per Fortè. vt Demosth. εἴ τις ἄρα ὄντιν᾽ ἄξιος. Idem, αὖ ἄρα ταῦτα λέγουσιν. Greg. αὖ ἄρα δύνωνται, si fortè possint. Sed & Thucydidem ipsum sic sæpe vti scribit. Sic & apud Xenoph. post ἐὰν μή, itidem pro Fortè. ἐὰν μὴ ἄρα, Nisi fortè. Alicubi verò particula Nā subiūctiua ad interpretationem Græcæ ἄρα adhibetur. vt quum τίς ἄρα vertitur Quisnam. Sic apud Xenoph. καὶ τί ἄρ᾽ οἴει παθεῖν, καλὸν φιλήσας; Quidnam. E

Ἄρα, Vtique, Nempe. Luc. καὶ ἀπὸ τῆς σολῆς εἰκάσας, Ἕλληνες ἄρα, ἔφη, ὑμεῖς ὦ ξένοι. ac si diceret, οὐκοῦν Ἕλληνες ὑμεῖς. Bud.

Ἄρα, vel Ἄρα οὖν, aut Ἄρα γε, Igitur, Ergo, interdū præpositū, interdū postpositū. Plat. De rep. lib. 5, ἄρα οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιόνδε γίνεται. Xen. Œcon (non autem Synes. vt in vulg. lex & in Comm. Bud.). κἂν ἄρα γε ἵππον τις πειρώμενος μὴ ἐπίσταιτο &c. Siquis igitur, Vel, Ita siquis equum emerit. Sic enim legendum in Bud. Comm. Qui alibi tradit hîc ἄρα adiunctam vim interrogationis habere. Idem hoc in Plut. loco, μίαν ἄρα Κορνηλία Κορνηλία τύχην εἶδες τὴν ἀμείνονα: ἄρα itidem esse vult Igitur, sed quæ indignationē includat. Idem Bud. in alio rursum Xenoph. loco, οὐδ᾽ ἄρα γε ἡ γῆ interpr. Ita ne terra quidem, vel, Nimirum ne terra quidem. Inuenitur ἄρα postpositum etiā particulæ οὖν, iunctæ cum ποτέ. vt apud Phil. De mundo. ὅπου ποτ᾽ οὖν ἄρα τὰς ῥίζας καθῆκε, σκεπτέον, vbinā igitur radices egerit considerandum.

G ¶ Ἆρα interrogatiuum (cum ᾶ nō ά) An, Vtrū, Aristoph. ἆρα παύσει φενακίζων; desinésne imponere? Sed frequēter adiūctam habet aliquam particulā. Idē Aristoph. Neb. ἆρα γε ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ἐγὼ ποτ᾽ ὄψομαι; vbi ἆρα exponitur Vtrū, ἄρα autem δή.

Ἆρά γε & Ἆρ᾽ οὖν pro Vtrum. Ἆρά γε ponitur & pro Nūquid: de qua signif. vide paulo pòst in ἆρα μή. Interdū verò Ἆρ᾽ οὖν pro Nónne igitur? Ἆρά ποτε, Vtrum tādem? Synes. vt docet Bud.

Ἆρα μή, Nunquid & Vtrū. quod in consequentia sermonis ἀλλὰ μή dicitur. Bud. Sic & ἆρά γε exponitur Nunquid in hoc Aristoph. loco in Pluto ἆρά γε ἀποφαίνω &c. Sic in Neb. ἆρά γε αἰσθάνει &c. Citatur & ex Theocrito ἆρά γε πα pro Nunquid forsitan?

Ἆρ᾽ οὐκ, Nónne. Interdum verò ἆρ᾽ οὖν οὐ, pro eodem.

Vide exempla apud Bud. Citatur autem ex Sophocle οὐκ ἄρ' (inuerso harum particularum ordine) itidem pro Nónne, Οὐκ ἄρ' Ἀχαιοῖς ἄνδρες εἰσὶ πλὴν, &c. A

Ἀρα pro ἆρα significante δὴ, aut etiam prorsus vacante, affertur ex Sophocle. vt Τίνος ποτ' ἄρ' ἔπραξε χεὶρ δύσμορος; Et, Ὤμοι βαρείας ἆρα τῆς ἐμῆς τύχης. Sed alii in his aliisque huiusmodi locis ἆρα scribunt, etiamsi α producatur.

ΑΡΑ', ᾶς, ἡ, Precatio, Preces. Vel, Supplices preces. Od. δ, — θεὰ δέ οἱ ἔκλυεν ἀρῆς. vbi Eustath. εὐχὴν significare existimat. Il. ο, — Θεῖος δ' ἐξαίσιον ἀρὴν Πάτρων ἐπικρήνειε. id est τὴν ἱκεσίαν, inquit idem Eustath. Sed & Herodotum ita vsum hac voce comperio: vt quum dicit in Eratone, Ἀρίστωνι ἀρὴν ἐποιήσαντο παῖδα γενέσθαι. Sic autem & plurali numero ἀραὶ, vt Lat. dicitur Preces, & alio nomine Græco in prosa vsitato εὐχαί. vt ἀρέων αἰών, Il. ο, & ἀρέων ἀίουσα, Il. ψ. Et apud Hes. in Ergois, Οὐ γὰρ σφίγε κλύουσιν, ἀποπτύουσι δέ τ' ἀράς. Est autem suprà ἀρὴ Ionicè pro ἀρά. B

Ἀρὰ, Imprecatio, Diræ. Cui significationi primum locum non dedi (vt vulgò solet) quòd habeatur apud Homeri posteros potiùs quàm apud ipsum Homerū. Æschines, καὶ προσέθηκεν ἀρὰν ἰσχυρὰν ὑπὲρ τούτων ἐποιήσαντο. γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῇ ἀρᾷ, εἴ τις τάδε, φησὶ, παραβαίνοι, ἐναγὴς ἔστω Ἀπόλλωνος. Idem, εἰρξέτω τῶν ἱερῶν ἐναγὴς ἔστω καὶ τῇ ἀρᾷ ἔνοχος. Plato, ἀρᾷ Διὸς ἐνεχέσθω. Dicitur ἔνοχος εἶναι τῇ ἀρᾷ vel ἐνέχεσθαι qui diris imprecationibus deuotus est, ob idque detestandus: vt docet Budæus, illum Æschinis locum afferens. Ex Plutarcho citatur in Solone, ἀρὰς ποιεῖσθαι κατὰ τοῦ ἐξάγοντος. Et ex eiusdem Theseo, ἀρὰς θέμενος κατ' αὐτοῦ. Et ex Camillo, ἀρὰς θέμενος ἐπὶ τοὺς πολίτας, Ciuibus mala imprecatus. Legimus verò apud eundem in Amat. narrat. Λακεδαιμονίων ἀρὰς ποιουμένου pro κατὰ Λακεδαιμονίων. Dicitur & ἐπαρᾶσθαι ἀράς: & ἐπαρᾶσθαί τινι τὰς παλαμναιοτάτας ἀράς: item ἐπεύξασθαι δεινὰς καὶ φρικώδεις ἀράς, apud Appianum in Parthico, ἀρὰς ἐπηρᾶτο δεινὰς αὐτῷ καὶ φρικώδεις, θεούς τινας θεοῖς καὶ ἀλλοκότοις ἐπ' αὐταῖς καλῶν καὶ ὀνομάζων. C D

Ἀρὰ, Noxa, Damnum, apud Homerum: vt Odyss. ρ, — ἀρὴν ἀπὸ οἴκου ἀμύνεσθαι. At Iliad. ω, copulat ἀρὴν & λοιγὸν, itidem cum ἀμύνεσθαι. & Il. ..., dicit ἀρῆς ἀλκτῆρα.

C. Ἔναρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diris deuotus. ἔνοχος & ἐπικατάρατος ab Hesych. exponitur. Sed repono apud eū ἀρᾷ ἔνοχος. E

Ἀραῖος, ου, ὁ, Imprecationibus diris deuotus, vt accipi dicit Budæus à Sophocle, non afferens tamen locum. Sed ego hunc esse puto ex Antigone, πρὸς οὓς ἀραῖος ἄγαμος ἀλλ' ἐγὼ μέτοικος ἔρχομαι. Vbi Scholiastes exponit ἐπικατάρατος. Obseruādum est autem ἀραῖος fœminino etiam genere ibi poni. Citatur & ex Euripide in vulg. lexicis, Εἴθ' ἦν ἀραῖον δαίμοσι βροτῶν γένος. qui versus ibi exponitur, Vtinam liceret hominibus deos execrari. quum contrà dicendum fuerit (sequēdo illam nominis ἀραῖος expositionem) Vtinam liceret diis homines execrari. Sed ἀραῖος act. etiā sumitur pro eo qui imprecatur, & diris deuouet: vt in alia Sophoclis tragœdia, videlicet in Trachiniis, — εἰ δὲ μὴ, θέλουσ' ἐγὼ Καὶ νέρθεν ὢν, ἀραῖος εἰσαεὶ βαρύς. Planè enim reiicio hic schol. expositionem ἐπάρατος. Accipitur autē actiuè ἀραῖος in hoc itidem loco qui in vulg. lex. affertur, — ἐς ἀραῖα δώμασι γενήσομαι. F

Ἀραῖος, Noxius (vt ἀρὰν significare etiam noxam dixi) nam ἀραίας pro βλαβερὰς à Sophocle poni autor est Hesych. At Etym. ἀραιότερος exponit βαρύτερος: addens, ἀραῖος, ἀτυχής, ἄθλιος.

¶ Ἀράομαι, ῶμαι, F. ήσομαι, Precor, Vota facio. Il. α, Πολλὰ δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ' ὁ γεραιὸς Ἀπόλλωνι ἄνακτι. Ibidem. Πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο. Et Il. ζ, Δαίμοσιν ἀρήσασθαι, ὑπόσχεσθαι δ' ἑκατόμβας. Cum infinitiuo apud eundem vbi exponitur etiam Optare: Od. τ, Καὶ δή μ' ἀρᾶται πάλιν ἐλθέμεν ἐκ μεγάροιο. Et Od. σ, Πάντες δ' ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι. At Sophocles iungens itidem infinitiuo, addidit & datiuum θεοῖς, scribens, ἥ σε πολλάκις Θεοῖς ἀρᾶται ζῶντα πρὸς δόμους μολεῖν. Apud Herodot. cum accus. ἀρᾶσθαι ἀγαθά. G H

Ἀρῶμαι, Imprecor: vt ἀρᾶσθαι ἀρὰς apud Euripidem Imprecari diras. Odyss. β, ἐπεὶ μήτηρ στυγερὰς ἀρήσετ' ἐρινῦς Οἴκου ἀπερχομένη. Quod minus vsitatè dicetur Imprecabitur erinnyas, pro Precabitur & inuocabit aduersus me. Eustathius tradit ἐπικαλεῖν hoc sensu dictum fuisse. Demosthenes, ἀρώμενος ὄλεθρον αὐτῷ καὶ γένει καὶ οἰκίᾳ.

Ἀρημένος, Læsus, Damnum passus. Od. ι, Τίπτε πάτερ Πολύφημ' ἀρημένος ὧδ' ἐβόησας; id est βεβλαμμένος: vt exponitur ab ipso etiam Eustathio. in qua significatione (licet ipse hoc non addat) necesse fuerit ab ἀράομαι deducere quod sit ab ἀρὰ significante βλάβην, non autem ab illa significatione ἀρᾶς qua pro εὐχὴ ponitur. Hesychio autem ἀρημένος confuse est βεβλαμμένος & ἠχημένος. Quod autem de ἀρημένος illius loci Odyss. ι, idem & de ἀρημένος huius loci Odyss. σ, dicendum censeo, Ἄνδρα γέροντα δύη ἀρημένον. At in isto eiusdem poetæ loco in 2 versu lib. ζ Iliadis, Ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος alia etiam affertur expositio, & quidem multo (meo quidem iudicio) aptior: videlicet κεκρατημένος. sed ita vt ἀρημένος scribatur, cum α habente spiritum asperum. Existimo autem de hoc ipso loco intelligi debere quæ ab Etymologico scribuntur, videlicet, Ἀρημένον, τὸ κατειργασμένον καὶ παρατεποδισμένον. deinde dicit, Fortasse ab ἀρηχέναι. nequaquam enim ab ἀρὰ deductum esse. Quibus hæc addun tur (nullo tamen vinculo cum præcedentibus iuncta) ἀρῶ, ἀρήσω, ἤρημαι, καὶ ἀρημένον. Intellexit autem (vt opinor) sicui non placeat illa deriuatio ab ἀρηχέναι (vt certè nullo modo mihi placet) posse hanc alteram sequi ab ἀρῶ. Sed secundum hanc deductionem malè apud eum ἀρημένον cum spiritu tenui scriptū est. Cæterùm in illo loco δύη ἀρημένον, scribi etiam ἀρήμενον cum accentu in antepenultima (vt ἀκαχήμενον) tradit Eustathius.

Ἀρητήρ, ῆρος, ὁ, (ad verbum Precator) Sacerdos. Il. α, initio, Οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα Ἀτρείδης. In hoc autem vocabulo manifestā Etymologistæ futilitatem perspicere operæpretium est. (vt eum eiusdem in aliis etiam multis quæ nobis minus perspecta esse possunt, suspectum habeamus) Nam quum ἀρητὴρ verbale esse τοῦ ἀρῶμαι luce clarius sit, vt si à Precor deducamus Precator, ille tamen quasi planè nescius in quam se partem vertere debeat, scribit Ἀρητὴρ ἱερεύς, vel παρὰ τὰς ἀρὰς αἴρειν, vel παρὰ τὸ αἴρειν τὰς χεῖρας εἰς ὕψος, vel παρὰ τὸ ἀρέσκειν θεῷ, vel παρὰ τὸ ἀρῶ ἀράς, ἀρέσω, ἀρετὴρ & ἀρητὴρ Ionicè.

ET Ἀρήτειρα, ας, ἡ, Sacerdos, fœmina, in poematio quod antiquo Musæo falsò tribuitur.

Ἀρητός, οῦ, ὁ, Precibus expetitus. Item, Eiusmodi quem deprecari debeamus. Item, Diris deuotus. Nonnunquam & Perniciosus. Vide Eustath. Pro Perniciosus, id est βλαβερός, citatur etiam ex Sophocle.

C. Δημάρητος, seu Δημάρατος, ου, ὁ, Populi votis expetitus. Id nomen Ariston Lacedæmoniorum rex filio suo indidit (vt narrat Herodotus Eratone) quia οἱ Σπαρτιῆται πανδημεὶ αὐτῷ ἀρὴν ἐποιήσαντο παῖδα γενέσθαι.

C. Πολυάρητος, ου, ὁ, Multis precibus expetitus, Multis votis exoptatus: vt Od. ζ, Ἤ τίς οἱ εὐξαμένῃ πολυάρητος θεὸς ἦλθεν Οὐρανόθεν καταβάς. id est πολύευκτος.

C. Ἀναράομαι, ῶμαι, F. άσομαι, Imprecationem aut votum factum reuoco. ἀναρᾶσθαι citat ex Callisthene Suidas, exponitque διαλύειν τὴν γενομένην ἀράν.

C. Ἐξαράομαι, ῶμαι, F. άσομαι. Ἐξαράσασθαι (inquit Suidas) est vota persoluere, hoc est vota quæ in templorū fundationibus fieri solent.

C. Ἐπαρά, ᾶς, ἡ, Imprecatio, Execratio, κατάρα. accipitúrq; in malam partem, vt apparet ex Il. ι. nam quum dixisset, Πολλὰ κατηρᾶτο, στυγερὰς δ' ἐπεκέκλετ' ἐρινῦς, mox addit, — θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαράς.

Ἐπαράομαι, ῶμαι, F. άσομαι, Imprecor. Construitur cum datiuo personæ & accusatiuo rei: vt Appian. in Parth. ὁ δὲ Ἀντώνιος προσδραμὼν ἐπὶ τὴν πύλην, ἔθηκεν ἐγχειρίδια καὶ ..., καὶ τοῦ Κράσσου γενομένου κατ' αὐτὸν, ἐπιθυμιῶν καὶ καταπτύων, ἀρὰς ἐπηρᾶτο δεινὰς αὐτῷ καὶ φρικώδεις, θεούς τινας θεοῖς καὶ ἀλλοκότοις ἐπ' αὐταῖς καλῶν, καὶ ὀνομάζων. Sic Æschin. ἐπαρώμενος αὐτῷ τὴν ἐξώλειαν. & ἐπαρασάμενος Πέρσησι πολλά.

Ἐπαράσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Execrabilis. Phocyl. Σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος ὅστις ἀρεῖται.

Ἐπάρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Execrabilis, Diris deuotus. Thucy-

dides lib.2, τὸ τε Πελασγικὸν καλούμενον, τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν, ὅ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν. Æschines contra Ctesiphontem, καὶ κλινὴ ὁ ἦν ἐξάγιστος καὶ ἐπάρατος ὠνόμασμένος. Hinc & superlat. ἐπαρατώτατος apud Synes. Budæus in Comm. scribit idem significare ἐναγής, ἐξάγιστος, ἀλιτήριος, ἐπάρατος, κατάρατος, ἐπικατάρατος, ἀεὶ ἐνεχόμενος vel ἔνοχος, & quo Apostolus vtitur ἀνάθεμα, & μιαρός, quod poetæ sibi vendicant. A

C. Κατάρα, ας, ἡ, Imprecatio, Execratio. Plut. περὶ φιλαδελφ. ὥσπερ ἐκ τραγικῆς τινος κατάρας θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχόντες. Sic apud Herodot. κατάρας ποιέεσθαι, vt ἀρὰς ἐπεύχεσθαι idem ipse autor dixit, contrario tamen sensu. B

Καταράομαι, ῶμαι, F. άσομαι, Execror, Diris deuoueo, Imprecor. Reperitúrque interdum sine casu, vt apud Aristophanem Vespis, — καὶ μή με δέῃσῃ εἰς σὲ βλέψαι καὶ τὴν ταμίαν, ὁπότε ἀελσοι περὶ θηναι καταρασάμενος καὶ τονθορύσας. Interdum cum datiuo personæ solo, vt apud eundem in Nebulis, καταρᾷ σὺ τῷ διδασκάλῳ; Interdum cum datiuo personæ & accusatiuo rei sicut præcedens ἐπαράομαι: vt lib. 2. epigr. Ἣν σὺ πλέχῃς ἔχθρον Διονύσε, μὴ καταρᾶσῃ τὴν γῆν οὕτω, μηδὲ τὸν Ἀμφικράτη, Ne impreceris. Interdum cum accusatiuo rei aut personæ solo: vt καταρᾶσθαι τὴν στάσιν apud Aristidem. Matth. 5, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. C

Καταράομαι quoque in passiua signif. reperitur vnde illud Matth. 25, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

Κατάρατος, ον, ὁ, Diris deuotus, Execratione dignus. κατάρας ἄξιος. Demosthenes Pro corona, οὐχὶ τοῖς καταράτοις τούτοις ὥσπερ θεῖα μοι προσβαλόντων, οὐδαμῶς παρέδωκα ἐγὼ τὴν ἐς ὑμᾶς εὔνοιαν, Sceleratissimos homines, Budæus Comm. p. 453. vide Ἐπάρατος. D

C. 2. Δημοκατάρατος, ου, ὁ, A populo diris deuotus, Populo execrabilis & inuisus. Citatur ex Naz.

C. 2. Ἐπικατάρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Execrabilis: vt Ioann. 7, ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γιγνώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρατοί εἰσι. vide Ἐπάρατος.

¶ Ἀρειά, ᾶς, ἡ, & apud poetas Ionicè etiam Ἀρειή, Comminatio, Minæ, Verba minacia & quibus etiam alicui imprecamur. Vnde apud Homerum Il. υ, λευγαλέα ἔπη & ἀρειῇ copulatur. At Il. ρ, μειλιχίοις [ἔπεσι] ἀρειῇ opponitur, Πολλὰ δὲ μειλιχίοισι προσηύδα, πολλὰ δ' ἀρειῇ. Vbi Eustathius, ἀρειὴν δὲ λέγει τὴν ἀρὰν, ἤτοι ἀπειλήν. Et addit, ἀντίκειται δὲ τῇ ἀρειῇ πάντως οἱ μειλίχιοι λόγοι. Idem ibidem (sicut & aliquot aliis locis) fieri hanc vocem ab ἀρὰ per pleonasmum diphthongi ει scribit. Apud Hesychium autē legimus ἀρειή expositum non solùm ἀπειλή, sed etiam βλάβη. Idem verò & pluralem numerum ἀρειάς habet expositum ἀπειλάς. Sed in vulg. editionib. legitur ἀρείας cum accentu in penult. sicut & in ἀρείας quod exponit πόλεις Περσικάς. E

Ἀρειδάς, ᾶς, pro ἀπειλάς, Minor, Etym. F

C. Ἀρχαγέτης cum α in ſecunda ſyllaba, Dorico ſermone (aut etiā peculiariter Spartano) apud Plut. in Lycurgo, qui ἀρχαγέτας appellari reges ſcribit. ἀρχαγέτας δὲ, inquit οἱ βασιλεῖς λέγονται.

Ἀρχικὸς (inquit Bud.) Imperitandi peritus vel cupidus. vn-

H de ἀρχικώτατα ἤθη, Iſocr. dixit in Panegyrico. Idem alibi hunc locum afferens dicit ἀρχικὸν dici vel Imperitare ſolitum, vel Ad imperitādum aptum. Sed inuenio ἀρχικὸς ſimplicius etiam poſitum: vt apud Syneſ. ὅμοι' ἂν τι αἰτοῦμεν καὶ περὶ τῆς τέχνης τῆς ἀρχικῆς, Ab arte imperatrice vel gubernatrice. Et apud Ariſtot. Polit. 4, τὸ γὰρ ὅτι ἔστι

ἀρχικώτερόν ἐστι, exponitur ἀρχικώτερον Imperiosius. Plutar- A
chus autem genitiuo iunxit ἀρχικός, in opusc. De lib. in-
stit. καὶ ὁ μὲν νοῦς ἀρχικός ἐστι τοῦ λόγου.
Ἀρχεῖον, ου, τὸ, Magistratuum curia, Locus collegii cogendi
Bud. ex Pausi. Idem pro ἀρχὴ id est pro ipso magistratu
ex Aristotele affert. Vide pag. 132. Ἀρχεῖον exponitur
etiam Archiuum, (quam vocem ex illa sumptam esse
constat) item Tabularium ex Cicerone. Est autem Ser-
uio (in illud Virgil. — nec populi tabularia vidit) Arma
rium & instrumentum publicum in quo acta publica
asseruantur. Quod optimè conuenit cùm iis quæ de B
ἀρχεῖον ab Hesychio & Suida scribũtur. ‖Bud. illo in lo
co addit, τὰ ἀρχεῖα non modò τὰ βασίλεια (id est regiam)
sed etiam in castris prætorium & principia significare
apud Xenophontem sæpe. Sic Plut. in Galba, ἀκόλαστον
οὖσαν τὴν γυναῖκα τοῦ ἡγεμόνος παρεισῆγε νύκτωρ εἰς τὸ στρατό-
πεδον ἐν ἐσθῆτι στρατιωτικῇ, καὶ διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις. Sui-
das (si eius exemplaria mendo carent) apud Xenoph. le
git ἀρχαῖα.
Ἀρχίδιον, ου, τὸ, (q. d. Imperiolum) Paruum imperium. Itẽ, C
Paruus magistratus, Magistratus pedaneus, vt Budæus
vertit in hoc Demosthenis loco, ὑπογραμματεύων καὶ
ὑπηρετῶν ἀρχιδίοις. Aristophanes in Auibus, λαχόντες
ἀρχίδιον.
Ἄρχω, Principatum obtineo, Impero, Imperium teneo,
Dominor, Præsum. Item, Magistratum gero, seu Magi-
stratu fungor. Il. ι, Ἀτρείδη σὺ μὲν ἄρχε· σὺ γὰρ βασιλεύτατος
ἐσσί. Idem datiuo alicubi iungit: vt Il. π, Ἄρχε δὲ Μυρμιδό-
νεσσι. Sed in prosa genitiuo potius iungitur: vt Xenoph.
Pæd. 1, circa initium, ὡς ἀνθρώπῳ πεφυκότι πάντων τῶν ἄλλων
ζώων εἴη ῥᾷον ἢ ἀνθρώπων ἄρχειν. Et paulo antè, ἄρχοντες μέν D
εἰσι καὶ οἱ βουκόλοι τῶν βοῶν. Apud Thucydidem lib. 2, ἄρχειν
τῆς στρατιᾶς, Ducem esse, seu imperatorẽ. Cum accusa-
tiuo autem dicitur ἀρχὴν ἄρχειν, Magistratum gerere,
Magistratu fungi. ‖ Ἄρχομαι pro ἄρχω, id est Impe
ro, Imperium obtineo, in vulgatis lexicis perperam
ponitur, ex Il. β, Ἄρχευ Ἀργείοισι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας. I-
bi enim ἄρχευ non est pro ἄρχου, sed mendosè scriptum
est ἄρχευ pro ἄρχευ' cum apostropho, id est ἄρχευε, ab ἀρ-
χεύω, quo alibi vtitur Homerus.
Ἄρχων, Principatum obtinens, seu imperium, Qui E
præest, vel præfectus est, Magistratus. Aristot. De mun-
do, οἷον στρατιᾶς ἄρχοντι, ἢ πόλεως, ἢ οἴκου. At ex Plutarchi Fa-
bio citatur, ὑμῖν τῶν ἄλλων ἄρχων ἐστὶ, pro Vobis aliis in re
bus imperat. Sæpe sine genitiuo. Polyb. οἱ καθιστάμενοι μὲν
ὑπὸ τῶν ὑπάτων, ἄρχοντες, προσαγορευόμενοι δὲ PRAEFE-
CTI. ‖Sed ἄρχων priuato nomine peculiarique di-
cebatur Athenis qui ita præerat iudicibus, iudiciorum
que moderator erat vt Romæ Prætor. Vide Bud. pag.
130. Hinc sæpe apud Demosthenem ἐπὶ ἄρχοντος, addito
nomine huius vel illius: vt ἐπὶ ἄρχοντος Νικοκλέους, & ἐπὶ F
Χαιρώνδου ἄρχοντος, &c. in orat. Pro corona. Cicero Græ-
cam hanc vocem retinuit.
Ἄρχομαι, Sum sub principatu seu dominatu, Sum sub
imperio (dicitur etiam Subesse imperio) Mihi impe-
ratur. Herodianus lib. 6, τὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἐπέσκωπτον ὡς
ὑπὸ τῆς τε μητρὸς ἀρχόμενον. Vbi Politianus interpreta-
tur, Quòd sub matris autoritate adhuc esset. ἄρχομαι
δουλικὴν ἀρχὴν apud Aristotelem in Pol. redditur Serui-
le iugum fero. Sæpe verò redditur Ἄρχομαι verbo Pa
reo vel Obtempero: vt ἄρχομαι ὑπὸ τῶν νόμων, Plutar- G
chus in Apophth. Obtempero legibus. Et ἄρχομαι ταῦ-
τα, Plato De legibus, In his pareo. Sic verò & Cicero
ἄρχεσθαι vertit apud hũc ipsum, (vt videbis in meo lex.
Ciceroniano) lectorem tamen admoneo vt diligenter
attendat quibus locis hæc interpretatio cõueniat: quæ
alioqui multis non conuenit, & qua in plerisque abu-
sos esse interpretes comperi. Non enim quicunque ἄρ-
χονται, dici possunt parere: quum rebelles non desinant
propterea ἄρχεσθαι. Obseruandum est autem ἀρχομένους
sæpe dici sine adiectione pro iis qui sunt sub imperio H
vel dominatu, seu ditione alicuius: & qui alio nomine
ὑπήκοοι appellantur: Latinè (vel potius nõ satis Latinè)
subditi. Xenophon Pæd. 7, τὸ φιλεῖσθαι ἄρχοντα ὑπὸ τῶν ἀρ
χομένων. Idem 8, οἵ τε ἀρχόμενοι Κῦρον ὡς πατέρα ἐσέβοντο.
Ἄρχομαι, pro ἀρχὴν ἔχω, vide post ἄρχομαι significans

Incipio.
Ἀρχμενος, pro ἀρχόμενος, Etym.
Ἀρχὸς, οῦ, ὁ, Princeps, Qui imperium obtinet, Dux. Vox
est poetica pro qua in prosa ἄρχων. Il. β, — οὐ μὲν ἔοικεν Ἀρ-
χὸν ἐόντα, κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν. Interdum cum
genitiuo, vt eodem libro, Ἀρχοὺς αὖ νηῶν ἐρέω, νῆάς τε προ-
πάσας. ‖Ἀρχὸς, Podex. Item Intestinum rectum, apud
Aristot. in 4 De gen. animal. vt habent vulgata lexica.
Suspicor autem huic significationi (podicis inquam)
occasionem præbuisse eiusmodi aliquem iocum qua-
lis est in Anthol. epigr. in eo quod incipit Πορδὴ ἀπο-
κτείνει πολλοὺς, &c. ET Ὄρχαμος itidẽ pro ἀρχὸς, id est
princeps: & ex eo ortum. nam ex ἄρχω fit ἀρχὸς, deinde
ἄρχαμος (ea forma qua πλόκαμος ex πλόκος) & mutato α
in ο, ὄρχαμος. Scio tamen & aliam deductionem afferri.
Cæterùm ὄρχαμος ab Homero iungitur genitiuo, Od. ξ,
— συβώτης ὄρχαμος ἀνδρῶν. vbi Eustathius ait ita vocari
subulcum, vel tanquam ἀρχικὸν ἄνδρα, vel tanquam ἄρ-
χοντα δούλων ἑτέρων. Ego vero existimo ita dici vt Gall.
C'est le roy des hommes. Quo etiam modo iocatus est autor
opusculi quod Moretum inscribitur, de illo suo fortissi
mo heroe.
C. ἘΠάρχω, Impero, Imperito, Dominor. Xen. Pæd. 4, χώ-
ρας ἐπάρχω πολλῆς. Sic Εὐρώπης ἐπῆρχον, Isocr. Paneg. Et ἐ-
πάρξαντας Μακεδονίας, apud eundem. ‖ Ἐπάρχειν, vt
inquit Budæus, significat etiã Præesse, Præfici (malim
Præfectum esse, faciendo Præfectum nomen) vt Hero
dianus, ἦσαν δὲ αὐτῷ ἐπάρχοντες τῶν στρατοπέδων δύο.
HINC Ἔπαρχος, Præses, Præfectus: vt ἔπαρχος πόλεως a-
pud Herodianum. item ἔπαρχος τοῦ στρατοῦ vel τῶν στρατοπέ
δων, Præfectus vrbis, vel Præfecturam vrbis gerens, &
Præfectus exercitibus, vel Præfectus prætorii, vt Poli-
tianus alicubi vertit. Plutarchus in Galba, ἔπαρχος τῆς
αὐλῆς, Aulæ præfectus. Ibidem, τῆς αὐλῆς καὶ τῶν δορυφό-
ρων ἔπαρχος. Ponitur etiã interdum ἔπαρχος sine adie-
ctione. & sic vtitur Herodianus quoque, vbi Politianus
interpretatur Præfectum. Quidam ἔπαρχον per se posi-
tum significare aliquando putant Præsidem prouin-
ciæ, Prætorem. HINC Ἐπαρχία, Præfectura, Pro-
uincia. Plutarchus, Δολοβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας.
ET Ἐπαρχιώτης, Prouincialis, Qui est ex prouincia. Et
fœm. genere ἐπαρχιῶτις in Pand. (vt scribit Bud.) Pro-
uincialis mulier.
C. ΚΑΤάρχω, Imperito, Dominor, Præsum, Plato in Pro-
tagora, σὺ γὰρ κατάρχεις τοῦ λόγου. Sic Basil. οἱ τῶν ψυχῶν ὑπη-
ρεσίαν λαβόντες, ἔτι καὶ τῶν ψυχῶν κατάρχειν φιλονεικεῖτε.
C. ΣΥΝάρχω, Vnà impero, seu dominor, Vnà magistratu
fungor, Collega sum in magistratu. Dem. ITEM
Συνάρχος idem quod συνάρχων, Collega. ET Συναρ
χίαι συνιοῦσαι. Collecti magistratus. in vulg. lex.
C. ὙΠάρχω, Impero, Imperium gero, Præsum. Strabo de
Sybaritis loquens, τοσοῦτον δ' εὐτυχίᾳ διήνεγκεν ἡ πόλις αὕτη
ὡς τεττάρων μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον ὑπῆρξε. Bud. autem post-
quam ὑπάρξαι poni dixit pro ἄρξαι, id est ἀρχήν τινα ἄρ-
ξαι, ex Synesio affert, ὥστε ἄρξαι ποτὲ παρασχεῖν, ἢ ὑπάρξαι
μεγίστην ἀρχήν. Vbi tamẽ videtur Synesius compositum
à simplici voluisse distinguere. ET Ὕπαρχος, Præ-
ses, Præfectus. Herodotus in Terpsich. καὶ καταστησάμε-
νος Ἀρταφέρνεα ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ ὁμοπάτριον ὕπαρχον εἶναι Σαρ
δίων. Xen. Pæd. 8, pag. 128, διδάσκειν τῶν ὑπαρχόντων τινὰ ὅ, τι
τις βούλοιτο· ἐκείνους δὲ ἔφη πρὸς αὐτὸν ἐρεῖν. Idem Hellen. 7,
pag. 372, καὶ Ἀνδρόμαχος μὲν ὁ Ἠλεῖος ὕπαρχος, ὅσπερ αἴτιος ἐ-
δόκει εἶναι συνάψαι τὴν μάχην. Budæus de huius vocabuli
significatione in Comm. ita, ὕπαρχος rector prouinciæ
dicitur à Strabone de Ægypto loquente. Apud Lucia-
nũ significat etiã legatum in exercitu. Apud Aristot.
& Herodotum significat σατράπην. Hæc ille, qui in lex.
scribit ὕπαρχον pro præside & præfecto à Gregorio su-
mi. Locum autem Luciani in quo pro legato poni ait,
hunc esse arbitror, in Dialogo Alex. Annibalis, &c. vbi
dicit Annibal, ἐγὼ γοῦν μετ' ὀλίγων ἐξορμήσας ἐς τὴν Ἰβη-
ρίαν, τὸ πρῶτον ὕπαρχος ὢν τῷ ἀδελφῷ, μεγίστων ἠξιώθην, ἄριστος
κριθείς. In vulg. lex. ὕπαρχος exponitur etiam Propræ-
tor. Hesychio autem ὕπαρχος est οἰκονόμος, πολέμου στρα
τηγός. ‖ Ὕπαρχος tamen propriè (addit Budæus) τὸν
ἀρχόμενον significat, hoc est τὸν ὑπ' ἀρχὴν ὄντα: ἔπαρχος

verò τὸν ἐν ἀξιώματι. Sophocles Aiace, Ὕπαρχος ἄλλων A
δεῦρ' ἔπλευσας, οὐχ ὅλων Στρατηγὸς, ὥστ' Αἴαντος ἡγεῖσθαί ποτε.
Hactenus ille. At ego diſcrimen hoc apud ſcriptores
Græcos obſeruatum non reperio: qui(vt opinor) itidē
quum ὕπαρχον vocant præfectùm ſeu præſidem, præ-
poſitioni ὑπὸ ſubiectæ alii potentiæ ſignificationem
includunt: vt ſit ὕπαρχος quaſi ὁ ὑπ' ἄλλῳ ἄρχων, vt ὕπαρ
χος quum pro ſatrapa ponitur ſignificat τὸν ὑπὸ τῷ βα-
σιλεῖ ἄρχοντα, adeo vt aptiſſimè reddi poſſe videatur Gal
lica voce *lieutenant*. quæ certè & ipſa vtrunque itidem
ſignificat. nam qui ſub rege alicuius loci imperium B
obtinet, dicitur *lieutenant du roy*: quòd ſi cōtingat aliquē
in eius locum ad tempus ſuffici, hic eius legatus dice-
tur itidem eſſe *le lieutenant du lieutenant du roy*: vt ὕπαρχος
dicitur priore ſignificatione ὁ ἄρχων ὑπὸ τῷ βασιλεῖ, at
poſteriore, ὁ ἄρχων ὑπὸ τῷ τοῦ βασιλέως ὑπάρχῳ. In illo ta-
men Sophoclis loco & ſimilibus ὕπαρχος ἄλλων, fateor
reſolui aptius in ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ὤν.

¶ Ἀρχεύω, idē quod ἄρχω, Dominor, Impero. Il. ε, Ἀρχεύειν
Τρώεσσι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας. Sic & Il. β, Ἄρχευ' Ἀργείοισι κατὰ
κρατερὰς ὑσμίνας. ita enim legendum ἀρχεύ' cum apo- C
ſtropho (vt ſit pro ἄρχευε) ſicut editio mea habet: non
ἄρχευ, vt ſuperiores. quod eſſe pro ἄρχου, tanquam ab
ἄρχομαι, falſò annotatum fuit in vulg. lexicis, vt admo-
nui antea.

C. Ἀρχίατρος, Princeps medicorum, Ἀρχιβουκόλος, Princeps
paſtorum, Ἀρχιγραμματεὺς, Princeps ſcribarum, Ἀρχιε-
ρεὺς, Princeps ſacerdotū, &c. vide in Ἰατρὸς, in Βουκόλος,
& ita de cæteris. Verùm ſciendum ἀρχι non ſemper in
his compoſitis verti Princeps, ſed interdū Præfectus,
vel Qui præeſt: interdū etiam aliter. Sic ἀρχίατρος verti D
etiam poteſt Qui medicis præeſt.

ἌΡΩ, Apto, Adapto. Vel neutra ſignif. Cōgruo. Vix
dici poteſt quàm multa vocabula ab hoc the-
mate deriuent grammatici, alioqui tamen inuſitato,
(vt ego quidem arbitror) licet ab eo formata quædam
tempora non raro apud poetas ſint in vſu. Ego hîc ex
Etymologico & Euſtathio quædam quæ ad ſequentia
viam nobis velut ſternāt, proferam: quibus & mea ad-
iungam.

Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν exponit Etymol. ἁρμόσαντες κατὰ ψυ- E
χήν. Sunt autem iſta verba ex hoc loco Iliad. α, Ἀλλ' εἰ
μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν ὅπως
ἀντάξιον ἔσται. Vbi ἄρσαι κατὰ θυμὸν volunt eſſe Congruum
animo & deſiderio alicuius reddere: vt videlicet id in
quò alicui gratificamur & in quo ſatiſfacimus, animo
eius id animo eius velut congruū eſt. Sed quod attinet
ad deductionem, ponitur hæc, vt receptiſſima, ita &
ſimpliciſſima: vt ſit ἄρσαντες ab ἄρσω futuro Æolico ver
bi ἄρω. Sic & Od. α, Νῆ' ἄρσας ἐρέτῃσιν ἐείκοσιν. vbi ἄρσαι νῆα
eſt munire & inſtruere: quod qui facit, aptam reddit. F
Sic Apoll. Arg. 2, δούρασί τε ξυστοῖσι καὶ ἀσπίσιν ἄρσατε νῆα.
At Od. β, Ὅπλισσόν τ' ἤια καὶ ἄγγεσιν ἄρσον ἅπαντα Euſt. ex-
ponit quidē γέμισον, ſed dicit eſſe ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος,
quia ἥρμοσται τὸ πληρούμενον τῷ πληρουμένῳ. Apud Heſiodum
habetur media vox ἀρσάμενος pro ἄρσας, vbi canit, Ἥφαι
στος ποίησε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε Ἀρσάμενος παλάμῃσι, id eſt
Aptè fabricatus, vt quidam interpretantur. ſed vide in-
frà alio ſenſu dictum ἀρηρὸς παλάμαις δόρυ. Legitur &
compoſ. ἐπάρσαι, tanquam ab ἐπαίρω, Il. ξ, — πυκινὰς δὲ θύ-
ρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσε Κληῗδι κρυπτῇ, id eſt ἐφήρμοσε, inquit
Euſtath. ab ἄρω ἄρσω, Æolicum barytonum. vnde & il- G
lud, ἄρσαντες κατὰ θυμόν. Inuenitur & ἄρηρε in actiua ſignif.
pro ἥρμοσε, de quo paulo pòſt.

Ἄρθεν pro ἄρθησαν, id eſt συνηρμόσθησαν, apud Homerū
Il. π, v. 210, Μᾶλλον δὲ στίχες ἄρθεν ἐπεὶ βασιλῆος ἄκουσαν. Pro
συνηρμόσθησαν, inquit Euſt. ab ἄρω τὸ ἁρμόζω. Affert tamen
& aliam expoſitionem, ſed quam minus probat.

Ἄρηρα, præt. medium, de cuius formatione ita Etym.
Ἄρω, id eſt ἁρμόζω, futurum ἀρῶ: præteritum medium
ἦρα. Eſt & ἀρῶ circunflexum, futurum ἀρέσω, præ-
teritum ἤρκα, medium ἦρα, & per ἀναδιπλασιασμὸν Atti-
cum, (id eſt per reduplicationem Atticam) ἄρηρα, parti H
cipium ἀρηρώς. Progrediens autem longius ad forman
dum participium ἀραρυῖας quod apud Homerum habe
tur, addit, Et mutatione Dorica vocalis η in α, fit me-

A dium præteritum ἄραρα, participium ἀραρώς. Ab
hoc ἄρηρα eſt ἀρήρῃ in modo ſubiunct. Odyſſ. ε, Ὄφρ' ἂν
μέν κεν δούρατ' ἐν ἁρμονίῃσιν ἀρήρῃ. At Iliad. γ, ἀρήρει legitur,
Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει. vbi exponi-
tur ἥρμοστο, haſtam quæ eius manui quadrabat. q. d. quæ
menſuræ manus congruebat. Ex conſequenti autem
intelligendum eſt, Quam facilè vibrabat. Puto enim
quod Homerus dicit ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει, perinde eſſe
ac ſi in ſoluta oratione quis dicat ἔγχος τὸ εὐμεταχείριστον
αὐτῷ ὄν. Sic idem poeta Il. π, Εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρα, τά οἱ
B παλάμηφιν ἀρήρει. Apud Apoll. ἄλλος ἄρηρεν ἄλλῳ exponi-
tur Cohæret. Ex Heſiodo autem citatur ῥίζῃσιν ἀρη-
ρὼς pro Hærens radicibus. Et ἀρηρότα σκολόπεσσι τείχεα, O-
dyſſ. η, Munita, κατησφαλισμένα. vt ἄρσαι νῆα ἐρέτῃσι antea
expoſitum fuit Munire & inſtruere. ‖ Ἄρηρε affertur
etiam pro Decretum & ſtatutum eſt, ex Euripide & E-
pigramm. Quæ ſignificatio affinitatem habebit cum
θυμήρης, quod τοῦ ἀρέσκειν ſignificationem habet. In
actiua autem ſignificatione ἄρηρε pro Compegit, Od.
ε, Γόμφοισι δ' ἄρα τήν γε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρηρε. ET com-
C poſ. ΣΥΝάρηρα, vnde participium συναρηρὼς, apud Apol.
lib. 2, θοοῖς συναρηρότα γόμφοις, Compacta, Coagmentata.
ET Ἤραρα atque Ἄραρα (vnde illud ἀραρυίας paulo an
tè memoratum) mutato η in α, metri cauſa, vt videli-
cet corripiatur ſyllaba quæ producenda alioqui eſſet.
Hom. Il. δ, Καὶ τὰ μὲν ἀσκήσας κεραοξόος ἤραρε τέκτων, id eſt
ἥρμοσε, Adaptauit. At Odyſſ. ε, Αὐτὰρ ἐπεὶ δείπνησε καὶ ἤρα-
ρε θυμὸν ἐδωδῇ, quidam ἤραρε interpretantur Confirma
uit, vel Corroborauit, aut Inſtaurauit: alii, Exhilarauit,
alii, Compoſuit & quaſi compegit. Sed non dubium eſt
D quin hîc ἤραρε incluſam habeat τοῦ ἀρέσκειν (quod & i-
pſum hinc deriuatur) ſignificationem, quam & voca-
bulo θυμήρης includi modò dictum fuit: vt ſit Satiſfecit
animi ſui deſiderio. Poſſit tamē fortaſſe & ſic exponi,
Animum, id eſt animi deſiderium, reddidit aptè & cō-
uenienter expletum. Mirum autem nemini videri de-
bet quòd tribuat θυμῷ huiuſmodi deſiderium, quum
Xenophon τῇ ψυχῇ idem tribuat. Cæterùm ἤραρα ſunt
qui per metatheſin factum eſſe volunt ex ἄρηρα.

At ἄραρα (vt in Epigr. ἄραρε πόδα exponitur Accom-
E modauit pedem) participium habet ἀραρὼς quod paſ-
ſiuè accipitur pro Compactus, Aptatus, Innexus. vt Il.
γ, Καλὰς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας. Alibi, θυσάνοις ἀ-
ραρυῖαν. Sed & paſſiua vox ἀραρoίατο ex Apollonio affer
tur, itidem pro ἁρμόσαιτο. ITEM Ἀράρω præſens
ab hoc præterito formatum, vt πεπλήγω à πέπληγα, & πε
φύκω à πέφυκα. Hom. Il. π, Ὡς δ' ὅτε τοῖχον ἀνὴρ ἀράρῃ πυκι-
νοῖσι λίθοισι Δώματος ὑψηλοῖο, βίας ἀνέμων ἀλεείνων, Ὣς ἄρα-
ρον κόρυθές τε καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι. ET Ἀραρίσκω
ab hoc ἀράρω, Od. ξ, Αὐτὸς δ' ἀμφὶ πόδεσσιν ἑοῖς ἀράρισκε
F πέδιλα. vbi ἀραρίσκειν eſt adaptare. SED ET Ἄ-
ρηρα formauit præſens ἀρήρω, ex cuius paſſ. eſt ΠΡΟΣα-
ρήρεται addita præpoſitione, apud Heſiodum in Ergois,
Γόμφοισιν πελάσας προσαρήρεται ἱστοβοῆϊ. Sic autem ex præt.
ὄρωρα factum ὀρώρω, deinde ὀρώρομαι (vnde ſit ὀρώρεται
apud Hom. Od. τ) docet Euſtath.

Ἄρθμιος, Congruens, Aptus. Ex ἀρῶ (inquit Etymol.)
fit ἀραρῶ: vnde ἀραρημένον, & per ſyncopen ἄρθμιον. Od. ε,
Ἐν δ' ἱστὸν ποίει καὶ ἐπίκριον ἄρθμιον αὐτῇ. Heſiodus in Erg.
μάλα γάρ νύ τοι ἄρθμιος οὕτω, id eſt ἁρμόδιος. Idem in Aſpide
aliquoties, μάλα γάρ νυ οἱ ἄρθμια εἶπεν, Valde apta & op-
G portuna, & quæ animo eius ſatiſfacerent. Apud eūdem
autem iungitur cum infinitiuo, in Diebus, Οὐδὲ μὲν ἡ
πρώτη, ἕκτη, κούρῃ τε γενέσθαι ἄρθμιος. ‖ Ἄρθμια ſunt qui
interpretantur Neceſſaria apud eundem in Aſpide, Οἵ
ῥά μιν ἠσπάζοντο καὶ ἄρθμια πάντα παρεῖχον. Quod loquen-
di genus habetur & in Theogonia. Sed malim vtrobi-
que (retinendo vſitatam ſignif.) ἄρθμια interpretari Ad
eius vſus accommoda. Idem in Erg. Χρήματα δ' εἰν οἴκῳ
πάντ' ἄρθμια ποιήσασθαι, vbi exponitur Parata. At Tzetzes
exponit ἁρμόδια καὶ μὴ τοῦ πρέποντος ἀποδέοντα. ET
H Ἐπάρθμιος pro ἄρθμιος, ex Heſiodo itidem affertur.

Ἄρθμος, ου, ὁ, & Ἄρθμον, ου, τὸ, Velum, Carbaſus. quam
ſignificationem Euſtath. ex iſto Homeri loco ſumpta
putat. Od. ε, Ἐν δ' ἱστὸν ποίει καὶ ἐπίκριον ἄρθμον αὐτῷ.
Sed ἄρθμα Euſtath. habet neutro genere. ‖ Ἄρθμα

τέχνης generaliter, pro instrumentis artis, ex Epigr. affertur. ET Τετάρθμος ναῦς (ab ἀρθμὸν significante Velum) Trinis velis instructa nauis. Itē τετάρθμα πλοῖα exponitur Robustissima nauigia apud Lucianum, scribentem, τετράρθμα καὶ ἀνώλεθρα πλοῖα.

Ἄρος, Vtilitas, ὄφελος, apud Aeschylum: ab ἄρω. Eust.

C. Ἀνάρμοστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non bene compositum corpus habens, vel Non bene compositam mentem habens, apud Theocr. Vide Eustath.

C. Ἐρίηρες ἑταῖροι, apud Homerum sæpe, Apti socii, Sodales quorum nobis apta est societas. Vel, Socii cum quibus bene nobis conuenit (vt demus verbo ἄρω eam metaphoram quam habet & verbum Conuenire.) Exponitur etiam, Qui amicitia inter se apte iuncti sunt, vel Apto quodam amicitiæ vinculo inter se iuncti.

C. Ἐρίηρος, vt ἐρίηρος ἀοιδὸς, Od. α, Cuius cantus harmoniā habet (nam & ἁρμονία fit ab ἁρμόζω, hoc autem ab ἄρω) ἐναρμονίως ᾄδων, inquit Eust.

C. Ἀνάρσιος, ου, ὁ, Hostis, Cui cum altero non cōuenit (verbo ἄρω & verbo Conuenire eandem metaphoram tribuendo) Il. ω, v. 365, Οἵ τοι δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι ἐγγὺς ἔασιν. Sic & Od. ξ, hæc coniungit. ET Ἀνάρσια, Intolerabilia, item Iniqua. Suid. & Hesych. cui Ἄρσιον itidem est δίκαιον. ET Ἄναρσις, Rixa, Bellum, in vulg. lex.

Α'ΡΜΟ΄Σ, & eius deriuata hic omissa vide aliquāto pōst.

Α'ΡΘΜΟ΄Σ, οῦ, ὁ, Amicitia. Inde ducta signif. quòd per amicitiam apta voluntatum coniunctio & veluti cohærentia quædam esse soleat. Ἄρω, ἥρμας, ἀρμὸς, & epenthesi τοῦ θ, ἀρθμός. Hæc Etymol. qui & affert ex Apollonio, ἀρθμὸν ἔθεντο μετ' σφίσιν. In vulg. lex. legitur & ἀρθμὸς ὁμοφροσύνης, expositum Fœdus cōcordiæ.

D Ἄρθμιος, ου, ὁ, Amicus. Herodotus, Ἀθηναίων μὴ εὐπτων ἀμμιν ἀρθμίων, τῷ δὲ βαρβάρῳ συμμάχων. Ex eodem affertur, ἄρθμια ἦν σφι ἐς ἀλλήλους, pro Intercedebat amicitia inter eos. ET Ἀρθμία, ας, ἡ, Amicitia, Concordia.

Ἀρθμέω, ῶ, Amicitiæ vinculo iungor cum alio. vnde ἀρθμήσαντες exponit Eustath. εἰς ἀρθμὸν ἤγουν ἁρμονίαν φιλικὴν ἐλθόντες ἀλλήλοις, in hoc Il. η, v. 302, Ἠδ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγεν ἀρθμήσαντες. vbi tamen legitur potius ἀρθμήσαντε sine σ. quæ lectio & apud Etymol. extat.

E Ἀριθμὸς, οῦ, ὁ, Numerus. Dici quidam putarunt ἀριθμὸν quasi ἀρθμὸν, quòd fiat ἐκ μονάδων ἁρμογῆς. Od. δ, — πάσας δ' ἄρ ἐπῴχετο, λέκτο δ' ἀριθμόν. Od. π, Ἀλλὰ πολὺ πλέονες. τάχα δ' εἴσεαι ἐνθάδ' ἀριθμόν. Xenophon Pæd. 6, ἀριθμὸν ἔλεγον εἰς δώδεκα μυριάδας. Ponunt autem ἀριθμὸν per accusatiuū in quibusdā loquēdi generibus vbi nos dicimus Numero per ablat. vt δέκα, vel δώδεκά εἰσι τὸν ἀριθμὸν, numero sunt decem vel duodecim. Sic Plato, νομοφύλακας ποιήσασθαι ἀριθμὸν τετταράκοντα καὶ πέντε. Xen. Hellen. 3, παρόμοιοι τοῖς Ἕλλησι τὸν ἀριθμόν. Pro eo autem quod dicimus Lat. Denarius numerus, Duodenarius numerus, &c. dicere solent, ὁ δέκα ἀριθμὸς, & ὁ δώδεκα ἀριθμὸς, &c. Εἰς ἀριθμὸν τελεῖν, Censeri in numero, Annumerari, vt quidam apud Athenæum lib. 14, κ' εἰς ἀνδρῶν μηδ' οὐ τελοῦσιν ἀριθμόν. Obseruaui autem sæpe copulata ἀριθμὸν & σταθμὸν, (interdum etiam ἀριθμὸν & μέτρον) in re pecuniaria. Xenophon in Symposio, σταθμῷ καὶ ἀριθμῷ ὡς πλείστου πλούτου ἐπιθυμῶν οὐ παύομαι. Ibidem, οὔτ' ἀριθμῷ, οὔτε σταθμῷ ἐπήρκει μοι, ἀλλ' ὁπόσον ἐδυνάμην φέρεσθαι, τοσοῦτόν μοι παρεδίδου. Plutarch. Apophth. ἀργυρίου δὲ καὶ χρυσίου οὐκ ἀριθμὸν ἀλλὰ σταθμὸν

G ἔσεσθαι. Quem alibi comperio idem narrantem dixisse μέτρον quod hic σταθμόν. Idem Pericle, παντὸς μὲν ἀναλώματος, παντὸς δὲ λήμματος δι' ἀριθμοῦ καὶ μέτρου βαδίζοντος. Sic infrà ἀριθμοῦντες καὶ μετροῦντες ex Xenophonte proferam. Plurali numero ἀριθμοὶ, Numeri: vt ἀριθμοὶ τακτικοὶ, Numeri militares, Budæo interprete, apud Xenophontem Pæd. 3, οὕτω γὰρ ἀπολελυμένοι ἦσαν τοῦ καταλέγεσθαι ἐν τοῖς τακτικοῖς ἀριθμοῖς. Et vt dicitur Latinè Omnes habere numeros, Omnes implere numeros, Omnibus numeris absolutum esse, sic dixit Isocrates in Busiride,

H ἅπαντας δὲ τοὺς ἀριθμοὺς περιλαβὼν ἐξ ὧν ἄν τις τὰ κοινὰ διοικήσειεν, ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς ταῖς αὐταῖς πράξεις μεταχειρίζεσθαι προσέταξεν. ‖ Ἀριθμὸς affert Erasmus ex Aristophane pro Numerus, eo etiam sensu quo legimus apud Horatium, Nos numerus sumus, & fruges consumere natū ...

C. Ἀναρίθμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Innumerus. ἀναρίθμοι, πλεῖστοι, ἄπειροι: vt Suidas explicat, citans Heracliti dictum, εἷς ἐμοὶ μύριοι πὰς πεπαιδευμένοι οἱ δ' ἀνάριθμοι, οὐδείς. Xenophon Cyri Pæd. 7, πολλοὺς μὲν ... ἄγων, ... ἀκοντιστὰς, ... ἀνάριθμοι. Ἀνήριθμος apud poetas idem, α in η metri causa mutato. Sophocl. Trach. Ἠ κἀπὶ πάντα τῷ πλεῖ τὸν ἄσκοπον Χρόνον βεβὼς ἦν ἡμερῶν ἀνήριθμον; ‖ Accipitur verò etiā pro homine qui in nul-

B lo numero est, vt Cicero loquitur. vt apud eūdē Soph. Aiace, Ἐγὼ δ' ὁ τλάμων Παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος Ἰδαίᾳ μίμνων λειμῶνι ἀποινα ... Ἀνήριθμος, id est (vt scholiastes exponit) ἐν οὐδενὶ ἀριθμῷ τασσόμενος, ἀλλὰ παρερριμμένος.

Ἀναρίθμιον autem Hesychio est ἐχθρὸν, sicut vicissim Ἐναρίθμιος, φίλος.

C. Ἐναρίθμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, pro Non vulgaris, Qui aliquo in numero habetur, Bud. Plato Philebo, τὸ δ' ἄπειρόν σε ἑκάστων καὶ ἐν ἑκάστοις πλῆθος, ἄπειρον ἑκάστοτε ποιεῖ τοῦ φρονεῖν, καὶ οὐκ ἐλλόγιμον, οὐδ' ἐναρίθμιον, ἅτ' οὐκ εἰς ἀριθμὸν οὐδένα ἐν οὐδενὶ πώποτε ἀπιδόντα.

C Ἐναρίθμιος, ου, ὁ, Qui annumeratur, Annumeratus, In numero habitus, Bud. συμψηφισθεὶς, καταριθμηθεὶς, Hesych. Il. β, — σὺ δ' ἀπτόλεμος καὶ ἄναλκις, Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ, neque numeratus in bello neque in consilio. Od. μ, — ἀλλ' ἦν ἐνίσποι πατὴρ ἐναρίθμιον εἶναι, quæ in numerum illum sufficiatur. Apollon. Argon. — ... νίοις ἐναρίθμιος. Basil. ἐναρίθμιοι ἔχειν τοῖς σοφοῖς. Hesychio est etiam φίλος, συνήθης, vt ἀναρίθμιος ἐχθρός.

C. Ἰσάριθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Numero par. Herodianus lib. 6, ὡς σχεδὸν ἰσαρίθμου γενομένου τοῦ ἑκατέρωθεν πεσόντος στρατοῦ. Plu-

D rali verò numero significat Totidem. Gregorius, ἐν τοσῷ καὶ τὴν τελοσὴν εὐφυσημίαν τοῦ Ἡλίου προσφέρουσα, καὶ τὸ αὐτὸ τὴν ἰσάριθμον κατὰ τὴν ζωδιακὸν ἐπίκλισιν. Alibi ἴσην pro eodem ponit, Ἐλισσόμενοι τε τὴν ἴσην δεκάμενην ἐπὶ τὸν παῖδα τῆς Σημαινίδος, Totidem inclinationes & incuruationes. quasi totam, vt totam quotam: hoc est τοσαύτας ἐπικλίσεις ἢ δεκάμψεις, vt idem ipse loquitur. Bud.

C. Μεταρίθμιος, ου, ὁ, Annumeratus, Cōnumeratus. citatur ex Apollon.

C. Συναρίθμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Connumerus, Qui eodem numero continetur & eum auget. citatur ex Phalar.

E Συνηρίθμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem, in Epigr.

¶ Ἀριθμέω, μῶ, F. ήσω, Numero. vt φώκας ἀριθμήσει, Od. δ. & μνηστῆρας ἀριθμήσας, Odyss. π. Xenophon Pæd. 8, τὰ δὲ ἀριθμοῦντες καὶ μετροῦντες, πράγματα ἔχουσι: eo modo quo antea ἀριθμὸν & μέτρον copulata ostendimus. Et pass. Ἀριθμέομαι, οῦμαι, Numeror. (vnde infinitiu' poeticus apud Homerum ἀριθμηθήμεναι, pro ἀριθμηθῆναι. vt Il. β. v. 125, ἀριθμηθήμεναι ἄμφω) vt ἀριθμοῦμαι ἐν γράμμασι, Numeror inter literas, apud Lucianum. μακάρων ἀριθμεῖται, Theocr. Inter beatos numeratur. Apud Gre-

F gorium, εἰς Θεοῦ παράταξιν ἀριθμήθητι, In Dei acie connumereris. Idem, οἱ εἰς ἀριθμοῦ μοῖρας, Qui numerantur in vnum (vt Vnum sit neutr. gen.) pro Qui vno numero copulantur, vt ibi exponitur. Sed ponitur ἀριθμοῦμαι signif. etiam actiua pro ἀριθμῶ, apud Thucydidē & Aristotelem. vt docet Budæus pag. 314. ‖ Ἀριθμεῖν τι ἐν εὐεργεσίας μέρει, Demosth. in Midiā Numerare aliquid in beneficii loco, vt etiam Cic. loquitur.

Ἀρίθμησις, εως, ἡ, Numeratio, Enumeratio. ET Ἀριθμητὸς, Numerabilis. CVI Ἀναρίθμητος opponitur Innumerabilis. Item Immensus, vt Soph. Aiace, ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος. Et in plurali Ἀναρίθμητοι, Innumerabiles. AT Εὐαρίθμητος, Numeratu facilis, Et ex consequenti, Paucus. Εὐαρίθμητοι, Plato in Apol. & in Symposio. ET Ἀριθμητικὸς, Numerandi peritus. Plutarchus Apophth. καθάπερ οἱ τῶν ἀριθμητικῶν δάκτυλοι νῦν μὲν μυριάδας, &c. Item Ἀριθμητικὴ [sub. τέχνη] Numerandi ars, Arithmetica. Interdum autem additur illud substantiuum τέχνη, vel ἐπιστήμη. vt Plutarchus De prudent. an. τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην αὐτῶν. Interdum Ἀριθμητικὸς, κή, κὸν, Ad arithmeticam pertinens, vt ἀριθμητικὴ ἀναλογία apud Aristot.

C. Ἀναριθμέω, μῶ, Enumero, Dinumero. Et Ἀναριθμοῦμαι, pro eodem, affertur ex Demosthene. In Axiocho qui Platoni inscribitur, νυνὶ δὲ ἠρέμα κατ' ἐμαυτὸν ἀναριθμήσα-

μαι τὰ λεχθέντα, Apud me tacitus recenseo, vel repeto. A

C. Ἀπαριθμέω, θμῶ, F. θμήσω, Pernumero, Percenseo (vt exprimatur aliquo modo vis præpositionis ἀπὸ (vel simpliciter, Numero, Enumero, Recenseo. Xen. in Œconomico, ἀπαριθμήσαντες ἢ χαλάμενοι ἕκαστα. Isocr. ad Philippum, ὅταν ἀναγινώσκῃ τις τὸν λόγον ἀπλῶς, καὶ μηδὲν ἦθος σημαινόμενος, ἀλλ' ὥσπερ ἀπαριθμῶν. Vsurpatur inter duvox pass. ἀπαριθμοῦμαι actiuè: sicut & ἐξαριθμοῦμαι, itē καταριθμοῦμαι. Et ἀπαριθμησάμενος participium vocis mediæ apud Xenophontem, ἀπαριθμησάμενος ἅπαν τὸ στράτευμα, Quum recensuisset vniuersum exercitum. B Passiuè autem Ἀπαριθμοῦμαι, Pernumeror, Percenseor. vel Numeror, Enumeror. vnde participium ἀπηριθμημένος apud Isocr. in Archidamo, καὶ τοσούτων ἀπηριθμημένων κακῶν, πολὺ πλείω τὰ παραλελειμμένα τῶν εἰρημένων ἐστίν.

Ἀπαριθμῶ τὰ χρήματα, Numero pecuniā, id est Repræsento pecuniam. vnde apud Iulium Pollucem coniunguntur καταβαλεῖν, καταθέσθαι, ἀπαριθμῆσαι: itidem, καταβολή, κατάθεσις, ἀπαρίθμησις. Suidas quoque ἀπαριθμησάμενος exponit ἀποδοὺς, item καταβαλλόμενος, hoc in loco, ὁ δὲ Γέτης ἀφίκετο ὡς ἀπαριθμησόμενός τι τῶν ἐνιαυσιαίων χρημάτων πρὸς τὸ στρατηγὸν τῶν ῥωμαίων. Sed præstat habere Xenophontis testimonium, sic vtentis Pæd. 3, ἐγὼ δέ σοι ὑπισχνοῦμαι, ἂν θεὸς εὖ διδῷ, ἀνθ' ὧν ἄν ἐμοὶ δανείσῃς, ἢ ἄλλα πλείονος ἄξια εὐεργετήσειν, ἢ τὰ χρήματα ἀπαριθμήσειν, ἣν δύνωμαι. Suidas addit, ἢ ἀπαριθμῶν ἀντὶ τοῦ ἀποπληρῶν, sed exemplum non affert. C

Ἀπαρίθμησις, εως, ἡ, Pernumeratio, Percensio. vel, Numeratio, Enumeratio, Recensio. Item pro καταβολή: vt ἀπαρίθμησις χρημάτων, idem quod καταβολή, κατάθεσις, vt modò ex Polluce docuimus. D

C. Διαριθμέω, ῶ, F. ήσω, & pass. voce Διαριθμέομαι, οῦμαι, F. ήσομαι, Dinumero, Distinctè numero, Numerando discerno, Enumero. Plato lib. 7, De leg. μὴ ἀριθμεῖν τὸ παράπαν εἰδὼς, μηδὲ νύκτα καὶ ἡμέραν διαριθμεῖσθαι δυνατὸς ὤν. Est etiam διαλογίζεσθαι, Hesychio.

Διαρίθμησις, εως, ἡ, Dinumeratio, Supputatio, Vitr.

ἌΡΘΡΟΝ, ου, τὸ, Articulus, seu Artus (vt Virgil. Et magnos membrorum artus, magna ossa) Compages. Plinius nodos corporum vocat, articulos Celsus: vt annotat Camerarius. Est naturalis ossium σύνταξις, vt definit Galenus libro De ossib. Vel, est ossium coniunctio E ad motum comparata. Hippocrati est ossis caput, seu ossis processus aut finis rotundus, qui in alterius ossis cauitatem inseritur. Gorr. Soph. Trach. Μάρψας ποδὸς νιν ἄρθρον ᾗ λυγίζεται, Vbi lentescit vinculum compagis. Camer. Eurip. ἡ λύσιν ἄρθρων προσπεσοῦσα, de Hecuba foras prodeunte. Sic apud Dioscor. ἄρθρων ἀλγήματα, ἄρθρα λελυμένα. ‖Herodotus naturam equæ ἄρθρα etiam vocauit, quòd membrum hoc sine obscœnitate suo nomine minus exprimi posse videatur & generis appellatione notari soleat. Camer. Herodot. Thalia, τῆς ἵππου ταύτης τῶν ἄρθρων ἐπιψαύσας τῇ χειρί. Idem Melpomene, τούτους [φυσητῆρας ὀστείνους] ἐσθέντες ἐς τῶν θηλέων ἵππων τὰ ἄρθρα, φυσῶσι τοῖς στόμασι. ‖Ἄρθρον metaphoricè dicitur etiam F de voce, vt ἄρθρον τῆς φωνῆς ποιεῖν, Vocis articulum formare, Aristot. lib. 4 Anim. Et ἡ ἐν ἄρθροις φωνή, Vox explanata, Gaza. quemadmodum apud Latinos Cicero etiam Articulatim distinctéque dicere, Lucr. Articulatim discerni, & Articulatè salutem dicere, itidem Cicero dixit. Epicharmea autē ἄρθρα φρενῶν Quint' Cic. interpretatus est Neruos & artus sapientiæ. G Ἄρθρον est etiam (vt articulus apud Latinos) vocabulum grammaticum, omnibus satis notum. Etymologistes deducit ab ἄρω τὸ ἁρμόζω, παρὰ τὸ ἀρηρέναι ἀλλήλοις: aut ab ἄρω verso τ in θ.

C. Ἀρθρέμβολος, ου, ὁ ἢ ἡ, Qui membris inijcitur. Et plur. numero substant. τὰ ἀρθρέμβολα, Instrumēta tormentorū, quæ artubus in quæstionibus ad confessionem exprimendam adhibentur, Fidiculæ. δαμαστήρια, βασανιστήρια, ὄργανα βαλλόμενα εἰς τὰ ἄρθρα, vel ὄργανα στρεβλωτικὰ εἰς ἃ ἐξαρθροῦσιν οἱ δήμιοι τὰ τῶν καταδίκων μέλη. Hesych. H Gregorius in Encom. Maccab. ἣν οὐδὲν ἔκαμψεν, οὐδ' ἐμαλάκισεν, οὐδὲ ἀπαλωτέραν ἐποίησεν, οὐκ ἀρθρέμβολα προτεινόμενα, οὐ τροχοὶ περιβαλλόμενοι, οὐ καταπέλται.

C. Ἄναρθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Inarticulatus, Non articulosus, Plin. Articulis carens aut Malè articulatus. Opponitur (vt Bud. docet) τῷ ἀρθρώδει ἢ διηρθρωμένῳ. Aristot. in Physiogn. de pardo loquens, καὶ ὅλον ἄναρθρόν τε καὶ ἀσύμμετρον. Oppian. 3. De venat. Σάρκα δ' ἄσημον, ἄναρθρον, ἀειδελον ὠπήσασθαι. Idem ἄναρθρον βρέφος dixit quod Hesychius ἀτύπωτον vocat. Vide Ἔναρθρος. Metaphoricè est etiam ἄτονος, ἀσθενής, Hesych. Debilis, Artuum beneficio destitutus, Eneruis, Plin. Soph. de Philoctete, — ὁ δ' ἄναρθρος καὶ κατερρακωμένος. Eurip. Oreste, — ὅταν με νόσος Μανίας, ἄναρθρός εἰμι, κἀσθενῆ μέλη. id est ἀδύνατος, μὴ δυνάμενος χρῆσθαι τοῖς ἄρθροις. schol. ‖Dicitur etiam vt ἄρθρον, de voce. Plut. De Socr. μυκᾶσθαι καὶ ἀφιέναι φωνάς τινας ἀνάρθρους, indistinctas. ‖Est etiam ἀμελὴς, κατάρθρος Hesychio, ἀπράκτως Suidæ: apud quem accipitur etiā grammaticè ἐπὶ συλλαβῆς λειπούσης στοιχεῖον, ἢ λόγου λείποντος συλλαβῇ. HINC Ἀναρθρία, ας, ἡ, Articulorum seu artuum debilitas, & q. d. Eneruitas.

C. 2. Ἀδιάρθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inarticulatus, Non articulis nodisque distinctus, vt pedes elephantorum. ἔστι γὰρ τὰ περὶ τοὺς δακτύλους ἀδιαρθρότερα ἐκ τῶν ποδῶν, id est Leuiter discretos vt Gaza reddidit. Bud. ἀδιάρθρος δάκτυλος, Indiuisus digitus, idem Gaza.

C. Ἔναρθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Articulatus. Athen. lib. 8, τῶν ζώων τὰ μὲν ἔναρθρα, ὡς ἄνθρωπος, ὄνος, βοῦς· τὰ δὲ, ἄναρθρά ἐστιν, οἷον ὄφεις, ὄστρεα, πνεύμονες. Metaphoricè etiam φωνὴ ἔναρθρος dicitur. vnde Hesychius exponit ἐναρμόσιον, ἢ ὑπὸ γράμματα δηλουμένη φωνή. HINC Ἐνάρθρως, aduerbium, Articulatè seu Articulatim, quibus Cicero vtitur. ἀκριβῶς.

C. Ἐξάρθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ex articulis suis emotus, Luxatus; ἐξωστεϊσμένος, ἐκβληθείς, Suid. ‖Hippocrati ἐν τῷ περὶ ἄρθρων significat etiam eum cui extant iuncturæ ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν, id est absque vitio, Cam. Cui articuli naturaliter extant & prominent, Gorr. ex Galeno.

Ἐξαρθρέω, ῶ, F. ήσω, Articulis (seu artub') emotus sum, Excido. Galen. πάντα τὰ ἐξηρθρηκότα τὴν ἑαυτῶν οἰκείαν χώραν ἐπάνοδον ἐνδείκνυται. Ἐξαρθρηκὸς κῶλον, Luxatum mēbrum, Cam. Ἐξαρθρεῖν & ὀλισθαίνειν ita à quibusdam distingui tradit Gorræus vt ἐξαρθρεῖν vsurpetur ad ea ossa significanda quæ toto loco mota sunt: ὀλισθαίνειν verò ad ea quæ paululum, non autem ex toto naturali sede excesserunt. hanc tamen differentiam ab Hipp. ἐν τῷ περὶ ἄρθρων non obseruari.

Ἐξάρθρημα, ατος, τὸ, Luxatio, ἐξόλισθησις ἄρθρων. ἐστραμμένον, στρέμμα, Bud. Est positio articuli deprauata & præter naturā, vt definit Gorræus, addens esse qui per ἐξάρθρημα non omnem luxationem intelligant, sed eam tantùm in qua totus articulus à sua sede omnino recessit. paruam enim luxationem παράρθρημα vocari. Sic etiam Ægineta ἐξάρθρημα intelligi dicit περὶ ἄρθρου τελείως ἐξεστηκότος, παράρθρημα verò περὶ παρακινηθέντος μόνον, ὀλισθημένου δέ.

Ἐξάρθρησις, εως, ἡ, Idē. ἀρθρήσαν κῶλον, Luxatū mēbrū, Bud.

C. Παραρθρέω, ῶ, F. ήσω, Ex articulis parum dimoueor aut dimotus sum & detortus, Paululum luxatus sum. Galenus 12 De vsu part. de spina dicit, firmiorem quidem illam futuram fuisse si fabricata hanc esset natura de vno continuo osse, οὔτε ἐξαρθρῆσαί ποτε, οὔτε παραρθρῆσαι δυνησομένης αὐτῆς.

Παράρθρημα, ατος, τὸ, Parua luxatio, per quam scilicet articulus paululum à suo loco naturali excessit: in quo differt ἀπὸ τοῦ ἐξαρθρήματος, quod magna perfectáque luxatio est. Dicitur & alio nomine παρακίνημα. Gorr. Galen. 2 De comp. med. κατὰ γένη, Ποιεῖ καὶ πρὸς παραρθρήματα ἢ λυγίσματα. quæ tantùm παρακινήσεις sunt.

Παράρθρησις, εως, ἡ, Idem.

C. Συνάρθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Articulo copulatus. Apud Hesych. vocabulum est grammaticum, μετ' ἄρθρου προφερομένου τῶν ὀνομάτων.

Ἀρθρικὸς, ἡ, ὁ, Articularis, Articulis quadrans & conueniēs, Gorr. ex Hippocr. Ἀρθριακὸς, Ex articulis laborans, Podagricus vel Chiragricus. Arthricus. Cicer. ad Pætum Latinè dici potest Articularius. Plaut. in Mercat. Nec podagricus est nec articularius, Bud. Notandum tamen, apud Ciceronem in Epist. lib. 9. epist. 23, Arthriticum quædam exemplaria habere, non Arthricum, vt legit Bud.

Ἀρθρίτις, δ'

Ἀρθρῖτις, ἡ, Artuum ſeu articulorū dolor, vt Cic. vocat: Articulorum morbus (vt Scrib.) Vel (vt Plin.) Morbus articularis ſeu articularius. Eſt (vt Gorr. docet) Articuli tumor dolorificus, quē flūxio in eum decūbēs excitauit. Aretæus, ξυνὸς μὲν ἁπάντων τῶν ἄρθρων πόνος ἡ ἀρθρῖτις· ἀλλὰ ποδῶν μὲν, ποδάγρην καλέομεν· ἰσχίων δὲ, ἰσχιάδα· χειρῶν δὲ, χειράγρην. Herodian. lib. 3, ὑπὸ τῆς ἀρθρίτιδος νόσου καμνων.

Ἀρθριτικὸς, οῦ, ὁ, Articulorum morbo laborās, Articularius, vt Plautus vocat: Cicero vocabulum Græcum retinet. Aretæus, μάλιστα μὲν οὖν ἅπασι ἀρθριτικοῖσι ξυνὰ τὰ ἄκεα. Dioſc. lib. 1. cap. 102, ἁρμόζει τε καὶ ποδαγρικοῖς καὶ ἀρθριτικοῖς.

Ἀρθρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Articuloſus, Plin. & Quintil. Xenophon Cyneg. τὰς κεφαλὰς ἐλαφρὰς, σιμὰς, ἀρθρώδεις, ἰνώδη τὰ κάτωθεν τῶν μετώπων. Ariſtot. de leone, καὶ ὅλον τὸ σῶμα ἀρθρῶδες καὶ νευρῶδες. alibi διηρθρωμένον dixit. Xen. opponit τῷ ἄναρθρος. Bud.

Ἀρθρωδία, ας, ἡ, eſt διάρθρωσις in qua oſſis cauitas articulū excipiens ſuperficiaria eſt, caputque quod in eam inſeritur, humile atque depreſſum. Ita Gorr. apud quē, ſi deſideras, plura reperies.

C ¶ Ἀρθρόω, ῶ, F. ώσω, Articulo (vt Lucr. Mobilis articulat verborum dædala lingua) Fingo, Formo. vt ἀρθροῦν τὴν φωνήν. ‖ Eſt etiā Articulatim diſtinctéque formo & explico, Explano, τρανῶ, Heſych. vt ἀκριβῶς διελεῖν καὶ ἀρθρῶσαι τὰ τοῖς οὖσι συμβεβηκότα.

C. Διαρθρόω, ῶ, F. ώσω, Articulis ſuis diſtinguo. Apud medicos (vt Cam. annotat) eſt Iungo: vt διηρθρωμένοι δάκτυλοι. Sic lacertus ad cubitum διαρθροῦται, annectitur ſeu articulatur. Sic coſtas ſingulas ſingulis vertebris διαρθροῦσθαι ſcribit Galen⁹, quod προσαρθροῦσθαι dixit Hipp. Cam. D Eſt etiam Effingere & conformare, Camer. ἐκμάττειν, ἀπομάττειν, Exprimere, Bud. διατυποῦν, Suid. vt Plato Sympoſ. de Apolline homines iuſſu Iouis fingente, καὶ τὰς μὲν ἄλλας ῥυτίδας τὰς πολλὰς ἐξελέαινε, καὶ τὰ στήθη διήρθρου, ἔχων τι τοιοῦτον ὄργανον οἷον οἱ σκυτοτόμοι περὶ τὸν καλόποδα, λεαίνοντες τὰς τῶν σκυτῶν ῥυτίδας. Sic lingua vocem in palato reſonātem διαρθροῖ, Fingit. Cam. ‖ Eſt præterea Membratim & artuatim abſoluere, cōponere, Exactè fingere. Itē Explicare. Ita Bud. citās hæc ex 1 Ethic. δόξειε δ' ἂν παντὸς εἶναι προαγαγεῖν καὶ διαρθρῶσαι καλῶς ἔχοντα τῇ περιγραφῇ, E Vltimam manum imponere. Ponitur & pro Explanare, lib. 1 Metaphyſ. 9. & in 1 De gener. anim. συγκεχυμένον καὶ μὴ διηρθρωμένον. Bud. Sic διαρθροῦν τὰ λεγόμενα, quod διαδηλοῦν Heſych. exponit. διαρθροῦν τὴν λέξιν, Articulatim vocabula reddere, vt ex Gaza interpretantur vulg. lex. Heſychio præter ἀκριβοῦν, eſt etiam ὁμολογεῖν.

Διάρθρωσις, εως, ἡ, Articulatio (vt Plinius vocat) Membratura, Artuum commiſſura. vt διάρθρωσις κεφαλῆς Camer. Vbi ceruix committitur cum capite. Διάρθρωσιν Gor F ræus ſcribit à Galeno ſæpe accipi generatim pro omni oſſium compoſitione ad motum voluntarium comparata: nonnunquam ſpeciatim ſumi, eſſéque alteram τοῦ ἄρθρου (id eſt articulationis) differentiam: alio verò nomine προσάρθρωσιν ab Hippocrate vocari, eſſéq; oſſium connexionem omnino laxiorem: ſic vt euidens facilis magnúſque motus ſit, cuiuſmodi in cruribus, brachiis, manibus & pedibus habeatur. Eiúſque tres differentias à Galeno ſtatui, ἐνάρθρωσιν, ἀρθρωδίαν, γίγγλυμον. Accipitur pro artuum agilitate in hoc Plutarchi loco in Lycurgo, αἱ γὰρ συχναὶ καὶ διάκενοι μᾶλλον ἕξεις ὑπακούουσι πρὸς τὴν διάρθρωσιν. Eſt etiam explanatio, Bud. G

Διαρθρωτικὸς, οῦ, ὁ, Articulandi & membra committendi vim habens.

C. 2. Ἀδιάρθρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Articulis membriſque ſuis non diſtinctus. ἀδιάρθρωτον ἔμβρυον, Fœtus informis, Camer. σῶμα ἀσχημὲς καὶ ἀδιάρθρωτον. Lucian. ἀδιάρθρωτος γλῶττα τῶν ἰχθύων, Inexplanata, Theod. Item ἄσημος, ἀνάρμοστος, Heſych. ἄβατος, Suid.

C. Ἐξαρθρόω, ῶ, F. ώσω, Artus ſuis locis emoueo. Heſych. de organis στρεβλωτικοῖς, εἰς ἃ ἐξαρθροῦσιν οἱ δήμιοι τὰ τῶν καταδίκων μέλη. Ariſtot. Phyſiogn. ἐξηρθρωμένας ἐπωμίδας, Sca- H pulas extantes dixit. Camer.

Ἐξάρθρωμα, ατος, τὸ, ſiue Ἐξάρθρωσις, εως, ἡ, dicitur ab Hippocrate, quum os citra fracturam ſuo loco mouetur: quod malum alio etiam nomine ἔκπτωμα atque ἔκπτω- A σις appellatur. Gorr.

C. ΠΡΟΣαρθρόω, ῶ, F. ώσω, Per articulos annecto. Coſtas ſingulas ſingulis vertebris προσαρθροῦσθαι ſcribit Hippocrates, pro quo διαρθροῦσθαι dixit Galenus: vt refert Camer.

Προσάρθρωσις, εως, ἡ, Hippocrati idem eſt quod διάρθρωσις, hoc eſt, oſſium motorum commiſſura naturalis. Gorr. Vide Διάρθρωσις paulo antè.

C. ΣΥΝαρθρόω, ῶ, F. ώσω, q.d. Coarticulo, Compingo, Cam. ex Ethic. 1.

B Συνάρθρωσις, εως, ἡ, Compages oſſium, Camer. συνάρθρωσις τῶν μελῶν, Membrorum compactio, vt Cicero vocat. Συνάρθρωσις (inquit Gorr.) eſt compoſitio κατ' ἄρθρον oſſium quæ nec validè nec manifeſtò, ſed obſcurè & difficulter mouentur. Cuius ſpecies tres ſunt, ῥαφὴ, γόμφωσις, ἁρμονία. Idem paulo antè ſcribit σύμφυσιν & συνάρθρωσιν apud Hipp. idem eſſe.

ἈΡΤΆΩ, τῶ, F. τήσω, Appēdo, Suſpēdo. Et Ἀρτάομαι, ῶμαι, Appendor, Suſpendor. vnde ἠρτῆσθαι, Suſpenſum eſſe: vt apud Syneſ. ep. 4. οἷς οὖν ἐν τῷ τοιῷδε πλέουσιν ἀπὸ λεπτοῦ φασὶ C μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι, Illis è tenui filo vitā eſſe ſuſpenſam aiūt. Gr. Naz. ἓν ἤρτηται τοῦ ἑνὸς, Vnum ex altero pendet. ‖ Ἀρτῶμαι metaph. eſt etiā Pendeo animi, & Spem meā in aliquo collocatā habeo, vt inquit Bud. afferēs ex Herodiano lib. 4, ἤρτηται νῦν πᾶσα ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς ὑμετέρας ἀνδρείας τε καὶ πίστεως. At Polit. interpr. Nūc totū Romanū imperium in virtutē veſtram recūbit & fidem. ‖ Ἀρτῶμαι ἔκ τινος (addit Bud.) Adiunctus ſum alicui, Socius vel comes ſum alicui, & aſſecla. Xen. Hell. 6, καὶ τῶν ἐξ ὑμῶν ἠρτημένων πόλεων. In vulg. lex. ἠρτῆνται τὰς ἀρχὰς exponi- D tur originē ducunt. Et ex Philoſtr. ἤρτητο ἐκ Φοινίκων στρατὸς, Ex Phœnicibus exercitus conſtabat.

Ἄρτημα, ατος, τὸ, Quod ſuſpenſum eſt, vel appenſum, Itèm Appendix. Sed ἄρτημα peculiari ſignif. Lorum ex quo marſupium dependet. Vide & Heſ.

Ἀρτάνη, ης, ἡ, Laqueus. Item, Suſpendiū. Soph. Antig. Πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον. ‖ Polluci lib. 10, Ἀρτάνη eſt ὑποστρόφιον ὃ λαμβάνει ὅστις ἀνέλκει τὸν ζυγόν.

C. Ἀναρτάω, Suſpēdo. ἀναρτῶ ἐμαυτὸν βρόχῳ, Suſpendo me laqueo. ἀναρτῆσαι, ἀνακρεμάσαι, Heſ. Suid. ‖ At ἀναρτᾶν ἑαυ- E τὸν εἴς τινα metaph. dicitur pro Spē ſuā & præſidiū in aliquo locare, & cū eo vitæ ſubſidia ſociare. Dem. ὑπὲρ τῶν Λυκούργου παίδων dicit, εἰς τὸν δῆμον ἀναρτήσασιν ἑαυτούς. pro Qui populo ſe adiungūt & populares eſſe volūt, vt exponit idē Bud. Ego autem ſuſpicor, ἀναρτᾶν ἑαυτὸν εἴς τινα perinde eſſe ac ſi diceretur ἀναρτᾶν τὰς ἑαυτοῦ ἐλπίδας εἴς τινα, i. Suſpendere ſuas ſpes ex aliquo, hoc eſt, Suſpēſas ex aliquo vel pendētes ex aliquo ſuas ſpes habere. Dicitur etiā ἀναρτᾶν τινὰ ταῖς ἐλπίσι. Procopius apud Suidā, ὁ δὲ ἐπανῆκεν ἐπὶ πολὺ ἔχων ταῖς ὁμοίαις ἐλπίσιν αὐτοὺς ἀναρ- F τῶν, id eſt, Suſpendentē ſimili ſpe. vt dicitur aliquē vel alicuius animum ſuſpendere expectatione: pro Suſpēſum habere, vel tenere, ſeu detinere. Et apud Suet. Ambiguis reſponſis & calida cunctatione ſuſpendere. Et apud Plaut. Suſpendere alicuius animum, non addito ablatiuo.

Ἀναρτάομαι, ῶμαι, in voce & ſignif. paſſiua, Suſpendor. vt ἀνηρτημένος τοῦ ἅρματος apud Philoſtratum, Suſpenſus è curru. ‖ In metaph. quoq; ſignif. vt vox actiua. Demoſth. ἀναρτώμενοι ἐλπίσιν ἐξ ἐλπίδων. Præt. autē ἀνήρτημαι exponitur Suſpēſus ſum, vel Pēdeo: vt εἰς τὸ θεῖον ἀ- G νηρτῆσθαι τὴν ἐλπίδα τὴν Νουμᾶ. Sed & vice verſa ἐλπίδες dicuntur ἀνηρτῆσθαι, vt Latinè Spes pendere. Chryſoſt. De ſacerdotio, ἀνηρτῆσθαι τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας εἰς ἕτερον μηδὲν, Salutis ſpes nō aliūde pēdere. Inuenitur & ἐκ τοῦ ἐμοῦ νεύματος ἀνηρτημένοι, apud Luc. pro eo quod Lat. dicitur, reddendo verbū verbo, E nutu meo pendentes. Interdū & alii datiui quàm ἐλπίσι huic verbo adiūguntur. vt ἀνηρτημένος ταῖς ἐπιθυμίαις, Suſpenſus è cupiditatibus, vel potius Pendens è cupiditatibus. Plutarchus autem dixit ἀνηρτημένων ταῖς ὄψεσι, in Othone, πάντων πρὸς αὐτὸν ἀνηρτη- H μένων ταῖς ὄψεσι. id eſt, interprete Budæo, Quum omnes eum oculis deſignarent, ex eo ſuſpenſi, Quum omnes in eum verſi eſſent, nutum eius expectantes, & ex vultu eius pendentes. Quod autem Plato dixit ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέ-

ρον῀τα, vertit Cicero, Nam cui viro ex ſeipſo apta ſunt omnia quæ ad beatè viuēdū ferūt. Quo in loco præpoſitionē εἰς habet hoc verbū, ſicut & in paulo antè citatis locis. At in loco Plut. proximè præcedēte, iungitur præpoſitioni πρός. A

Ἀνηρτημένοι τῆ ψυχαῖς, Suidas exponit ἐπηρτημένοι, citans hunc locum, οἱ δὲ ταῖς ψυχαῖς ἀνηρτημένοι, καταφρονήσαντες τῶν κοινῶν τῆς ἱκεσίας νόμων, παρ' οὐδὲν δὲ ἡγήσαντο τὴν τῶν συγγενικῶν ἀφιδρυμάτων θεῶν ἀσέβειαν.

Ἀνήρτημαι cum infinit. familiare Herodoto, pro Suſpēſus ſum deliberatione aliquid agendi: vt ἀναρτῆμαι στρατεύεσθαι, & ἀναρτημένος ἔρδειν κακῶς. Item, ἀναρτημένος σοὶ χειρῶν ἔργα καὶ ἔπεα ποιέειν. In vulg. tamen lex. ἀνήρτημαι in huiuſmodi locis redditur Animatus ſum. B

Ἀναρτῶμαι, voce paſſ. ſignif. act. idipſū declarat quod ἀναρτῶ declarare diximus. Habet verò & aliā ſignif. de qua ſic Bud. Ἀναρτῶμαι voce paſſ. tantùm, Concilio mihi & Aſciſco, Amicitiáq; deuincio. Xen. in Pæd. exordio, ἀνηρτήσατο δὲ τοσαῦτα φῦλα ὅσα καὶ διελθεῖν ἔργον ἐστὶν. Idē alibi, ταχὺ δὲ τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀνήρτητο, Amicos & bene cupientes reddidit ſuo congreſſu, ita vt diuelli ab eius amicitia nō poſſent. Hactenus Bud. Nō dubito autē quin ἀνήρτητο ſit eodē modo accipiendū in hoc Philoſtrati loco, ἀνήρτητο τοὺς Τρῶας τῷ λόγῳ. Alii tamē vertunt, Oratione Troianos ſuſpendebat. Cæterùm notandum eſt Bud. addere in præcedētis loci interpr. verba hæc, ita vt diuelli ab eius amicitia non poſſent, ad exponendā metaphorā. Fortaſſe autē eam ſine periphraſi poſſimus exprimere ſi ἀναρτῶμαι reddamus Mihi obſtringo. Nā qui alicui eſt obſtrict⁹, ex eo velut i ſuſpēſus eſt. adeo vt ſit mihi Obſtrīgo vel Deuīcio, quaſi Ex me ſuſpēdo. C

Ἀνάρτησις, εως, ἡ, Suſpenſio, ἀνακρέμασις καὶ ἡ ἐπὶ ξύλου καθήλωσις, Suidas. D

Ἀνάρτησις, Metaphoricè, Obſtrictio, Deuinctio, quæ videlicet fit bene merendo de aliquo.

C. ἈΠαρτάω, τῶ, Suſpendo, Appendo: vt ἀπαρτῶ τὰς ἐλπίδας ἐκ τούτου, Suſpendo ſpes ex hoc, id eſt, In hoc ſpem meam colloco. Ex eo autem pendere ſpes noſtra dicitur in quo illam collocamus. Luc. in Timone, ἐξ αὐτοῦ ἐμοῦ τὰς ἐλπίδας ἀπαρτήσασα μοι τοῦ βίου. Ex Euripide autē affertur ἀπαρτῆσαι δέρην pro Collum appendere. Sic Ἀπαρτῶμαι pro Suſpēdor. vt apud Dioſcor. βοτάνιον ἐκ μόσχων ἀπηρτημένον, Herbula pediculis annexa. q.d. Ex pediculis ſuſpenſa. Tale eſt ἀπηρτημένος ἐκ χοινίων. ‖ Ἀπαρτῶ (q.d. Seorſum ſuſpendo) pro Dirimo, Diſtraho, Diſſocio: Luc. De hiſt. ſcrib. οὔτε ἄγαν ἀφιστῶντα καὶ ἀπαρτῶντα. Et Ἀπαρτῶμαι, itidem pro Dirimor, Separor, Diſto. vt Philo De mundo, ἀπαρτώμενα τῆς συζυγίας, Dirimiē ſua coniugatione. ἀπήρτηνται ἀλλήλων πλεῖστον, Ariſtot. Magno inter ſe diſtāt interuallo. Gaza autē, ἀπηρτημένα τῶν ῥιζῶν φύε̃ται, vertit Procul radicib⁹ erūpunt. Ἀπαρτῶμαι apud Xen. Aberro, Longius digredior. Vide Bud. p. 733. E F

C. ΔΙαρτάω, τῶ, Diduco, Dirimo, Interuallo quodā intercipio. Plut. Timol. καὶ διαρτῶντος ὁδὸν ἢ λεωφόρον ὀκτὼ τὴν δυνάμιν ἀπὸ τῶν Συρακουσῶν. Et apud Philonē De mundo, διαρτηθὲν pro Diductum & non cohærens. Bud. p. 739.

C. ΓΞαρτάω, τῶ, Suſpēdo, Alligo, Annecto. Herodian. ἐξαρτήσασα ἧς ἐπεφέρετο ζώνης τὸν τράχηλον ἐν βρόχῳ. Et ἐξαρτᾶν χρυσίον, Suſpendere de collo aurū. Syneſ. epiſt. 109, metaph. τοσούτων ἡμᾶς ἐξαρτῶσι κριτῶν εἰ πρὸς δόξαν τὸ ἔξω ζῆν ἀναγκάζοντες (q.d. Ex tot iudicibus nos ſuſpendunt, Vel Tot iudicibus nos alligant) pro Pendere nos ex tot iudicibus volunt. Budæus doctè, Pendere nos ex tot hominum iudicio faciunt. Ex Plut. autem Themiſtocle affertur, ἃ δὲ τούτων ἐξαρτῶσιν ἔνιοι, pro Quæ ex his nonnulli contexunt. ‖ Ἐξαρτῶ, eodem metaphoræ genere quo apud Lat. Deuincio. pro Amicitiā alicuius concilio, quaſi eum ex me ſuſpendendo, i. ex meo nutu. Syneſ. epiſt. 98, ἐξήρτησο σαυτοῦ καὶ ἐποίησας εἶ σοῖς. Idem ἐξήρτηται eadem ſignif. dixit, & quidem itidem actiua, epiſt. 20. Alibi autem paſſiua, δεῖ δὴ καὶ ἀλλήλων ὑμᾶς ἐξηρτῆσθαι. ‖ De ἐξαρτῶ, autē pro Tollo ſurſum, vide in Ἐξαρτῶμαι. G H

Ἐξαρτάομαι, τῶμαι, itidem Dependeo. Ariſtid. in Panath. ὁ δὲ τούτου ἐξήρτηται, Ex hoc dependet, Huius eſt appendix. Apud eundem, ἑνὸς ἀνδρὸς δόξης ἐξαρτώμενοι, E viri vnius gloria pendentes. Tale eſt, ἐξήρτηνται τοῦ ἀποβησομένου, pendent ab euentu. In vulg. lex. affertur ex Xenoph. Pæd. 5, ἐξαρτήσεται τῆς ἰσχύος pro Pendebit è viribus & ſuſtentabitur. Rurſus ex Plut. in Galba, ἑνὸς ἐξηρτημένα στρατεύματα, ab vno ſuſtentati exercitus. Ἐξαρτῶμαι exponitur Pendeo in alia etiam ſignif. videlicet pro Magnopere deditus ſum: vt apud Athenæum 12, ὅτω δ' ἐξήρτηνται τῶν ἡδυπαθειῶν οἱ τότε. ‖ Ἐξήρτημαι, Coniunctus ſum, Adhæreo. Plutarchus in Antonio, τὰ γὰρ μεγάλα πεδία τῶν λόφων τούτων ἐξήρτηται, Ingens planicies his collibus coniuncta eſt, vel adhæret. Vel, His collibus continuò ſubiacet, vt Bud. interpr. Itē Ἐξήρτημαι, Coniunctus & connexus ſum, Coniunctam habeo rationē, Idem Bud. ex Plat. ‖ Ἐξήρτημαι τούτου, Sum comes, Sū aſſectator. Cingo & δορυφορῶ. Plut. ἐξηρτημένον ὁρῶντες αὐτοῦ τὸ πλῆθος, videntes plebem eum cingentem & conſectantem. ‖ Ἐξήρτηται ἡ χώρα πρὸς νότον, apud Strab. pro Aſſurgit, Attollitur. Bud. p. 739. Idem verò & Ἐξαρτῶ interpret. Eleuo, Tollo ſurſum. μετεωρίζω. ſed exemplum non addit.

C. ἘΠαρτάω, τῶ, Suſpendo deſuper, (vnde ἐπαρτᾶσθαι dicitur quod impendet) ἐπικρεμάννυμι. Suidas ex Æliano, cuius locos apud eū vide. Æſchines in Tim. καὶ φόβους ἐπήρτησα τοῖς ἀκροωμένοις pro Metum inieci. Et paſſ. ἐπηρτημένος κίνδυνος apud Herodianum Impendens periculum. Vide Bud. p. 740.

C. ΚΑΤαρτάω, τῶ, à quo καταρτῆσαι affertur in vulg. lex. ex Herodoto, ſed quod videtur eſſe malè ſcriptum pro καταρτίσαι. Sic & κατηρτημένον apud eundem pro κατηρτισμένον legi puto in Thalia.

C. ΠΑΡαρτάω, τῶ, Suſpēdo è cingulo, vel Succingo vt enſem. Luc. De Herc. καὶ τὸν χρυσοῦν παρήρτηται. ET Παράρτημα, Quicquid ita ſuſpenſum geſtatur, Quicquid ab alio dependet & annexū eſt vt appendix, Quicquid applicatur & admotum ſuſpenditur. Luc. οἷς δὲ γὰρ (ἔφην) ἐπαοιδαῖς πῶς τὰ τοιαῦτα παύεσθαι ἢ τοῖς ἔξωθεν παραρτήμασι;

C. ΠΡΟΣαρτάω, τῶ, Appendo. A cuius paſſ. voce eſt partic. προσηρτημένος: vt προσηρτημένον χυτρα apud Dioſc. quod exponitur Appenſum ollæ. Et προσηρτημένα Bud. ex Theophr. pro Adhærentia. ‖ Et metaph. ἰδίᾳ δὲ μόνῃ ταύτῃ [τῇ ἡδονῇ] προσηρτημένοις, Deditos huic voluptati & ex ea pēdētes. Plut. Pop. προσαρτᾶσθαι μειρακίοις, ſociare ſe iuuenibus factioſis & ab eis nō diſcedere, vt inquit Bud. Alii, Et iis adhæreſcere. ET Προσάρτησις, q.d. Appenſio, Additamentum, In vulg. lex.

C. ΣΥΝαρτάω, τῶ, Appēdo, Annecto. Pro qua ſignif. affertur in vulg. lex. συναρτῆσαι λόγους, ex Eurip. Medea. Et Συναρτῶμαι paſſ. itidē pro Appēdor, Annector, Cōnector. vt συνήρτηται τῇ φλεβί, Venæ cōnectitur, Ariſtot. De an. lib. 1. Itē συνηρτῆσθαι pro Adhærere. ‖ Συνηρτῆσθαι pro ἀκολουθεῖν, Bud. ex Plut. p. 734. ET Συνάρτησις, Connexio rerū & colligatio, quū vna ab altera dependet. Bud. ἀκολουθίαν exponit apud Plut. Vide p. 734.

Ἄρτιος, α, ὁ καὶ ἡ, Integer, Incolumis, Non læſus. Quòd ſi afferēda ſit interpr. quæ huius vocis originem oſtendat (ſi quidē fides illis habēda eſt qui ab ἄρω deducunt) hāc aut aliquā huiuſmodi afferri poſſe exiſtimo, vt ἄρτιος ſit Cōpagem ſuā habēs, ſeu retinēs. Quia quæ integra ſunt, veluti cōpacta & coagmētata ſunt: contrà eorū quæ nō integra ſunt, & quib⁹ aliquid deeſt, partes velut diſſolutæ eſſe videtur. Sed (vt ingenuè fatear) nec mihi ſatis hæc ſatiſfaciūt, nec aptiora tamē excogitare me poſſe arbitror, ad tuendā hāc etymol. ab ἄρω. quā tamē ſequatur & breuiū ſchol. autor, quū ἄρτια exponit ἡρμοσμένα, necnō Heſych. exponēs προσηρμοσμένα. ſed ille habet etiā ὑγιῆ. & quidē priore loco: apud hūc autē præcedūt explicationes duæ, ἀπηρτισμένα & τέλεια. Idē paulò pòſt, ἄρτιον, ὑγιές, ὁλόκληρον. Et quod ad deriuat. illā attinet ab ἄρω, ipſe quoq; Euſt. ἀρτιεπεῖν (quo pri⁹ eſt ἀρτύειν) ab ἄρω deducit: quod ἀρτιεύειν ab ἄρτιος eſſe, ſicut & ἀρτιάζειν, nemine inficiaturū exiſtimo. Quinetiā idē p. 839, ἄρτιον & ἀεχρότα copulat, ſcribens, ἀρτύνεσθαι δὲ μάχην λέγει τὸ τοῖς στρατιώταις, ὡς ἔφη, στῆναι, καὶ οὕτως ἄρτιον καὶ ἀεχρότα γίνεσθαι τὸν στρατόν. τὸ γὰρ φεύγειν, οὐ μάχην ἀρτύει, ἀλλὰ φυγὴν ἔχει καὶ δίωξιν. Quæ quum ita ſint, ego quoque hoc etymum vocabuli ἄρτιος ab ἄρω ſiue ἀρῶ, ſequendum putaui, dum melius aliquod ſe offerret. Alioqui certè, ſi cum bona grammaticorum venia potuiſſem, primitiui locū ei (ὦ ἄρτιος inquam) dediſſem. Cæterùm

D ἈΤΑΛΟ'Σ, Tener. eo præsertim sensu quo puerilis ætas tenera appellatur. vnde apud Hes. παῖδες ἀταλὰ φρονέοντες, exponitur Puerū puerilia sapientē. Sic & Hom. Vide cōpos. Ἀταλόφρων, quod proximè sequitur. De etymo autem τοῦ ἀταλὸς lege Etym. & Eust.

C. Ἀταλόφρων, siue Ἀταλάφρων, Tener. Ad verbū, Tenera sapiens, seu cogitans, Nondū per tenerā ætatē de laboriosa re vlla cogitās: iuxta illud, Νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ. Hom. Il. ζ, v.400, Παῖδ' ἐπὶ κόλπον ἔχουσ' ἀταλάφρονα, νήπιον αὔτως. Idem Il. σ, v.567, Παρθενικαὶ δὲ καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ

E φρονέοντες. vbi Eust. ex ἀταλὰ φρονέοντες cōpos. esse dicit ἀταλάφρονα. Hes. tamē ἀταλόφρων habet. quæ scriptura analogiā aliorū huiusmodi cōp. magis retinere mihi videtur.

C. Ἀταλόψυχος, Molli animo præditus, Qui est pusilli & angusti animi. Affertur ex Epigr.

Ἀτάλλω, (vel Ἀτάλλω) Delicatè nutrio, tanquā videlicet tenellū puerū, Magna cura educo. Soph. νεανίσκων ψυχὴν ἀτάλλων. Exponitur & Adolesco, Cresco. & ita quidā interpr. apud Hesiod. in Erg. Ἀλλ' ἐκατὸν μήτηρ ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ Ἐτρέφετ' ἀτάλλων μέγα νήπιος ᾧ ἐνὶ οἴκῳ. Est etiā σκιρτᾶν

F apud Hom. Il. ν, - ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτοῦ. Vbi B. interpr. Lusitabant. Pono autē Ἀτάλλω post Ἀταλὸς (nō cōtrà) vt Ἀταταλλω post Ἀτάλαλος. Sciēdū est porro Ἀτάλλω à nōnullis ideo scribi quod producat primā. Nec verò tantùm aliā scripturā, sed & aliā etymologiā ei dederunt. quorum ego neutrū rationi consentaneū esse puto. ET Ἀτιτάλλω, idē. Od. ο, Παῖδα γὰρ ἀνδράσιν ἐνὶ μεγάροις ἀτιτάλλω. Apud eundē verò eiusdem Od. ξ, σύας σιάλους ἀτιτάλλω, nutriendo sagino. At verò apud Theocr. Ἀρσινόα πάντεσσι καλοῖς ἀτιτάλλει Ἄδωνιν exponitur δεξιοῦται. Hes. habet etiā præt. ἀτίτηλα, quod exponit ἀνέθρεψα.

G Ἀτάλματα, Pueriles lusus, Saltus pueriles. ἅλματα, παίγνια, Hes.

ἈΤΑ'Ω, ῶ, Fut. τήσω, Lædo, Noceo, Noxam seu damnum infero. Et passiuum Ἀτάομαι, ῶμαι, Lædor, Damno afficior. Sophocl. Aiace, - ἀτώμεσθα νῦν. Idem in Antigone, Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας Ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους. Vtitur & aliis aliquot locis: vtuntur verò & alii. Sed vult Eustathius ἀτάω esse posterorum Homeri, ἀτέω autem ipsius Homeri. quod annotat in hunc v. 331 Il. υ, Αἰνεία τίς σ' ὧδε θεῶν ἀτέοντα κελεύει &c. vbi exponit pass. signif. βεβλαμμένον, addens etiā

H εἰς φρόνησιν. Verùm Hesych. ἀτέοντα vult esse ἀτιμάζοντα, de hoc ipso loco fortasse intelligens.

Ἄτω, & per pleonasmum τοῦ α, Ἀάτω, idem quod ἀτάω, Lædo. Od. λ, Ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακὴ καὶ ἀθέσφατος οἶνος. Et Iliad. τ, Καὶ γὰρ δή νύ ποτε Ζῆν' ἄσατο τόνπερ ἄριστον &c. Ita enim legendum est, vt etiam vetustiss. meus codex habet. Et Odyss. λ, Εἰ μὴ ὑπερβίαιον ἔπος ἔκβαλε, καὶ μέγ' ἀάσθη. Sed receptior est lectio μέγ' ἀάσθη. Sicque Homerus alibi passim in hoc verbo α geminat. vt Odyss. κ, Ἄασάν μ' ἕταροί τε κακοί. quasi ab Ἀάτω. Et Il. θ, — τῇδ' ἄτῃ ἄασας. Itē Odyss. φ, Ἄασεν ἐν μεγάρῳ. Et in voce media, Il. ι, ἀασάμην, & ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ. In quib⁹ locis accipitur vox media pro passiua: quæ tamen & ipsa in frequenti est apud eum vsu, vt Il. τ, — ἐπεὶ τὰ δὲ πολλὸν ἀάσθη. Et Il. π, — καὶ μέγ' ἀάσθη Νήπιος. Sic etiam Hesiodus dixit in Erg. ἐν δὲ δίκῃ βλάψας, νήκεστον ἀάσθη. Legimus verò & ἀᾶται in præsenti apud eundem Homerum, Il. τ, v.91, Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη ἣ πάντας ἀᾶται. & v.129, Αὐτίς ἐλεύσεσθαι Ἄτην ἣ πάντας ἀᾶται. Vnde & Ἀάω thema videmus quosdam constituisse. Cæterùm Eustathius vult in ἀασε & ἄασαν & similibus esse α per synæresin seu crasin, pro ἄασε & ἀάσατο; atque adeo ἄτη quoque pro ἀάτη eodem modo dictum esse. Vide pag. 1173, vbi inter cætera scribit, ἀσασθαι cum vnico α in principio, esse potius κορέσασθαι. Item, ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀᾶσθαι, ἀάτη καὶ ἄτη γίγνεται. Ei tamen hac in re assentiri nequeo, α ex pleonasmo esse potius existimans. ‖ Ἀασάμην apud Apoll. Arg. 2, schol. exponit ἐλυπήθην.

C. Ἀασίφορος, ου, ὁ καὶ ἡ, quasi ἄασιν φέρων (id est ἄτην) Damnū afferens, Damnosus. Nam & sequendo Etymol. ex ἄασι factum fuit ἄτη, mutato σ in τ.

C. Ἀασίφρων, Læsus mente, Læsam mentem habens, id est Demens, φρενοβλαβής & φρεσὶν ἀασθείς, vt Homerus loquitur. Vide Hesych. Ab Eustathio autē ἀασίφρων quoque ita exponitur, sed malè (vt opinor) diuersas signific. & à diuersis etymis ortas confundente. Cæterùm hoc ἀασίφρων à verbo ipso factū dicere possumus, ea formatione qua βλαψίφρων: non autem ab ἄασι posito pro ἄτη, vt proximè præcedens ἀασίφορος.

Ἄατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Innocuus, Innoxius, & Ἀάατος, vide post Ἄτη.

¶ Ἄτη, ης, ἡ, Noxa, Dānū, Clades, Il. τ, Οὐ δυνάμην λελαθέσθ' ἄτης ᾗ πρῶτον ἀάσθην. Item Il β & ι, Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ. Quò respicientē Soph. dixisse puto ἄτῃ συγκατέζευκται κακῇ. Est enim eadem vsus metaphora. Hesiod. in Erg. Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει. ‖ Ἄτη apud Hom. dea quædam damna & infortunia hominibus immittens, cuius descriptio est Il. ι. Sed & Il. τ, — ἄτη ἣ πάντας ἀᾶται. Hanc Noctis esse filiam cecinit Hesiod. Apud Eurip. autem ἄται vocantur Erinnyes in Oreste, Ἄται γὰρ αὗται πλησίον βροτοκτόνου. HINC Ἄατος, Innocuus, Innoxi⁹, ex α priuatiuo, & ἄτη, vt sit ἄτης expers, i. noxæ, seu dāni. (licet alii ab ipso verbo ἀάω deducēdū putauerint) Vel cōtrà, Valde noxius, vt α non sit priuatiuum, sed intensiuū, sicut apud Apoll. Arg. 1, ἄατος ὕβρις pro ἡ ἄγαν βλαπτική, vt ibi scribit schol. DE Ἀάατος autem hæc sunt quæ olim scripseram. Ἀάατος, Innoxius, vel contrà, Non innocuus, Noxius. Il. ξ, Ἄγρει νῦν μοι ὄμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ. Vbi annotat Eustath. ex tribus α duo esse priuatiua. nam secundum α esse priuatiuum ἄτης, at primum tollere hanc priuationem. vnde ἀάατον appellari τὸ μὴ στεροῦν ἄτης τοὺς ἐπιόρκους. i. quod nō priuet noxa periuros, sed maxime causa sit noxæ illis. & eadem forma dici ἀάατος qua ἀάπτιρος, ἀάπυστος, ἀάγνωστος, de quibus suo loco dicemus. Addit, Quidam autem, eo quod ἀάτη appelletur βλάβη. i. noxa, ἀάατον quidē exponunt ἀτηρόν. i. noxium: ἀάατος autem, τὸ πολυβλαβές, i. valde noxiū. Item Od. φ habetur, — κατ' αὐτόθι τόξα λιπόντε, Μνηστήρεσσιν ἄεθλον ἀάατον. vbi idē schol. scribit, ἀάατος autem nunc quoque ὁ ἀτηρός, παρὰ τὴν ἄτην. id est, noxius, ab ἄτη, quod noxam significat. nam ab hac voce per priuationem ἄατος, innoxius, & per secundam priuationem ἀάατος, non innoxius, sed noxius. Potest verò & pro Multum noxius accipi, tanquam ab ἀάω, quod est nocere. Vnde ἄατος simpliciter Noxius, & per ἐπίτασιν. id est intensionem, ἀάατος, Valde noxius. Item Od. χ, v.5 legimus, Οὗτος μὲν δὴ ἄεθλος ἀάατος ἐκτετέλεσται. vbi idem scribit, ἀάατος posse hîc esse Carens noxa, vel contrà, Valde noxium, per ironiam. Hæc Eustathius. Ab Apoll. Rhodio lib.2 Argon. κράτος ἀάατος videtur appellari ὁ ἀβλαβής. q.d. robore inuiolabilis. Qua voce nō malè fortassis vtamur & in illo Hom. versu quem primum citaui, vt sit ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ, Inuiolabilis aqua stygis. vnde Virgilius dixit, — stygiámque paludem.

Dii cuius iurare timent & fallere numen.

Ἄνατος etiam apud Hesych. Innoxius, Damnosus. exponit enim ἀβλαβής. Reperio autem hanc vocem apud Soph. in Œdipo Colon. vbi κακῶν ἄνατος τῶνδε schol. exponit ἀβλαβὴς vel ἀναίτιος. HINC Ἀνατὶ aduerb. Sine damno, Impunè. (pro quo Hesychius Ἀνατὶ cum solo ι, exponens ἀνὲυ ἄτης καὶ βλάβης) apud eundem tragicum in Antigone, Εἰ ταῦτ' ἀνατὶ τῇδε κείσεται κράτη. vbi schol. χωρὶς βλάβης καὶ τιμωρίας. Plato quoque De leg. l. 9, ἀνατεὶ κτεινέτω. & lib. 11, ἀνατεὶ τυπτέτω dixit, vtrobiq; pro Impunè. Suid. quoque Ἀνατὶ habet cũ nudo ι, & exponit ἀβλαβῶς, καὶ ἀνὲυ ποινῆς ἢ τιμωρίας. Citatur aũt & ex Isæo.

C. Ἐξαίτης, Indemnis (quasi ἔξω ἄτης) Qui incolumis euasit, Qui defunctus est malo. Plato in Phæd. ἐξαίτη ἐποίησε τ' αὐτὸν ἔχοντα. Et cum genit. κακοῦ, item νόσου, necnon σώματος, apud Suid. ‖ Ἐξαίτης Hippocrati, teste Gal. est ὑγιής. ‖ Etymologico est etiã Mente motus, Furens.

Ἀτηρὸς, οὗ, ὁ, Noxius, Damnosus. Ἀτηρὸν, βλαβερόν, inquit Hesych. VNDE Ἀταρτηρὸς, pleonasmo syllabæ ταρ, pro eodem: vt apud Hesiodum ἀταρτηροῖο γυνέθλης. Homerus autem ἀταρτηρὰ ἔπη appellat contumeliosa verba seu aspera. Il. α, Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν Ἀτρείδην προσέειπε. ET Ἀτάζεται, Nocet, Fatigat, Cõtristat. Hesych.

C. ΑΤΑ΄ΣΘΑΛΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, (de cuius compos. lege Etymol. & Eust.) Damnorum magnorum autor, Perniciosus, Improbus, Scelestus. Item Vecors. Od. θ, Ξεῖν' οὐ καλὸν ἔειπες· ἀτασθάλῳ ἀνδρὶ ἔοικας. Et ἀτάσθαλος ὕβρις, Od. π. Et ἀτάσθαλον ἰδμός, Il. ν. Rursum Od. π, ἀτάσθαλα μηχανάασθε. quo loquendi genere vtitur & Hesiod. in Erg. ET Ἀτασθαλία, Improbitas damna inferens, seu damna inferre gaudens. Item Proteruia, Petulantia. Exponitur & Temeritas, item Vecordia. Sed apud Hom. hanc vocem in plur. numero passim inuenio, in singulari autem vbi legerim nõ satis memini. Od. φ, - ἀτασθαλίαι δέ οἱ οἴω Ἔχθραι ἔσαν. Od. μ, — μή που τίς ἀτασθαλίησι κακῇσι Ἢ βοῦν ἠὲ τι μῆλον ἀποκτάνῃ. Il. δ, Κεῖνοι δὲ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο. Sic Od. κ, Τούτου γὰρ καὶ κεῖνοι ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο. Et Od. α, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι. Et eodẽ sensu Od. ψ, Τὰς δι' ἀτασθαλίας ἔπαθον κακόν. Hesiodus quoque dixit in Erg. — ὄφρ' ἀποτίσῃ Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων. ET Ἀτασθάλλω, atque Ἀτασθαλέω. Priore vtitur Homerus pro Improbè ago, Proteruè me gero. Od. σ, Μή τις ἔπ' Ἴρῳ ἦρα φέρων, ἐμὲ χειρὶ παχείῃ Πλήξῃ ἀτασθάλλων. Posteriore vsus est Greg. in Carm. Καί γάρ με πληγῇσιν ἀτασθαλέοντα ἐμάζων, Ἕλκει πρὸς ζωήν.

ΑΤ[illegible], Contristo, Tristitia afficio. (quod qui facit, damnum infert) Od. β, Ἐξ οὗ ἀτέμβει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν. Itẽ sæpe pro Priuo. Atque adeo in illo etiam loco Eustath. exponit στερίσκει. quam expos. sequendo, significabit (vt opinor) Priuat animum illorum sua spe, id est Frustratur. Sic & Ἀτέμβομαι pro ὀδύρομαι & προστέρομαι, Hesych. Cuius posterioris signif. exempla sunt apud Homerum frequentia. Vult autem Eust. ἀτέμβειν esse dictum quasi εἰς ἄτην ἐμβιβάζειν, sicut ἀτέμβεσθαι quasi εἰς ἄτην ἐμβαίνειν.

ΑΥ̓, Rursum. Item Retro, seu Retrorsum, apud poetas. vnde αὖ ἐρύειν apud Hom. quod & coniunctim αὐερύειν scribitur. At pro Rursus in prosa etiam legitur. Interdũ verò αὖθις αὖ ponuntur ἐκ παραλλήλου. Dem. 145, καὶ τούτων ἕτερ' αὖθις αὖ πεπραγότων. Idem, καὶ ἀπεστείλατ' αὖθις αὖ τοὺς πρέσβεις. Ponitur etiam pro Viceuersa: & pro Contra. vt Dem. ἔστι δ' ἐστὶν οὐδενὶ τῶν ἡμετέρων ἐχθρῶν ἐπιπαρὸν οὐδὲν ἀφ' ἡμῶν τε κἀκείνοις, ἡμῖν δ' αὖ ἀπὸ πολλῶν πολλά. Item pro Vicissim. Aristid. 113, ἀνθ' ὧν αὖ καὶ προσῆκε πόλεων ἢ δὲ ἐπήνεσεν ἐκεῖνον ταῖς ἐπ' ἴσων τιμαῖς. At αὖ præcedente καὶ in hoc Plat. loco videtur sumi pro Tum verò: ἔφη γὰρ δοκεῖν οἱ τότε δὴ καὶ σοφώτατον γεγονέναι Σόλωνα καὶ κατὰ ποίησιν αὖ πάντων ποιητῶν ἐλευθεριώτατον. Item δ' αὖ respondens particulæ μὲν, apud Aristidem, τοιοῦτοι μὲν πρὸς τοὺς δόντας θεοὺς γινόμενοι, οὕτω δ' αὖ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιλήσαντες ἀνθρώποις. Et δὲ pro δὴ sæpe (quod & Hesych. annotat) item παραπληρωματικὸν non rarò. ¶ Αὖ αὖ fictitiæ voculæ ad imitationem latratus canum, ex Aristoph. Vespis.

¶ Αὖτε pro αὖ, Rursus. Apoll. Argon. 2, — πῶς αὖτε τόσην ἁλὸς εἶμι κέλευθον; Exponitur autem πάλιν id est Rursus, in his etiam locis Homeri Iliad. β, Αὐτὰρ ὁ αὖτε Πέλοψ δῶκ' Ἀτρέϊ ποιμένι λαῶν, &, Αὐταρ ὁ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι. sed malim interpretari Vicissim, aut ei[9] interpretationem omittere. At Iliad. γ, Δαὶρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, εἴποτ' ἔην γε, accipitur pro δέ. quod etiam confirmat interlinearis expositio mei vet. exemplaris, quæ est huiusmodi, αἱ ἀδελφὸς δὲ ἐμοῦ τῆς ἀναιδεστάτης ὑπῆρχεν. Sic & Il. α puto accipi, — νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν Ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι. Sic autẽ & Il. χ duobus in locis vicinis positum, in posteriore pro Autem ponitur, in priore autem superuacaneũ esse videtur. Ita enim ibi legitur, Ἕκτορος ὅς μοι πολλὰ βοῶν ἐπὶ μηρί' ἔκηεν Ἴδης ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου, ἄλλοτε δ' αὖτε Ἐν πόλει ἀκροτάτῃ· νῦν αὖτέ ἑ δῖος Ἀχιλλεὺς Ἄστυ περὶ Πριάμοιο ποσὶν ταχέεσσι διώκει. ‖ Αὖτε ab Hom. pro Posthac in hoc loco poni censeo, qui est Iliad. ι, Ταῦτα μὲν αὐτίκα πάντα παρέσσεται· εἰ δέ κεν αὖτε Ἄστυ μέγα Πριάμοιο θεοὶ δώωσ' ἀλαπάξαι, Νῆα ἅλις, &c.

ΑΥ̓ΘΙΣ, Rursus, Iterum, αὖ. Item Αὖθι, necnon Αὖθιν (vt πέρυσι & πέρυσιν) si Eustathio credimus. Sed & Αὖτις pro αὖθις apud Homerum frequentissimum est. quod tamen αὖτις Ionicæ linguæ adscribitur. Interdum cum πάλιν ponitur αὖθις, & ἐκ παραλλήλου dicitur αὖθις, vt Il. β, Οὐ θὴν μιν πάλιν αὖτις (vel αὖθις) ἀνήσει θυμὸς ἀγήνωρ. Ita & apud Aristoph. Sic etiã Dem. αὖθις αὖ, pag. 145. Rursum autem Hom. dixit Iliad. α, ἠ' ὕστερον αὖτις ἰόντα. Idem sæpe cum verbo simplici ponit, loco præpositionis ἀνὰ cum illo iunctæ: vt αὖτις ἵκωμαι, Odyss. ξ, pro ἐπανέλθω. Et αὖτις ἰέναι apud eundem exponitur ἀναχωρεῖν. Et αὖθις καὶ αὖθις, pro Identidem in vulg. lex. Αὖθις in posterum, Posthac, Postea. Odyss. ξ, Αὖθις δὲ κτησαίμην. Plato in Apol. ἐάν τε νῦν, ἐάν τε αὖθις ζητήσητε ταῦτα, οὕτως εὑρήσετε. Sic εἰς τὸν αὖθις χρόνον, pro In posterum. Et ὁ αὖθις χρόνος, Posterũ tẽpus, Sequens tẽpus, apud Philonẽ. Itẽ οἱ αὖθις, Posteri, in vulg. lex. ex Isocrate. ‖ Αὖθις pro Retro etiam, vt tradit Eustath. In hoc autem loco Il. γ, vel Retro vel Rursus interpretari possumus, v. 36, Ὣς αὖθις (vel αὖτι) καθ' ὅμιλον ἔδυ Τρώων ἀγερώχων.

C. ΕΙ᾿ΣΑΥ̓ΘΙΣ (vt αὖθις) In posterum, In futurum, Posthac. Plat. De rep. lib. 1, τοῦτο εἰσαῦθις σκεψόμεθα. Plut. in Romu[illegible] τῆς εἰσαῦθις εὐνοίας πηγή. Plut. ὁ πλείω μὲν αὐτοῦ χάριν ἐν τῷ παρόντι καὶ εἰσαῦθις λύεται. Sicut dicitur etiam εἰσέπειτα. At Xenoph. in Symposio dixit, τοῦτο μὲν, ἐπειδὴ ἀμφίλογόν ἐστιν, εἰσαῦθις ἀποθώμεθα, pro εἰς τὸν αὖθις χρόνον. Vbi malim εἰς αὖθις disiunctè scribere, vt in planè simili Thucyd. loco, lib. 4, pag. 142, τὰς ἰδίας διαφορὰς ἐς αὖθις ἀναβαλώμεθα.

C. Ἐξαῦτις, pro αὖτις siue αὖθις, Rursus, Denuo. Il. γ, ἐξαῦτις μαχέσασθαι. Hesiod. ἐξαῦθις ἀμείβετο. Et Apoll. 2, ἐξαῦθις ἀμείψατο. Vacat autem ἐξαῦθις cum ἀμείβεσθαι. quidam interpretantur Vicissim respondere.

ΑΥ̓ΤΑ΄Ρ, siue Ἀτὰρ, Autem, Sed, Verùm, Item, Cæterùm. Odyss. Οἱ δ' ἐς Σιδονίην εὖ ναιομένην ἀναβάντες Ὤιχοντ'· αὐτὰρ ἐγὼ λιπόμην ἀκαχήμενος ἦτορ. Vbi pro Autẽ accipitur, sicut & alibi sæpe. Non rarò etiã eas quæ modò positæ fuerunt signif. habet, necnon & alias, in locis qui passim apud hunc poetam occurrunt, & qui alioqui citare volenti altius repetẽdi essent, vt structura orationis perspici & inde hui[9] particulæ vis cognosci posset: ideóque ad eos lectorẽ remittẽdum censui. SED ET Ἀτὰρ pro eodem dicitur. Quam particulã Eustath. vult sumi pro coniunctione δὲ (& quidẽ δὲ locum obtinẽte coniunctionis δὴ) in hoc loco Il. χ, Ἕκτορ, ἀτὰρ που ἔφης, Πατρόκλῆ' ἐξεναρίζων, Σῶς ἔσσεσθ', vt sit pro Ἕκτορ, ἔφης δή. Sed ἀτὰρ nõ in carmine duntaxat, verùm & in prosa vsurpatur: vt videbis apud Bud. pag. 916. Cæterùm quũ Eustathius αὐτὰρ ex ἀτὰρ factum putet interiecto υ, ego contrà αὐτὰρ præcedere puto, atque adeo esse αὐτὰρ quasi αὖτε ἄρ. quod quidem si verũ nõ est, at multo verisimilius esse contendo quàm infinita quæ passim apud grammaticos leguntur.

ΑΥ̓ΓΗ', ῆς, ἡ, Splendor, Lux. Il. χ, Ἀμφὶ δὲ χαλκὸς ἐλάμπετο εἴκελος αὐγῇ Ἢ πυρὸς αἰθομένοιο, ἢ ἠελίου ἀνιόντος. At αὐγὴν πυρὸς Eustath. alibi exponit locum qui ab igni ardente illustratur: vt Od. ζ, — ἡ δ' ἧσαι ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν πυρὸς αὐγῇ, id est τόπῳ φωτιζομένῳ ὑπὸ τοῦ πυρός. Et Odyss. ψ, Ἕζετ' ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐναντίον ἐν πυρὸς αὐγῇ, i. ἔνθα σέλας ἀφίει τὸ πῦρ. ‖ Αὐγὴ ἡλίου (vt apud Lat. Lux) accipitur etiam pro die. vt apud Nicãdr. Ther. — ἠνίκα

δ' αὐγὰς Ἠελίῳ μεγέων ἐπιόσσεται οἷσι κεράστης Οὐλόμενον καπνοερὸν ἐνιχλαύσῃ κινώδοντα. ‖ Αὐγαὶ plur.numero(vt apud Lat.Lumina)oculos quoque significat.Nic.Alex. Ἢ ὅθ' ὑπὸ ζοφερῆς νυκτὸς κεκαλυμμένος αὐγὰς, id est ὀφθαλμοὺς,vt schol.explicat. ‖Αὔγη verò cum accentu in penult.nomen propriũm Haleæ filiæ apud schol.Soph.

C. Αὐγοειδὴς,έος,ὁ καὶ ἡ(q.d.Splendoris formã habẽs)Splendidus.vt apud Suid.ὡς ἔχει ἡ ψυχὴ αὐγοειδὲς ὄχημα λεγόμενον,ἀστροειδές τι καὶ ἀΐδιον.PhiloDe mundo,φῶς αὐγοειδέστερον τοῦ πυρός.

C. Ἀνταυγὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,Lucis seu splendoris reflexionẽ habens. VNDE verbũ Ἀνταυγέω,ῶ,Lucẽ reflecto,vel splẽdorẽ.à quo nomen Ἀνταύγεια,apud Plut. Lucis seu splẽdoris reflexio, Lux reflexa.q.d.Oblucentia ; vel Offulgentia. Bud.

C. Ἀπαυγὴ,ῆς,ἡ,Splendor lucis.Effulgentia,Fulgetra,inquit Bud. HINC Ἀπαυγάζω,Splendorem relido,vt corpus splendidum,vel Lucem edo:Et pass.Ἀπαυγάζομαι. vnde Συναπαυγάζομαι.Basil.ἀλλ' ὁμοῦ τε φλὸξ ἀνέλαμψε,καὶ συναπηυγάσθη τὸ φῶς.Ab hoc verbo fit verbale Ἀπαύγασμα,ατος,τὸ,Effulgentia,Relucentia. Gregorius,μεγάλου φωτὸς μικρὸν ἀπαύγασμα.vbi quidam exponunt,Ingentis luminis exiguus radius. Videtur autem Gregorius ex cap.1 Epist.ad Hebræos hoc verbum sumpsisse , vbi legitur de Christo,ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης,καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα &c.

Ἀπαύγιος,ου,ὁ καὶ ἡ,Fulgidus,Lucidus,apud Hesych. Est autẽ ex ἀπαυγὴ factum.

C. Διαυγὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,Pellucidus,Trãslucidus,Quintil.Limpidus,λαμπρὸς,φωτεινὸς,Hes.διαφανής. vt διαυγὲς ὕδωρ,in Epigr.Philo De mundo,μικρὰ ὁμοιώματα ἐνόπτρων διαυγῆ λιθάδια.Et διαυγὲς νᾶμα,διαυγὴς πηγή. Itẽ ὄμματα διαυγέστερα τῶν ἐκπωμάτων,ὡς δύνασθαι δι' αὐτῶν καὶ τῆς ψυχῆς ἰδεῖν. HINC Διαύγεια,ας,ἡ,Perlucens splẽdor. ET Διαυγία pro eodẽ vt Διαυγίαις λίθων, quod Suidas ex Naz.citat,exponens ἐκλάμψεις.

C. Κυαναυγὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,Cæruleum splendens. κυαναυγέσιν ὀφρύσι,Eurip.Nigris superciliis,vt quidam exponunt.

C. Λιπαυγὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,Splẽdore seu lumine defectus, Obscurus. Orph.hymno in Plutonem,Ταρτάρεον λειμῶνα βαθύσκιον ἠδὲ λιπαυγῆ.

C. Μελαναυγὴς,έος,ὁ καὶ ἡ, Atrũ splẽdẽns, Ater.Eurip.Hec.φοινισσομένας Αἵματι παρθένου ἐκ χρυσοφόρου Δειρῆς νασμῷ μελαναυγεῖ.id est μέλαιναν ὄψιν ἔχοντι.schol.

C. Παναυγὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,Omni ex parte splendidus.

C. Περιαυγὴς,έος,ὁ καὶ ἡ, Circũquaq; splendens, Perlucidus. Plut.ἐν κατόπτροις ἐπιπέδοις τε καὶ κοίλοις καὶ περιαυγέσι φασμάτων καὶ εἰδώλων ἀφ' ἑνὸς εἴδους μυρίας ἀποτυπώσεις. AT Περίαυγος,ου,ὁ καὶ ἡ,Vndiquaq; splendidus.Arist.De mũdo,ὅλως δέ ἐστιν ἔμφασις λαμπρότητος ἄστρου περιαυγὴς.i.(Bud. interpr.) Area est edita imago syderεæ claritatis vndique illustrata.

C. Συναύγεια,ας,ἡ, Corradiãtia, Bud.interpr.apud Plut.De plac.phil.Πλάτων κατὰ συναύγειαν[τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν οἴεται.]

C. Τηλαυγὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,Lõgè splendorẽ suũ spargẽs, aut Eminus splẽdẽs.τηλεφανής. ‖Est & nomẽ propriũ apud Suid.

Τηλαυγὼς,Splendorẽ suum lõgè spargendo: λαμπρῶς:Hes.

Τηλαυγέω,ῶ,F.ήσω.Longè splendorẽ spargo,Eminus splendeo. VNDE Τηλαύγημα,ατος,τὸ,& Τηλαύγησις,εως,ἡ, Splendor longè dispersus aut eminus apparens.Τηλαύγημα verò Suidæ est etiã ἀρχὴ λέπρας ἐν τῷ τοῦ σώματος ἐπιφανείᾳ:pro quo Hesych.habet ἀρχὴ λαμπρά.

C. Χρυσαυγὴς,έος,ὁ καὶ ἡ, Auri in modũ splendens.Citatur ex Naz. & Dion. De s.orbis.χρυσαυγεῖ νηῷ,in Epigr. VNDE Χρυσαυγέω,ῶ,F.ήσω, Auri in modũ splendeo.Χρυσαυγοῦντα verò Hes.præter στίλβοντα exponit etiam ἀστράπτοντα.

C. Ὕπαυγος,ου,ὁ καὶ ἡ,Qui est sub luce.Compositum ex Homerico ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο,Od.β,quod(vtEust.docet)idem est ac ὑφ' ἡλίῳ,aut ὑφ' ἥλιον.

C. Σκιαυγέω,ῶ,F. ήσω,Cæcutio more eorũ qui ex vmbra aut tenebris prodeuntes,ad lucis aspectũ caligant.ἀμβλυώττω.Gal.ἐν Γλωσσῶν Ἱππ. ἐξηγήσει.

Αὐγήεις,εντος,ὁ,Splẽdidus. Accipitur etiã pro eo qui oculorum acie valet: vt apud Nicãd. Ther.de serpente qui verno tẽpore è latibulis prodiens cæcutit, μαράθου δὲ ἑ νήχυτος ὅρπηξ Βοσκηθεὶς ὠκύν τε καὶ αὐγήεντα τίθησι.id est ὀξυδερκίαν παρέχει.schol.

Αὐγὴς,Dilucidus,Perspicuus.vulg.lex.

Αὐγάζω,F.άσω,Illustro. Naz.in or.De pascha, οὐρανὸς κόσμον ὅλον αὐγάζων.Et in pass.Illustror,apud eundẽ in Or.αὐγασθέντες ὑπὸ λίθον σάπφειρον. ‖ Αὐγάζω voce tã act.quã pass. significat etiam Video , Aspicio,Intueor . Actiua,vt apud Soph.Phil. ναὸς ἄξενον αὐγάζων ὅρμον.i.δύσορμον τῆς λιμένα ὁρῶν.schol.Philo De vita M.3,ἵνα καὶ αὐτὸς ὅλῃ πρὸς καὶ τὸ πρότερον αὐγάζῃ τὸ ἴδιον νῦν,Inspiciat,Contẽpletur. Pass. Il. ψ,v.458,Οἷος ἐγὼν ἵππους αὐγάζομαι.i.θεωρῶ,schol.Epigr.l. 2,Τρητὸν γὰρ θ' ὥσπερ κοσκίνου,διὰ πυκνῶν Σχοίνων ἠελίους πλείονας ηὐγάσατο,Plures soles vidit.Hesiod.Erg.ὃς πρὸς ἀγὰς Αὐγάσσεται. Apoll.Arg.2,οὐδέ τις ἔτλη Ἀντίον αὐγάσσασθαι ἐς ὄμματα καλὰ θεοῖο. ‖ Αὐγάζω,Neutraliter etiã reperitur pro Splendeo, Illucesco, vt apud Paul.2 Cor.4,εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. ET Αὐγῶ,αὐγάζομαι, Hesych.

Αὔγασμα,ατος,τὸ,ET Αὐγασμὸς,οῦ,ὁ,Splendor.

ΔΙαυγάζω,F.άσω,actiuè,Illustro,Illumino. φωτίζω exponit Hes. ‖Est etiã Diffulgeo,Transpareo. Plut.de fulg.τὸ δὲ πλεῖον καὶ τοῦ χρώματος διαυγάζει, Diffulget.Bud.Alex.Aphr. πλέον διαυγάζεται, Magis resplendet.sic etiã διαυγάζεσθαι pro Splẽdere Bud.ex Theodoro profert. ‖Διαυγάζω neutraliter quoque est Diluceo,Dilucesco:B. Polyb.3,ἅμα τῷ διαυγάζειν,Quũ diluculasset,Bud.Sic 2 Petri 1, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ. AT Διαυγεῖσθαι,διορᾶσθαι,Hesych.

Διαυγασμὸς,οῦ,ὁ, Transllucens splendor. Plut.De plac.phil. de fulgure,ἡ δὲ διαστολὴ περὶ τὴν μελανίαν τοῦ νέφους τὸν διαυγασμὸν ἀποτελεῖ,Effulgentiam efficit,Bud.

ΑΥΤΟΣ,αὐτὴ,αὐτὸ(pronomen)Ipse,Ipsa,Ipsum.Refert interdum personam , interdum rem. Il.θ, Ἔνθ' ἵππους ἔστησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, Λύσας ἐξ ὀχέων, κατὰ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευεν. Αὐτὸς δ' ἐν κορυφῇσι καθέζετο κύδεϊ γαίων, Εἰσορόων Τρώων τε πόλιν καὶ νῆας Ἀχαιῶν. Hic refert personam. est enim αὐτὸς δὲ videlicet ὁ πατήρ. At in iis quæ proximè sequuntur est αὐτοῦ referens rem. Subiungit enim,Οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Ῥίμφα κατὰ κλισίας· ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο , videlicet τοῦ δείπνου. Seu hic magis necessarius fuit relatiui vsus quàm in illo priore loco. poterat enim copulatiua particula verbo καθέζετο iuncta idẽ efficere. Sed obseruaui,vt alicubi relatiuum duntaxat esse, ita etiam alicubi cum relatione emphasin quoque aliquam inclusam habere. Sic eodem libro,& quidem paulo pòst,v.69,Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα. at versu 75,Αὐτὸς δ' ἐξ Ἴδης μεγάλ' ἔκτυπε. Sic Iliad.1, circa principiũ,αὐτὸς δὲ μὴ πρόπαντα ποιεῖτο.Fortasse autem de hoc etiam loco(plurimi autem alii quærentibus occurrent) dici idem possit, vbi fœmininum habetur αὐτή: Iliad.ζ,Ὣς ἔφαθ'. ἡ δὲ μολοῦσα ποτὶ μέγαρ' ἀμφιπόλοισι Κέκλετο· ταὶ δ' ἄρ' ἀόλλισσαν κατὰ ἄστυ γεραιάς. Αὐτὴ δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα. At simplicẽ relationem rei indicat in illo loco quẽm modò protuli,— ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο. Itidẽm verò in isto, Iliad.κ, μὴ δὲ ἐμμιοίατο θυμῷ Νεκροῖς ἀμβαίνοντες· ἀήθεσον γὰρ ἔτ' αὐτῶν. De αὐτὸς autem quod in principio Il.habetur lege Eust. Cæterùm in prosa multo frequentior est huius pronominis vsus quàm in carmine. poetæ enim aliis particulis sæpe loco eius vtuntur.Xen.Pæd.1,pag.11,σημαίνοντων δὲ τοῦ Ἀσυάγου ὅτι πολέμιοι εἰσὶν ἐν τῇ χώρᾳ,ἐκβοηθεῖ καὶ αὐτὸς πρὸς τὰ ὅρια σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὡσαύτως. Thuc. lib.4,καὶ ἀπ' αὐτοῦ δύνασθαι,pro Ex ea re, vel Ex illa re. Alia exempla passim occurrent. In vulg.lex.annot.hoc pronomen αὐτὸς in sacris libris nonnunquam abundare,figura Hebraica,vt quum dicitur ἣν ἔχει σὺν αὐτήν.quod quidem hîc ἀπροσδιόνυσον est:quum in huiusmodi opere in quo de lingua Græca agitur, Hebraismi tractandi non sint.At ego exemplum αὐτοῦ abundantis (nisi ego valde fallor) ex ipso Thucydide proferam. Is libro 4,p. 151 ita scribit,τῷ δὲ Ἱπποκράτει ὄντι περὶ τὸ Δήλιον,ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη ὅτι Βοιωτοὶ ἐπέρχονται,πέμπει τὸ στράτευμα,&c.

Αὐτὸς non semper relatiuum est,sed & quandam demõstrationis significationem habet. Luc.in Hermot. αὐτὸ ἔφησθα ὦ Λυκῖνε τὸ γιγνόμενον. Tale ferè est,ἐν αὐτοῖς ἤδη τοῖς πλησίον γιγνόμενοι. Interdum verò pronomini demon-

stratiuo additur. vt Ἀθηναῖοι αὐτοί εἰσι, Thuc. lib. 6. Idem libro 1, καὶ λεγόντων δύο μὲν οὐδὲν ὧν πρότερον εἰώθεσαν, αὐτὰ δὲ τάδε, ὅτι &c. Sed & αὐτὸ τοῦτο peculiari quodam loquendi genere dicitur. Luc. De salt. οἱ μὲν συρφετώδεις, καὶ αὐτὸ τοῦτο, ἰδιῶται. Syn. epist. 4, ἐγγὺς μὲν ἦλθεν ἀπολέσαι πάντας ἡμᾶς· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀπολώλεκεν, αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ προλέσωσεν. Alio autem modo dicitur αὐτὸ τοῦτο εὐφραίνομαι, sub. præpos. pro Hoc ipso nomine lætor. ‖ Iungitur αὐτὸς & cum ἐκεῖνος, & dicitur αὐτὸς ἐκεῖνος, vel ἐκεῖνος αὐτός. vt apud Plut. De Socr. dæm. ἐκεῖνον μὲν οὖν αὐτὸν ἔφησε. Sed & cum ἐγὼ iungitur ab Homero, & cum σύ. (nam αὐτὸς per se etiam verbis primæ quoq; & secūdæ personæ iungitur) vt Odyss. ζ, — ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς Ἅλμην ὤμοιϊν ἀπολούσομαι. Idem Odyss. φ, Ἔνδον μὲν δὴ ὅδ' αὐτὸς ἐγὼ κακὰ πολλὰ μογήσας Ἤλυθον εἰκοστῷ ἔτεϊ ἐς πατρίδα γαῖαν. Vbi tamen maiorem quandā emphasin habere videtur quàm in præcedente loco, præsertim quum addatur ὅδε. Et cum pronomine secundæ personæ σύ (id est Tu) vt Od. ρ, Αὐτόν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπευρέμεν, ἤ τινα τῶνδε. Interdum verò σε, sicut & με, longiore interuallo ab αὐτὸν separat. Xen. verò Pæd. 3, αὐτοὺς ἡμᾶς dixisse videtur pro Nosmetipsos. Cæterùm vt iungitur αὐτὸς cum ἐγὼ, sic & ἐμὸν αὐτοῦ πρᾶγμα apud Eurip. Quod Latini imitantur, quum dicunt, Meum ipsius negotium.
B

C

Αὐτότατος Aristoph. vt apud Plautum Ipsissimus.

Αὐτοῦ pro ἐμαυτοῦ, vel σεαυτοῦ, vel ἑαυτοῦ: itidémque in cæter. casibus: & αὐτῶν pro ἑαυτῶν &c. Vide in Ἐμαυτοῦ, in Σεαυτοῦ, in Ἑαυτοῦ, post Ἐγώ, post Σύ, post Ἕ. Sed sciendū est αὑτοῦ potius scribi quum pro ἑαυτοῦ vel σαυτοῦ ponitur. Sic & apud Soph. Aiace, τοὺς γ' αὐτὸς αὑτοῦ πολεμίους οὐκ εἶα θάπτειν. (vbi ponitur pro τοὺς ἐμαυτοῦ πολεμίους) sunt qui αὐτοῦ scribere malint cum spiritu aspero.
D

Αὐτὸς cū numeralibus nominibus, eo sensu quo Gallicè dicitur *Luy troisieme, Luy quatrieme.* Thucyd. lib. 8, ὧν ἦρχε Δωριεὺς ὁ Διαγόρου, τρίτος αὐτός. Sic lib. 1, πέμπτος αὐτός, & alibi sæpe. Sic autem & Homerus vsus est, si bene memini.

Αὐτὸς ἕκαστος, vide in Ἕκαστος. Αὐτός τις, vide in Τίς.

Αὐτός, Ipsemet. Il. γ, Ἄρξετε δὲ Γελάμοιο βίην, ὄφρ' ὅρκια τάμνῃ Αὐτός. Ita enim puto hîc accipi αὐτός, quum sequatur, ἐπεί οἱ παῖδες ὑπερφίαλοι καὶ ἄπιστοι. Sic autē exponēdum puto & Euang. Iohānis cap. 4, in principio, καίτοι γε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, non baptizabat ipsemet. Sic autem positum in aliis etiam noui Testamenti locis obseruasse mihi videor.
E

Αὐτὸς de aliquo κατ' ἐξοχήν, vt quum de Pythagora dicebatur αὐτὸς ἔφα. Sic & apud Homerum. Vide Eust.

Αὐτὸς ποιῶ τοῦτο, pro Sponte mea hoc facio, Vltrò, vt Hom. τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν Ὀτρύνεις.

Αὐτὸς pro μόνος, Solus, Aliorum ope non adiutus. vt apud Hom. — αὐτοί· περ ἐὼν πολεμάχοισιν ἐμίχθη.
F

Αὐτοῖς pro σὺν αὐτοῖς, vt αὐτοῖς ὅπλοις, & αὐτοῖς ἀνδράσι. vide Bud. p. 989. ‖ At quum dicitur αὐτοῖς ῥήμασι, vel αὐταῖς λέξεσι, (quod & per aduerb. αὐτολεξεὶ) significat His ipsis verbis, vel Illis ipsis verbis, Ad verbum. Liban. in vita Dem. ἐρωτᾷ γοῦν οὕτως αὐτοῖς ῥήμασι. Plut. ad Col. τοῦτο ὁ Κολώτης αὐταῖς λέξεσιν ἐκπεφώνηκεν.

¶ Ὁ αὐτός, Idē. qua in signif. (& αὐτὸς sine ὁ apud Eurip. & Soph.) Athen. lib. 12, τὴν αὐτὴν ἰδεῖν ὄψιν ἐν τῇ αὐτῇ νυκτί. Cum dat. vt ποιῶ ταὐτά σοι, Eadem tecum facio, Eadem quæ & tu facio. vt & Horatius datiuo iunxit Idem in hoc versu, Inuitum qui seruat, idem facit occidenti. Sed & Lucretius ante illum ita loquutus fuerat, scribēs, — eadem aliis sopitus quiete est. Thuc. τοὺς αὐτοὺς Ἀθηναίοις φίλους καὶ ἐχθροὺς νομίζειν, pro Eosdem quos & Athenienses. Sic Xenoph. Hell. 5, τὸν αὐτὸν μὲν ἐχθρὸν καὶ φίλον Λακεδαιμονίοις νομίζειν. Sic & alibi passim apud hosce historicos in describenda fœderum formula. vt Gall. dicitur *Ami des amis, ennemi des ennemis.* Isocr. Ad Philipp. cum & iunxit, hoc modo, οὐ τὴν αὐτὴν ἔχων διάνοιαν νῦν καὶ κατ' ἐκείνην τὴν ἡλικίαν. Idem verò cum τὴν αὐτὴν addidit & ταύτην ibidem, ὅτε ἔγραφον τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ταύτην. Thucyd. ὁ αὐτός εἰμι τῇ γνώμῃ dixit, Idem sum sententia, pro Eiusdem sum sententiæ cuius & antea fui. Vel, In eadē permaneo sententia. Et εἰς τὸ αὐτό, vel ἐπὶ τὸ αὐτό,
G

H

A

pro in vnum & eundem locum. Et apud Thucyd. ἐπὶ τὸ αὐτὸ αἱ γνῶμαι ἔφερον, exponitur, Sententiæ in idem conuenire. Scribitur autem & ἐπιταυτό, vna voce. At κατὰ τὸ αὐτό, Vno & eodem tempore. Interdum tamen κατὰ τὸ αὐτὸ de loco etiam dicitur: vt κατὰ τὸ αὐτὸ ἐγένοντο.

ITEM Ταυτὸ vel Ταυτόν (sicut & τοσοῦτον neutro genere) pro τὸ αὐτό, Idem. Aristoph. κατὰ ταυτό. Plato epist. 7, ταυτὸν δὴ καὶ Δίωνα ἔφησε. Idem De leg. ταυτὸν δικαστήριον. Ibidem εἰς ταυτὸν συνελθεῖν. Et Isocr. in Helene, εἰς ταυτὸν συνήγαγε. Philo De mūdo ἓν καὶ ταυτὸν ὑποκείμενον. Chrysost. ταυτὸ cum aduerb. ὥσπερ iunxit, sequente εἰ, scribens ταυτὸν ποιήσεις, ὥσπερ ἂν εἰ τὸν ἰχθὺν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐξήγαγες. Cum datiuo (de qua constructione modò dictum fuit) vt οὐ κατὰ ταυτὰ τοῖς πολλοῖς, Non eodem modo quo vulgus. Dicitur autem & ταυτὰ pro ταῦτα. Demosth. ταυτὰ δὲ ταῦτα Ἀργεῖοι ἐψηφισμένοι εἰσί. Plato ταυτὰ οὖν ταῦτα, Eadem hæc. Sciēdum est autem ταυτὰ etiam scriptum inueniri (sed rarius) sicut & ταυτὸ seu ταυτόν.

HINC Ταυτότης, q. d. Idetitas. Aristot. Ethic. 8. Et pro ταυτολογία, vt in vulg. lex. annot. ET Ταυτίζω pro εἰς ἓν τίθημι, apud Philoponū. id est, Tanquam vnum & idem cēseo & pono. Ita Bud. qui & Ταυτίζεσθαι ex eodem affert, μετήλλαξε δὲ τοὺς ὅρους, διὰ τὸ ταυτίζεσθαι. ταυτὸν γὰρ ἐστι τὸ ἀπὸ δείπνου περιπατεῖν τῷ ὑγιαίνειν. Eustath. pag. 1512, ὅτι δέ ποτε καὶ ταυτίζοντα τὸ φέρειν καὶ τὸ ἄγειν, pro Ponuntur in eadē significatione. Suidas autem ταυτίζομαι exponit ἰδιοποιοῦμαι. AT compos. à ταυτὸ, vt Ταυτοδυναμεῖν, Ταυτοεπεῖν, Ταυτολογεῖν, vide in iis vocabulis cum quibus ταυτὸ compositum est.

C. Ἐξαυτῆς, vel Disiunctim Ἐξ αὐτῆς, Continuò, Statim, q. d. Ex hac ipsa hora (vt Gall. *sur l'heure*) Omnino enim puto subaudiri ὥρας. atque adeo huius vocis significatione illis etiam aduerbiis includi, Αὐτίκα, Παραυτίκα & Αὐτόθεν, Παραυτόθεν. Rarus tamen est huius aduerbii ἐξαυτῆς vsus, cuius exēpla duo affert Suid. Habetur etiā Marci cap. 6, & apud Paulū in epist. ad Philem. cap. 2.

C. Αὐτάγαθος, Αὐταλήθεια, Αὐτάνθρωπος, &c. item Αὐτογνώμων, Αὐτοδίδακτος, &c. (αὐτὸς in his aliud significante quàm in illis) vide in vocabulis ipsi pronomini adiunctis. Quod & de altero cōpositorum genere dictum puta, vt Φίλαυτος, Περιαυτολογία, &c.

C. Παραυτίκα (quod & παρ' αὐτὰ) vide in Αὐτίκα, & Παραυτόθεν post Αὐτόθεν.

Αὐτοῦ (aduerb. in loco) Ibi, Illic. Interdum etiam pro Hic. Odyss. ο, Μή με πάρεξ ἄγε νῆα Διοτρεφές, ἀλλὰ λίπ' αὐτοῦ. Apud Thucyd. & Xenoph. αὐτοῦ pro Illic, & pro Ibidem, teste Budæo. Ex Plat. affertur τῇδε αὐτοῦ positum ἐκ τοῦ παρ' ἀλλήλου, sicut ex Aristoph. ἐνθάδ' αὐτοῦ, in Pluto, κἀντός μοι δοκῶ ἐνθάδ' αὐτοῦ καταμένειν.

Αὐτόσε, (aduerb. ad locum) Illuc, Huc. Item Eodem, vt exponitur in hoc Plat. loco, De rep. lib. 2, σκεπτέον μὲν αὐτόσε προσηπόμενον.

Αὐτόθι (itidem aduerb. in loco) Ibi, Illic, Vel Istic. Odyss. ξ, Τῷ κέ με πολλ' ὤνησεν ἄναξ εἰ αὐτόθ' ἐγήρα. Et ο, — λιλαίεαι αὐτόθ' ὀλέσθαι. Synes. epist. 20, τὸ δὲ μὴ βαρεῖαν αὐτοῦ τὴν αὐτόθι γενέσθαι διατριβήν, ὑμέτερον ἔργον, pro Istic, Apud vos. ET Αὐτόθεν (aduerb. è loco) Illinc, Inde, Vel Istinc. Thuc. lib. 2, αὐτόθεν ὁρμώμενον. Idem in 7, ὑπὸ τῶν αὐτόθεν ξυμβοηθησάντων. Apud Basil. pro Istinc, in epist. ad Leontium, χρόνια μέν σοι τὰ παρ' ἡμῶν γράμματα, οὐ μὴν χρονιώτερα τῶν αὐτόθεν. Xenoph. Νῦν μέν τοι αὐτόθεν φαίνομαι. Vbi redditur, Ex hoc ipso loco. ‖ Αὐτόθεν Apud eundem exponitur Ab hoc tempore: vbi scribit, κρεῖττόν ἐστιν αὐτόθεν τοῖς τοιούτοις τῶν ἔργων ἐπιτίθεσθαι. Sic & Latinis Dehinc & Abhinc sunt temporis aduerbia. ‖ Αὐτόθεν autem, teste Budæo, est etiam Ex tempore, apud Hermogenem. Vide Comm. pag. 886. ‖ Αὐτόθεν pro Confestim, Protinus (vt idem Bud. scribit) vel Iam inde, apud Polybium 90, in fine. In vulg. etiam lex. Plato De leg. 11, αὐτόθεν τὸ ἀργύριον καταβάλλω, pro E vestigio pecuniam numero. Donatus certè in illa Terentii verba in Andria Actus 3 scena 2, Missa est ancilla illico, Quod (inquit) Græci dicunt αὐτόθεν ἐπέμφθη. Nam loci significatio est, etiam breuitatem temporis notans. ‖ Αὐτόθεν, Primore specie, Bud. ex Basilio, 231. ET C. Παραυτόθεν itidem pro Confestim, & quasi Iam hinc

ex hac ipsa hora. Arrianus, παραυτόθεν ὡς ἔχομεν ἐπεξιόντες. A
Αὐθι, idem quod αὐτόθι, & ex eo per syncopen factum. Od. ο, — παρ' ἡμῖν αὖθι μένοντες. Apud Apoll. est etiam aduerb. ad locum, pro Huc, lib. 2, ἡμέας αὖθι πέλασσε.

¶ Αὐτίκα, Statim, Quamprimùm, Extemplo, Illico. vt αὐτόθεν quoque Donato esse Illico, modò dictum fuit. Item, Primo quoque tempore. Il. ι, Ταῦτα μὲν αὐτίκα πάντα παρέσσεται. Odyss. ο, — αὐτίκα δὲ χρυσόθρονος ἤλυθεν ἠώς. Et Il. β, Αὐτίκα κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευε. Alicubi autē iungit cum ἔπειτα: vt Il. β, Κάλχας δ' αὐτίκ' ἔπειτα θεοπροπέων ἀγόρευε. Alibi autem iungit cum νῦν, vt Od. ι, καί μοι τεὸν οὔνομα εἰπὲ Αὐτίκα νῦν. Sic & Od. υ vsus est. Apud Herodotum, αὐτίκα τε εἶδον καὶ πλῆθος δακρύων ἀνέδωκα, pro Quamprimum vidi, magnam lacrymarum vim effudi. Sed alii pro Quamprimum vtuntur (vti dixi) seu Statim. Iungitur autem in prosa quoque cum illis omnibus temporibus. Quum autem futurum habet, redditur etiam Mox. Cum quo futuro sæpe adiunctum habet μάλα, vel δὴ μάλα. vt apud Aristoph. ἔσομαι μὲν οὖν αὐτίκα μάλα. Demosth. ἀγανακτήσετ' οἶν' αὐτίκα δὴ μάλα. Idem, ὅσας ἀκούσεσθε αὐτίκα δὴ μάλα. Plato De rep. ι, εἴσῃ αὐτίκα δὴ μάλα. Et ὡς αὐτίκα in vulg. lex. Quàcelerrimè, Quamprimum. Item Αὐτίκα cum genitiuo, vt αὐτίκα νυκτὸς, Statim nocte, Simulatque nox aduenit.

‖ Αὐτίκα, In præsens, In præsentia. Hom. Odyss. ξ, — ἅμα τ' αὐτίκα καὶ μετέπειτα. Sic autem est vsus Thuc. præfixo articulo τὸ (vt solet præfigi aduerbio πρόσθεν, & aliis) libro 2, οὔτε ὅστις ἔπεσι μὲν τὸ αὐτίκα τέρψει. Hanc autem significationem frequentius habet in prosa, quum αὐτίκα interiicitur inter articulum & nomen ad quod ille pertinet. vt apud eundem Thucyd. lib. 3, ἐν τῷ αὐτίκα φόβῳ, in præsenti metu. Idem lib. 1, ἐπεὶ κατὰ δίκαια χεῖρον ἠθέντας φιλονεικίας ἕνεκα τῆς αὐτίκα. Idem lib. 3, ἕτοιμοι ἦσαν τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν ἐκπιμπλάναι. Sed alicubi τὸν αὐτίκα non solùm Præsentem sed simul etiam Breuē vel Momentaneum interpretatos esse quosdam videmus. Idē Thucyd. lib. 1, μὴ φοβηθέντες τὸ αὐτίκα δεινὸν, τῆς δὲ ἀπ' αὐτοῦ διὰ πλείονος εἰρήνης ἐπιθυμήσαντες, Præsentem belli asperitatem eamque breuem. Idem lib. 6. pag. 220, τὸ μὲν αὐτίκα & τὸ δὲ μέλλον inter se opponit. Apud eundem lib. 4. p. 156, legimus ἐν τῷ αὐτίκα. ‖ Αὐτίκα, aut Αὐτίκα δὲ vel δὴ, aut Αὐτίκα γέ τοι seu δή που, alium etiam habet vsum quem à nemine annotatum reperio. Is autem est, quū nobis ad eius quod diximus confirmationem, in promptu esse exemplum docere volumus, atque adeo id proferimus. q. d. Ne longè abeam, Ne longè exempla petam. At sic vtuntur non Xenophon duntaxat & Plato, sed & reliqui omnes (vt opinor) Græci scriptores. Vsus autem est & Callimachus in hymno Apollinis, Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίστοιο. Apud Aristoph. in Pluto, Αὐτίκα ita positum, sequente γὰρ (αὐτίκα γὰρ ἄρχει δι' ἂν ὁ Ζεὺς τῶν θεῶν; redditum fuit à nonnullis Principio, ab aliis Iamprimum, de quibus interpretationib' alibi dicam. ET Παραυτίκα compositū, pro eodem, nisi quòd augere videtur simplicis αὐτίκα significationem: vt sit non solùm In præsens tempus, sed quasi In præsens momentum. Sæpe tamen simpliciter pro αὐτίκα ponitur. Sic Xen. Pæd. 2 & 8, αἱ παραυτίκα ἡδοναὶ, & Demosth. Philipp. 2, ἡ παραυτίκα ἡδονὴ καὶ ῥᾳστώνη, cui opponitur τὸ ποθ' ὕστερον συνοίσειν μέλλον. Et ἐς τὸ παραυτίκα, & ἐν τῷ παραυτίκα pro ἐς τὸ αὐτίκα & ἐν τῷ αὐτίκα. Apud Paulum autem 2. ad Cor. cap. 4, v. 17, τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, exponitur, Momentanea leuitas oppressionis nostræ. ET Παραυτὰ pro eodem apud Polybium, vt scribit Bud. Interdum autem genitiuo iungitur παραυτὰ pro Simulatque: vt apud Gregorium παραυτὰ τῶν συμβαινόντων, Simulatque miraculum factum fuit. Vide Bud. pag. 242. Dubium est autem sitne παραυτὰ ex παραυτίκα per syncopen factum, an eodē modo dicatur quo ἐξ αὐτῆς & αὐτόθεν ac παραυτόθεν.

C. ΑΥΤΟ'ΜΑΤΟΣ, ου, ὁ & ἡ, & interdum Αὐτομάτη in fœm. Ex seipso aliquid faciens, non alieno impulsu, Spontaneus, Vltroneus. Hom. Il. β, Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε Βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, Spontaneus venit, vel Sponte sua venit, aut Vltrò venit. Id est, Non inuitatus. Sic & apud Aristoph. αὐτόματος ἥκει. Et apud Thucyd. lib. 6, τὰ δ' αὐτόματα ἥξει. Et morbi apud Hesiodum in Erg. αὐτόματοι φοιτῶσι, Non accersiti. Rursum Hom. Il. ε, Αὐτόματοι δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ. pro quo Latinus quidam poeta dixit, Sponte sua patuere fores. Ita & Xen. Hellen. 6, ὡς οἵ τε νεὼ πάντες αὐτόματοι ἀνεῴγοντο. Athen. 12, ἐλαίαν ἱερὰν αὐτομάτην ἀναφῦναι. Quinetiam terra quæ sponte sua & inarata, cū Horatio, vel (vt Virg. loquitur) nullo cogēte, fert fructū, dicitur ab Hesiodo φέρειν αὐτομάτη: in Erg. — καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. Sic αὐτόματος πόνος in Epigr. Labor non coactus, sed vltro susceptus. At vero αὐτόματοι βόες apud Apoll. exponitur, Iniussi, Qui à nemine reguntur, Rectore carentes. Αὐτόματοι autē μηχαναὶ dicūtur αἱ καθ' αὑτὰς ἐνεργοῦσαι, Opera mechanicorum quæ per se moueri & aliquid efficere videtur: qualia sunt horologia. Vide Eust.

Αὐτόματος γίνεται exponitur etiam interdum Sponte naturæ oritur, vel Fortuitò oritur. Et (vt inquit Gell. in fine capitis libri 13) quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo antè Demosthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellauit. αὐτόματος enim θάνατος quasi naturalis & fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit. At quod Demosthenes dixit Olynth. 1, νυνὶ γὰρ ὃ πάντες ἐθρυλλεῖτε, γέγονεν αὐτόματον, redditur potius Fortuitò euenit. Sic & Æschines in Ctesiphontē, ἐὰν δ' αὐτόματόν τι συμβῇ. Quibus locis addi hic possit, qui rursus est Demosthenis Olynth. 1, τὸ μὲν παρὸν ἀεὶ προϊέμενοι, τὰ δὲ μέλλοντα αὐτόματα οἰόμενοι σχήσειν καλῶς. Sed & ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου pro αὐτόματον γίνεσθαι, dicitur: item, ἀπ' αὐτομάτου, & ἐκ τοῦ αὐτομάτου: quæ exponuntur, Sponte naturæ, Fortuitò, Casu quodam, Temerè. (Cicero quoque ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου Fortuitò interpretatur) Plato in Apologia, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἀλλ' ὑμῖν τοῦτο ἐγένετο, ἐμὲ τεθνάναι δή. Xenoph. ἀπ' αὐτομάτου παραγίνονται. Et ἐκ ταὐτομάτου apud Plutarchum De orac. μηδένα λόγῳ θείῳ κυβερνώμενον ἔχουσαι, ἀλλὰ πάντας ἐκ ταὐτομάτου καὶ γεγονότας καὶ συνισταμένους. vbi exponitur Fortuitò & temerè. Interdum verò αὐτόματον (siue ταὐτόματον) & τύχη copulantur. vt in eodem libro, ἀλλὰ χωρεῖν πρὸς πάντα τῷ κατὰ τύχην καὶ αὐτομάτῳ. vbi exponitur Fortuna & temeritate. Alicubi autem αὐτόματον redditur etiam Casus temerarius. Quomodo autem αὐτόματον differat ab eo quod τύχη appellatur, docet Aristot. Physic. 2, & Plutarchus in lib. De fato, pag. 649. Vide & Themistium. Item Alex. περὶ ψυχῆς, 159. 160. ‖ Dicitur autem & Ταὐτόματον pro eodem, quod etiam ταὐτόματον inuenitur scriptum, cum apostropho in prima syllaba; sed rarius) pro τὸ αὐτόματον. Sic ἐκ ταὐτομάτου in loco Plutarchi paulo antè citato. In vulg. tamen lexicis affertur ταὐτομάτου præcedente etiam τοῦ, in hoc loco, ἀπὸ τοῦ ταὐτομάτου παραγινόμενος μάρτυς, Testis fortuitò interueniens. Budæo ταὐτομάτου (ita enim scribit) est Casus temerarius, in hoc Polybii loco, ἔστι γὰρ ὅτε καὶ ταὐτόματον ἀντέπραξε ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν. Cæterùm quod ad etymum huius vocis attinet, ex autoribus ad quos modò te remisi, eam petere poteris. item ex Eustathio: cui tamen in eo assentiri nequeo quòd huic voci αὐτόματος pro vna significatione vnū dat etymum, pro altera autem alterum. Quod autem in vna earum, αὐτόματος ex αὐτὸς & μάτην componit, in hoc certè autorem habet ipsum etiam Aristotelem in illo quem modò citaui loco. ET Αὐτομάτως, aduerb. Sponte, Vltrò, Sine alieno impulsu. Item, Fortuitò, Temerè. Plut. De Pyth. orac. ἐπῆεν αὐτομάτως τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἡ, &c. Et αὐτομάτως ὁ θεὸς ἀνίησι τὰ ἀγαθὰ, Vltrò, Spōte sua, non autem Temerè vel Fortuitò, vt in vulg. lex. redditur. Sæpe autem αὐτομάτως & ἀπὸ τύχης seu κατὰ τύχην copulantur (q. d. Temerè & fortuitò) vt à Plut. De Pyth. orac. & in Fabio. ET Αὐτοματία, (q. d. Spontaneitas) Fortunæ temeritas, Euentus rerum fortuitus. Plut. in Polit. præc. Timoleontem αὐτοματίας templum struxisse tradit.

c. 2. Αὐτοματουργοὶ, Artifices operum quæ αὐτόματα vocari, paulo antè dictum est.

Αὐτοματίζω, Sponte facio. Xenoph. Pæd. 4, ἀλλὰ μὴν μέμφοιμί γε πῶς ἐσόμεθ' ἄξιοι οὗ, τε ποιοῦντες ἐκεῖνον, ἢ ὥς δὲ ταῦτα αὐ-

τοματίσαντες; id est (inquit Bud.) Qui ne sponte quidem fecimus quod illi conducibile est, sed eo permittente. Aristot. De gen. anim. lib. 1, τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ αὐτομάτου γίνεται, τὰ δ' ἐκ τοῦ ὥσπερ αὐτοματίζειν τὴν φύσιν. id est (inquit idem Bud.) Sponte naturæ. ET Αὐτοματισμὸς, Actio quæ sponte fit, aut Ille quasi habitus agendi sponte. A

C. Ἀπαυτοματίζω, Spõte subministro. Philo De vita M. lib. 1, εὔυδρον ὄντα καὶ εὔχορτον, καὶ προσβατευσίμην ἄφθονον πόαν ἀπαυτοματίζοντα.

ΑΥΧΗΝ, ένος, ὁ, Ceruix, τὸ μεταξὺ κεφαλῆς καὶ ὤμων, inquit Aristot. vel (vt idem alibi) τὸ μεταξὺ προσώπου καὶ θώρακος. Hom. Il. Θ, Αὐερύοντα παρ' ὦμον ὅθι κληῒς ἀποεργεῖ Αὐχένα τε στῆθός τε. Idem Il. Π, — ὁ δ' ὑπ' οὔατος αὐχένα θεῖνε. Aristoph. Nub. εἶτα φιμώσαντε τοῦτον τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα. Dicitur autem & de brutis, vt apud Homerum de bobus & anseribus, apud Xenophontem de equis. ‖ Αὐχὴν metaph. Angustia loci, Angustus locus, vt Latinis metaph. Fauces. Atque adeo Ceruix apud Melam, vt in vulg. lex. annot. Sic Herodotus τὸ δυσπέμπτον τοῦ αὐχένος dixit de faucibus Thermopylarum quà illæ maximè paterent. Sic apud eũdem αὐχένα Βοσπόρου, in Melpomene, & αὐχένα Χερσονήσου in Erat. legimus. Aristot. De mundo, loquens de mari, κατὰ στενόν τε ἐπὶ Μαιώτιδα λίμνην διήκων αὐχένα. Et Basil. ὄρους αὐχένα dixit. ‖ Αὐχὴν pars claui & gubernaculi in quam gubernator incumbit, vt ex Polluce annotatur. Quò pertinere hũc Chrysostomi locum existimo, in 2 ad Cor. 78, τοὺς ναύτας περὶ κεκλιμένους, ἐπὶ τῷ αὐχένι καθήμενος. At Eustathio Αὐχὴν & Αὐχένιον est ipsum πηδάλιον, pag. 1533. De etymo autem huius vocis dicam in verbo Αὐχῶ. B C

C. Ἀναύχην, Ceruice carens. vt Empedocles κόρσας ἀναύχενας vocat capita sine ceruicibus, apud Aristot. de anima lib. 3. D

C. Βυσαύχην, Qui humeros adducens, ceruicem contrahit, quales in iudicio naturarum Aristot. insidiosos esse ait. Aristophani sunt vtres βυσαύχενες. Camer. ex Polluce.

C. Γυλιαύχην, Qui collo est gracili & prælongo. Vide & alias expositiones apud schol. Aristoph. in hunc eius locum in Pace, γυλιαύχενας ὄρνιθας ναννοφυεῖς.

C. Δολιχαύχην, Ceruicem prælongam habens. De cygno dicitur ab Euripide, vt δουλιχόδειρος ab Homero de eodem. E

C. Ἐριαύχην, Ceruicem elatam & arduam seu proceram habens, ἐριαύχενες equi apud Homerum, ὑψαύχενες καὶ γαῦροι. Vide Eustath.

C. Κυρταύχην, Cui incurua est ceruix.

C. Μακραύχην, & Μακραύχενος (in vulg. lex.) Cui collum est prælongum. Eurip. Phœnissis μακραύχενα κλίμακα per catachresin appellauit altas scalas.

C. Μεσαύχην. In vulgatis lexicis μεσαύχενες, Media ceruice ligati. F

C. Σκληραύχην, Qui dura est ceruice. Cui indomita est ceruix, vt Horat. loquitur. Vel, Cui ceruix est rebellis, cum Claudiano. σκληροτράχηλος, ἀκαμπὴς, Suid.

C. Στεναύχην pro στεναύχην, Arctæ ceruicis seu angustæ. vt στεναύχην λάγυνος in Epigr.

C. Ὑψαύχην, (q. d. Alticeruix) Elatam ceruicem habens. vt ὑψαύχην ἵππος καὶ ἀγέρωχος apud Naziãz. Caput erectis ceruicibus altum ferens. qui ab Homero ἐριαύχην dicitur. Est etiam Apollinis epithetum in Epigr. ‖ Ὑψαύχην metaph. Superbus. quòd superbi elata ceruice incedere soleant. Sed ὑψαύχην per catachresin aliter etiam vsurpatur: vt quum Nonnus φωνὴν ὑψαύχενα appellauit vocem altam. HINC Ὑψαυχενέω, νῶ, & Ὑψαυχενίζω, & Ὑψαυχέω, χῶ, Ceruicem effero, Ceruice erecta incedo. de equo propriè: (vt ὑψαυχενήσας ἵππος apud Pollucem) metaphoricè autem & de superbis hominibus dicitur. Plutarchus autem in libro De propria laude non odiosa, ἀνοήτοις καὶ κενοῖς esse dicit τοὺς ὑψαυχενοῦντας, scribens, ὥσπερ οὖν τοὺς ἐν τῷ περιπατεῖν ἐπαιρομένους καὶ ὑψαυχενοῦντας, ἀνοήτους ἡγούμεθα καὶ κενούς, id est (Camer. interprete) Quemadmodum eos qui inter deambulandum sese efferunt, & ceruicem extendunt, stolidos & leues esse dicimus. Ὑψαυχῶ autem dixit Phocylides, Ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος. Ὑψαυχενίζω pro eadem signif. ex Epigr. citatur. Superbit, Fastu turget. q. d. Ceruicem attollit. Plut. σεμνύνεσθαι, ὑψαυχεῖν, καὶ κομᾶν καὶ μεγαλοφρονεῖν. G H

C. Ὑψηλαύχην, Idem. VNDE Ὑψηλαυχενία de equo, Bud. ex Polluce.

¶ Αὐχένιος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Ceruicalis) Ad ceruicem pertinẽs. vt αὐχένιοι τένοντες, apud Hom. Odyss. γ. Et αὐχένιος ζυγὸς, iugum quod ceruici imponitur. In vulg. lex. αὐχένιον κάρτος exponitur Iugum. Αὐχένιον autem substantiuum vide in Αὐχήν. HINC C. Διαυχένιος, & Ἐπαυχένιος, item Παραυχένιος, necnõ Περιαυχένιος, & Ὑπαυχένιος. Apud Platonem διαυχένιος μυελὸς exponitur Ceruicis medulla. q. d. Ceruicalis medulla. At ἐπαυχένιος ζυγὸς, iugum quod ceruici imponitur. quod & αὐχένιος ζυγὸς dicitur. Παραυχένιος autem, Collo impositus & aptatus. vt παραυχενίη φαρέτρη, in Epigr. Et Περιαυχένιος: vt περιαυχένιος στρεπτὸς, torques quæ ceruici circumponitur. Apud Nazianz. autem in orat. De Basil. περιαυχένιον ῥάκος στενὸν ἀδὲξ περισπαστὲν. pro sacerdotali veste, vt Volaterranus interpr. At Budæus cucullum significari suspicatur. At Ὑπαυχένιος, Ceruici subiectus, Qui est sub ceruice. Et Ὑπαυχένιον substantiuum, Luc. in Gallo, Ceruical. Quod ceruici supponitur: vt ὑπαγκώνιον, quod cubitis supponitur. At Ὑπαύχενον apud Aratum (quod nonnullis mendi suspectũ est) vide in meo Cic. lexico.

¶ Αὐχενίζω, Ceruicem incido, Ceruicem frango. Gall. vno itidem verbo Esgorger. Soph. in Aiace, Καὶ τοὺς μὲν ηὐχένιζε, τοὺς δ' ἄνω τρέπων Ἔσφαζε. ‖ Αὐχενίζειν in Hippiatr. (inquit Bud.) Loro caput equorum complecti & astringere, ad hoc vt venæ intumescant, & sanguis detrahatur scalpro. ET Αὐχενιστὴρ, Lorum quo id fit.

C. Ἀπαυχενίζω idem quod αὐχενίζω. Niger tamen in Philostr. Heroicis ἀπαυχενίσαι ταῦρον interpr. Frænare taurum. ‖ Apud Phil. De mundo ἀπαυχενίζειν pro Contumaciter reluctari, Bud. interpr. Vide Suid.

C. Διαυχενίζομαι, Ceruicẽ attollo seu erigo. Vel quod Gall. dicitur Se rengorger. quod vt de equis primùm, deinde per metaphoram de superbis dicitur, sic & διαυχενίζεσθαι. Vide Poll.

C. Ἐξαυχενίζομαι, vnde Ἐξαυχενισμὸς quod exponitur Exceruicatio (ex Hieron. in cap. 3 Nahum prophetæ) & Contumacia peruicax.

C. ΠΑραυχενίζω, Ceruicem demitto, Propẽdeo collo deuexo, vt in vulg. lex. exponitur. At Hesych. habet duntaxat παραυχενίζων, παρακλίνων.

ΑΥΧΕΩ, χῶ, Glorior, Iacto me. Thucyd. lib. 2, κρατήσαντές τέ τινες ἡμῶν, πάντας αὐχοῦσιν ἀπεῶσθαι. id est, Superatis aliquibus ex nobis, gloriantur omnes pulsos esse. Philo De vita Mosis lib. 1, ὁ μὴ μόνον τὸν κόσμον, ἀλλὰ καὶ τὸν κοσμοποιὸν αὐτὸν αὐχῶν ὁρᾶν. Luc. μόνος σοῦ αὐχήσας πεζικὰ πεπλευκέναι. Et cum accusat. Aristid. μόνοις γὰρ ἡμῖν ὑπάρχει καθαρὰν εὐγένειαν τε καὶ πολιτείαν αὐχῆσαι. Sic Synes. Ἱπποκράτην αὐχοῦσι. At in Batrachom. Ξεῖνε λίαν αὐχεῖς ἐπὶ γαστέρι. In vulg. lex. habetur & pass. Αὐχοῦμαι, sed sine autore: quem etiam reperiri non posse existimo, sicut & Budæus putauit. scribit enim, Αὐχεῖν (vt opinor) actiua voce tantùm dicitur. Cæterùm quum inter alia τοῦ αὐχὴν etyma ponatur vnum quo ab αὐχῶ deducitur, ego contrà non dubito quin αὐχῶ ab αὐχὴν deriuatum sit, vt αὐχῶ idem significet quod præcedentia verba cõposita ὑψαυχέω & ὑψαυχενέω. Quòd si aliquod quærendum sit vocabuli αὐχὴν etymum, nullum magis rationi consentaneũ esse arbitror quàm vt ab αὐχμὸς deducatur, ob siccitatem & duritiem, dicatúrque αὐχὴν quasi αὐχμήν. De quo vide Eustath. p. 1917.

Αὔχη, Gloriatio, Iactatio, Animi elatio, κόμπος, ἀλαζονεία, in vulg. lex. Apud Hesych. autẽ habetur αὔχαν, καύχησιν. ET Αὔχημα, idem: sed vsitatius. Vtitur Thucyd. lib. 2. Accipitur autem & in bonam partem à Damasceno. ITEM Αὐχηπικὸς, q. d. Iactabundus, Gloriabundus, vel Ad iactantiam comparatus. ET Αὐχήεις, Idem, in Epigr. Apud Nonnum autem pro alacri & cui ceruix est erecta, vt annot. in vulg. lex.

C.Κενεαυχής,έος,ὁ καὶ ἡ, Vanè iactabundus, Vana iactans, Iliad.π.

C.Μεγαυχής,έος,ὁ καὶ ἡ,Magna iactans,in Epigr.

C.Μεγάλαυχος,ου,ὁ καὶ ἡ,Magna iactans. Vel simpliciter, Iactator. Item Μεγάλαυχα, Res magnæ iactantiæ plenæ. Ita enim exponendum puto in hoc Luciani loco, καὶ ἄλλος ἐν τῷ Θεαιτήτῳ πολλὰ μεγάλαυχα καὶ σοβαρὰ περιτέθεικε τῷ Σωκράτει. ET Μεγαλαυχία,Iactantia. ET Μεγαλαυχέω,χῶ,vel Μεγαλαυχέομαι,οῦμαι,Magna iacto, seu grandia, Vel,Iacto me de magnis rebus. Aut simpliciter,Iacto. Vtriusque vocis exempla sunt apud Bud. pag.356, eas tamen non interpretantem.

C.Ἐξαυχέω,χῶ,Glorior,vel Valde glorior. In vulg.lex. • θαρσῶ.σεμνύνομαι.

C.ἘΠαυχέω,χῶ. vt ἐπαυχῶ τοῖς σοῖς λόγοις, pro αὐχῶ ἐπὶ τοῖς σοῖς λόγοις,Glorior ob ea quæ dicis.vel Efferor.nam ἐπαυχήσας ἐπὶ τοῖς σοῖς λόγοις apud Aristophanem exponitur μεγαλοφρονήσας διὰ τῶν σῶν λόγων. ‖ At ἐπαυχῶ λαμψεῖν apud Sophoclem explicatur βεβαίως οἶδα & πέποιθα, vt Gall. dicitur *Ie me uante de cela*, de re quam nobis certò pollicemur, vtpote quæ omnino in nostra sit potestate.

C.ΥΠΕΡαυχέω,χῶ,Valde glorior, vel me iacto.Phal.in epist.ὑπεραυχεῖν ἐπὶ χρυσότητι.

¶Καυχάομαι,χῶμαι,Glorior,Me iacto.Item Exulto.Lycurgus apud Suidam,ἐφ' οἷς καυχᾷ,ἐφ' ἄλλοι αἰσχύνονται. Apud Aristot.Pol.5, διὰ τὸ καυχήσασθαι εἰς τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ exponitur Quia iactasset se eius abusum esse ætate. Paulus apostolus aliquoties hoc verbo vtitur: qui & τὴν προθυμίαν ὑμῶν καυχῶμαι dicit 2 ad Cor. cap.9, v.2, pro Iacto, vel Iactans prædico.

Καύχημα,ατος,τὸ,Gloriatio,Iactatio. Item,Id de quo quis gloriatur.(q.d.Gloriamentum) vt apud Lesbonactem, καὶ κατὰ τοῦτο δύο φέρεσθε καυχήματα ἀρετῆς.οὔτε γὰρ ἐξελάσθητε &c.Sic & apud Paulum ad Rom. cap.4, καύχημα ἔχει, vertitur,Habet quod glorietur. HINC Καυχηματίας, Gloriosus, Iactator: vt φρονηματίας, χρυσαγματίας,in schol. Aristoph.

Καύχησις,εως,ἡ, Gloriatio, Iactatio. Vtitur sæpe Paulus apost.apud quem epist.ad Rom.cap.15,v.17. ἔχω καύχησιν (sicut & de καύχημα ἔχει modo dictum fuit) exponitur Habeo quod glorier. Exponi autem eodem sensu potest,Gloriandi occasionem habeo. ET Καύχη ex Pindaro affertur pro eodem.

C.ἘΓκαυχάομαι,ῶμαι, Iactor, Glorior, (pro quo in vulgatis lexicis habetur Ἐναυχάομαι) q.d.Insuperbio. vt ἐγκαυχᾶσθαι πλούτῳ,Insuperbire diuitiis.

C.ἘΠΙκαυχάομαι,χῶμαι,(q.d. Glorior aduersus aliquem) Insulto[alicui.] VNDE Ἐπικαύχησις,Insultatio, apud Hermog.

C.ΚΑΤΑκαυχάομαι,ῶμαι, Idem. Paul.cap.11.ad Rom. Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. In vulg.lex. ponitur & aliud verbum pro eadem signif.videlicet Καταυχῶμαι, & affertur ex epist.Iac.cap.2,καὶ καταυχᾶται ἔλεος κρίσεως.quæ omnia falsa sunt:quum ibi non καταυχᾶται sed κατακαυχᾶται legatur.

ΑΥ'Ω, (potius quàm Αὔω cum tenui, vt ostendit Ἀφαύω) Sicco, Arefacio. Item Accendo.vt Od.ε, in fine,—ἵνα μή ποθεν ἄλλοθεν αὔοι.

Ἀμφισβητῶ τοῦτο, vel τούτου, aut περὶ τούτου, Contendo de hoc tanquam ad me pertinente, Hoc mihi vendico. vt apud Themistium, εἰ τοῦ πράγματος ἠμφισβήτουν, pro Si rem vendicarem mihi, vt Budæus in lexico interpr. apud Demosthenem in epist. Phil. ἀμφισβητεῖν καὶ τῶν οὐδὲν ὑμῖν προσηκόντων. Isocrates, ἀμφισβητῶ σοι τοῦ χωρίου. Idem, τῶν δὲ καταλειφθέντων ἦλθεν ἀμφισβητήσουσα. Idem in Euagora, ἀμφισβητοῦντες περὶ βασιλείας. Aristot. Pol. 3, ἀμφισβητοῦσι τὴν τοῦ πράγματος ἰσότητα. qui tamen locus & aliam admittit interpretationem. Additur interdum datiuus personæ, vt apud Isocratem, ἀμφισβητῶ σοι τῆς ἀρχῆς, Certo tecum de imperio, vel Contendo tecum. Exponitur etiam, Dubito de tuo principatu. sed hæc expositio mihi planè videtur reiicienda. Notãdum est autem affinem esse hanc significationẽ proximè præcedenti, qua ἀμφισβητῶ ponitur pro Contendo in iudicio, Litigo. nam ferè fit vt de iis litigemus, & apud iudicem contendamus, quas nobis vendicamus, & de quibus tanquam ad nos pertinentibus contendimus. Interpretor autem ἀμφισβητῶ τοῦτο, Contendo de hoc tanquam ad me pertinente, non quòd verba hæc, Tanquam ad me pertinente, sit necesse adiungere, quum ipsos autores interpretamur: sed vt distinguam hanc verbi Contendo significationem à præcedentibus. Occurrunt verò multi autorum loci in quibus hoc facilè subauditur. verbi gratia, in hoc quem Suidas ex autore non nominato profert, ὁ δὲ Πτολεμαῖος εἰδὼς τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους ἐσχηκότας τὴν κοίλην Συρίαν, παρασκευὰς ἐποιεῖτο μεγάλας ἀμφισβητῶν ταύτης, id est, Ptolemæus autem sciens suos maiores cauam Syriam tenuisse, magnos apparatus faciebat, de hac contendens. Hîc nihil opus est dicere, de hac contendens tanquam ad se pertinente: quum id facilè subaudiatur ex eo quod præcessit, Sciens suos maiores eam tenuisse. Iam verò & ex eo Demosthenis loco quem paulo antè citaui, ἀμφισβητεῖν καὶ τῶν οὐδὲν ὑμῖν προσηκόντων, videtur posse colligi, ἀμφισβητεῖν nos solere (certè debere) τῶν ἡμῖν προσηκόντων. Perinde acsi dictum fuisset, ἀμφισβητεῖν καὶ τῶν οὐδὲν ὑμῖν προσηκόντων, ὡς προσηκόντων. Sæpe autem in hac significatione genitiuum habet. Ἀμφισβητεῖν τοῦ κλήρου, vide apud Suidam in ἀμφισβητεῖν, & apud Budæum in Comm. in παρακαταβολὴν.

Ἀμφισβητῶ, Dubito, Ambigo. Aristot. Rhet. 1, καὶ ἀμφισβητοῦντες προσεληλύθασιν ἀεὶ τὸ ἴσως καὶ τάχα. Possit ἀμφισβητοῦσιν accipi pro dubitant & in illo eiusdem loco, modò citato ex Rhet. 1, ἐπεὶ δὲ πολλάκις ὁμολογοῦντες ἄμφω συμφέρειν, περὶ τοῦ μᾶλλον ἀμφισβητοῦσιν.

Ἀμφισβητεῖσθαι, Ambigi, In controuersiam venire, In cõtrouersiã adduci, aut vocari. vt τοῦτο ἀμφισβητεῖται, Hoc controuersum est, De hoc est controuersia, De hoc cõtenditur. Demosth. contra Timocratem, ἐὰν δὲ ἀμφισβητῆταί τι, ποιεῖν διαδικασίαν, Siquid autem in cõtrouersiam veniret, disceptationem in iudicio constitueres. Vt autem ὁμολογεῖν & ἀμφισβητεῖν ostendi apud Aristotelem opponi, sic ὁμολογούμενον & ἀμφισβητούμενον apud Isocratem tanquam contraria ponuntur in Archidamo non semel. ἠμφισβητημένα, Res quæ in controuersiam fuerũt adductæ, Res controuersæ, vel De quibus disceptatum fuit. Ἀμφισβητούμενα κατὰ σπονδὰς apud Thucydidẽ exponitur, Res quæ ex fœdere repetuntur. Sed vt diximus ἀμφισβητεῖν τινος verti aliquando Vendicare sibi quidpiam, ita hîc ἀμφισβητούμενα posset reddi, Quæ vendicantur à quibusdam, Quæ sibi quidam vendicant ex conditionibus fœderis.

Ἀμφισβητοῦμαι, Controuersiam patior: vt inquit Budæus, citans hunc Demosthenis locum in paragr. ad Apaturium, ὁ δὲ οὐ μόνον ἀμφισβητηθεὶς, ἀλλὰ καὶ ἀποστερηθεὶν αὐτοῦ, οὐδὲν ἧττον τὴν ἀπόφασιν ἐποιήσατο. Vbi veteres codices non ἀποστερηθὲν habent (vt legit Budæus, sequẽs vulgatas editiones) sed ἀπορρηθέν: quæ lectio in alterius locum reponẽda est. Cæterùm malim ἀμφισβητοῦμαι interpretari Controuersia mihi mouetur, quàm Controuersiam patior.

Ἀμφισβήτημα, ατος, τό, Controuersia, hoc est Res de qua disceptatur iudicio, inquit Budæus: restringens controuersiæ nomen, & id accommodãs ad locos eos in quibus ἀμφισβήτημα de re ea dicitur de qua in iudicio disceptatur. quum alioqui ἀμφισβήτημα tam latè pateat quàm Latinè controuersia.

Ἀμφισβήτημα, Quæstio inter disputantes agitata.

VNDE Ἀναμφισβήτητος, Non controuersum, Quod constat & conuenit.

Ἀμφισβήτησις, εως, ἡ, Controuersatio, Disceptatio, Contentio. Item Dubitatio. Isocr. in Archidamo, περὶ μὲν ἄλλων τινῶν ἀμφισβήτησις ἐγένετο. Idem in Panath. λόγους ἐπαμφοτερίζειν δυναμένους, καὶ πολλὰς ἀμφι[...]σεις ἔχοντας. Idem Ad Nicoclem ἀμφισβητήσεις & διαλύ[...]ς inter se opponit.

Ἀμφισβήτησις, Actionis quoddam genus, apud Poll.

Ἀμφισβητήσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Controuersus, In controuersia positus, De quo controuersia est, De quo disceptatur. vel Dubius, De quo dubitatur: ἀμφισβητούμενος. A Budæo exponitur Cõtentiosus, Cõtrouersiosus: sed malim Cõtrouersus cum Cicerone dicere. τῆς ἀμφισβητησίμου χώρας, Xenoph. Hell. 3. Apud Demosthenẽ Pro corona, ἐν ἀμφισβητησίμῳ τὰ πράγματα ἦν, In controuerso erãt, pro In controuersia positæ erant. vt si dicas In ambiguo esse, vel in dubio, pro Ambiguum esse, vel Dubium esse.

Ἀμφισβητητικός, οῦ, ὁ, Cõtentiosus, id est Cõtentionibus deditus. Ἀμφισβητητικὸς (inquit Budæus) dicitur ὁ ἐριστικός, ὁ ἀντιλογικός, ὁ περὶ λόγους ἀγωνιστικός, Acer & Argutus in disceptationibus.

ἈΜΦΙΣΒΑΙΝΑ, ης, ἡ, Serpens quædam ita dicta, quasi vtrinquegrada. dicitur enim antrorsum & retrorsum incedere: geminum habẽs caput. Hesychius tradit illã cauda etiam iter facere: adeo vt quibusdam dubium sit num duo habeat capita. Verùm Nicander ἀμφικάρηνον vocat, id est bicipitem: scribens in Theriacis, Τὸν δὲ μετ' ἀμφίσβαιναν ὀλίζονα καὶ μινύθουσαν Δήεις ἀμφικάρηνον, ἀεὶ γλήναισιν ἀμυδρήν. Eustathius, ἀμφίσβαινα, ὄφις ἑκατέρωθεν βαίνων, ex aduerbio ἀμφίς. Hesychius tamen ait scribi etiam ἀμφίσμαινα, cuius scripturæ Nicandri scholiastes nõ meminit. Apud Etymologicum legitur & ἀμφίσθμαινα.

ΒΑΔΙΖΩ, Vado, Eo. Demosth. βαδίζω ἐπὶ τὸ βῆμα. Idẽ, βαδίζειν ἐφ' ἡμᾶς. quod exponitur, Aduersus nos tendere. Plutarchus Publ. βαδίζεσθαι ἐπὶ τὸ στράτευμα. Et cum πρὸς, item εἰς, apud eundem, vt in Lycurgo, βαδίζει πρὸς οἰκίαν. Idem in Fabio, βαδίζει εἰς τὸ πολίτευμα, Ad rempub. se confert. βαδίζειν ἐν ῥυθμῷ in vulg. lex. Gressus ad numeros glomerare: cui opponitur apud Athenæum, βαδίζειν ἀρρύθμως. In iisdem βαδίζειν πρὸς φῶς, præuio lu-

mine iter facere. ὁδὸν βαδίζειν, Iter facere, ex Xenoph. A
Et ὁδῷ βαδίζειν ex Luciano: quod tamen aliter sumitur. Sed & βάδιζε δεῦρο pro Huc ades, ex Aristophane. Et πόθεν βαδίζεις, sed sine autore. Dicitur autem & de brutis βαδίζειν. Xenophon de lepore, ὅταν ἀτρέμα πορεύηται, τηνδ᾽ ἂ βαδίζοντα δὲ οὐδεὶς ἑώρακεν. Vt autem βαδίζω, licet neutrum, in βαδιοῦμαι exit, ita & aliis verbis idem vsu-uenire docet Budæus pag. 895. Cæterùm perperam Suidas βάδος à βαδίζειν deducit, quum contrà βάδος, sicut & βάδην præcedere, & hæc à βαίνω deduci, ab his autem βαδίζω, manifestissimum sit. nam sicut à τείνω B
fit τάδην, sic à βαίνω fieri βάδην, Etymol. quoq; fatetur. At Eustathius à βάδος vult factum esse βάδω, ex quo deriuatum sit βαδίζω. Suspicatur autem βάδος vocabulū esse ab Aristophane iocosè fictum, vbi dicit τόνδε τὸν βάδον βαδιζόμεθα. Quod perinde esse puto ac siquis Latinè dicat, Hanc viam viamus vel (minus licenter) Hos gradus gradimur, pro Hoc iter conficimus.

Βαδιστέον, Vadendum est, Eundum est. Plutarchus Galba, εἶπε γὰρ αὐτοῖς πρός; Καισάρεια βαδιστέον. Et βαδιστέα Atticè C
pro eodem, Aristoph. Acharn.

Βάδισμα, ET Βαδισμός, ET Βάδισις, Incessus, Gressus. Luc. τὸ σχῆμα ἀσελγής, καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα. Addit Bud. accipi βάδισμα à Demosthene pro modo ingrediendi. Pro Βαδισμὸς autem in vulg. lex. affertur ex Nazianzeno, βαδισμὸς, ἡ ἀπ᾽ ἄλλου πρὸς ἄλλο μετάβασις. At pro Βάδισις, ex Aristoph. in Pluto, βάδισιν ποιεῖται, id est Graditur. Ex eodem citat Bud. δῆλος γάρ ἐστι τῇ βαδίσει καὶ τῷ τάχει. vbi βάδισιν ingressum seu gradum esse tradit.

Βαδιστής, Cursor, δρομεύς. ex Euripide.

Βαδιστός, ET Βαδιστικός. Exponitur βαδιστὸς in vulg. lexicis D
Per quem incedi potest, sed sine exemplo. Βαδιστικὸς autem apud Aristophanem habetur in Ranis pro eo qui ferendo ambulationis labori est idoneus. Gallicè, *grand chemineur*.

C. Ἀποβαδίζω, Abeo. Discedo. vt εἶμι, Eo: ἄπειμι, Abeo. Exponitur tamen Eo, tanquam significationem simplicis habens.

C. Διαβαδίζω. Pertranseo. Bud.

ΒΑΙΟΣ, οῦ, ὁ, Paruus, (Etymologistes à βαιὸς deducit, de quo etymo ille aliique cum eo viderint) Βαιὸς ἰδεῖν, E
Paruus aspectu. βαιὸς πέτρος, paruum saxum, id est corrosum, vt exponunt vulgata lexica, & κατὰ βαιὸν id est κατὰ μικρὸν apud Dionys. De situ orbis. Oppian. in cōparat. dixit βαιοτέροισι τ᾽ ἐφωπλίσαντο λαγωοῖς, In minores lepores armantur. Βαιὸς pro Modicus, Paucus, seu (quod propriè βαιὸς significare Suidas dicit) Vnus, accipitur in hoc Sophoclis loco, πότερον ἐχώρει βαιὸς, ἢ πολλοὺς ἔχων λοχίτας ἄνδρας; Idem Aiace, Ὅ δ᾽ εἶπε πρὸς με βαί᾽, ἀεὶ δ᾽ ὑμνούμενα. Et aduerbialiter apud eūdem, Τί βαιὸν οὕτως ἐντρέπῃ τῆς συμμάχου; Quid tam parum curas? F

Ἠβαιὸς, idem quod & βαιός. Propriè verò ἠβαιὸν esse tradūt vulgata lexica ex grammaticis, τὸ δὲ σμικρότατα βάσιν μὴ ἔχον. q. ἀβαιὸν τὸ ὄν: vel per πρόσθεσιν τοῦ η à βαιὸς factum. Alias etymologias vide apud Hesychium & Etym. Il. β, ἔσσεται οὐδ᾽ ἠβαιὸν, Ne tantillum quidem, οὐδὲ τὸ ἐλάχιστον καὶ ὀλιγοχρόνιον.

ΒΑΛΑΝΟΣ, ου, ἡ, Glans. Propriè quercus fructum esse volunt: deinde ad similes aliarum quarundam arborum fructus transferri. (imò Marcellus tradit fructus lōgiores hoc nomine contineri: quemadmodum glandis appellatione apud iurisconsultos Latinos omnes ferè fructus, vt quidam tradūt) vnde βάλανοι δρυΐναι, πρίνιναι: & Σαρδιαναὶ quæ castaneæ (vt Plinius docet) dicuntur, & Εὐβοϊκαὶ, pro iisdem: itē βάλανοι φηγοῦ, & φοινίκων (quæ compos. voce φοινικοβάλανοι appellantur & δάκτυλοι, quásque balanos etiam populari nomine vocari autor est Plin.) & Διὸς βάλανοι, quas Diosc. castaneas vocat, Hermonax autē & Timachidas apud Athen. nuces Ponticas. Apud medicos est etiam celebris βάλανος μυρεψική, quam Plin. & Aet. μυροβάλανον voce composita dicunt: Glans vnguentaria: fructus arboris myricæ similis, magnitudine auellanæ nucis: quæ quòd in Æthiopia, Ægypto, Arabia & Petra oppido iuxta Iudæam nascatur, Αἰθιοπικὴ, Θηβαϊκὴ, Ἀραβικὴ, Πετραία, Συριακὴ, & Αἰγυπτία dicta est (vt G H

Gorr. testatur) addens falsò quosdam opinari esse eam quæ hodie nux muscata nominatur. Βαλάνου πίεσμα huius glandis succus, vel eiusdem expressæ retrimentum, vt idem autor docet. VNDE Βαλάνινος, Qui è glāde hac fit. vt βαλάνινον ἔλαιον, Oleum è glande vnguentaria seu myrobalano factum. Βάλανος est etiam Glans, id est, arbor ipsa glandifera: & specialiter arbor quædā apud Theophr. lib. 4, cap. 2, quam à fructu nomen obtinuisse scribit. De qua apud ipsum plura reperies.

Βάλανος est etiā ex aquatilium animantiū genere, ἀπὸ τῆς πρὸς δρυΐνας βαλάνους ὁμοιότητος, vt Athen. indicat: quem consule lib. 3, & Aristot. lib. 4 anim. Plinius quoque balani meminit. Est præterea medicamentū quod in glandis formam effictum, sedi imponitur ad deiiciendam aluum. quo significatu collyrii voce abusum esse Columellam lib. 6. cap. 6, Cæliumque Aurelianum medicum βάλανον transtulisse collyrium, id est glandem quæ podici subiicitur, tradunt vulg. lex.

Est item extremi penis carnosa substantia in glādis similitudinem facta, vtrunque penis meatum, quem natura vrinæ & seminis communem effecit, complectens & ambiens. Gorr. VNDE Βαλανοβόρον, Glandiuorum, Diogenes cinædum quendam appellasse fertur: quo sensu Martialis quoque Pastas glande nates dixit. ET Βαλανίζω, F. ίσω, Glandem sedi subiicio, vt medici loquuntur. ἐπὶ γὰρ τοῦ ἐκ στέατος καὶ λίτρου πεφυμένοις πλάσμασι, ὧν ἀντὶ κλυστῆρος χρῶνται, βαλανίσαι Ἱπποκράτης ἔφη. Poll.

Βάλανος, Obex, Pessulus, μοχλός. propriè verò Aristophanes & Thucyd. schol. esse vult τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήρεον. quod & μάγγανον vocetur. Ferrū quod init μοχλὸν, & à claue ducitur ac reducitur. vulg. lex. Thucyd. τὰς πύλας ἔκλεισε, στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος εἰς τὸν μοχλόν. A QVO Βαλανάγρα, ας, ἡ, Clauis dicitur παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον. Xenophon Hell. 5, παραδοὺς αὐτοῖς τὴν βαλανάγραν τῶν πυλῶν. ET Βαλανόω, ῶ, F. ώσω, Obice traiecto obsero. βάλανοι γὰρ τὰ μάγγανα τῆς κλειδώσεως. vt Aristoph. schol. annotat in hunc Auium locum, Καὶ νῦν ἅπαντ᾽ ἐκεῖνα πεπύλωται πύλαις Καὶ βεβαλάνωται.

Βάλανοι sunt etiam Hesychio τὰ ἐξηρτημένα τῶν ἑρμαιων περὶ τὸν βάχηλον. ψέλια Suid. exponit.

C. Βαλανηφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Glandiuorus, Qui glandibus vescitur. Plutarchus Caio, μάλιστα τιμῆσαι δι᾽ Ἀρκάδας τὴν δρυῶ, βαλανηφάγους ὑπὸ τοῦ θεοῦ χρησμῷ προσαγορευθέντας.

C. Βαλανηφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Glandiferus. βαλανηφόροι φοίνικες apud Athenæum.

Βαλανηρά, τὰ, Quæ in glandario genere comprehenduntur, vt σιτηρά, σιτώδη, καρυηρά, βοτρυηρά, σαχυηρά, Theophr. & ὀσπρακηρά, Aristot. Ita Bud.

Βαλανώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Glandibus plenus: aut Qui glandis figura est, vt ex Gaza exponunt vulg. lex. Et τὰ βαλανώδη itidem Glandes.

Βαλανίζω, Glandes excutio. Erasmus in Prouerbio, Aliam quercum excutere. Epigramm. lib. 1, Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε Μενέφθον. Vide βαλανίζω suprà, alia signif.

ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ, ου, τὸ, Balineū, Balneū. dictū volūt παρὰ τὸ τὰς βαλάνους αὔειν. Suidas enim glandibus veteres vesci solitos fuisse docet, earúmque putamina succendisse. Plut. οὔτε γὰρ βαλανείου (φησὶν ὁ Ἀρίστων) οὔτε λόγου μὴ καθαίροντος ὄφελός ἐστι. Athen. lib. 8, ἀκηκοὼς ὡς παλαιικοὶ εἴωθεν ἡ πόλις ποιεῖν ἐν τῷ βαλανείῳ.

C. Βαλανειόμφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ. Athen. lib. 11, epithetū hoc esse dicit φιαλῶν apud Cratinum, inde dictarum quòd οἱ ὀμφαλοὶ αὐτῶν καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι similes essent: vel quòd earum ὀμφαλὸς ἰσθμῷ similis esset: vel διότι τὰ πλεῖστα τῶν ὀμφαλῶν τῶν ἐν ταῖς γυναικείαις πυέλοις: vel διότι τὰ πλεῖστα τῶν Ἀθήνησι βαλανείων κυκλοειδῆ τοῖς σκεύεσιν ὄντα, τοὺς ἐξαγωγεῖς εἶχε κατὰ μέσον, ἐφ᾽ οὗ χαλκοῦς ὀμφαλὸς ἐπῆν. Has easdem ab Ione μεσομφάλους dictas fuisse idem Athen. docet.

Βαλανεύς, έως, ὁ, Balneator. Plato Pol. 1. Est etiam πολυπράγμων, περίεργος, Hes.

Βαλανεύω, F. εύσω, propriè Aquam in balneo ministro: deinde de quouis ministerio dicitur. Aristoph. Pace, Ἀλλ᾽ εἰ ταῦτα δοκεῖ, κἀγὼ 'μαυτῷ βαλανεύσω, Ipse mihi ministrabo. διακονήσω καὶ ὑπουργήσω. ἀπὸ τῶν ἑαυτοῖς ἐπιχεόντων ὕδωρ

τοῖς βαλανείοις κρυπτόντων.vt ibidem schol.explicat. A He sychio est etiam λαμπροφωνέομαι, παρ᾽ ὅσον οἱ βαλανεῖς, ὅταν περιχέωσιν τὸ ὕδωρ, κραυγάζουσι.

Βαλανείτης,ου,ὁ,Balneator.quem παραχύτην vulgò dictum fuisse Suidas indicat. Item πολυπράγμων,περίεργος,vt tradit Hesychius. ET Βαλανεώτης, pro eodem, Suidas.

Βαλανὶς,ίδος, ET Βαλανίσσα,ης,ἡ,Balneatrix.

ΒΑΛΛΩ, Iacio, Iaculor. Quod posterius existimo primæ & primariæ verbi βάλλω significationi respondere.vt enim dicitur Iaculari saxa,Iaculari B ferrum,Iaculari fulmen,& Iaculari aliquem saxis, ferro,fulmine,eodem modo βάλλειν λίθον & βάλλειν τινὰ λίθῳ dicunt Græci.Sed posterior hæc constructio verbi βάλλω nihilo est infrequentior altera, imò verò & frequentior:quod contrà in verbo Iaculor vsuuenit. Adde quòd Iaculor poeticum est potius quàm oratoriũ, quum βάλλω contrà vtrisque scriptoribus peræque sit in vsu.Sic autem & verbum ἀκοντίζω (cui ad verbum respondet Iaculor)vtroque modo construi , docui suo loco.Sed exemplum huius constructionis βάλλειν λίθον C aut τὸ ξον,pro Iacere lapidem , simpliciter , vix puto apud Homerum reperiri posse,præsertim quum scribat Eustathius pag.451 quosdam negasse Homerum ponere βάλλειν pro ἀφιέναι simpliciter: quibus & ipse subscribere videtur.atque adeo in hoc loco Il.ε, Χαλκὸν ἐνὶ στήθεσσι βαλών,exponit βαλών non simpliciter ἀφεὶς sed ἐπιτυχὼς ἀφείς. ita enim eius verba intelligo,pag.551. Sunt tamen qui Iliad.γ,— πρόσθε δολιχόσκιον ἔγχος καὶ βάλεν Ἀτρείδαο κατ᾽ ἀσπίδα πάντοσ᾽ ἐΐσην, (qui versus repetitur statim pòst, mutato duntaxat Ἀτρείδαο in Πριαμίδαο) interpretentur , Et iecit seu coniecit [hastam] in D clypeum.Sunt & qui reddiderint,eodem sensu,Et iecit tragulam per clypeum. (notandum est autem eos repetere accusatiuum ἔγχος) Sed Eustathius videtur censuisse exponendum ἐπέτυχε τῆς ἀσπίδος,id est,Ipse attigit clypeum,vel(vt quidam)Contigit. Quod Latinum verbum non probo, quum ἐπιτυγχάνειν opponatur simpliciter verbo Aberrare. Videtur autem illa cõstructio cum κατὰ,similis esse nostrati , quum dicimus , *Il a frapé contre le bouclier*. Cæterùm exempla certissima huius E significationis verbi βάλλειν,videlicet pro ἐπιτυγχάνειν, proferam paulo pòst , vbi de eo loquar solum personæ accusatiuum habẽte. Vt verò dicitur βάλλειν λίθον, aut aliud quod iaculari possumus,sic & metaphoricè βάλλειν λόγον.vt apud Gregorium in Basil.epit.οὐδὲ ἔξω τοῦ σκοποῦ βάλλειν τὸν λόγον.Inuenitur & βάλλειν τὸν σκοπὸν,de quo postea. Alterius autem constructionis non desunt apud hunc quoque poetam exempla.nam vt Xenoph. dixit βάλλειν βώλῳ, & Euripides βάλλειν πέτροις, Iaculari F aliquem saxis,id est Iaculari saxa in aliquem(pro quibus frequentius est Petere lapidibus seu Impetere, aut Incessere)sic & ille,Iliad.γ,Τοξάζοντό τε τιτυσκόμενοι λάεσσί τ᾽ ἔβαλλον.Sic apud eundem Il.σ,legimus , Βάλλον δ᾽ ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.Et Il.χ, — ὀξεῖ χαλκῷ Τύψας ἠὲ βαλών. Sed & βέλεσιν βάλλωσι legitur Odyss.π.Tale apud Theocritum,Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον.Et βάλλω σε στεφάνοις, in Epigr. Dicitur etiam metaphoricè λόγοις βάλλειν, & κακοῖς λόγοις βάλλειν,vt apud Latinos Maledictis incessere.Soph.autem dixit κακοῖς,subaudito nomine λόγοις,in G Aiace,κακοῖς βαλεῖτέ που ἡμᾶς, Maledictis nos incessetis, Probra in nos iactabitis . Eustathius τὸ βαλεῖν per se etiam posito, videtur calumniandi significationem dare: vt docebo in Ἐνδιαβαλεῖν. ‖ Sciendum est autem interdum βάλλω per se poni vt Iaculor, Demosth.Philipp.3,κἂν μήπω βάλλῃ,μηδὲ τοξεύῃ.Xenoph.Hell.2, ἠκόντιζον,ἔβαλλον.Sic & apud Thucydidem lib.3,τοῖς ἐπιβοηθοῦντας καὶ κάτωθεν καὶ ἄνωθεν εἴργον βάλλοντες, Iaculantes, vel Missilibus petentes . Itidem in prouerb . quod à Suida refertur,βαλὼν φεύξεσθαι οἴει,per se ponitur βαλὼν,quod alii interpretantur Emisso iaculo,alii Infixo aculeo. De H quo prouerbio consule Erasmum. ‖ Βάλλω σε , pro Attingo,item Ferio,Ico,Saucio.Il.ε,— οὐδ᾽ ἔβαλ᾽ αὐτόν. vbi Eustath . scribit βάλλειν apertè pro ἐπιτυγχάνειν accipi.Sic & in ænigmate quodam Clearchi quod ab eodẽ grammatico pòst Athenæum refertur, pag. 713,λίθῳ τε

καὶ λίθῳ βάλλει τε καὶ βάλλει.vbi docet,βάλλει priore loco esse pro ἀφίησι,πέμπει,ῥίπτει:at posteriore pro οὐκ ἀστοχήσει siue οὐκ ἀποτυχεῖ. Hoc autem sensu dicitur & βάλλειν σκοπὸν videlicet pro Attingere scopum.Greg. νυνὶ οὖν σκοπὸν ἄλλον,ὃν οὐκ οἶδ᾽ εἴ τις βέβληκεν,ἤδη τῷ λόγῳ προστησόμεθα . Dicitur autem & βάλλειν ἐπὶ σκοπὸν ἀπὸ Xenophõte. Ex Thucydide autem citatur & βάλλειν cum ἐπὶ habente accusatiuum personæ, βάλλειν ἐπὶ τοὺς ποιήσαντας ὁρμήσαντας.Vbi βάλλειν fuerit Petere,sicut & in locis antè prolatis. At βάλλω pro Ferio, Vulnero, Il. β , Βεβλήκει κεφαλῆς κατ᾽ ἰνίον ὀξέϊ δουρί. Volunt autem grammatici βάλλειν esse vulnerare è lõginquo,at οὐτάζειν è propinquo. vnde esse illud in fine libri δ Iliad. Ὅστις ἔτ᾽ ἄβλητος καὶ ἀνούτατος ὀξέϊ χαλκῷ.

Βάλλω,Iacio,Proiicio,ῥίπτω.vt Odyss.ι, Οὔτ᾽ ἄνα βαλέειν,i.ἀναβαλεῖν κατὰ βυθοῦ ῥίψαι, Eust. Sic Il.β,— ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ,sceptrũ in terrà proiecit. id est ἔρριψε seu κατέρριψε. Et Il.η,Τὸν μὲν πὰρ ποσσ᾽ ἐὸν χαμάδις βάλε. Et Od.ζ,Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλε, in ignem iaciebat. Apud eundem ἐν κονίαις βαλεῖν,in puluerem proiicere: quod periphrasticè dicitur pro Interficere. Il.θ,Τάων ἐν κονίῃσι βάλες θαλεροὺς παρακοίτας. Apud Apoll. Arg.2,ῥόον εἰς ἅλα βάλλεν,Iacit,Deuoluit.Vide & βάλλειν ὄμματα. Βάλλω autem pro Abiicio,vt βάλλειν τοὺς ὀδόντας,vide in Γαπέδοιος. ‖ Βάλλω, Emitto,vt Hom. Βαλέειν τ᾽ ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.Sic Eurip.Hippolyto,— ἀπ᾽ ὄσσων δ᾽ οὐ θέμις βαλεῖν δάκρυ.Latini quoque non solùm Emittere lacrymas & Profundere,sed & Proiicere lacrymas , interdũ dicunt,sed frequẽtius,Profundere. ‖ Βάλλω, Pono,Immitto.Il.ρ,Παῖδ᾽ ὡς ἐν χείρεσσι βάλω καὶ φροντίδι δῶν. Et Il. η, κυνέῃ βάλε(omissa præpos.)pro ἐν κυνέῃ ἔθετο.Et Il.δ,— φιλότητα μετ᾽ ἀμφοτέροισι βάλωμεν. Et εἰς οἶνον βαλέειν, Od. δ, Αὐτίκ᾽ ἄρ᾽ εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον.quod Eustathius exponit ἐνέβαλεν,ἐνέθετο. Apud eundem poetam aliquoties legimus χεῖρα βάλλειν ἀμφί τινι . vt Odyss.φ, Ἀμφὶ δὲ χεῖρα φίλῳ βάλεν ἔγχεϊ.q. d. Posuit manum circa ensem.Pro quo potius diceretur Apposuit manum ensi , vel Circumiecit . Quod nihil aliud est quàm Cepit . pro ἕλεν , vt inquit Eustathius . Qui tamen in loco simili vult βάλλειν significare ῥίπτειν vel θεῖναι: in hoc videlicet versu, qui est 137 Od.η, Ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ Ἀρήτης βάλε γούνασι χεῖρας Ὀδυσσεύς. Ego autem in his locis præpositionem verbo iungendam existimo , vt docebo in Ἀμφιβάλλω . (vbi & de βάλλεσθαι πήραν ἀμφ᾽ ὤμοις pro ἀμφιβάλλεσθαι)Sic porro idem scholiastes Iliad.ε,Χαλκὸν ἐνὶ στήθεσσι βαλὼν , vult esse vel θεὶς,vel ἀφεὶς,vel ἐπιρρίψας,ὁ quidem ἐπιτυχώς. Ego χαλκὸν βαλεῖν ἐν στήθεσσι puto esse Immittere, vel potius Intrudere. Nec verò dubito quin hic itidem iungi debeat verbo præpositio, vt sit pro ἐμβαλὼν στήθεσι . Itidem apud Euripidem Oreste, ἐν πύλαισιν ἀκοὰν βάλω,quod exponitur, Apponam aures foribus,videtur accipiendum pro ἐμβάλω ἀκοὰν πύλαισι. In vulgatis lexicis citatur ex Herodoto, ἔμβαλε τὸν αὐχένα βρόχῳ pro Collum laqueo circundedit. ‖ Vsurpatur βάλλειν pro Ponere in metaphoricis etiam loquendi generibus:vt apud eundem poetam βάλλειν ἐν θυμῷ, ad verbum Ponere in mente, pro Versare in mẽte, seu In animo cogitare: vt Odyss.α, v.201,202, — ὡς ἐνὶ θυμῷ Ἀθάνατοι βάλλουσι,καὶ ὡς τελέεσθαι ὀΐω.id est ἐνθυμοῦνται,vno verbo,vt scribit Eustathius:addens etiam,βάλλειν significare vel νοεῖν ἐπιτυχῶς,καὶ ὡς εἰπεῖν ἐπιβόλως,vel τιθέναι. Quam posteriorem expositionem admitto, priorẽ vt nimium subtilem atque adeo commentitiam reiicio.neque enim βάλλειν per se declarare potest νοεῖν, sed iunctum cum ἐν θυμῷ. aut ἐν φρεσὶ,aut alio huiusmodi. vt si dicas ἐν νῷ seu ἐν νοῒ βάλλειν, nõ dubium fuerit quin βάλλειν sit simpliciter θεῖναι , quũ habeamus inde factã vocem compositam νουθετεῖν . Qua forma dicuntur à Virgilio, Mente alta repostum, & Sensibus imis reponas. Cæterùm frequentius voce passiua βάλλεσθαι vtitur Homerus (si bene memini)quàm actiua,in hoc loquendi genere.Sic Il.ο,v.566.Ἐν θυμῷ δ᾽ ἐβάλοντο ἔπος.vel δ᾽ ἐβάλοντο.Et Odyss.μ,v.217,Σοὶ δὲ κυβερνῆθ᾽ ὧδ᾽ ἐπιτέλλομαι(ἀλλ᾽ ἐνὶ θυμῷ βάλλευ)ἐπεὶ νηὸς,&c.Itidem Iliad.ξ,v.50, Ἐν θυμῷ βάλλονται ἐμοὶ χόλον,atque alibi. Aliquando autem ἐν φρεσὶ βάλλεσθαι pro eodem dicitur.vnde illud non semel

semel apud hunc poetam & apud Hesiodum quoque, — σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι. Et apud Homerum rursus, νόσον μετὰ φρεσὶ βάλλεο. Possumus verò (& commodius fortasse) in his omnibus locis præpositionem verbo iũgere, vt sit ἐμβάλλειν vel ἐμβάλλεσθαι θυμῷ aut φρεσί. Vtuntur autem hoc verbo & quidem in pass. voce, prosæ etiam scriptores, in simili vel potius eodem loquendi genere, mutantes duntaxat præpositionem: dicunt enim βάλλεσθαι εἰς νοῦν, quod Homerus βάλλεσθαι ἐν θυμῷ, & βάλλεσθαι ἐν φρεσί. (Herodotus autem etiam ἐς θυμὸν βάλλεσθαι dixit) quod exponitur Animaduerto, Intelligo. Item, Animum appello: vt apud Plut. in Theseo, βάλλεσθαι εἰς νοῦν τὸ ἔργον, Animum ad opus appellere. Synes. Euoptio, ἡμεῖς δὲ τὴν μὲν οὔπω αἰτίαν οὐκ ἀληθὲς εἰς νοῦν ἐβαλόμεθα, i. (Bud. interpr.) Non statim causam intelleximus. Potest βάλλομαι εἰς νοῦν commodè etiam exponi, alicubi Animo capesso, vel Mente capesso, vt apud Plutarchũ, μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον εἰς νοῦν βαλλόμενος. Apud Chrysost. βεβλημένος εἰς νοῦν (vbi obserua βεβλημένος signific. act.) Bud. interpr. Qui in animum induxit, & vt faceret consilium cepit. Sciendum est autem Eurip. inuersa ista constructione dixisse, βάλλεσθαι νοῦν εἰς φροντίδας, pro βάλλεσθαι φροντίδας εἰς νοῦν, in Theseo, Εἰς φροντίδας νοῦν συμφορὰς τ' ἐβαλλόμην, quod Cic. interpr. Mecũ futuras commentabar miserias. Quem locum vide p. 110 & 111 mei lex. Cic. Iam verò & βάλλεσθαι per se positum, eandem signif. habet apud Herodot. qui βάλλεσθαι ἐφ' ἑαυτῷ nõ semel dicit pro Apud se cogitare, In animo suo versare. Et apud eundem βαλλόμενος ἐπ' ἐμαυτοῦ ἐπρηξα, Re apud me perpensa, seu considerata, vel Meo ipse vsus cõsilio. Qui loci nobis Homericum istum exponunt, Od. α, v. 235, Νῦν δ' ἑτέρως ἐβάλοντο θεοὶ κακὰ μητιόωντες, nec de eius lectione dubitare sinunt: ac dicere cũ Eustathio, meliorem esse hanc lectionẽ ἐβάλοντο quàm alteram ἐβόλοντο: quasi verò hæc ferri vllo modo possit. Sed nec probo eius expositionem, vt sit ἐβάλοντο positũ pro ἔρριψαν, metaphora sumpta ἀπὸ τῶν κύβων. Planè enim esse puto ἐβάλοντο pro ἐν θυμῷ ἐβάλοντο, vt dicat, Aliud apud se statuerũt, Vel (cũ Ouid.) Diis aliter visum. Cæterũ in vulg. lex. falsò citatur ex eodẽ Herod. βαλλόμενοι ἐφ' ἑαυτῶν pro Cõtracti, item βαλλόμενοι ἐπὶ σφέων αὐτέων pro Inter se colloquuti: quum ad proximè præcedentẽ signif. cõmodius referri possint. Videtur autem βάλλω poni pro τίθημι in oratoriis etiã quibusdã dicendi formulis: vt in βάλλειν τινὰ ἐν αἰτίᾳ, quod ex Platone citatur pro Culpam in aliquem reiicere. ‖ Βάλλω affinem verbo ἵημι significationem habet in hoc Eurip. loco, in Ione, Οὐκ εἰς ἀπίστους δεσπότας βαλεῖς χερί, id est Propones, vel Trades, Imperties. Apud Matth. autem cap. 25, v. 27, ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, Tradere mensariis, vel Committere. aut Ponere apud mensarios. nam verbo Ponere vtitur Horatius hac in re. In illa autem tradendi significatione optimè conuenit Gall. *bailler* cum Græco βάλλειν.

· Βάλλω cum πρὸς, vt Iliad. π, v. 768, Αἵτε πρὸς ἀλλήλας ἔβαλον ταναήκεας ὄζους, pro cõposito συμβάλλω.

Βάλλω, Verto, seu Flecto interpretor apud Homerũ, vbi dicit βάλλειν κάρη ἑτέρωσε, Il. θ, v. 306, Μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, Aliò caput vertit, seu flexit. Nam quod Eustathius βάλλειν hìc quoque ad significationẽ τοῦ τίθημι vel τοῦ ῥίπτειν reducere vult, nimis coactum atq; adeo violentum mihi videtur. Tolerabilior autem fuerit posterior hæc expositio, videlicet per verbũ ῥίπτειν, in altero illo genere loquendi huic simili, Odyss. π, v. 179, Ταρβήσας δ' ἑτέρωσε βάλ' ὄμματα μὴ θεὸς εἴη. Nam hìc possimus interpretari, Aliò vertit oculos, (pro quo breuius Auertit oculos) vel Aliò coniecit oculos, eodẽ sensu.

Βάλλ' ἐς κόρακας, pro ἔρρ' ἐς κόρακας. q. d. Facesse, vel Abi ad coruos. Sed Latini pro eo dicunt, Abi in malam rem. De quibus loquendi generibus lege Erasmum. Quanuis autem hoc βάλλε verbo neutro reddatur, (sicut & quum dicitur βάλλ' ἐς μακαρίαν) quidam tamẽ pronomen σεαυτὸν subaudiri tradiderunt, perinde ac si diceretur βάλλε σεαυτὸν εἰς κόρακας.

Βλῆμα, ατος, τὸ, Iactus vel potius Ictus, apud autorem parA uorum schol. Homeri, vt videbis in βολή. Ego tamen apud classicos scriptores inueniri non arbitror. ‖ Seleucus autem apud Athen. lib. 3, βλῆμα dici ait τὸν ἐπιθρυμμένον ἄρτον ἐς ζωμόν. ΗVC Βλωμὸς pertinere videtur (quod & ipsum à βάλλω deducit Eustath.) Buccella, Offella. Vel, Fragmentum, vt exponitur ab aliis ex Hesychio. VNDE ὀκτάβλωμος ἄρτος apud Hesiodum, Panis octo buccellarum, seu, Octo turũdarum, vt alii. ET Βλωμιαῖοι ἄρτοι, Panes qui incisuras habent à Romanis dicti quadrati. Philemon quidam apud Athen. lib. 3.

B Ἄβλης, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, Nondum iactus, Nondum coniectus. A βέβληται, tertia persona præteriti verbi βάλλομαι præfixo α priuatiuo. Hom. Od. δ. — ἐκ δ' ἕλετ' ἰὸν Ἀβλῆτα, id est, Extraxit sagittam nondum coniectam in quenquam. Ex hoc autem intelligimus nouã. ἰὸς ἀβλὴς, inquit Eustath. ὁ μήπω βληθεὶς, ὅθεν ἀφεθεὶς καινός τινος. Vel (vt alibi exponit) ὁ μήπω βαλὼν ἤτοι ἐπιτυχών τινος. Autor Etymologici ἀβλῆτα exponit τὸν κακόβλητον, id est Malè iactum: aut Nouum & nondum iactum, sed nuper fabricatum, & integrum adhuc venenum in se habentem. Hoc enim puto significari his verbis, ἀκέραιον τὸν ἰὸν ἐν αὐτῷ ἔχοντα. Quidam tamen ἰὸν hìc interpretati sunt cuspidem: quo exemplo, viderint.

C Κεραυνοβλὴς, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, Fulmine ictus. Theophr. Hist. pl. lib. 3. cap. 9, λέγουσιν ὡς καὶ κεραυνοβλῆτες αὗται μόναι γίγνονται, καίτοι ὕψος οὐκ ἔχουσαι.

Βλητὸς, οῦ, ὁ, Ictus. Item Attonitus, Apoplecticus. ὁ ὑπὸ τῶν ὀξέων νοσημάτων ἀληθῶς θανών, Var. Citatur ex Hippocrate De morb. lib. 1. Apud Hesych. verò βλῆτος legitur. ET Βλητοὶ apud eundem Hesych. οἱ τῆς ἁμάξης ὀχοὶ, σφῆνες, ἐμβλήματα. item γόμφοι καὶ συμβολαὶ ἀξόνων.

D Ἄβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, itidem à βέβληται, & idem quod ἀβλής. vt ἄβλητα βέλη, nondum missa tela, nondum iacta ad vulnerandum, quæ nondum vulnerarunt. τὰ μὴ πεμφθέντα εἰς τρῶσιν, inquit Suidas. Et Hesychius ἄβλητα exponit καινά, ἄτρωτα, οὔπω ἄλλοτε βεβλημένα. sed non addit substãtiuum βέλη. ad quod si referatur ἄτρωτα (vt Varinus existimauit) significationem actiuam habebit, pro, Quæ non vulnerarunt.

Ἄβλητος, Non ictus. vel, Non ictus sagitta, Quem sagitta seu telum non feriit. Hesychius explicat ἄτρωτος ἐκ
E βέλους, id est Nonvulneratus sagitta, seu telo. non, vt vulgus exponit, Non vulnerabilis, seu Inuulnerabilis. Ab omni telorum incursu tutus & inuiolabilis. Nam accommodat hic lexicographus expositionem suam loco huic Homerico, Il. δ, in fine, Ὅς τις ἔτ' ἄβλητος καὶ ἀνούτατος ὀξέϊ χαλκῷ. vbi ἄβλητος eum significat qui ictus nõ sit, aut non vulneratus, non qui ici non possit, seu vulnerari. Sicut & ἀνούτατος non capitur pro ὁ οὐ δυνάμενος οὐτάζεσθαι, sed simpliciter pro ὁ μὴ οὐτασμένος. Obseruandũ
F est autem hanc constitui à grammaticis differentiam inter hæc duo nomina ἄβλητος & οὐτασμένος, vt illud dicatur de eo qui nullũ eminus, hoc de eo qui nullũ cõminus vulnus acceperit. Sunt qui in illo Homeri loco exponant ἄβλητος Illæsus: sed nimiũ generali vocabulo.

C Διόβλητος, ου, ὁ, A Ioue ictus, id est Fulmine tactus. διοβλέσι βλαβεὶς, Eust.

Βλητικὸς, ή, όν, Ictibus seu (vt est in vulgatis lexicis) vulneribus patens.

Βλῆτρον, ου, τὸ, Clauus ferreus. Suidas exponit σύμβλημα: Eu
G stathius verò alicubi συμβολήν: Il. autem ο, in illum versum, Νώμα δὲ ξυστὸν μέγα ναύμαχον ἐν παλάμῃσι Κολλητὸν βλήτροισι, exponit κύκλον σιδηροῦν δι' οὗ τὰ δύο ξυστὰ εἰς ἓν συμβάλλονται δόρυ ναύμαχον. Fit autem à βάλλω βλῆτρον vt à πλήσσω πλῆκτρον. HINC Βλητρῶσαι deriuari possit quod Hesychio est ἐμβαλών.

Βλήδην, aduerb. Iaciendo. q. d. Iactim, κατὰ τὸ βάλλειν. Hesychius.

Βολή, Iactus, Coniectus, Coniectio. vt ὡς ἀκοντίου βολῆς, Xen.
H Hell. 4, & ὑπὸ δὲ βολῆς ἐντὸς, Plut. (vt Lat. teli iactũ dicũt. Sed & cõiectionẽ telorũ Cic. dixit) Sic βολὰς βελέων apud Opp. De venat. lib. 1. Itẽ λίθων βολή, Herod. lapidũ iactus, vel cõiectus, ex Lucr. & Cic. Et in plur. λίθων βολαῖς apud eundẽ. At verò ἀνθέων βολὰς apud Herod. lib. 1 & 4 Pol. vertit florũ sparsiones: quia videlicet iaciẽdo sparguntur. Idẽ apud eũdẽ ὀφθαλμῶν βολὰς πυρώδεις lib. 1 interpr.

oculorum faces. Sed βολαὶ ὀφθαλμῶν sine adiectione, possumus reddere ad verbum, Coniectus oculorum, ex Cic. Bud. autem apud Homerum Od. δ, ὀφθαλμῶν βολὰς interpr. Oculorum fulgorem & vegetam aciem. ¶Βολὴ, Ictus, Plaga. vt Od. ω, v. 160, Ἀλλ' ἔπεσίν τε κακοῖσιν ἐνίσσομεν ἠδὲ βολῇσιν. id est πληγαῖς, inquit Eust. At scholiastes exp. βλήμασι. Sicut & Od. ρ, v. 283, Οὐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων οὐδὲ βολάων, itidē βλημάτων exponit. AT verò ἡλίου βολὰς apud Apoll. & Sophocl. aliósque poetas, aptè (vt opinor) ex Lucretio, Verbera radiorum interpretari possumus, (sub. solis) imò non dubito quin hisce Latinis Græca illa exprimere voluerit. ¶Βολὴ pro ἀποβολὴ, Abiectio, Amissio, ex Theophr. De caus. plant. αὐθῶν ποιεῖ βολήν. Vide Ἄβολος & Φυλλοβολὰς, &c.

Βολαὶ olim dicebantur etiam dolores qui sentiuntur in partu, vt tradit vulg. lex.

Βόλος, ου, ὁ, Iactus, vt Valer. Max. vocat. Bud. & exponit Retis iactum, Rete piscatoriū, i. fundam. Suid. τὸ βαλλόμενον εἰς ἄγραν ἰχθύων. Exēpla vide apud Bud. C. p. 432. Quòd verò Plut. βόλον ὠνεῖσθαι dicit, id Valerio (vt B. in Pand. annotat) est Iactum emere. Reperitur tamen & βόλος δικτύου apud Aristoph. ¶Item βόλος πέσσινος, & παιστικός, & κυβευτικός dicitur pro aleæ iactu, vt ibidem B. tradit. quo vocabulo Plautus quoque vsus est, apud quem in Rud. quidam dicit, Profectò nimis lepidè iecisti bolon. Est etiam βόλος τῶν ὀδόντων (vt ibidē addit B.) in veterinis, quum dentes pullinos amittunt. Aristot. 6. De hist. an. ἀκμάζει δὲ ὁ ἵππος & ἡμίονος μετὰ τοὺς βόλους. ¶Et βόλοι δρόσου, Stillæ roris, vt vulgata lex. exponunt apud Naz.

Composita quorum alia ad βάλλω, alia ad βολὴ, quædam & ad βόλος commodius referri possunt.

C. Βολοκτυπία, Sonitus ex iactu tesserarum, dum mouetur, Sonitus in ludo fritilli: de quo Mart. lib. 4, Dum blanda vagus alea decēber Incertis sonat hinc & hinc fritillis.

C. Ἄβολος, ου, ὁ, Qui nondū amisit dentes ætatis indices, i. γνώμονας. sic enim appellātur à Xen. Ita Budæus in suis Cōm. citato Aristot. hoc loco, in quo de equis & mulis loquitur, ἀκμάζει δὲ ἵππος & ἡμίονος μετὰ τοὺς βόλους· ὅταν δὲ πάντας ὦσι βεβληκότες, οὐ ῥάδιον γνῶναι τὴν ἡλικίαν. διὸ καὶ λέγουσι γνώμονα ἔχειν ὅταν ἄβολος ᾖ, ὅταν δὲ βεβληκότες, οὐκ ἔχειν. Citat & Aristot. hæc ex Anim. l. 6 verba, ἀκμάζει δὲ καὶ ἵππος καὶ ἡμίονος μετὰ τοὺς βόλους. ¶Ait autem Suid. ita etiā dici pullū qui nōdum habeat dentē γνώμονα. ¶Est porro dens dictus γνώμων, quoniā ex eo pullorū equinorū, item vitulorū, ætas γνωρίζεται, i. cognoscitur, vt inquit autor Etymol. Pollux quoq; ait γνώμονα dici dentē ætatis indiciū præbentem, qui decidere solet. Apud quos obserua γνώμονα sing. numero, non γνώμονας plurali. At verò apud Suid. legitur, ὀδόντας ἐξ ὧν γνωρίζεται ἡ ἡλικία. quæ lectio stare nō potest: sed aut ὀδόντα ἐξ οὗ, aut ὀδόντας ἐξ ὧν legendū, vt quiuis perspicere potest. Fit autē ἄβολος à nomine βόλος (quæ vox dētis indicis, seu dentium indicum aut pullinorum amissionem inter cætera significat) præfixo α priuatiuo.

Ἀβολήτωρ & Ἀβολις, idem quod ἄβολος. Suid.

C. Δεξιοβόλος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, Qui dextra manu iacit [telum.]

C. Δευτεροβόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui secundùm [dentes indices] iacit. Pollux δευτεροβόλους equos inter pullos & equos τελείους, medios statuit.

C. Δίβολος, ου, ὁ καὶ ἡ: vt δίβολος ἄκων apud Eurip. quod alii exponunt Telum anceps, Lascaris autem Bina tela. At δίβολοι χλαῖναι, quas Hesych. ab aliis διμίτους exponi scribit, ab aliis διπλᾶς: sicut & Poll. Atticè ἀπληγίδας & διπληγίδας ac διβόλους nominari tradit, quæ ab Homero ἁπλοΐδες & διπλαῖ vocentur. VNDE Διβολία apud Plut. Erotico. quod idem ac διπλῆ seu δίβολος χλαῖνα esse videtur. οἱ δὲ φίλοι καλὸν καλῶς ἐν τῇ χλαμύδι & τῇ διβολίᾳ συναρπάσαντες. de quodam peregrè abituro.

C. Διόβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Ioue missus, vt vulg. lex. ex Eurip. exponunt. Possit tamē esse etiā idem quod διόβλητος, A Ioue ictus, id est fulmine tactus.

Ἐπίβολος, ου, ὁ, Verba [probrosa in aliquem] iaciens, Verbis [probrosis] impetēs, Cōuitiator, Blatero, vt Gell. vocat. ἔπεσιν, ὡς βάλλει, βάλλων, & βλάσφημος, vt Eust. explanat. Homer. Il. β, de Thersite, Ὃς τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον ἔσχ' ἀγοράων. VNDE Ἐπεσβολία, ας, ἡ, Conuitiū, Nugæ. Od. δ, Ἀλλὰ σαόφρων ἐστὶ, νεμεσσᾶται δ' ἐνὶ θυμῷ Σὴν ἥδ' ἐλθὼν τὸ πρῶτον ἐπεσβολίας ἀναφαίνειν Ἄντα σέθεν. Vbi Eust. dicit esse vel τὰς τῶν ἐπῶν ἐισβολὰς & ἀρχὰς, vel τὰς κατὰ τῶν βιαίων μνηστήρων ὕβρεις, vel τὰς παρ' ἐκείνων εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ὀδυσσέως καὶ εἰς τὸν αὐτοῦ υἱὸν φλυαρίας, vel potius λοιδορίας & βλασφημίας.

ET Ἐπεσβολέω, ῶ, Verbis probrosis impeto. à quo Ἐπεσβολέων apud Gr. in Carm. quod Budæo idē est ac ἐπεσβόλος.

C. Εὐθύβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, Appositus. Metaphora sumpta ab arte iaculādi, Rectè ad scopū ad quē iactus dirigitur, tendens, ἐξ εὐθείας βάλλων, Suid. Philo De mūdo, Μωϋσῆς δὲ εὐθυβόλῳ χρώμενος ὀνόματι. vbi Bud. vertit, Moses apposito nomine vsus. Idē, καὶ τοῖς εὐθυβόλοις στοχασμοῖς ἀμαυρωθεῖσι [τέχνην,] Cōiecturis sagacibus orbatam. VNDE Εὐθυβόλως aduerb. Rectè & destinato iactu, Rectè. Idem Philo, οἱ δὲ στόχοις & εὐθυβόλως, οὐκ ἐπιβλέποντες μακρηγορεῖν. Et Bas. ὀρθῶς καὶ εὐθυβόλως ἐξενεγκεῖν. ET Εὐθυβολία, ας, ἡ, Rectus iactus, Recta coniectura. ET Εὐθυβολέω, ῶ, F. ήσω, Directè cōiicio. Idē Philo, ὁ γὰρ νοῦς οὐκ αὖ οὕτως εὐσκόπως εὐθυβολήσειεν, id est, Ictu certo & destinato collimasset.

C. Κορωνοβόλον ὄργανον, Ad cornices petēdas instrumētum, vt est funda. Vulg. lex. ex Epigr.

C. Κεραυνοβόλος, ου, Fulminis iaculator. vulg. lex. ex Lucian. VNDE Κεραυνοβολία, ας, ἡ, Fulminis iaculatio. ET Κεραυνοβολέω, ῶ, F. ήσω, Fulmen iaculor, Fulmine peto.

C. Παλίμβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, Veteratorius. τετριμμένος καὶ πολλάκις ἐμπεπρακημένος, ἴσως ἐκεῖθεν γεγονὼς ὅθεν καὶ ὁ μεταβολεὺς, i. Mercator, ἵνα ᾖ δοῦλος ὃν πολλάκις οἱ μεταβολεῖς ἤλλαξαν, q. in nūdinis sæpe permutatus & addictus, diuēditatus, emptitatus, dinūdinationibus cōtritus veterator, Veteratorius. Plut. Themist. δολερὸς καὶ παλίμβολος ἀνήρ, Veterator. Pla. lib. 4, De leg. ἐμπορίας γε καὶ χρηματισμοῦ διὰ καπηλείας ἐμπιπλᾶσα ἑαυτὴν, ἤθη παλίμβολα & ἄπιστα τῇ ψυχῇ ἐντίκτουσα. Hæc B. Exponitur etiā Inconstans, Mutabilis, Qui facile in diuersum resoluitur. Eras. in Chil. putat sumptū ab instrumētis sic arte confectis vt facile recurrāt in diuersum, atque hinc detortū in hominē lubricæ fidei. sic παλίμβολος & παλίστροφος γνώμη. Et apud Suid. τὸ γὰρ Σκυθικὸν ἔθνος παλίμβολον. Idē Suidas ait posse exponi etiā ἐναντιόβολος, ἐναντιογνώμων. VNDE Παλιμβολία, ας, ἡ, Dolus, Incōstantia, Fluctuatio animi. εὐμετάβλητος γνώμη, vt Suid. explicat in hoc Agathiæ loco, πολλαὶ δὲ φρουραὶ καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ ἀνὰ τὰ πλῆθη πρευνοτῆσες, ἐλπὶς καὶ δέος καὶ παλιμβολία.

C. Πετροβόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Lapides eiaculans. vt πετροβόλοι apud Xen. πολεμεῖν. Lapidum iaculatores. Polyb. lib. 5, τῶν δὲ πρὸς τὴν πολιορκίαν διὰ τοὺς βέλη καὶ τοὺς πετροβόλους. Et apud Ioseph. Antiq. lib. 9, πετροβόλα τε καὶ δορυβόλα, s. ὄργανα, machinæ quæ lapides eiaculātur, seu (vt ex Paulo Diacono citant vulg. lex.) Petrariæ machinæ: vt sunt balistæ, catapultæ, scorpiones: quibus lapides saxa & silices emitti testantur historici. App. Libyc. καταπέλτας ὀξυβελεῖς καὶ λιθοβόλους. VNDE Πετροβολικὸς, ἡ, ὁ, Idē, vt πετροβολικὸν ὄργανον apud Polyb.

C. Πλειστοβόλος, ου, ὁ, Qui taxillis ludens plurima puncta sortitur aut facit. Vulg. lex. ET Πλειστοβολι παιδιὰ, de qua Pollux lib. 9. ET Πλειστοβολίνδα apud eundem eodem lib. pro eodem. οὐ μόνον ἡ διὰ τῶν κύβων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἀστράγαλων ἐστὶ τὸ πλεῖστον ἀριθμὸν βαλεῖν. ET Πλειστοβολεῖν apud Suidam quod quidem non explicat, videtur tamen huius esse signif. AT apud Hesychium legitur & Πλειστοβάλειν, vno λ, forsan pro πλειστοβολεῖν. exponit autem παίζειν ἀστραγάλοις, Ludere taxillis.

C. Πρωτοβόλος, ου, ὁ, Qui primus iaculatur. Epigr. At ἵππος πρωτοβόλος (ita enim apud Eustathium quoque scribitur cum accentu in penult.) exponitur à Budæo ex Hippiatria, Qui primos dentes emittit. Vult autem Eust. βάλλω in hoc cōposito significare ἐκβάλλειν & ῥίπτειν: sicut & quum homo dicitur βάλλειν τοὺς ὀδόντας. Affert autem & ex quodam comico, γνῶμα γραῦ βέβληκεν, ὡς οὐδ' ἐπέης. vbi γνῶμα pro γνώμονα poni docet. ET Πρωτοβολέω, ῶ, Primus iaculor. Plut. Apophth. πρῶτος δὲ πρωτοβολεῖν ἐκέλευσε τῶν κυνηγετούντων τοὺς δυναμένους καὶ βουλομένους. At Ezech. cap. 47, πρωτοβολήσει ξύλον βρώσιμον, in vulg. lex. exponitur, Lignum frugiferum afferet primitiua.

C. Ῥιζοβόλος, ου, ὁ & ἡ, Qui radices emittit & quasi eiacula-

tur. VNDE Ῥιζοϐολέω, ῶ, Radices mitto, Radices ago. vt ῥιζοϐολεῖ τὰ κάτω, in Epigr.

C. Ῥινοϐόλος, ὁ καὶ ἡ. vt ῥινοϐόλῳ πατάγῳ, Sono naribus edito & impulso, vt vulg. lex. ex Epigr. interpr.

C. Σιδηροϐόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ferrum iaculans. vt σιδηροϐόλος μηχανή, Bud.

C. Σκέρϐολος, ου, Conuitiatorius, Impostorius. Item Conuitiator, Impostor. Callim. σκέρϐολα μὴ πίσαντο. ET Σκερϐόλλω, Conuitior, Cor impeto verbis mordacibus. est enim apocope ex ἐς κέαρ βάλλειν, vt tradit Eustath. Item Ποικίλλω, vt Aristophan. schol. exponit. in eius Equit. παῦ' αὐτοῖσι, καὶ μὴ σκέρϐολλε πονηρά. ET Σκερϐολέω, ῶ, Idem. Hesych.

C. Τηλεϐόλος, ὁ καὶ ἡ, Longè seu procul iaculans, Eminus feriens. Strabo lib. 4, ἔστι δὲ γαστρῷ ἐοικὸς ξύλον, ἐκ χειρὸς οὐκ ἐξ ἀγκύλης ἀφιέμενον, τηλεϐολώτερον βέλους. Et τηλεϐόλος ἰὸς lib. 6 Epigr. Quo etiā modo Lascaris bombardā τηλεϐόλον dixit, κατθανε τηλεϐόλῳ.

C. Τρίϐολος, ὁ, Tribulus. Herba hæc inter eas quæ secundum spinam folia habent, à Plinio numeratur. Eius duæ species commemorantur, altera terrestris, altera in aquis nascens. Terrestris, inimica frugibus est, & à Plinio inter terræ pestes numeratur. Vnde & Apostolus ad Hebr. 6, de terra infrugifera, ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριϐόλους. Vide Theophr. hist. plant. lib. 4, cap. 11. Dioscor. lib. 4, cap. 15. Plin. lib. 21. cap. 15, lib. 22. cap. 10.

‖ Τρίϐολοι sunt etiam (vt B. in Pand. annotat) machinulæ ferreæ, dolosæ, trigona aut tetragona forma, quæ in quamcunque partem incubuerint, vnum aut plures aculeos infestos protendunt. Latinè Murices dicuntur. Plut. Apophth. de Scipione, Πολυϐίου συμϐουλεύοντος αὐτῷ καταστεῖραι τριϐόλους σιδηροῖς, ὅπως μὴ διαϐαίνοντες οἱ πολέμιοι προσμάχωνται τοῖς χώμασι. Pro quo Valer. Max. Suadentibus quibusdam vt circa mœnia vrbis quam obsideret, ferreos murices spargeret, ne subita eruptione hostes impetum in præsidia nostra facere possent. Tribulos Vegetius etiam vocat, à seminis tribuli figura triquetra: quem consule lib. 3. Budæus lingua vernacula, vt & herbam ipsam, calcitrappas nominari scribit.

‖ Τρίϐολος vulg. lexicis est etiam Tribula seu Tribulum (de quo Varro lib. 1 cap. 52, E spicis in aream excuti grana: quod fit apud alios iumentis iunctis ac tribulo. id fit è tabula lapidibus aut ferro asperata: quo imposito auriga aut pondere grandi, trahitur iumentis iūctis, vt discutiat è spicā grana: aut ex assib. dentatis cum orbiculis. Idémque Plostellum Pœnicum etiam vocari scribit) & huc referunt illud 2 Reg. cap. 12, de Dauide qui Ammonitas iussit serris secari & tribulis ferreis protexi, cultrisq; subiici, ἔθηκεν αὐτοὺς ἐν πρίονι καὶ ἐν τοῖς τριϐόλοις τοῖς σιδηροῖς καὶ ὑποτομεῦσι σιδηροῖς. ‖ Τρίϐολοι item in frænis sunt quæ lupatis adduntur vt sua asperitate equos oris durioris coerceat. Poll. lib. 1, τὸ δὲ περὶ αὐτὸν [τὸν χαλινὸν] δακτύλιοι, ἐχῖνοι, τρίϐολοι, ὑφ' ὧν μασᾶται ὁ ἵππος.

C. Φυλλοϐόλος, ὁ καὶ ἡ, Qui folia amittit. (ab ea verbi βάλλω signif. de qua in πρωτοϐόλος dictum fuit.) VNDE Φυλλοϐολία, ας, ἡ, Foliorum amissio. Theophr. lib. 1. cap. 15, οὐκ ἀνάλογον δὲ αἱ φυλλοϐολίαι ταῖς βλαστήσεσιν. ET Φυλλοϐολέω, ῶ, F. ήσω, Folia amitto, vt Varro loquitur. Theophrast. ibidem, φυλλοϐολεῖ δὲ πάντα τὰ μετοπώρου καὶ μετὰ τὸ μετόπωρον. Est etiam Folia spargo. Herod. ἀνάγουσιν ἐς τὸ καπετώλιον ὑπὸ τοῦ δήμου δορυφορούμενον καὶ φυλλοϐολούμενον, i. (vt Bud. interpr.) Frondibus cōspersum præ lætitia τῆς συγκλήτου καίσαρα ἀποδεξάσης. Idem, εὐφήμουν τε καὶ ἐφυλλοϐόλουν τὸν Μάξιμον.

C. Ὠκυϐόλος, ὁ καὶ ἡ, Celeriter feriens, Bud. Pernix, Gazæ apud Aristot. de aquila quæ λαγωφόνος dicitur. ἔστι δὲ ὠκυϐόλος καὶ εὐθήμων, καὶ ἄφθονος. Sic ὠκυϐόλοις χεῖρας & ὠκυϐόλων ἰῶν in Epigr. Quæ subito ictu impetunt.

Βολαῖος, ὁ, Impetuosus. vt βολαῖος θύννος apud Eust. qui à βολὴ deducit: eodem modo quo apud Athen. ὁρμητικὸς esse dicitur. Vulg. lex. exponunt etiam Irretitus.

Βολὶς, ίδος, ἡ, Iaculum, Suidæ. Quò pertinere etiam potest βολίδες ἀστραπῶν, Sapient. 5, Quo vocabulo & Plin. lib. 2 cap. 26 vtitur, dicens ita differre à lampadibus, id est facibus, quòd faces vestigia longa faciant, priore ardente parte: bolis verò perpetua ardens longiorem

A trahat limitem. ‖ Item, Funis alligato plumbo quo nautæ deprehendunt fundum maris. Nauticum perpendiculum dici potest. καταπειρατηρία alio modo dicitur. Bud. VNDE Βολίζω, F. ίσω, Bolidem demitto, Bud. Bolide fundum maris exploro. Eustathius exponit βάθος θαλάσσης μετρεῖν μολιϐδίνῃ καθέτῳ ἢ πιωδεῖ τινι. Alibi verò σημειοῦσθαι διὰ καθέσεως βολὶς εἰ βαθὺ τὸ ὕδωρ. Act. Apost. 27, καὶ βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι· καὶ βραχὺ διαστήσαντες, καὶ πάλιν βολίσαντες, εὗρον ὀργυιὰς δεκαπέντε.

B Βολέω, ῶ, F. ήσω, Iacio. Idem propè quod βάλλω. vnde apud Homerū, πέτρῃσι βεϐολήατο, Eustathius exponit βέϐληντο, addens, κατὰ συγκοπὴν: innuens videlicet βεϐλήατο ex βεϐόληντο (pro quo Ionicè βεϐολήατο) factum esse. Sic Il. ι, ἄχεϊ βεϐολημένος ἦτορ. ‖ Alibi verò scribit τὸ δὲ ἐπὶ νηυσὶ βολεῖν, siue βολίζειν, ἐ βάθεις θαλάσσης δηλοῖ μέτρημα διὰ καθέτου βόλου τινός, respectu simplicis βολεῖν esse ἑτεροῖον.

C. ἈΜΦΙβάλλω, Circumiicio, Circūpono, Circūndo. Od. ξ, Ἀμφὶ δέ μοι ῥάκος ἄλλο κακὸν βάλον, per anastrophē pro ἀμφέϐαλον ἐμοί, Mihi circumposuerunt, Mihi circundederunt. sic & Od. ψ, Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν ἄλλην βάλε. Sic & Odyss. η, Ἀμφὶ δ' ἄρ Ἀρήτης βάλε γούνασι χεῖρας Ὀδυσσεύς. ‖ Ἀμφιϐάλλω, Comprehendo, Amplector, Complector. Od. ρ, Καὶ κρέας, ὡς οἱ χεῖρες ἐχανδάνον ἀμφιϐαλόντι. vbi ἀμφιϐαλεῖν exponit Eustathius περιλαϐεῖν, ἤτοι περισχεῖν. Idem explicās hūc eiusdē poetæ locū, τῶν δ' ἐγὼ ἀμφιϐαλὼν θάλαμον δέμον, ait ἀμφιϐαλεῖν esse περιλαϐεῖν ἢ περικλεῖσαι.

Ἀμφιϐάλλω, Induo. vt ἀμφιϐαλοῦσα κάρα συγχρὰν δουλοσύναν, apud Euripidem, Induens capiti tristem seruitutē. quam significationem habet & in voce passiua, vt paulo pòst dicetur. Existimo autem & in hoc versu Homeri, Il. ρ, in fine, Οἱ δ' ὥσθ' ἡμίονοι κρατερὸν μένος ἀμφιϐαλόντες, nihil aliud esse ἀμφιϐαλόντες quàm ἐνδεδυκότες, id est, qui induerint, vel postquam induerint. eodem videlicet modo quo ἐπιειμένος ἀλκὴν dicit. Scio tamen aliter illud ἀμφιϐαλόντες in scholiis Græcis exponi.

Ἀμφιϐάλλω, Dubito, Ambigo. Greg. De homine, ὅτι γὰρ ἄλλο τι παρὰ τὰς αἰσθήσεις ὁ νοῦς ἐστιν, οὐκ ἂν οἶμαι τινὰ τῶν ἐμφρόνων ἀμφιϐάλλειν. Eustath. ait in hac significatione ab Homero nusquam vsurpatum fuisse.

Ἀμφιϐάλλομαι, pass. Circūiicior, Circūponor, Circūdor.

Ἀμφιϐάλλομαι, Accingor, Induor, vel Accingo me, Induo me. cùm accus. significante (vtplurimū) aliquod armorum genus. vnde Hes. ἀμφιϐάλλομαι exponit etiam ὁπλίζομαι. Od. χ, Καὶ κυνέην πάγχαλκον ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν Αὐτὸς τ' ἀμφιϐαλοῦμαι ἰών. Phocylides, Τὸ ξίφος ἀμφιϐαλοῦ μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν. id est Præcingere ense, vt Io quitur Ouidius.

Ἀμφίϐλημα, ατος, τὸ, Indumentū, Vestimentum. ἀναϐόλαιον, Hes. Apud Eurip. in Phœn. πάνοπλα ἀμφιϐλήματα, Indumenta armorum omnis generis, vel Indumenta cūcta quibus quis armatur: in hoc versu, Ἐκφέρετε τεύχη, πάνοπλά τ' ἀμφιϐλήματα. i. (inquit schol.) Indumenta omnia hominem armantia: vt thoracem, galeam, ocreas.

Ἀμφίϐληστρον, ου, τὸ, Circūdatoriū, ad verbū, Omne instrumētum ad circundandū. fit enim ab ἀμφιϐάλλειν significante Circundare. ‖ Peculiariter autē ἀμφίϐληστρον appellatur rete. nā exponitur δίκτυον à Suida & Hes. est autē generale nomē δίκτυον. at quidam volunt certum retis genus ita vocatū. Verriculū à nōnullis exponitur, ab aliis Retiaculum. Funda etiā ab aliquib⁹. Hoc certè constat esse rete piscatorium. Hesiod. — εἶχε δὲ χερσὶν ἰχθύσιν ἀμφίϐληστρον. & quidā apud Athen. lib. 10, ἰχθύσιν ἀμφίϐληστρον ἀνὴρ πολλοῖς ἐπιϐάλλων. Habetur & Matth. 4, item Marci 1. Dicitur autem ex eo quòd vndique complectatur, vel circundet.

Ἀμφίϐληστρον, metaph. appellatur a Soph. tunica (quasi videlicet inuoluens & irretiens more retis quod ἀμφίϐληστρον dicitur) in Trachiniis, Καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐριννύων Ὑφαντὸν ἀμφίϐληστρον, i. (Accio interpr.) Hac me irretiuit veste furiali inscium.

Ἀμφιϐληστροειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Formam habens retis quod ἀμφίϐληστρον appellatur. vt ἀμφιϐληστροειδὴς ὀφθαλμοῦ χιτὼν, apud Pollucem.

Ἀμφιϐληστρευτικὴ, ῆς, ἡ, Ars piscatorū qui vtuntur reti quod appellatur ἀμφίϐληστρον. Sic dicitur vt ἀγκιστρευτικὴ, subaudiendo τέχνη, apud Iul. Pollucem.

Ἀμφιβολεὺς, έως, ὁ, Piscator. ἀμφιβολεῖς Hesychius exponit ἁλιεῖς. Apud Esaiam quoque cap. 19. ἀμφιβολεῖς inter piscatores numerantur. Videtur autẽ propriè de iis dici qui vtuntur retis genere quod appellatur ἀμφίβληστρον. A

Ἀμφίβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui vndique feritur. Thucydides lib. 4, οὗτοί τε ἀμφίβολοι ἤδη ὄντες, οὐκέτι ἀντεῖχον, Hique quum vndique ferirentur, non iam hosti resistere poterant. Vel, Quum ab vtraque parte ferirentur. Arrianus apud Suidam, οἱ δὲ Μάρδοι ἑκατέρωθεν ἤδη ἀμφίβολοι γινόμενοι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀναβαινόντων παιόμενοι, καὶ ὑπὸ τῶν κατὰ νώτου ἐπιτεθειμένων ὠθούμενοι, ἀπέθνησκον. Plutarchus in Camillo, ἀμφίβολοι γεγονότες ὑπὸ τῶν πολεμίων. vbi quidam exponunt Circundati ab hostibus. Videtur autem in loco Arriani modò citato abundare aduerbium ἑκατέρωθεν, quum ἀμφίβολοι per se significet ἑκατέρωθεν βαλλόμενοι. B

Ἀμφίβολος, metaph. Ambiguus, Anceps, Dubius: vt λόγοι ἀμφίβολοι, Isocrat. in Panath. ἀμφίβολος φήμη, Plutarchus in Othone, Ambiguus rumor. ἀμφίβολος τὴν ὄψιν, Qui est ancipiti facie. Itidem ἀμφίβολοι κάμακες, in Anthologia epigr. Ancipites. ‖ Ponitur ἀμφίβολον substantiuè etiam. vt ἐν ἀμφιβόλῳ εἶναι apud Thucydidem, In ancipiti esse. vsurpando ancipiti substantiuè: vt præcipiti, quum dicitur Esse in præcipiti, vel Stare in præcipiti. Idem Thucydides, ἐς ἀμφίβολον τίθημι τὰ ἀγαθά. ‖ Interdum ἀμφίβολος dicitur ipsa persona. vnde ἀμφίβολός ἐστι, pro Ambigit, In dubio est. Suidas ἀμφίβολοι exponit Qui vndique feriuntur. aut Consilii inopes, Quos variæ incessunt cogitationes, incertos quid potissimũ eligere debeant. Deinde subiungit locum Arriani à me modò citatum, rursum illi hunc attexens, ὁ δὲ Γαμψρέπτος τούτοις ἀμφίβολος ὀφθεὶς, βραχὺ παρεωρᾶτο. Vtrique tamen loco prior tantùm expositio conuenire videtur. C D

Ἀμφιβόλως, aduerbium, Ambiguè. Athenæus 12, ἀμφιβόλως δ' αὐτὸ εἴρηκεν ὁ Ἰσόμαχος. Et lib. 9, ἀμφιβόλως δ' εἴρηται τὸ ἀπὸ, &c.

Ἀμφιβολία, ας, ἡ, Ambiguitas in sermone, Ambigua dicti alicuius sententia. vnde & vni ex vitiis orationis nomen hoc tribuitur. Dicitur etiam ἀμφιβολία, Vox anceps, vt apparet ex Suida.

Ἀμφιβολία, Incertitudo consilii de re quapiã, Hæsitatio hominis ambigentis quid sit agendum, vel vtrum ex duobus sit agendum. vt ἐν μεγάλῃ καθειστήκειν ἀμφιβολίᾳ, Valde ambigebam, Valde consilii ambiguus eram, vt Tacitus loquitur. Ad verbum, In magna ambiguitate consilii constitutus eram. si modò ambiguitas consilii dici posset ἀμφιβολία: vt Ambiguus consilii dicitur à Tacito ὁ ἀμφίβολος, vel ὁ ἐν ἀμφιβολίᾳ καθεστηκὼς, aut ἀμφιβολίαν ἐχόμενος. nam inuenitur & hoc loquendi genus. E

C. ἈΝΑΒάλλω, quasi ἄνω βάλλω, Sursum tollo, Attollo, Erigo. ἀναβάλλειν τινὰ ἐπὶ τὸν ἵππον, apud Xenophontem, idẽ quod ἀναβιβάζειν, Tollere in equum. Apud Aristotelem in Probl. ἀναβάλλειν τὰ ὄμματα & καταβάλλειν τὰ ὄμματα opponũtur pro Attollere oculos & Demittere oculos. Eustathius ait eum qui fodit, dici ἀναβάλλειν χοῦν, id est sursum iacere: cui contrarium sit καταβάλλειν. Alibi ait formicas quoque dici ἀναβάλλειν κάτωθεν χοῦν. Est & apud Xenophontem Pæd. 7, ἀναβάλλειν γῆν, Egerere terram fodiendo. Apud eundem dicitur à Callimacho fons aquam ἀναβάλλειν pro Erumpere aquam quasi sub silietem. Bud. ex quibusdam scholiis annotat & hoc, ἀναβάλλει τὸ χαλκεῖον, id est, Bullat, Efferuescit, Redũdat. F

Ἀναβάλλω, Sterno & excutio, vt equus sessorem, inquit Budæus. Xenophon, ἦλθον γὰρ ἂν καὶ ὑποδύοιτο ὁ ἵππος καὶ ἀναβάλοι τὸν ἀναβάτην. G

Ἀναβάλλω (inquit Budæus) Remoror, Protraho, Prolatationibus implico. Demosthenes, τοὺς λόγους οἷς ἀναβάλλουσιν ἡμᾶς, i. Quibus nos remorãtur & differre cogunt.

Ἀναβάλλω, Differo. vt in prouerbio, ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει. exponitur enim, Echinus partum differt. Sic ab Homero vsurpatur Od. τ, Μηκέτι νῦν ἀνάβαλλε δόμοις ἔνι τοῦτον ἄεθλον. Vsitatior est tamen hæc significatio in voce passiua ἀναβάλλομαι. H

Ἀναβάλλομαι, Sursum tollor, Attollor, Tollor. ἀναβάλλομαι εἰς ἵππον, Tollor in equum: vt ἀναβάλλειν εἰς ἵππον diximus à Xenophonte poni pro Tollere in equum. Idem ἀναβάλλεσθαι absolutè pro eodem vsurpat, in Hipparchico, τοὺς γὰρ μὴν πρεσβυτέρους τὸν Περσικὸν τρόπον ἀναβάλλεσθαι προστεθῆναι, καὶ τούτοις προσεθίσαις ἄν.

Ἀναβάλλομαι, Induor, Amicior. Aristoph. Vespis, οὐκ ἀναβαλεῖ; Non amicieris? ἀναβάλλομαι, inquit Budæus, Amicior, ἐνδύομαι. vnde ἀναβληδὸν ἐνδύεσθαι, significat Induere in modum amiculi, Amictim circumiacere. In Psal. 103, ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον. Chrysost. De sacerdotio, ἀναβεβλημένη στολίδας. Suidas ait Atticos dicere ἀναβάλλεσθαι ἱμάτιον non autem περιβάλλεσθαι.

Ἀναβάλλομαι, Resupinor, θρύπτομαι. Dionys. Halicar. de quadam Isocratis oratione loquens, τὸ μὲν ὕπτιον καὶ δὴ ἀναβεβλημένον τῆς ἀπαγγελίας. id est, Supinũ & deliciis affluens. ‖ Videtur autem huic significationi quam annotat Budæus, esse affinis ista quæ ab Eustathio ponitur, vt sit idem quod Pigror aliquid facere, Tardus sum ad aliquid faciendum, Detrecto facere. Sed notandũ est, hac in significatione nõ pass. accipi ἀναβάλλομαι, sed actiuè.

Ἀναβάλλομαι, actiuè positum (vt & in proximè annotata significatione) capitur & pro Differo, Prorogo, Procrastino. Ἀναβάλλομαι (inquit Budæus) vt & ἀνατίθεμαι, Reiicio, Cunctor, Prolato, Procrastino. quod & ἐπαναβάλλομαι dicitur, Dilationes quæro, Diem de die duco. Basilius, μὴ δίνου ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. Sic Plutarchus in Cæsare, τὴν σύγκλητον ἀναβαλέσθαι, Senatum diem distulisse. Hæc ille. Xenophon Hell. 6, τότε μὲν ἀνεβάλοντο τὴν ἀπόκρισιν. Idem Pæd. 8, ἐπεὶ δὲ ἀκούσειεν αὐτῶν, πολὺν χρόνον ἀνεβάλλετο τὴν διαδικασίαν, Auditis autem illis in lõgum tempus differebat iudicationem. Æschines in Ctesiphontẽ, ἀλλ' εἰς τινὰ καιρὸν ἀνεβάλλου καλλίω; Sic Plut. in Themistocle, πᾶν ἀνεβάλλετο εἰς τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Cum infinitiuo, Xenophon Hellen. 1, ἀεὶ ἀνεβάλλετο μὴ διαλεχθῆναι. Ammonius vult ἀναβάλλεσθαι & ὑπερτίθεσθαι ita differre vt ἀναβάλλεσθαι sit præterire tempus idoneum agendæ rei cuipiam: ὑπερτίθεσθαι autem illud idoneum tempus expectare. ‖ Vsurpatur & passiuè in hac significatione pro Differor. Isocrates, οὐδὲ εἰς τὰς ταχείας ἀναβληθήσεσθαι τὰς τιμωρίας.

Ἀναβάλλομαι, Ad iudicium alterius reiicio, Arbitrio alterius permitto. Luc. ἀλλ' ἐπί σε τὸ πᾶν ἀνεβαλλόμεθα, καὶ ὅ, τι ἂν δοκῇ, τοῦτο ποιήσει τέλος τῆς δίκης. Bud.

Ἀναβάλλομαι idem quod προοιμιάζομαι, siue ἀνακρούομαι, aut προανακρούομαι: vt exponũt Gr. lexicogr. Ἀναβάλλομαι, inquit Bud. τὸ προοιμιάζομαι, id est Præfationem dico, vel Præludium cãtus facio. quod etiam ἀνακρούομαι dicitur. Isocr. in Panath. ἃ μὲν οὖν ἐβουλήθην καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὥσπερ χορὸς, προαναβαλέσθαι, ταῦτ' ἐστιν. id est, Quæ præfari statueram eo modo quo chorus quædam præcinere solet. Hæc ille. Notandum autem iungi accusatiuo hîc ab Isocrate: vt & iunxit is qui dixit ἀοιδὴν ἀναβάλλεσθαι, pro Cantus præludium facere: & Aphthonius, μουσικὴν ἀναβάλλεσθαι σύντονον. at cum infinitiuo apud Homerum, Od. α, Ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. vbi sciendum & aliam proponi verbi ἀνεβάλλετο explicationem ab Eustath. vt videlicet significet idem quod alibi ἀνενείκατο. id est spiritum reduxit, & quasi sursum attraxit, vt faciunt videlicet qui ad cãtum suam vocem præparant. Apud Suidam autem est annotatio ineptissima, videlicet ἀναβαλλόμενος, cum λλ esse ὑπερτιθέμενος: ἀναβαλόμενος autẽ per λ, προοιμιασάμενος. quasi verò in vtraque significatione non vsurpetur & Præsens & Aoristus posterior huius verbi.

Ἀναβάλλομαι, Suscipio. vt apud Herodotum, ἀναβάλλεσθαι μάχας πρὸς Μεσσηνίους, Aduersus Messenios prælia suscipere. Ita quidẽ in vulg. lex. Græcol. sed ego sic interpretari nolim.

Ἀνάβλησις, εως, ἡ, Dilatio, Prorogatio, Procrastinatio. Iliad. β, οὐκ ἔτ' ἔπειτα Τρωσὶν ἀνάβλησις κακοῦ ἔσσεται οὐδ' ἠβαιόν. Ibidem, Καί κεν ἀνάβλησις λύσιος νεκροῖο γένηται.

Ἀναβληδὸν, aduerb. In modum amiculi, Amictim. vt ἀναβληδὸν ἐνδύεσθαι, In modum amiculi induere, Amictim circumiacere. Herodotus, ἐπαναβληδὸν εἵματα φορέουσι, hoc est quasi circuniectim & obuolutim, Bud.

Ἀναβολὴ, ῆς, ἡ, Egestio. vt ἀναβάλλειν γῆν interpretati sumus Egerere terram. Capitur & pro ipsa terra egesta. nam Eustathius ἀναβολὰς τάφρων esse vult τὸν ἐκ τῶν τάφρων ἀναβαλλόμενον χῶμα.

Ἀναϐολὴ, in prosa frequentissime, idem quod ἀνάϐλησις in carmine. Isocrat. De pace, μηδ᾽ ἀναϐολὴν ἀλλ᾽ ἀπαλλαγὴν εὑρήσομεν τινα τῶν κακῶν τῶν παρόντων, Nec dilationem sed liberationem inueniemus præsentium malorum. vel, Nec intermissionem inueniemus, &c. ἀναϐολὴν ποιεῖσθαι pro ἀναϐάλλεσθαι, Differre, Procrastinare. Plut. in Camillo, ἔγνω μὴ ποιεῖσθαι τῆς τιμωρίας ἀναϐολὴν, Statuit vltionē non differre. apud Thucydidem, ἀναϐολὴν τοῦ κακοῦ ποιεῖσθαι. Vsurpatur interdū & pluralis numerus pro singulari, vt apud Plutarchum, ἀναϐολὰς τῶν γάμων ποιεῖσθαι, pro ἀναϐολὴν ποιεῖσθαι, Nuptias differre, vel procrastinare, vel Moram afferre nuptiis. Dicitur verò & alia forma, ποιεῖσθαί τι εἰς ἀναϐολὰς, pro ποιεῖσθαι ἀναϐολάς τινος. vt apud Thucydidem, ἐς ἀναϐολὰς ποιεῖσθαι τὴν ἀναχώρησιν. Idem dixit, ἐς ἀναϐολὰς προσῆγεν. Plato autem dixit ποιεῖσθαι ὠνὴν ὑπ᾽ ἀναϐολῇ, pro Dilatione data. quod vulgò dicūt Ad terminū. De leg. lib. 11, μηδ᾽ ἐπὶ ἀναϐολῇ πρᾶσιν μηδὲ ὠνὴν ποιεῖσθαι μηδενός. Ἀναϐολὰς ποιεῖσθαι, Differre, Causari, προφασίζεσθαι apud Demosthenem, inquit Budæus. Dicitur etiam ἐν ἀναϐολαῖς εἶναι. quo genere loquendi sæpe vtitur Philostratus. Ἀναϐολαὶ ἔνορκοι, Dilationes propter sonticum morbum aut aliam legitimam causam impetratæ. Bud. A B C

Ἀναϐολὴ, vt vult Eustathius, capitur & pro ἀνάπαυσις, id est (inquit Bud.) ὄκνησις, Cunctatio.

Ἀναϐολὴ, Amictus. vt τὴν ἀναϐολὴν ἠμφιεσμένος. Synesius, σοί τε δέρεστρα πρέποντα καὶ ἀναϐολὰς εἰς τὴν ὥραν τῆς ἐτης.

Ἀναϐολὴ, Procemium carminis, siue initium. Aristophanes in Pace, ξυνελέγοντ᾽ ἀναϐολὰς πεπύσμεθα. vbi scholiastes exponit τὰς ἀρχὰς τῶν ᾀσμάτων, id est Initia canticorum, subiungitque versum Homericum paulo antè à nobis citatum, Ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεϐ. &c. D

Ἀναϐολεὺς, έως, ὁ, Id in quod imposito pede conscēdimus equum. Item ἀναϐολεὺς, Homo cuius ministerio vtimur ad hoc ipsum. Sic Eustathius. Budæus autem quū ἀναϐάλλειν εἰς ἵππον docuisset significare Tollere in equum, subiungit, Inde ἀναϐολεὺς qui huiuscemodi munere fungitur. Plutarch. in Crasso, ἅμα δ᾽ ἵππος τοῦ Κράσσου παρέστη χρυσοχάλινος, καὶ οἱ ἀναϐολεῖς αὐτὸν ἀράμενοι περιέϐασαν, καὶ παρείποντο πληγῇ τὸν ἵππον ἐπιταχύνοντες. de stratoribus Parthorum regis loquēs. siquidem stratores à sternendis equis dicti sunt. Addit aliquanto pòst, Ἀναϐολεῖς etiam sunt subices ephippiarii è cremasteribus pendentes, quibus velut adminiculis in equos scandimus. Plutarchus in Graccho, ἄλλοις δὲ λίθοις ἔλαττον ἀπέχοντας ἀλλήλων ἑκατέρωθεν τῆς ὁδοῦ διέθηκεν, ὡς εἴη ῥᾳδίως τοῖς ἵπποις ἔχουσιν ἐπιϐαίνειν ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἀναϐολέως μὴ δεομένοις. E

Ἀναϐόλαιον, ου, τὸ, Amictus, Pallium. Hieronymus in cap. 4 Esaiæ, Mutatoria & pallia (quæ significantius Symmachus transtulit ἀναϐόλαια) ornamenta sunt mulierum, quibus pectora & humeri proteguntur. F

Ἀναϐολάδιον, ου, τὸ, Dimin. Amictorium quo humeri operiuntur: inde dictum quòd ab inferioribus partibus ad superiores eleuetur. vt scribitur in vulgatis lexicis Græcol.

C. ΑΝΤΙϐάλλω, Contra iacio, Ex aduerso iacio. ‖Item, In alterius locum iacio, Vnum pro alio iacio, vel inicio. vnde dicuntur ἀντιϐαλλόμενα, quæ in aliorum locum iniciuntur in medicamenta: vtpote æqualia, id est æquales vires habentia. quæ recentiores medici vocant Quid pro quo, vt ait Marcellus Virgilius in Dioscoridem. Quidam ἀντιϐάλλειν putarunt hoc sensu exponendum Permutare: & ἀντιϐαλλόμενα Quæ permutantur. G

Ἀντιϐάλλω, Vicissim iacio. vt ἀντιϐάλλειν λόγους πρὸς ἀλλήλους dicuntur Lucæ Euang. cap. 24, Qui vicissim iaciunt sermones inter se. id est, conferunt sermones inter se, vt vulgò interpretantur. Etiam Conferre exemplaria dicitur ἀντιϐάλλειν. Strabo lib. 17, ἐγὼ γοῦν ἀπορούμενος ἀντιγράφων εἰς τὴν ἀντιϐολὴν, ἐκ θατέρου θάτερον ἀντέϐαλον. H

Ἀντιϐολὴ, ῆς, ἡ, Collatio. vt ἀντιϐολὴ λόγων, Collatio sermonum inter duos. quasi vicissim iaciantur sermones.

‖Ἀντιϐολὴ ἀντιγράφων, Collatio exemplarium. Strabo in loco modò citato. Citatur ἀντιϐολὴ etiam pro ἀντιπαραϐολή, ex Plat. Vide ἀντιπαραϐολή.

ΑΠΟϐάλλω, Abiicio, Reiicio, Repudio, Respuo, apud Platonem. Hinc & nomen ἀπόϐλητος, Abiiciendus vel Reiiciendus, aut Repudiādus. Aut, Dignus qui reiciatur, seu respuatur. ἀποϐάλλειν (inquit Eustathius) τὸ ἀπορρίπτειν. vnde ἀπόϐλητος. Pro hac tamen significatione tradunt grammatici quidam vsurpari verbum istud in passiua potius significatione quam actiua. Lucianus, εὑρίσκον γὰρ τοὺς ἀποϐαλλομένους τὴν δόξαν, αὐτῆς ἕνεκα πάντα ποιοῦντας. Id est, Comperiebam enim eos qui gloriam respuerent nihil non eius causa facere. Aut, Qui gloriam reiicerent, seu aspernarentur. Hoc est, Qui gloriam se respuere seu abiicere dicerent. Vel, respuendam esse dicerent.

Ἀποϐάλλω, Amitto. Plutarch. in Fabio, εἰ μὴ γὰρ σύ τὴν πόλιν ἀπέϐαλες, οὐκ ἂν ἐγὼ παρέλαϐον. Polyb. lib. 1, πολλοὺς τῶν ἰδίων ἀπέϐαλον. Plutarchus in Romulo, ὑπὸ Ῥωμύλου νικηθέντες ὑπὲρ ὀκτακισχιλίους ἀπέϐαλον. Sic & imperator apud Latinos amittere milites dicitur. Thucyd. lib. 2, ἄνδρας τε ἀποϐάλλουσι. Opponitur autem ἀποϐάλλω in hac significatione verbo σώζω, propriè. interdum tamen & verbo ἔχειν, item κτᾶσθαι. Apud Xenophontem enim, vt victores τὰ ἑαυτῶν σώζουσι, victi itidē τὰ ἑαυτῶν πάντα ἀποϐάλλουσι. Idem in 8 scribit non ita iucundum esse pecunias ἔχειν, vt est acerbum eas ἀποϐάλλειν. Isocrates autem in Archidamo, ἀποϐάλλω videtur opponere verbo κτῶμαι ita scribens, ἣν ἐκεῖνοι μετὰ πολλῶν πόνων καὶ κινδύνων ἐκτήσαντο, ταύτην ἡμεῖς ὑπὸ λόγων πεισθέντες ἀποϐαλλοίμεθα. Sed & ἀποϐάλλειν τὴν κεφαλὴν dicitur aliquis, pro Amittere caput. Id est, Capite plecti. Eodem planè modo dicunt nostrates *Perdre la teste*. hæc enim duo verba sonant ad verbum Amittere caput. Notanda est autem verbi ἀποϐάλλειν constructio similis verbo ἀποθνήσκειν, & ἀπολέσθαι. nam vt dicitur ἀποθνήσκειν ὑπό τινος, vel ἀπολέσθαι ὑπό τινος: sic ille dixit ἀπέϐαλον ὑπὸ Κίμϐρων, ad verbum Amiserunt à Cimbris, id est, Iacturam illius passi sunt à Cimbris. Interpres tamen in alia videtur fuisse opinione, vt qui verterit à Cimbris victi. quasi legeretur ὑπὸ Κίμϐρων νικηθέντες, vel ἡττηθέντες. Volunt præterea ex grammaticis nonnulli ἀποϐαλὼν esse ὁ ἄκων ἀπολέσας, at ἀποϐαλόμενος esse ὁ ἑκὼν ῥίψας.

Ἀποϐάλλομαι, voce & significatione passiua, Abiicior, Reiicior, Respuor. à qua voce formatur ἀπόϐλητος, Reiiciendus, Respuendus. Capitur etiam pro Amittor.

Ἀπόϐλημα, ατος, τὸ, Quod abiicitur, seu reiicitur. Quasi quis dicat Reiectamentum. Et ἀποϐλήματα plur. num. exponitur Reliquiæ quæ abiiciuntur.

Ἀπόϐλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ὁ biiciendus, Reiiciendus, Repudiandus, Respuendus, Spernendus. Fortasse potest etiam verti Reiectaneus. Il. β, Οὔτι ἀπόϐλητον ἔπος ἔσσεται, ὅττι κεν εἴπω. Il. γ, Οὔτι ἀπόϐλητ᾽ ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. Quem versum accommodans suo proposito Lucianus dixit, ὅτι ἀπόϐλητα εἰσὶ τὰ δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός. AB hoc adiectiuo fit aliud, videlicet Ἀποϐλητικὸς, quod exponitur Qui amittit, sed videtur exponendum potius Qui amittere potest. vel, Qui est eiusmodi vt amittat, Qui est obnoxius huic infortunio vt amittat. Cum genitiuo, sicut contrarium eius κτητικὸς & alia huius formæ.

Ἀποϐολὴ, ῆς, ἡ, Abiectio, Reiectio, Repudiatio. Pro abiectione apud Platonem, De leg. lib. 12, καὶ τῆς τῶν κατὰ πόλεμον ὅπλων ἀποϐολῆς. ‖Item Amissio, Iactura, vt χρημάτων ἀποϐολή.

Ἀποϐολεὺς, έως, ὁ, Abiector, Reiector. vt ἀποϐολεὺς ὅπλων apud Platonem lib. 12. quem differre ἀπὸ τοῦ ῥιψάσπιδος ostendit.

Ἀποϐολιμαῖος, ου, ὁ καὶ ἡ, pro ἀποϐολεὺς, apud Aristophanem De pace, — Ἡδέως Ἀποϐολιμαῖος τῶν ὅπλων ἐγίνετο. Est autem factum hoc ad exemplar τοῦ ὑποϐολιμαῖος, data opera. nam (vt scholiastes docet) ἀποϐολιμαῖος dictus est quidam à poeta ἅμα μὲν καὶ διὰ τὸ ἀποϐαλεῖν τὰ ὅπλα, καὶ παρὰ τὸ ὑποϐολιμαῖος εἶναι. Vt autem ὑποϐολιμαῖος propriè sonat Subiectitius, ita ἀποϐολιμαῖος (si quis formæ rationem habeat) sonat Abiectitius.

C. ΔΙΑϐάλλω, Traiicio, Trāsmitto, Transfreto. Herodot. ὡς διαϐάλοι ἐς τὴν Νάξον. Thuc. καὶ ἐκ Φαρῶν τῆς Ἀχαΐας πρὸς τὴν

αὐτὴ πέρας ἤπειρον διαβαλλόντων. Plutarchus cum accusatiuo, διαβαλὼν τὸν Ἰόνιον, Ἀπολλωνίαν αἱρεῖ. Ex Herodoto autem citatur & διαβάλλειν τὰς νέας. Interdū διαβάλλω alteram traiiciendi significationem habet pro Transfigere: (vt Linguam traiecit arundine, apud Nasonem) sic enim Dioscorides lib.4, cap. 76 dixit, καὶ ὁ φλοιὸς διαβληθεὶς λίνῳ. Alibi διαπείρειν λίνῳ dicit. Vt igitur in hoc postremo exemplo διαβάλλω pro διαπείρω, sic in præcedentibus pro διαπερᾶν sumitur.

B Διαβάλλω, Calumnior, Obtrecto. Sed propriè significat (vt opinor) Calumnior, traiiciēdo culpam in alium, vt ab vna traiiciēdi significatione ad alteram quæ metaphorica est, trāseat hoc verbum διαβάλλω. Extat Luciani libellus inscriptus περὶ διαβολῆς, id est De calumnia, in quo sæpe repetuntur διαβάλλειν & διαβάλλεσθαι. In eo scribuntur & hæc, τελῶν δ' ὄντων προσώπων, καθάπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις, τοῦ διαβάλλοντος καὶ τοῦ διαβαλλομένου καὶ τοῦ πρὸς ὃν ἡ διαβολὴ γίγνεται. Sed διαβάλλω sæpe etiam sonat generaliter Criminor, Inculpo, Insimulo. vnde & ψευδῶς additur ab Isocr. Ad Nicocl. Dicitur autem διαβάλλω vel

C cum accus. personæ (& quidem frequētius) vel cum accus. rei. Cum accus. personæ, dicitur διαβάλλω σε ὡς φαρμακέα, vel ὡς φαρμακέα ὄντα, vel ὡς φαρμακεὺς εἶ, vel φαρμακέα εἶναι. Dicitur & διαβάλλω σε ἐπὶ τούτῳ. Item διαβάλλω σε εἰς τοῦτο, nonnunquam verò & πρὸς τοῦτο, necnon περὶ τούτου. Quarū constructionum exēpla (cæteras lectori obseruandas relinquens) eodē ordine proferā: sed quædā in actiua, quædam in voce pass. Luc. De cal. δεῖ, τὸν μὲν ἰατρὸν διαβάλλουσιν ὡς φαρμακέα, τὸν πλούσιον δὲ ὡς τύραννον. Plato in Epist. Δίωνα ᾔσθοντο διαβεβλημένον ὡς ἐπιβουλεύοντα γενέσθαι τύραννον. Thucyd. 5, ὅπως ἐν τῷ δήμῳ διαβαλὼν αὐτοὺς ὡς οὐδὲν ἀληθὲς ἐν νῷ ἔχουσι. Plutarch. in Sympos. sept. sap.

D pag.1, ἀλλ' ὅπερ ἔφην, διεβλήθης μισοδέσποτος εἶναι. Herodot. lib.2, ὧν γὰρ τῷ βίῳ μὴ σώφρονι διαβεβλημένων. Idem lib. 1, ἐφ' ᾧ καὶ λανθανούσῃ συνουσίᾳ διεβάλλετο. Luc. in Macr. τὸ εἶδος πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεῖσι. Cum εἰς autem idem scriptor alibi, si bene memini. Denique cū περὶ, vt διαβάλλεται περὶ τὰ χρήματα, in v.l. At cum accusat. rei, vt διαβάλλοντες αὐτοῦ τὴν μετριότητα, Plut. in Othone.

E Διαβάλλω exponitur etiam Inuidiam conflo, In inuidiam adduco, Odiosum reddo. vnde & τῷ συνιστᾶν opponunt Basil. & Chrysost. apud Bud. p.500. Quinetiam res quæpiam dicitur διαβάλλειν eum qui propter illam malè audit. Herod. lib.6, καὶ διέβαλεν ἑωυτὸν ἐπὶ τοῦτο τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, pro Infamiæ notā attulit, vt vertit Polit. Sic apud Plat. in Epist. exponitur διεβλήθην, vbi scribit, ἄλλην γὰρ ἀπὸ Φιλιστίδου πρὸς τοὺς μισθοφόρους καὶ εἰς τὸ Συρακουσίων πλῆθος διεβλήθην, Satis inuidiæ mihi conflatū est apud, &c. Ibidem, ἀπήγγελλον ὅτι διαβεβλημένος εἴης ἐν τοῖς πελτασταῖς. Hinc & Διαβεβλημένος, Qui inuidia laborat, vel infamia, Infamis, Ignominiosus. Quod participium de re etiam

F dicitur. vt ὁ διαβεβλημένος βίος, Herod.7. Sic ἡ μωρία μάλιστα διαβεβλημένη, Plut. Symp.4. Sed & generalius interdum διαβεβλῆσθαι dicitur res de qua fama sparsa est. vnde apud Herod. lib.7, τεθρύλητο γὰρ ταῦτα πᾶσι καὶ διεβέβλητο, redditur, Tritū iam vulgatúmq; apud omnes erat. ‖Διαβάλλω (inquit Bud.) pro συγκρούω, Inimicos reddo. Plato De rep. lib.6, p.83, μὴ διάβαλλε ἐμὲ καὶ Θρασύμαχον ἄρτι φίλους γεγονότας. Et in Symp. circa finē, 265. opponitur enim τῷ συμβάλλω. Itē pass. Διαβάλλεσθαί τινι, vel potius

G in præt. διαβεβλῆσθαί τινι, pro Inimicum esse alicui, Offensum esse alicui. Plat. in Phæd.35, de philosophis loquēs, εἰ γὰρ διαβέβληνται μὲν πανταχῆ τῷ σώματι. Ita Bud. Sed διαβεβλῆσθαί τινι & pro Inuisum esse alicui poni existimo.

Διαβάλλω, Decipio, Fallo. Herodot. Terpsich. καὶ διαβάλλων αὐτὸν εὗ. Et pass. voce, Aristoph. Auibus, διαβάλλεταί σ' ὁ θεῖος.

C. Ἀδιάβλητος, ὁ καὶ ἡ, Quem calumniari nō possumus, In quem calumnia non cadit. ΑΤ Εὐδιάβλητος, Quem facilè calumniari possumus, Qui calumniæ patet.

H Διαβολή, ῆς, ἡ, Calūnia, Criminatio, Obtrectatio. Herodot. in Polym. διαβολὴ γάρ ἐστι δεινότατον. Apud Plat. in Apol. Socrat. ἡ ἐμὴ διαβολὴ pro Calumnia qua premor. Quod exponitur etiam, Id ex quo mihi conflata est inuidia. Sic autem ex eodem in Epist. ἐν διαβολαῖς εἶναι pro Calūniis premi: & ex Isocr. διαβολὰς ἔχειν eadē signif. Et singul. διαβολὴν ἔχειν, ex Plut. Ex quo etiā εἰς διαβολὴν ἐμπίπτειν, & διαβολῇ περιπίπτειν pro In calumniam incidere, seu incurrere. At ex Thucyd. διαβολὴν φέρειν τινὶ πρὸς τὴν πόλιν. Apud quem legitur & διαβολὴν διαλύειν, lib.1, καὶ πιστεύων χρήμασι διαλύσειν τὴν διαβολήν. Item διαβολὰς πρὸς ἐκείνους ἀπολύω apud Plat. ‖Sed quum dicit Isocr. διαλύσει τὰς διαβολάς, κἂν ψευδεῖς ὦσι, vertēdum existimo Accusationes, quòd addatur ψευδεῖς. Neque enim calumnia quædā vera est, quædā falsa. Quod & de διαβολὴ in propria signif. sumpto dicere possumus. Vide Thuc. p.291.

Διάβολος, (ET Διαβολεὺς apud Eustath.) Calumniator, Criminator, Obtrectator. vt apud Athen. plerique ex Platonis discipulis dicūtur fuisse τυραννικοὶ & διάβολοι. Et superlat. διαβολώτατος Aristoph. in Equit. ET Διαβόλως aduerb. Calūniatoriè, Criminatoriè. Thuc. pag.202, καὶ ὅτι αὐτοῦ διαβόλως ἐμνήσθη.

Διάβολος, Diabolus, in sacris literis: qui Satā ab Hebr. dicitur. Vocatur autem διάβολος ille plusquam capitalis humani generis hostis quòd Deū apud homines calumnietur, vel potius (sequendo alteram huius verbi signif.) quòd hominibus Deum infensum reddat. Sic Arethas satanam vocari διάβολον scribit, ὡς διαβάλλοντα Θεὸν τοῖς ἀνθρώποις, ὡς τῷ Ἀδάμ. Vocatur tamen ὁ κατήγορος ἡμῶν Apocal.12. vbi etiam habetur, ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλούμενος διάβολος καὶ ὁ σατανᾶς. Hebraïs certè Satan aduersarium sonat: vnde ita per antonomasiam appellari constat. HINC Διαβολικός adiect. Ad diabolum pertinens, Vel, Diabolo conueniens, Vel A diabolo prodiens. Chrysost. homilia quadam in Genesin, ἀλλὰ ἁπλῶς αὔξει τις μικρὰ διαβολικὴ ἐπινοίᾳ.

Διαβολία, ας, ἡ, Pilum. vt interpr. Polit. in isto Herod. loco, lib.2, τάς τε διαβολίας καὶ τὰ δέρματα ἐπισείειν.

c.2. Ἐνδιαβάλλω videtur calumniādi signif. habere, sed aucta. nā ἐνδιαβαλεῖν (sicut & simplex βαλεῖν) Eust. exponit τὸ διαμπὰξ βαλεῖν συκοφαντικῶς. ET Προδιαβάλλω, Ante calūnior, Anteuerto in calūniādo. ET Προσδιαβάλλω, Insuper calūnior, Calūniā augeo. Vnde Προσδιαβάλλομαι, Plut. Pericle, ὡς προσδιαβληθεὶν μᾶλλον εἰς τὸν λακωνισμόν.

C. Ἐσβάλλω, Iniicio, Immitto, oppositum videlicet τῷ ἐκβάλλω. Sic Herodot. ἐσβάλλειν τὸ ῥέεθρον dicit, vt Hom. citra compos. εἰς ἅλα βάλλειν. Quo etiam modo dictum est illud ῥόον εἰς ἅλα βάλλει. Eurip. quoque ἐσβάλλειν accusat. iunxit, sed qui regatur à præpos. quum dixit, βοῦς πόντιον ἐσεβάλλομεν, Boues ad mare ducebamus, vel agebamus.

Εἰσβάλλω vsitatius in neutra signif. pro Ingredior, Introeo. cum præpos. εἰς. Theophr. εἰσβάλλοντι δὲ εἰς τόπον ἀδὺς ἡ ὀσμὴ προσβάλλει. Sic fluuii ipsi dicuntur εἰσβάλλειν, Ingredi, id est influere. vt Polyb.4, τοῦ γὰρ Ἴστρου πολλοῖς στόμασιν εἰς τὸν πόντον εἰσβάλλοντος. De iisdem dicitur & ἐκβάλλειν. Quomodo autem hæc duo contrariæ signif. verba dici de re eadem possint, docebo in ἐκβάλλω. ‖Εἰσβάλλω, Ingredior hostiliter, Inuado, Aggredior, vt εἰσβάλλειν εἰς τὴν Ἀττικήν, Thuc. (quod & ἐμβάλλειν, & quidem frequentius) Et πυρετὸς εἰσβάλλει, non addita præpos. apud Galen. Febris inuadit, seu adoritur.

Εἰσβολή, Ingressus, Introitus. Sed frequentissimè de hostili ingressu: vnde & Incursus, & Irruptio, item Expeditio redditur. Polyb. μετὰ δὲ εἰσβολὴν, κατεστρατοπέδευσε, &c. Herod.7, τῆς ἐπ' Ἰταλίαν εἰσβολῆς εἴχετο. Est etiam Aggressio: vnde & εἰσβολὴ τοῦ πυρετοῦ. Et Locus ad aggrediendum seu inuadendum opportunus. Polit. apud Herodianum lib. 3, φρουρήσοντα τῆς Ἰταλίας τὰς εἰσβολὰς vertit, Qui aditus Italiæ obsideret. ‖Εἰσβολή, Ingressus fluminis & ostium. Pausanias, ὁ δὲ ποταμὸς κατὰ τὴν εἰσβολὴν τὴν ἐς τὸ πέλαγος, ἀλμυρὸς ἤδη γίνεται. Sed & εἰσβολή, & plur. numero εἰσβολαὶ sine adiectione sæpe dicuntur. ‖Εἰσβολή (inquit Bud.) Ingressus & principium, Procemium, vt εἰσβολὴ τοῦ λόγου, & εἰσβολαὶ τῶν λόγων. D. Halic. in Lysia, φημὶ δὴ πάντων δεξιώτατον εἶναι τὸν ῥήτορα κατὰ τὰς εἰσβολὰς τῶν λόγων καὶ χαριέστατον. Sic apud Quint. Ingressus operis. Sic autem à Dionys. Longino accipi puto εἰσβολήν, vbi dicit, ὁ δ' ἀληθὴς ἐν τῇ εἰσβολῇ ταῦτα πέπονθε. ET Εὐείσβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ingressu facilis, Ingressum facilem habens. vt εὐείσβολος χώρα, quæ & εὐέμβολος, vsitatius.

c.2. Παρεισβάλλω, Latēter inuado, Clam aggredior. Talem autem significationem præpositioni παρὰ dat Bud. &

in παρεμβάλλω.

c.2. Συνεισβάλλω (ea significatione qua εἰσβάλλει πυρετὸς, vt modò dictum est) Simul aggredior, seu inuado. Gal. ad Glauc. εἰ κεφαλῆς ἄλγημα συνεισέβαλεν.

Ἐκβάλλω, Eiicio, Expello. Plut. in Polit. præc. ἢ τῶν ἐκβαλόντων, ὑμεῖς ἐδέξασθε. Demosth. Olynth. 1, τοὺς μὲν ἐκβαλὼν, τοὺς δὲ καταστήσας τῶν βασιλέων. Et ἐκβάλλειν ἐκ τῆς ἀρχῆς, Isocr. Sic ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πατρίδος, Expellere patria, Ablegare, In exilium mittere. Pro quo & ἐκβάλλειν interdum per se ponitur: vt apud eundem Demosth. in or. πρὸς Nausim. Οὐκ ἔτ' ἐκβαλεῖν κύριος τὸν αὐτόν ἐστι. id est, Finibus pa- B triæ expellere eum non possit, Bud. At ἐκβαλεῖν τέκνον apud Eurip. Ione, non Expellere, sed Exponere Camer. interpr. Item ἐκβάλλειν, Excutere. vt ἐκβαλὼν τὴν θύραν Demosth. Excusso ostio. ‖ Ἐκβάλλειν δάκρυ, Eurip. Ione, Lacrymas profundere. ‖ Ἐκβάλλειν peculiari signif. dicuntur & mulieres quæ abortum faciunt, pro Partum eiicere, seu Fœtũ abigere aut expellere. (Quod Vlpianus quoque dixit Eiicere, subaudito itidem accusatiuo) Theophr. ἡ δὲ θηλυπτερὶς, γυναικὶ ἐὰν δοθῇ, ἐὰν μὴ ἐγκύμονι, ἐκβάλλειν φασίν. Interdum additur accus. vt Plut. C πᾶσαι γὰρ αἱ τότε γυναῖκες ἐξέβαλον ἀνάπηρα. ‖ Ἐκβάλλω, Reiicio, Repudio. Plato De rep. lib. 2, ὧν δὲ νῦν λέγουσι μύθων τοὺς πολλοὺς ἐκβλητέον. ‖ At ἐκβάλλειν in Euang. Luc. redditur Proferre, cap. 10, ✝. 35, ἐκβαλὼν δύο δηνάρια. Vide Βαλλάντιον.

Ἐκβάλλω, Exeo, Erumpo. vnde ἐκβολαὶ ποταμῶν, Ostia fluuiorum. q. d. Exitus. Plato Phædone, τρίτος δὲ ποταμὸς τούτων κατὰ μέσον ἐκβάλλει. Pro eodem ἐκπίπτειν dicit. Sic apud Polyb. ἐκβάλλειν & ἐκβολή. Dicitur autem pro eodem εἰσβάλλειν ποταμὸς & ἐκβάλλειν, ingredi & egredi, seu exi- D re, i. Influere & effluere: sed diuerso respectu: ἐκβάλλειν videlicet quatenus ex vno loco exit antequam alium ingrediatur: εἰσβάλλειν autem quatenus ex vno egressus, alium ingreditur: quorum vtrunque in στόματος etiam & ostiorum significatione consideramus. Sed ἐκβάλλειν Homer. dixit, at posteri eius εἰσβάλλειν potius & εἰσβολάς.

Ἔκβλητος, Eiiciendus, vel Reiiciendus, Reiectaneus, Reiiculus, Dignus qui reiiciatur, ἀπόβλητος: vt apud Heraclitum, νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι. Item ἔκβλητον apud Euripidem, Maris eiectamentum, vt loquitur Cornel. E Tac. ‖ At βρέφος ἔκβλητον, infans expositus, ἔκθετον, Eustath.

Ἐκβολή, Eiectio, Expulsio. Item ἐκβολή, Eiectio mercium in tempestate, Iactura. Bud. ex Demosth. 434. Aristot. autem ἐκβολὰς dixit plur. Ethic. 3. Ἐκβολή, Eruptio. vt ἐκβολὴ σίτου, Thucyd. Eruptio frumenti è terra. Erumpentia seu enascentia frumenta Camer. vertit. Apud Diosc. quoque ἐκβολὴ τοῦ καυλοῦ exponitur Eruptio caulis. Sed & ἐκβολαὶ ad artem naualem pertinens ab eodẽ Camer. redditur Eruptiones, apud Thuc. lib. 7. Ἐκ- F βολὴ ποταμοῦ, Exitus fluminis, Ostium. Sæpius autem plural. ἐκβολαί. Thuc. 2, τοῦ Ἀχελώου τῶν ἐκβολῶν οὐδὲν ἀπέχουσαι. Politian. apud Herodianum interpr. Fauces. Nec tantùm exitum fluminis significat ἐκβολή, verumetiã quemcunque exitum. Plut. in Demetr. ἅμα δὲ τὰς εἰς Συρίαν ἀπετείχιζεν ἐκβολάς. Sed ducta ἀπὸ τῶν ποταμοῦ ἐκβολῶν metaphora vocari ἐκβολὴν ἔπους finem versus, tradit Eustath. pag. 900. ‖ Et ἐκβολὴ τοῦ λόγου, Digressio ab instituto sermone. Thuc. lib. 1, καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην. ‖ Ἐκβολή, Luxatio artuum. in Hipp. quæ G alibi ἔκπτωσις. Item χάλασμα. Bud.

Ἔκβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt ἔκβολον οἴκων βρέφος. Eurip. Phœniss. pro ἐκβόλιμος, Expositus infans. Item ἔκβολος apud Eurip. ὀξὺ ἀκρωτήριον, vt tradit Eustathius.

Ἐκβολάς, άδος, ἡ, vide Ἐκβόλιμος.

Ἐκβόλιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Eiectitius. Cui opponitur ἐμβόλιμος, Intercalaris. Ita Bud. p. 434, qui & affert ex Aristot. ἐν τοῖς ἐκβολίμοις τῶν ἐμβρύων. Sed ἐκβόλιμον ἔμβρυον quidam exponunt etiam Abortiuum: & addunt ex Plinio, Ægyptus ecbolimam habet [vuam] abortus facientem. Qui- H dã tamen libri ἐκβολάδα habent: quam etiã lectionem admittit Bud. In vulg. autem lex. annotatur & ἐκβολὰς pro purgamento argenti ex Strabone.

Ἐκβόλιμος ET Ἐκβολιμαῖος, Expositus. ea signif. qua dicitur Expositus infans. Cam.

A Ἐκβόλιον, ου, τὸ, q. d. Eiectorium. id est Eiectrix medicina. Nã hoc nomine vocatur à Dioscoride & aliis medicamentum eiiciens seu abigens ex vtero fœtus enectos. vt lib. 2, ἐκβόλιον τῶν ἐμβρύων τεθνηκότων. Alibi autem sine adiectione, vt in 4, ἐκβολίοις χρώμεθα. Et ἐκβόλιος οἶνος, Vinum quo partus eiicitur.

c.2. Διεκβάλλω, Traiicio, Per medium emitto & traiicio. Bud. pag. 537 ex Galeno. In vulg. lex. citatur ex Iosue cap. 15, διεκβάλλει τὸ ὅριον ἐπὶ κορυφὴν ὄρους, pro Transit terminus per verticem montis. ET Διεκβολή, Traie- B ctio. Item, Eruptio & exitus per locum angustum & interceptum. Idem Bud. 434, ex Diodoro

C. Ἐμβάλλω, Iaculor in [aliquem] Iniicio, Immitto. Hom. Odyss. ξ, ἔμβαλε νηὶ κεραυνόν. Apud Thucydidem ἐμβάλλειν πῦρ, Ignem iniicere, vel Ignem immittere. Sic dicitur χαλινὸν ἐμβάλλειν τῷ ἵππῳ, Iniicere frænum equo: vnde passiuè apud Xenophontem De arte equestri, ἐμβάλλοιτο ὁ χαλινός. Et ἐμβάλλειν πληγάς, Iniicere plagas (vt & Cic. loquitur) quod vide infrà in Ἐμβάλλω significante Impono. Exponitur Immitto in hoc loco Xen. Œ- C conomico, τὰς δὲ δὴ σκαλέας τίνος ἕνεκα ἐμβάλλετε τῷ σίτῳ; & in metaphoricis loquendi generibus, pro Iniicio [animo.] Immitto [in animum,] Inspiro. vt ἐμβάλλειν ἔρωτα, Polyb. Sic ἐμβάλλειν ἐπιθυμίαν τοῦ στρατεύεσθαι, apud eũdẽ. Et ἐμβάλλειν προθυμίαν στρατιώταις, dixit idem, Alacritatem militibus iniicere. i. eorũ animis indere. Et Plutar. voce passiua ἐμβάλλεσθαι προθυμίαν ταῖς ψυχαῖς. Eodẽ modo Demosth. Philipp. 1, τὴν φιλοπραγμοσύνην ταύτην ἐμβαλεῖν Φιλίππῳ. Reperitur & εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι τοῦτο, apud Demosth. & Plutarch. pro In animum inducere, A- D nimo concipere. Sed & ἐμβαλέσθαι Homericum quod vide infrá. Sic & in aliis loquutionibus: vt apud Isocr. οἷς ἡ τῶν τρόπων ἀρετὴ τοσοῦτον ἀξιοπιστίας χαρακτῆρα τοῖς ἔργοις ἐνέβαλεν, Indidit vel Iniecit. Ἐμβάλλειν λόγον περί τινος, Iniicere seu inferre sermonem aliqua de re, vel Iniicere mẽtionem. Plutar. in Camillo, ἐνέβαλε λόγον εἰς τοὺς νέους. Sic apud Plat. De rep. 1, ἐμβάλλειν λόγον, vbi exponitur etiam In medium afferre. Ex Xenoph. autem citatur, ἐμβαλέσθαι περὶ τούτου λόγον, & ἐμβάλλειν λόγον, vel βουλὴν εἰς τὸν δῆμον pro Rem ad populum referre, Rem consulta- E neam proponere. Sic ἐμβάλλειν ψῆφον περὶ τούτου, pro In suffragia mittere. Bud. 437. Ex eodem scriptore affertur & ἐμβάλλειν sine adiectione, ἐμβάλλετε περὶ τούτου pro Referto de hoc, id est Pone in consultationem, Disquirendum propone. sub. accus. λόγον, vel potius ψῆφον. ‖ Ἐμβάλλω, Cõiicio, Impello, Intrudo. vt ἐμβάλλειν τινὰ εἰς τὰ δίκτυα, Xenoph. ἐμβάλλει τινὰ εἰς τὸ βάραθρον, Aristoph. Itidem ἐμβάλλω σε εἰς ἀτυχίαν, apud Æsch. Sic Dinarch. in Philocl. τὸν εἰς τοσαύτην αἰσχύνην καὶ ἀδικίαν πολλοὺς ἐμβεβληκότα. Dicitur & ἐμβάλλειν τινὰ εἰς ὑποψίαν, Coniicere in suspi- F cionem. Pro quo diciturpotius Adducere aliquem in suspicionem. vel inuersa constructione, Iniicere alicui suspicionem.

Ἐμβάλλω, vel Ἐμβάλλομαι, Impono. Luc. Hist. veræ l. 2, καὶ τὴν ναῦν ἐπεσκευαζόμεθα, ὕδωρ τε ὅτι πλεῖστον ἐμβαλλόμενοι καὶ τἄλλα ἐπιτήδεια. Et lib. 1, ὕδωρ ἐντίθεσθαι pro eodem dicit: & ibidem, σιτία ἐμβάλλεσθαι. Hinc etiam ἐμβάλλομαι seu ἐπεμβάλλομαι pro Deuoro, cibum videlicet auidè ingerens in ventrem, apud Basilium. Vide Ἐπεμβάλλω. Huc videtur referendum & illud Demosth. G loquendi genus, ἐμβάλλεσθαι μαρτυρίαν, vt hoc videlicet verbum ex Pono cõpositum interpretemur, Interponere testimonium, vel Interiicere. Nam Proferre testimonium Latini quidem, sed minus ad verbum. ‖ Ἐμβάλλω pro Impono, eo etiam sensu quo dicitur à Cicerone Plagam imponere: pro quo frequentius Plagam incutere, seu infligere, aut vulnus infligere, dici solet. Plut. in Cæsare, Βροῦτος αὐτῷ μίαν ἐνέβαλε πληγὴν εἰς τὸν βουβῶνα. Iniicere plagam (redeundo ad primam illam significationem) interpretari etiam possis, & quidem H ex Cicerone.

Ἐμβάλλω, Insero, Intersero. Item Intercalo. Demosth. ἐμβαλὼν τὴν δεξιάν. Aristoph. ἐμβάλλει τὴν χεῖρ' ἀπαλὴν τῶν δημοσίων κεκλοφυιαν. Inserit dextram [dextræ.] Nam alteram Bud. interpretationem, Porrigit dextram, non probo, si vis verbi exprimenda sit. Ab interserendi au

tem seu intercalandi significatione dicitur ἐμβόλιμοι ἡμέραι, & ἐμβλημα, de quibus infrá. ‖ Ἐμβάλλω, Insero [arbores] ἐγκεντρίζω. Demosth. ὅσα ἐνίων φυτὰ ἐμβεβλημένα.

Ἐμβάλλω, pro Ingredior, Ingredior cũ impetu, Irrũpo. (neutraliter quidem, ita tamen fortasse vt subaudiri etiam possit accus. πόδα, vt Lat. dicitur Inferre pedẽ in aliquem locum, & Efferre pedem pro Ex eo egredi) Plutar. in Antonio, ὡς εἰς τὴν ἀγορὰν ἐνέβαλε, καὶ τὸ πλῆθος αὐτοῦ διέστη, Postquam cedente turba in forum irrupit. At in hoc Themistii loco in Sophista, ἐμβάλλειν accipi potest simpliciter pro Ingredior. καὶ δορυφορεῖ με ἐμβάλλοντα εἰς τὴν ἀγορὰν συχνὸς ὄχλος. Sic & flumina dicuntur ἐμβάλλειν εἰς τὴν θάλασσαν, Ingredi mare, id est Influere in mare. Ἐμβάλλω exponitur etiam Ingredior hostiliter, Infesto exercitu irrumpo, Populabundè percurro. hoc est ἐπιστρατεύω. Sic ἐμβάλλειν εἰς τὴν Ἀττικὴν & εἰς τὰς Ἀθήνας, Antiph. & Xenoph. Bud. 435. Ἐμβάλλειν (ibidem) Impetum facere, Incurrere, Offendere, vt ἵπποι ἐμβάλλοντες τῷ ἀπαντῶντι, Plato De rep. l. 8.

Ἐμβάλλω κώπαις, Incumbo remis, apud Homerum exponitur: Ἐμβαλέειν κώπῃσ', ἵν' ὑπὸ ἐκ κακότητα φύγωμεν. Et additur, ἐμβάλλειν esse τὸ κροῦσαι τὴν ναῦν ταῖς κώπαις. Sed facilè crediderim ἐμβάλλειν κώπαις dici subaudito accusat. χεῖρα: sicut in proximè præcedentibus exemplis πόδα cum ἐμβάλλειν mihi videri subaudiendum dixi.

Ἐμβάλλομαι signif. actiua in aliquot exemplis paulo antè citatis. vt in ἐμβαλέσθαι εἰσφορὰν ex Demosth. Quò pertinet illud Homericum, Τέλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι. Et illud Hesiodi, C δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων Ἐν θυμῷ βάλληται. Item ἐμβάλλομαι pro ἐμβάλλω, id est Impono, vide suprá. Sed & ἐμβεβληκυῖος pro ἐμβεβληκώς apud Dinarch. in Demosth. τὸν εἰς τὰς δεινοτάτας ἀτυχίας ἐμβεβλημένον τὴν πόλιν. ‖ In vulg. lex. affertur & ἐμβάλλεσθε λαγῴων ex Aristoph. pro Aggredimini lepores. Quæ constructio mihi suspecta est.

Ἔμβλημα, ατος, τὸ, Emblema, Quod operi cuipiam iniicitur & inseritur [ornatus gratia.] Magis autem peculiari signif. ἐμβλήματα fuerunt appellata vasorum aureorum argenteorúmque ornamenta, quæ his ita inserebantur, vt quoties libitum esset reuelli possent. Hoc nomine comprehendi existimãtur, & quæ in parietibus vermiculata, in pauimentis tessellata, in lignis segmentata dicuntur. Vide Bud. in Annot. pr. & Cælium. Emblemata (inquit Cam.) dixere etiã Latini Græca voce opera tessellata, & ad varietatem transtulerunt. ‖ Ἔμβλημα, Insitio mitioris surculi in syluestrem, v. l.

Ἐμβολή, ῆς, ἡ, Iniectio, & q. d. Insertio: pro qua signif. affertur ἐμβολὴ τῶν ἄρθρων. ‖ Irruptio, Impressio, Impetus irruentis aciei: Ἐμβολὴ τοῦ στρατοῦ, (inquit Bud.) Inuasio hostilis, Conflictus aciei instructæ, Impressio in hostes facta. Sic Θηβαίων ἐμβολή, Aristot. Pol. 2. ἐμβολῆς ἔχοντο, ex Plut. in Cam. pro Aggressi sunt. Dicitur autem & de aliis rebus, vt ἐμβολὴ χαλάζης ex Aristide. Synesius quoque τὰς ἐμβολὰς τοῦ πνεύματος dixit. Et ἐμβολὴ τῶν νηῶν, Conflictus classis. Thucyd. 2. οἵ τε γὰρ αὖ ἐπιπλεύσεσθαί σφισιν ὡς χρὴ ἐς ἐμβολήν. ‖ Sed & ἐμβολὴν quidam interpr. Rostrum nauis. vt Xen. Hell. 4, ἐμβολὰς ἐχούσῃ τριήρει. Sic & Bayf. apud Polyb. Bud. autẽ ἐμβολὴν esse ait caput arietis machinarii hoc in loco Thucyd. lib. 2, ἡ δὲ δοκὸς ῥύμῃ ἐμπίπτουσα, ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς. ‖ Ἐμβολή, Ostium fluminis, vt ἐκβολή, Bud. ET Δυσέμβολος AC Εὐέμβολος, ab ἐμβολὴ significante irruptionem. Nam δυσέμβολος χώρα appellatur ab Aristot. Post. 7, In quam non facilè irrumpere hostes possunt: contrà εὐέμβολος, in quam facilè.

Ἐμβολάς, άδος, ἡ, vt ἐμβολάδες ἄπιοι Aristoph. Pira insititia, vel (vt Horat.) insitiua.

Ἐμβολεύς, q. d. Iniector. vt quidam ἐμβολέα κράμβης appellauit πάσσαλον in epigrãm. Palum seu stipitem acutum brassicæ depactorem. id est quo fit scrobis in quam brassica iniicitur & depangitur. Vide Ἔμβολον. Item Aggressor, Inuasor. v. l.

Ἐμβόλιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Iniectitius) Intercalaris, Bud. interpr. Insertus, Intercalatus. vnde Plut. menses & quidã dies ἐμβόλιμοι. Macrobii autem quædam exempl. ἐμβολισμοὺς habent perperam pro ἐμβολίμους. Et ἐμβόλιμα, intercalaria carmina, Aristot. De poetica. Vide B. p. 436. ET Ἐμβόλια (mendosè fortasse pro ἐμβόλιμα) dicta parua quædam retia Poll. testatur ὡς παρεμβαλλόμενα τῇ τῶν προτέρων στάσει. ET Ἐμβολίσματα, Panni diuersi hinc inde consuti. q. d. Iniectamenta seu insertamenta pannorum. Affert autem ex Aquila & Theodotione Hieronymus, quem vide in Ezech. cap. 16. ‖ ET Ἐμβολισμός, Intercalatio. v. l.

Ἔμβολον, (q. d. Iniectorium) Instrumẽtum rusticum ad iniiciendum in terram & depangendum. Exponitur Pastinum, vel Paxillus quo semina depanguntur, in hoc Theophr. loco De hist. pl. l. 2, φακοὺς ὥστε ἀθρόους γίνεσθαι, φυτεύουσιν ἐμβόλῳ. ‖ Vectis, Repagulũ. vt χαλκόδετα ἔμβολα, Eurip. Phœn. sunt (inquit Cam.) vectes reuincti ære, vel trabes quædam æratæ, quæ solebant de muro ante portas demitti.

Ἔμβολον, vel Ἔμβολος, Rostrum nauis. Polyb. de Romano foro loquens, πρὸς τοῖς καλουμένοις ἐμβόλοις ἐν τῇ ἀγορᾷ. At verò apud Pindarum (vt scribit Cam.) anchora ἐμβόλου ὕπερθε reponitur, quam interpretantur Trabem eminentem in rostris quæ anchoram sustineret. ‖ Ἔμβολος Æliano Acies cuneata. Quam significationem habere puto in hoc Plut. loco in Fabio, ἐμβόλῳ τούτῳ προέχοντι πολὺ τῆς ὅλης φάλαγγος χρησάμενος. vbi tamen vulg. lex. Rostrum interpr. Bud. postquam ἔμβολον esse dixit aciem cuneatam, subiungit, ET Ἐμβολοειδὴς προσβολὴ est impressio agminis in cuneum aut rostrum conformati & compositi. Quod autem subiungit, Et pars machinæ qua machina ingruit, aliam esse ἐμβόλου non ἐμβολοειδοῦς προσβολῆς (vt malè in vulg. lex.) expositionẽ necesse est. Vide p. 436. Quid autem sit ἔμβολος in Ctesibicis machinis aliisque id genus, lege apud Vitruuiũ. ‖ Ἔμβολος prætereà, siue ἐπίβολος vel παραξόνιος, in curru dicitur (vt in vulg. lex. ex Polluce annot.) illud quod axi insertũ rotam continet ne excidat. ET Ἐμβολοδέτης eius vinculum vocatur.

C. Κυανέμβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cæruleum rostrum habens. Aristoph. Equit. καὶ κυανέμβολοι θοαὶ μισθοφόροι τριήρεις. Et Ranis, πρῴραις κυανεμβόλοις. vbi schol. exponi ait vel αἱ τοὺς ἐμβόλους ἔχουσαι κυανῷ βεβαμμένους, vt μιλτοπάρειοι, αἱ μεμιλτωμέναι. vel αἱ τέμνουσαι τὴν θάλασσαν, cuius aqua est κυανή.

C. Προέμβολος, ου, ὁ, Hesychio, ET Προέμβολον, ου, τὸ, Suidæ, ET Προεμβολίς, ίδος, ἡ, Lignũm quoddam (vt vulg. lex. habent) eminens ad proram nauis, cui rostrum affigitur, quo impetum faciunt in hostium classes. Προέμβολα Suidas exponit τὰ πρὸς τῇ πρῴρᾳ τῆς νηὸς ὥσπερ ἀκρόστομα. Et Polluci Προεμβολίς est τὶ καταλῆγον ἐπὶ τὴν πρῷραν.

C. Χαλκέμβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, Æreum seu æratum rostrum habens. Χαλκέμβολοι νῆες, Rostratæ naues, B. Appian. Mithridat. νῆες ἑάλωσαν χαλκέμβολοι ὀκτακόσιαι. ET Χαλκεμβολάς, άδος, ἡ, Idem in fœm. gen. vt χαλκεμβολάδων νηῶν apud Eurip.

C. Κοιλέμβολον, ου, τὸ, vocabulum militare est, ἐπειδὰν ἡ ἀντίστομος διφαλαγγία τὰ μὲν ἑπόμενα κέρατα συνάψῃ, τὰ δὲ ἡγούμενα διαστήσῃ.

C. Συριγγοέμβολος, ου, ὁ, vel Συριγγέμβολος (vtroque enim modo apud Eust. scribitur) Canalis subterraneus quo aqua in castella obsessorum ducitur, δι' οὗ ὡς ἐπὶ πολὺ ὕδωρ πορίζονται οἱ πολιορκούμενοι, vt Eustath. tradit, quem (vt addit) ἡ παρ' ἡμῖν κοινὴ ὁμιλία τζιρέμβολον παραλαλεῖ. Compos. ex σύριγξ & ἔμβολος idem significantibus. ET Συρέμβολος, ου, ὁ, per syncopen τοῖς κοινολεκτοῦσιν idem est, vt Eust. alibi docet.

C. 2. Ἀντεμβάλλω, Vicissim iniicio, vel In locũ alterius iniicio seu repono. A Budæo exponitur Refundo, Rependo, Vicissim repono: ex Theophrasto in 9, vbi de herbis legendis loquens, scribit, τὸ πάνακες τὸ ἀσκλήπιον τέμνοντα, ἀντεμβάλλειν κελεύουσι τῇ γῇ παγκαρπίαν καὶ μελίπηκτα. ‖ Apud Galenum & Æginetam (vt idem tradit) ἀντεμβαλλόμενα sunt succidaneæ medicinæ.

Ἀντεμβάλλω, Cõtrà irruo, Contrà facio impetũ. ἀντεμβάλλειν ταῖς ἐμβολαῖς apud Synes. (vt inquit Bud.) Impetũ ex aduerso moliri.

Ἀντεμβολή, ῆς, ἡ, Iniectio seu repositio vnius in locum alterius. ‖ Item ἀντεμβολαί, (inquit Budæus) Summæ cardinis partes quæ in cauum induuntur. vel, Eæ partes ossium quæ in vertebras prominent. ‖ Itẽ Ἀντεμβολή, Incursus seu incursio quæ fit vicissim, Impetus qui fit ex aduerso. eo sensu quo verbum ἀντεμβάλλω à Synesio accipi dictum est.

Ἐπεμβάλλω. q.d. Superiniicio. A Bud. exponitur, Alium super aliũ immitto, Intercalo, Intersero, Plat. Crat. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ τοιόνδε δεῖ ἐννοῆσαι περὶ ὀνομάτων, ὅτι πολλάκις ἐπεμβάλλομεν γράμματα, τὰ δ' ἐξαιροῦμεν, παρ' ὃ βουλόμεθα ὀνομάζοντες. Luc. πολλὰ ἡμεῖς τῶν μέτρων ἕνεκα καὶ εὐφωνίας ἐπεμβάλλομεν, Multa intexim⁹ numerorũ & vocalitatis causa, Camer. Plato Tim. οὔτ' ἐπὶ μήκει λόγου πάρεργον ἄλλο μῆκος ἐπεμβλητέον, Nec rursus hîc locus est vt disputationi per se longæ obiter aliam æquè longam attexamus. Huc quoque pertinet παρεμβάλλειν rhetorum vocabulũ, quod est In modum parentheis aliquid in medio periodi inserere & intexere, sicut ἐπισυνάπτειν, in periodi fine aliquid attexere. ‖ Item ἐμφυτεύω, vt ἐμβάλλω, hoc est ἐγκεντρίζω, ἐμφυλλίζω, Idẽ B. VNDE Ἐπεμβολάδες ἄπιοι apud Athen. l. 14, id est αἱ ἐγκεκεντρισμέναι, vt B. explicat. ‖ Et Superadiicio, seu (vt Bud. exponit) Auctarium addo, ἐπιμετρῶ. Lucian. καὶ τὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέσσαρας. ‖ Ἐπεμβάλλω, Vrgeo, Impello, Bud. exponit in hoc loco Xenoph. de venatore venabulo aprum conficiente, κατορθοῖ γὰρ ἡ μὲν ἀριστερὰ αὐτοῦ τὸ προβόλιον, ἡ δὲ δεξιὰ ἐπεμβάλλει. ‖ Item, In alium irrumpo, Super alium ingredior, ἐπεμβαίνω: vt fluuius in alium fluuium incidens. Bud. p. 437.

Ἐπεμβάλλομαι, Deuoro. Bud. ex Basil. hom 9, πρόβατον χειμῶνος προσιόντος λάβρως τὴν τροφὴν ἐπεμβάλλεται, ὥσπερ ἐπισιτιζόμενον πρὸς τὴν μέλλουσαν ἔνδειαν.

Ἐπεμβολή, ῆς, ἡ, Figura oratoria non admodum absimilis parenthesi. De qua Hermog. & Bud. C. p. 437.

c. 2. Παρεμβάλλω, Interiicio latenter, Intersero, Clàm immisceo, vt interpr. Bud. subiungens ex Gal. παρεμβάλλοντες τοῖς ὀρρωδλάθρα σκαμμωνίας ἐλάχιστον. Et ex Theophr. πρὸς ἐνίας δὲ καὶ παρεμβάλλουσί τι. Item Παρεμβάλλω, Intercalo, vnde παρεμβεβλημένον Cic. in Epist. intercalarem transtulit. Et pro Inculco extra rem. vt Demosth. in Tim. αἰσχρὰς ὑποψίας παρεμβάλλει. Vide Bud. 589. ‖ Παρεμβάλλειν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἑτέρου, in Päd. Intercedere, Fideiubere. Bud. ‖ Præterea παρεμβάλλειν dicitur imperator quũ in acie instruenda milites ordine certo locat. vt Polyb. hist. 2, παρενέβαλλον τοῖς πεζοῖς, &c. Bud. 588. At in vulg. lex. παρεμβάλλειν hîc exponitur Diuersi generis milites certo ordine interserere & collocare. & additur, id esse quod Cæs. De bello Gall. l. 7, dixerit Interiicere: scribens, Galli inter equites, raros sagittarios expeditósque leuis armaturæ interiecerant. Vbi tamen simplicius accipi existimo. ‖ Παρεμβάλλειν, Tentoria collocare ordinibus distincta, atque inter se paribus spatiis congruentique positu respondentia. Ita Bud. ex Polyb. pag. 589. HINC & Παρεμβάλλειν generalius pro Castra locare. quo sæpe L X X interpr. vsi sunt.

Παρεμβολή, Interiectus, Interiectio (vt Fab. vtitur) Item, Intercalatio. A Bud. exponitur etiam Intersitio subdola, & Interiectio rei nihil ad rem pertinentis. Demosth. in Ctesiph. ἑτέρων παρεμβολῇ πραγμάτων. Vide Bud. p. 589. Idem παρεμβάλλειν interpr. Attexere, in hoc Chrysost. loco, οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔφησεν, δεῖ δὲ αὐτὸν μαρτυρίαν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἔξωθεν παρενέβαλε. ‖ Παρεμβολή, Tentoriorum positus & metatio ordinatione castrensi constãs. Et Παρεμβολή, Intercalatio subsidiariorum inter ordines primæ aciei. à qua quomodo παρένταξις & ἔνταξις differant, lege Bud. eadem pag. & Ælianum. ‖ Παρεμβολή, Castra, στρατόπεδον. Plut. in Galba, εἰς τὴν παρεμβολὴν παράγοντας. HINC Παρεμβολικός, Castrensis. vt idem Plut. Sympos. ἐκ τῶν στρατιωτικῶν καὶ παρεμβολικῶν δείπνων. ‖ Et Παρεμβολικὸς geometricum vocabulũ affertur ex Capella lib. 6.

Παρεμβόλια, τὰ, Intercalatio reticulorum. verbum venaticum. Bud. ex Poll. 185.

c. 2. Προεμβάλλω, Prius inuado: vt exponunt vulg. lex. ET Προεμβάλλω εἰς τὴν γῆν iisdem est Offenso in terram. id est impingo.

c. 2. Προσεμβάλλω, Insuper adiicio. Impello. v. lex.

c. 1. Ὑπερεμβάλλω, Intermitto. v. l.

C. ἘΠΙΒΆΛΛΩ, Iniicio, vel potius Superiniicio (hác enim omnium primam significationem esse puto) Thucydides lib. 2, ὥστε ἐπιβάλλοντας, ἧσσον ἀνύτειν, ὑπαγομένου αὐτοῖς κάτωθεν τοῦ χώματος. Herodianus autem ἄνωθεν addidit, lib. 8, φρυγάνων τε ἄνωθεν ἐπιβληθέντων. vbi vacat illud aduerbium, vel ipsa præpositio. Pro Iniicio autem, vt ἐπιβαλεῖν τινι τὴν χεῖρα, siue τὰς χεῖρας, pro Iniicere manum alicui, apud Lucianum. (quod loquendi genus ex illis Homericis verbis manasse existimatur, Odyss. 1, — ἑτάροις ἐπὶ χεῖρας ἴαλλε. hoc enim δέδωκεν ἀφορμὴν τοῖς ὕστερον λέγειν ἐπὶ βίας τὸ, χεῖρας ἐπέβαλε, vt inquit Eustath.) Interdum etiam pro Iniicere manus, vt fit vendicando sibi rem aliquam & asserendo. Aristoph. Nub. τὴν χεῖρ' ἐπιβάλλεις; Manum iniicis, [tuum asserens?] Polyb. ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας τοῖς κατὰ τὴν κοίλην Συρίαν πράγμασι. Hîc enim Bud. interpretatur Iniicere manus, id est ἀντιποιεῖσθαι. verùm haud scio an & pro Manus admouere rebus, id est Res capessere, accipi possit. Vt autẽ dicitur ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας, sic & ἐπιβάλλειν τὰς ὄψεις, Iniicere oculos, vel potius Adiicere oculos. Synes. epist. 67, ἐδέησεν ἐπιβαλεῖν τὰς ὄψεις τῷ τόπῳ. Sic Herodianus, ἐκείνου ταῖς σφραγῖσι τὰς ὄψεις ἐπιβάλλοντος. ‖ Ἐπιβάλλειν πορφύραν, Iniicere purpuram. Herodianus lib. 6, πορφύραν ἐπιβάλλοντες βασιλικὴν, αὐτοκράτορα ἀναγορεύουσιν. vbi Polit. interpr. Purpuram circundant. Ego libenter reddo Iniicere purpuram, tu[m] quòd ordine persequi velim omnia loquendi gene[ra] in quibus ἐπιβάλλειν aliquam iniiciendi signif[icationem] habet, tum quòd ita ipse Cicero dixerit Iniicere pallium, De nat. deorum lib. 3, Eique laneum pallium iniecit: quum paulo antè dixisset, Aureum ei detraxit amiculum. Vide Ἐπιβάλλομαι. Hinc pertinet illud ἐπιβάλλειν quod Iniicere siue Supersternere exponitur. vt apud Aristoph. τίς ἂν δῆτ' ἐπιβάλλοι ἐξ ἀρνακίδων γνώμην ἀποστερητίδα; ‖ Ἐπιβάλλω πληγὰς (sicut & ἐμβάλλω) Iniicio plagas. In qua interpretatione, quæ planè est ad verbum, Ciceronem rursum sequor. Scimus autem alioqui frequens esse Plagas infligere, item inferre. Xen. πολλὰς πληγὰς ἐπέβαλλε τῷ ἁλισκομένῳ. Dicitur autem & Imponere plagas ab eodem Cicerone. Quam imponendi significationem habet ἐπιβάλλω cum aliis no[mi]nibus. vt Gal. ad Glauc. lib. 2, ἐπιβάλλειν αὐτοῖς τοῖς σπλάγχνοις φάρμακα, viscerib⁹ ipsis medicamenta imp[on]ere. Aphrod. in Probl. τὸ ἔλαιον ἀθρόως ἐπιβαλλόμενον λι[χν]ιαίᾳ φλογὶ, σβέννυσιν αὐτὴν, oleum impositum. (quod magis propriè Infusum) ἐπιβάλλειν χαρακτῆρα, apud Aristotelem Polit. 1, Imponere notam (vel poti⁹ Apponere notam, cum Cicerone) itidémq; ἐπιβάλλειν σφραγῖδα, apud Herodotum. Licet Bud. postquam ἐπιβάλλω dixit significare Addo seu Adiicio, illum etiam ex Aristotelis Polit. locum in exemplum afferat. Dicitur & τέλος seu φόρον ἐπιβάλλειν (nõ enim pono ἐπιβάλλειν per se, vt ponitur à Budæo) .i. Vectigal imponere & statuere. Aristot. OEcon. 2, τέλος δὲ τῷ σίτῳ ἐπέβαλε. Idem, οὔτ' ἐκεῖνος πλείους φόρους ἐπιβαλεῖν ἢ αὐτοὶ ἔταξαν. Plut. in Antonio, τέλος δὲ ταῖς πόλεσι δεύτερον ἐπιβάλλοντος φόρον. Vbi & Indicere tributum exponitur. Hinc [ἐπι]βάλλειν ἀργύριον. quod exponitur Mulctare pecunia (cuũ sit propriè Imponere pecuniã, id est Imponere mul[cta]m pecuniariã) Et ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν: de quo vide in ἐ[πι]βολή. At signif. propè contraria ἐπιβάλλειν δαπανήματα citatur ex Maccab. pro Suppeditare sumptus. ‖ Ἐ[πιβ]άλλω, Insero, vel Impono, (vt ἐμβάλλω supra.) Xenop[h]. in Cyneg. ἐπιβάλλοντα τοὺς βρόχους ἐπὶ ἀποσχαλιδώματα τῆς ὕλης δίκρα. id est (Bud. interpr.) inserẽtem amenta vel ansulas plagarum in stipites syluæ bicipites. ‖ Ἐπιβάλλω ἐμαυτὸν, Obiicio me. vt Camer. vertit in hoc Luc. loco De domo, εἴ τις οὕτω δυσκόλοις ἑαυτὸν ἑκὼν φέρων ἐπέβαλε. ‖ Ἐπιβάλλω, Adiicio, Addo. Plut. in Apophth. ὡς ἐπιβαλὼν τῇ βοιωταρχίᾳ παρὰ τὸν νόμον τέσσαρας μῆνας, Quòd quatuor mẽses tẽpori præfixo addidisset. Aristot. de Thalete loquẽs, Polit. lib. 1, ἀρραβῶνα διαδοῦναι τῶν ἐλαιουργίων τῶν ἐν Μιλήτῳ πάντων, ὀλίγου μισθωσάμενον, ἅτ' οὐδενὸς ἐπιβάλλοντος, Nemine addente ad pretiũ

quod ille statuerat. Id est (vno verbo) Licente. Ἐπιβάλλω sunt qui itidem exponant addo, Matth. cap. 9, ἐπιβάλλει ἐπίβλημα, id est Addit, vel assuit, Budæus. Alii tamen vertunt Immittit, cum vet. interpr. ‖ Vt autem ἐπιβάλλω hic reddunt Immitto, ita Bud. apud Theophrast. ἐπιβάλλειν κλήματα, Submittere palmites. Vide pag. 441. A

Ἐπιβάλλω, Tēdo aliquò vel Aliquò peruenio felici recto; cursu, & quasi collimādo. Quā ego expos. ex multis Eust. in vnam redactis colligo. Hom. Od. ο, v. 295, Ἡ δὲ Φερὰς ἐπέβαλλεν, (nauis videlicet) id est ἀπὸ σκοποῦ καὶ ἐπιτυχῶς ἔπλευσεν siue ἔτεεν. Idem Eustath. alibi, ἐπιβάλλει γνώμῃ τις νοήματι ἢ ἔργῳ (inquit) ἤγουν ἠκριβωμένως ἐγχειρεῖ καὶ ἐπιτυχῶς νοεῖ. vnde ego ἐπιβάλλω ἔργῳ τινὶ esse dico, Incumbo rei alicui, ad eam tanquam ad scopum collimans. Cui meæ interpretationi addo & hanc, quæ est Budæi, Certa commentatione incumbo ad intelligentiam rei, Quod mente agitaui assequor & percipio. Plut. πῶς οὖν ἑκάστῳ τούτων Ὅμηρος ἐπιβέβληκεν; Idem Bud. hæc Dionysii Areop. οὐ κατ' ἰδέαν ἑκάστοις ἐπιβάλλων [ὁ θεῖος νοῦς] interpretatur, Non per formam singulis rebus incumbens, ac sese applicans & admouens. Quod etiam προσβάλλειν dici posse tradit. (Hic autem reponendum existimo κατ' ἰδίαν pro κατ' ἰδέαν, licet hanc lectionem ipse Bud. sequatur) Affert ex Basilio cum accus. τὸ μὴ τοῖς τυχοῦσιν ἑαυτὸν ἐπιβάλλειν μαθήμασιν, id est (inquit) quasi Sese addicere & animum appellere. Et ex eodem, sine casu, δυνήσεσθαι λοιπὸν ἐπιβαλεῖν τῇ ἀκριβείᾳ τῆς θεολογίας, pro Assequi & contingere. ‖ Ἐπιβάλλω capitur & pro Incumbo in propria signific. sumpta, siue Ingruo. Plato in Phædro, παπύσαι καὶ ἀλλήλαις ἐπιβάλλουσαι. Plut. in Aristide, ὅπου τῶν Ἑλλήνων οἱ μηδίζοντες ἐπιβάλλειν ἔμελλον, in quā partem incubituri erant. Plura exempla à Bud. ponuntur p. 439 & 440, inter quæ vnum Dionysii Hal. quod minime conuenire existimo. Ἐπιβάλλω in ingruendi itidem signific. seu potius irruendi, Marci 4, v. 37, καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, id est, Et irruebant fluctus in nauigium. At Vetus interpr. malè, Et fluctus mittebat in nauim, faciens videlicet ἐπέβαλλεν actiuum, & dans ei nominat. λαῖλαψ. Sciendum est autem in vulg. lex. ἐπιβάλλειν citari ex Apoll. Rhodio cum eodem nomine, sed alia construct. & pro alia signif. videlicet ἐπιβάλλειν κύμασι pro Fluctib⁹ infestare & inuadere. Idem Budæus, interiectis aliquot aliis signif. Ἐπιβάλλειν etiam (inquit) sol dicitur in ortu quum irradiat & incumbit suis radiis & ingruit. Exemplis autem quæ affert, addi hoc potest ex Synesii epist. 148, προσφάτης δ' ἀκτῖνος ἐπιβαλλούσης. quod quidam interpr. Primo autem radio appulso. ‖ Idem Bud. alibi, postquam ἐπιβάλλω dixit significare etiam E vestigio sequor, & Vestigiis hæreo, exemplum hoc affert ex Plutarchi Æmylio, ὄντως ἐπέβαλε τὸ ἅρμα τοῦ βασιλέως, vbi tamen ἐπέβαλε addit esse quasi Incumbebat. Denique verbo ἐπιβάλλω significatio impetus subest & in hoc Marci loco, cap. 14, in fine, καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. Bezæ enim assentior interpretanti Et quum erupisset, id est foras se proripuisset. Magis tamen ad verbum (id est respiciendo primā verbi βάλλω significationem) nec minus cōmodè reddi posse existimo, Quum se foras proiecisset. Quo loquendi genere ipse etiam Cicero vtitur. ‖ Exponitur & Incido. vt apud Aristot. τὰ ἐπιβάλλη σκέψις περὶ τῆς πολιτείας. & apud Plut. τὰ ἐπιβάλλοντα Quæ incidunt. ‖ Ἐπιβάλλω, Aggredior, Capesso, Incœpto. vt τοῖς κοινοῖς ἐπιβάλλειν πράγμασιν, Plut. pro τῆς πολιτείας ἅπτεσθαι Ptol. Geogr. l. 1, καὶ μὴ πάσῃ σπουδῇ ἐπιβαλεῖν τῷ μέρει τούτῳ, Hanc partem tractandam suscepisse. Fortasse autem in his loquendi generibus subaudiri possit accus. χεῖρας.

B

C

D

E

F

G

Περιβλητικὸς, οὖ, ὁ, Vox rhetoribus visitata. vt περιβλητικὸν σχῆμα, quod περιβολὴν τοῦ λόγου facit. Exēpla habes apud Bud. C. p. 467. CVI opponitur Ἀπερίβλητος λόγος, Oratio cui περιβολαὶ adhibitæ non sunt. Hermog. εἰ μὴ κομματικόν τις ὑπολαβὼν λέγοι ὡς ἀπερίβλητόν τι καὶ καθαρὸν ἐστί.

Περιβολὴ, Amictus, Vestitus. Item Cultus, Gestamen, vt à Bud. exponitur apud Basil. plur. num. περιβολαί: & apud Herodianum, οὔτε ταῖς πλούτου περιβολαῖς λαμπρούς, vt signif. Opulento amictu, vel Gestaminibus sumptuosis. Sed in Comm. pro copia etiam sumi posse tradit, sicut & περιβολὴ alibi sumitur. (vide pag. 467.) Quam posteriorem interpretationem malim. Idem περιβολὴν Luciano ἀναβολὴν, id est habitum, significare in suo lex. scribit. ‖ Περιβολὴ, Amplexus, Fotus. Idem eadem p. 467. ex Xen. Sic Plut. in Rom. ἐν περιβολαῖς καὶ φιλοφροσύναις, In amplexibus & gratulatione. ‖ Περιβολὴ, Comprehensio & summa rei: Isocr. ad Phil. ἡ μὲν οὖν περιβολὴ τοῦ λόγου παντός. Item, Ambitus orationis & periodus, Isocr. Et περιβολὴ Hermog. schema quoddam orationis & sententiæ. In v. l. λόγου περιβολὴ exponitur Variegatus & inflexus sermo. B. ex Hermog. docet περιβολὴν oppo ni τῇ καθαρότητι, id est (vt ipse interp.) puro sermoni nu dóq;. HINC & Ἐμπερίβολος λόγος, cui itidem opponitur ἀπερίβλητος καὶ καθαρός. Dicuntur autem hæc ἀπὸ τοῦ περιβάλλειν τὸν λόγον, quod est Illustrare & locupletare orationem, Fusam & amplam orationem facere, & omnia adiuncta complectentem. vnde etiam περιβάλλον τὰ λόγον & περιβεβλημένον eundem vocat quem & ἐμπερίβολον. Eustath. autem vult hæc dici ἀπὸ τοῦ περιβάλλειν, quod significet περιττὰ τιθέναι, ἤτοι περισσὰ ἐμβάλλειν. ET Περιβόλαιον, Amictus, Amiculū, Indumentum. In Herc. furente sunt περιβόλαια σαρκὸς ἡβῶντα, i. περιβλήματα, Incrementa iuuenilis carnis seu corporis. Camer.

D Περίβολος, (non Περίβολον) Ambitus, Septum. Thucyd. 1. de ambitu moenium loquens, τοῦ τε γὰρ περιβόλου βραχεῖα εἰσὶ κεῖ. Et lib. 2. ἑξήκοντα σταδίων ὁ ἅπας περίβολος. Et lib. 3. εἰς τὸν δύο τοῖς περιβόλοις. Synesius epist. 72. ἐὰν ἄρα δυνάμεθα μένειν εἴσω τῶν περιβόλων τῶν ἱερῶν, Manere intra claustra & septa sacra.

c. 2. Προσπεριβάλλω, Insuper circundo, idem propè quod Περιβάλλω, Circundo, Circumplector, Circumuallo. Thucyd. προσπεριβάλλω τεῖχος τῇ πόλει, Vrbi murum circundo, vt Valla reddidit. In qua significatione passiua etiā vox visitata est, actiuè tamē sumpta. queadmodū apud Isocr. Euagora reperitur, τείχη προσπεριβάλλετο. & apud Plutarchum Themist. προσπεριβάλλεται τὸν πεζὸν στρατὸν ταῖς ναυσί.

Προσπεριβάλλομαι, Vltra modū āplector, B. Demosth. Phil. 1. οὐχ οἷός ἐστιν ἔχων ἃ κατέστραπται, μένειν ἐπὶ τούτων, ἀλλ' ἀεί τι προσπεριβάλλεται. Pausan. Atticis, παρ' ἐπισάμενος ὃν Δημητρίῳ προσπεριβάλλεσθαι τι ἐθέλειν, Vltra iustos fines prorogare imperium, vel vltra modum à maioribus acceptum. Basil. de auaritia & cupiditate immodica loquēs, ἀλλ' ὅσῳ γὰρ ἂν πλείω προσπεριβάλλωνται, τοῦ ἴσου δέονται καὶ πλείονος.

C. ΠΡΟβάλλω, Proiicio. Aristoph. Pluto, ψαιστά τοῖς θεωμένοις προβάλλειν. Et Diosc. phlegma ex ore proiicere, προβάλλειν vocat l. 7. Est & Proiicio eo sensu quo dixit Cicero, Diogenes proiicie iussit inhumatum. ita enim Plut in Pericle, προβαλεῖν ἀκήδευτα τὰ σώματα. Hom. voce etiam media οὐλοχύτας προβάλοντο dicit Il. α: & alibi pro προέθεντο, προέρριψαν, vt scribit Eustath. At Odyss. ε. v. 331. Ἄλλοτε μέν τε νότος βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι, puto esse Protrudebat, licetaliter exponatur. Vult autē Eust. προβάλλω esse etiam προαφίημι, id est Antè iacio. Et προβαλέσθαι θεμέλια pro προκαταβάλλειν, ex eodem Eustath. annotatur. ‖ Προβάλλω autem, vel potius Προβάλλομαι, pro Obiicio (eo sensu quo dicitur Obiicere telum) vide paulo pòst cum Προβάλλομαι mediæ vocis. ‖ Προβάλλω, Emitto, Profero, Produco. vt ἄνθος προβάλλει, Dioscor. lib. 1. Idem lib. 4, cap. 50, προβάλλει τράγου ὀσμήν, Emittit odorem hirci, vel Fundit odorem. Id est, hircum olet. Quo etiam modo Alex. Aphrodisæo αἱ δυνάμεις dicūtur τὰς ἐνεργείας προβάλλειν. Cui signif. emittendi & producēdi affinis est ea qua pro Promere ponitur seu Depromere, quod & Proferre. vt Matth. 12. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας προβάλλει τὰ ἀγαθά. Aristoph. autem προβαλέσθαι est Proferre, alio sensu: vbi dicit οὐκουν προβαλεῖ τὼ χεῖρε κἀχλιεῖς, Proferes man⁹ &

extendes. Et apud eundem τὸν μηρὸν ἔδει προβαλέσθαι, femur proferre & protendere. ‖ Προβάλλω, Propono. Aristoph. Nub. ἕτερον αὖ σοι προβαλῶ τι δεξιόν. Sic ἐρώτημα προὔβαλε, Plut. Lyc. Quæstionem proposuit. Idem ἀπορίας προβάλλειν dixit in Symp. sept. sap. Bud. προβάλλειν τι apud Plut. exponit Quæstionem proponere. Itẽ προβάλλειν apud eundem esse ait Differentem interrogare. At Alex. Aphr. dixit προβάλλειν εἰς ζήτησιν, scribens, χρὴ προβάλλειν εἰς ζήτησιν τὰ μέσην ἔχοντα χώραν. Hinc τὰ προβαλλόμενα, Quæ proponuntur & in quæstionem adducuntur: quæ & προβλήματα. Et προβεβλημένα διανοήματα ex Naz. citatur pro cogitationibus dubiis. Ex Luc. autẽ affertur προβάλλω ἐς μέσον pro Sisto, Repræsento. Et ex Sophocle, προβάλλω ἐμαυτὸν εἰς ἀράς, pro Obiicio me imprecationibus & facio obnoxium. Itidem verò προβεβλημένα κτίσματα apud Naz. exponitur Creaturæ nostris oculis obiectæ & propositæ. Sed & quũ dicitur προβάλλω σοι πλοίαν, obiiciendi signif. retinet hoc verbũ. Possumus tamen reddere etiam, Terrorem tibi incutio. Apud Homerum autem Od. ε, v. 331, ἄλλοτε μέν τε νότος βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι Eust. προβάλλειν exponit.

C

Προβάλλομαι quoque (vt de προβάλλειν modo dictũ est) Profero, item Sisto, vel Præsentem sisto. Nam προβάλλεσθαι μάρτυρας est proferre testes; apud Isocr. & Demosth. Vel Producere testes, vt Bud. interpr. quem vide p. 453 & 455. Et τοὺς νόμους προβάλλεσθαι apud Naz. Proferre leges, vel potius Citare, Allegare. Item προβάλλομαι, Designo, Creo: (quod aliquam proferendi seu proponendi signif. inclusam habet.) Et προβάλλεσθαι itidem passi signif. pro Designari, Creari. Vide Bud. p. 453. Idem p. 463 interpr. προβάλλεσθαι Eligendos proponere & nominare, ex Plat. De leg. 6. ‖ Προβάλλομαι, vt Profero, ita etiam Præfero, vel Præ me fero, interdum sonat. vt Demosth. Pro corona, ἐγχειρεῖν μὲν ἀεὶ ἅπασι τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένοις ἐλπίδα. Quo dixit modo Basilius, οἱ τὴν ὁρὰν τοῦ προβάτου προβεβλημένοι, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἥμερον προβαλλόμενοι. Et Greg. itidẽ, καὶ λεόντειον μὲν τὸ εἶδος προβεβλημένῳ, Leoninam speciem præ se ferenti.

D

E

Προβάλλομαι, Obiicio, Obtẽdo. Et Protendo, seu Prætẽdo. has enim signif. quas Bud. distinxit, ego cõiũ vt affines coniungendas arbitror. Προβαλόμενος τὴν σάρισαν, Obiiciẽs sarissam & porrigens: eo sensu quo dicitur Infestum telum obiicere. Sic autẽ & pugiles pugnos plagásque intendentes aut pugnos infestos prætendẽtes, προβάλλεσθαι à Naz. dicuntur. Æsch. προβάλλονται γέ τι πρὸ τῆς αἰσχύνης, Prætendunt saltẽ aliquid turpitudini. Dem. Pro cor. ταῦτα προὐβαλόμην ἐγὼ πρὸ τῆς Ἀττικῆς, Hæc ego obtendi Atticæ vel prætendi (vt Virg. dicit segeti prætendere sepẽ). i. Hæc propugnacula opposui, His propugnaculis Atticum agrũ circumuniui. Chrys. De prec. sine præp. τοῦτο μόνον τὸ ὅπλον τῆς στρατιᾶς προβαλλόμενος. Sic & προβεβλημένος τῆς ἐκκλησίας apud Naz. Defẽsor seu propugnator Ecclesiæ, Qui videlicet tanquã propugnaculũ obtẽditur seu prætenditur, vel potius obtentus & prætetus est Ecclesiæ. Xen. autem addit & ipse præpos. πρό, dicens προβάλλεσθαι πρὸ τούτων ὥσπερ ὤμην πλήγησεσθαι. vbi tamẽ malim Opponere. (nã q aliquid obtendit seu prætẽdit, id ei opponit à quo tueri vult illũ cui obtẽdit. i. pro quo obtendit.) Bud. tamen apud Naz. vbi προβάλλεσθαι κεφαλὰς dicitur hydra, nõ adiecto gen. vertit Protẽdere & prætendere. Eũ vide p. 454 & 455. Vt autẽ in illo Xen. loco προβάλλεσθαι interpr. Opponere, sic & in hoc Naziazeni, προβαλοῦ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πνεῦμα. Simile verò est προβάλλου τῆς πίστεως. Sed & cũ dat. apud Naz. προβάλλεσθαι τὰς νηστείας τοῖς πειρασμοῖς, Opponit ieiunia tentationibus. Cæterũ ideo alicubi verbo Opponere vti malo, q quũ dico in illo Dem. loco Obtendi Atticæ, significat Pro Attica & in illius defensionem: at si vertã Obtendere in illo Xen. loco, & similib⁹, erit Obtẽdere illi pro Aduersus illud. Dicitur etiã προβέβλημαί τοῦτο, Hoc mihi obtentũ est vel prætetũ. προβέβλημαι (inquit B.) Præ me habeo, Lateo post tutamen. Xen. Pæd. 6, προβεβλημένοι δὲ τοὺς θωρακοφόρους μηδὲ γε. Interdũ Προβάλλεσθαι exponitur etiã Obducere. vnde προβεβλημένος pass. voce. & signif. apud Naz. καὶ παχὺ τοῦτο δερμάτιον προβεβλημένοις, Crassa hac obdu-

F

G

H

ctis caruncula. ‖ Προβάλλομαι eadem item metaph. quã Lat. Obtendo & Prætendo, pro Prætexo, προφασίζομαι, apud Basil. Vide Bud. 455. & Eustath. p. 1405.

Προβάλλομαι, Insimulo, Postulo, Reũ defero, Dicã dico. Dem. εἰ μὴ προὐβαλόμην αὐτ. Itẽ Προβάλλομαι, Despuo, Abominor, Auersor, Execror, Plut. Vide Bud. 454 & 455. Exẽplis autẽ ab eo prolatis addi potest aliud ex Phil.

Προβάλλομαι habet apud Hom. & aliã sign. à B. & cæteris prætermissã, videlicet pro ὑπερβάλλομαι. Od. σ, v. 218, ἐχθὲς δ' ἔτ' οἰονοειδεὶ κεν προβαλοίμην Πολλόν .i. Te superanero.

B

Πρόβλημα, τό, Obiectaculũ (de qua voce dicã in Προβολή) Quod obiicimus pro munimento seu tutamine. vt Obiectæ vallo munitiones, Liuio. Oppositum & obiectum hostib. propugnaculũ, Cic. Exponitur igitur πρόβλημα, Munimen seu Munimentũ, Tutamẽ, Propugnaculum, Tegmen. Plato p. 174, προβλήματα esse dicit ὅπλα, τείχη, προβλήματα ξύλινα & λίθινα, & omnia ἃ προβολῆς ἕνεκα ἠργασμένα. Xen. P. 6, ἵππους τοῦ ἅρματος χαλκοῖς πᾶσι προβλήμασι κατεσκευάσατο. Plut. προβλήματα ποιοῦσι τὰς θύρας. Idem militarem testudinem προβλημάτων στεγανώτατον esse ait. Sæpe aũt genit. iungitur, vt πρόβλημα κακῶν, Aristoph. Vesp. Propugnaculũ aduersus mala. Sic πρόβλημα χειμῶνος, Platoni Tim. Propugnaculũ aduersus hyemẽ. i. hyemis iniurias. Et ap. Soph. Aiace, μηδὲν φόβου πρόβλημα ἔχειν, Nil quod metũ propulset. Nec tamẽ inficior genit. aliquãdo aliter accipi, eo videlicet modo quo dicit Cic. Classis pulcherrima Siciliæ propugnaculũ. Ita etiam Herodianus, πρόβλημα ὄντα τῆς ἀρχῆς [illegible]. Est πρόβλημα τοῦ σώματος. Sed & genit. personæ dubitari non potest: vt, si dicam πρόβλημα μου, constat enim esse prò τι ἐμοῦ. Et πρόβλημα dicitur (vt ab Hom. ἕρκος) Propugnator & defensor: vt apud Luc. τὸ πρόβλημα τῆς Ἑλλάδος, Columẽ Atheniensiũ, Salus & tutela Græciæ. ‖ Πρόβλημα Cam. Prætextũ interpr. in hoc Soph. versu in Phil. λαβὼν πρόβλημα σαυτοῦ παῖδα τόνδε. dicit enim (inquit) Vlyssem sibi quasi prætendisse illum puerum. Πρόβλημα, Quod explicandum proponitur, Quæstio, Propositũ etiã reddit ex Cic. in Part. Idẽ Bud. Cõtrouersiam etiã apud Hermog. interpr. Aristot. Polit. 2, ἐμπίπτει εἰς ἄλλο πρόβλημα καὶ σκέψιν ἑτέραν. Idẽ De poet. περὶ δὲ προβλημάτων καὶ λύσεων. Differentiã aũt quã geometræ inter πρόβλημα & θεώρημα constituunt, vide apud Bud. 460. 461. Eãdem tamen sign. his duobus à Plut. dari, in Marc. vbi de Archimede loquitur, 97 & 98, idem testatur. HINC Προβληματώδης (inquit idẽ) In quæstionem disceptatione positus, Addubitatus. Plutar. τοῦτο τὸ μέρος προβληματῶδες ἐστὶ καὶ ἄπορον.

Προβλής, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, Proiectus, (vt apud Ouid. Proiectus in æquor) Prominens. vt Il. β, προβλῆτι σκοπέλῳ. Apud eundẽ Od. κ, ἀκταὶ προβλῆτες, Eminẽtes. pes in littore maris, Cam. interpr. Et Il. μ, στήλας προβλῆτας, Eminentes seu extantes pali, eodem interpr. Vide Eustath.

Πρόβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Proiect⁹ (vt dicitur Foras proiici.) Soph. ῥιφθῶ κυσὶ πρόβλητος.

Προβλητικός, Producendi vi præditus. Bud. ex Gregorio, τὴν γεννητικὴν καὶ προβλητικὴν τοῦ ἐν αὐτῇ κρυφίου ἀγαθοῦ.

Προβολή, Obiectus: vt in exemplo quod modò ex Platone protuli in Πρόβλημα. Accipio autem vocem Obiectus eo modo quo Tacitus, quũ dicit, Obiectu montis quo sæua ventorum arcentur. Qui montis dici poterit πρόβλημα, id est, Obiectaculum. nam προβολὴν intelligo ipsam veluti actionem obiiciendi & opponendi aliquid, seu prætendendi: at πρόβλημα id quod obiicitur. quam aut cui assimilem. signif. Obiectaculum apud Varr. habere videtur. Sed προβολή pro πρόβλημα sæpe accipitur, vt quum Sophocles δείματος προβολὰν vocat quod alibi φόβου πρόβλημα, modò à me prolatum. Euripides Oreste, ὁ δὲ λιπόλιθος θανάτου προβολάν, Petens vt mortem effugere liceret. Ad verbum, Aliquid morti obiicere. A Budæo προβολὴ exponitur Munimentum tutelare, Tutela, Integumentum, Lorica. quarum significationum exempla vide pag. 462. At pagina 456 tradit προβολὴν dici etiam Propugnaculum & castellum, ambitúmque mœnium hostilem impetum arcentem. vt Xenoph. τὰ ὄρη τῆς Ἀττικῆς προκείμενα appellat προβολὴν τῆς χώρας.

gg. iii.

¶Προβολὴ, Proiectura & protectum, (vt idem tradit) Pro- A
minentia, Pars prominens vel tecti vel suggrundæ, vel
rei cuiuscúque: vt palpebrarũ pili προβολαὶ sunt τῶν ὀ-
φθαλμῶν. Vide pag. 456 & 462. ¶Προβολὴ metaph. pro
eo quod prætenditur & prætexitur (vt Lat. dicunt præ-
textum) Tertull. aduersus Praxean, Siquis putauerit me
προβολὴν aliquam quærere.

Προβολὴ, Status pugilis in procinctu stantis, occasio-
nique inferendæ plagæ imminentis, vt agitatoris in
carceribus equos currúmque sustinentis, id est τοῖς ἵπ-
ποις καὶ τῷ ἅρματι ἐπέχοντος ἄχρις ἂν ἐκ τῆς βαλβῖδος ἐξίωσιν. B
Ita Bud. p. 457, qui & ὁπλίτας ἑστῶτας ἐν προβολῇ apud Plut.
interpr. In procinctu atque in vestigio stantes. Aliã hu-
ius vocis expos. vide ibidem.

Προβολὴ, Intentio & obiectio iudicii dictati, quasi pe-
titio digladiantis. Ita ex Hermog. Budæus p. 456. Ibi-
dem προβολὴν ab eo vocari ait intentionem accusato-
ris: & ab Isocrate actionem quæ intenditur κατὰ τῶν συκο-
φαντησάντων. Ex Vlpiano in orat. Demosth. contra
Mid. annotatur, προβολὴν fuisse etiam actionem Athe- C
nis aduersus eos qui aliquam iniuriam die festo & so-
lenni intulissent.

Προβολὴ, Nominatio & proditio. Bud. ex Greg. Vide
pag. 454.

Προβολὰς ἀναύρων Eustath. apud Dionys. Alex. expo-
nit ἐκχύσεις, sed admonens legi etiam προμολάς.

Προβολὴ perperam apud Plutar. pro προσβολὴ, vide in
Προσβολή.

Προβόλαιον, Tutamen, vt habetur in vulg. lex. ΑΤ Προβό-
λαιος (inquit Camer.) dicitur in oraculo de hasta (vt vide- D
tur) directa quasi ad pugnam: Εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων
πεφυλαγμένος ἧπο. Est autẽ oraculum hoc apud Herodo-
tum Polymn.

Πρόβολος, ου, ὁ, idem quod προβλὴς λίθος apud Homerum, vt
Eustath. scribit, hoc est (Bud. interprete) Scopulus emi-
nens qui æstum maris frangit. exempla apud eum ha-
bes Comm. pag. 462. ¶Tropicè verò (vt Eustath. an-
notat) apud Homeri posteros accipitur. i. (inquit Bud.)
pro tutore, propugnatore, defensore, securitatis con-
ciliatore & præsidio. cuius significationis exempla ibi-
dem apud eum reperies. Apud Aristidẽ verò de vrbe E
Athenarum loquentem, quum dicit, καὶ θορύβου τοσούτου
διὰ γῆς ἁπάσης διαῤῥαγέντος, αὐτὴ ἦν ὥσπερ ἔρυμά τε καὶ πρόβολος,
interpretatur Propugnaculum. Alibi verò & Scutum
exponit. Hesychio verò præter πρόμολος & πρόμαχος,
est etiam προνοητὴς, κυβερνήτης, ἱερός. ¶Πρόβολοι v.
lex. sunt etiã in pontis constructione trabes pro fultu-
ris, atque pali lignei fistuca adacti: quas Sublicas à Cæsa-
re, à Liuio Sublicia vocari scribunt. Plut. Cæs. ἀλλὰ ταῦτα
προβόλοις ξύλων μεγάλων διὰ τοῦ πόρου πεπηγότων. ¶Πρό- F
βολος est quoque τὸ τῶν σιτίων δοχεῖον, Suidæ & He-
sychio.

Προβόλιον, ου, τὸ, Venabulum. δόρυ ᾧ χρῶνται οἱ κυνηγέται, Bud.
σιβύνη Hesych. Xen. προβόλιον προβάλλεσθαι χρὴ, Ve-
nabulum prætendere. Bud. Idem Cyneg. τὰ δὲ προβόλια
ἔστω τοῦτον μὲ λόγχας ἔχοντα.

Προβολεὺς, έως, ὁ, Productor, vt Budæus Comm. exponit. vt
apud Dionys. Ar. τοῦ μὲ γὰρ αἴτιος καὶ ὥσπερ προβολεὺς καὶ
ἀπογεννήτωρ, vbi causam productricem & προβολέα pro
eodem dixit. Sic Gregor. Patrem cælestem γεννήτορα καὶ
προβολέα vocat: vt Damascenus eundem Patrem nomi- G
nat λόγου γεννήτορα, καὶ διὰ λόγου προβολέα ἐκφαντορικοῦ
πνεύματος. Vbi notandũ est eum facere discrimen inter
γεννήτορα & προβολέα. Vide Bud. p. 462 & 453.

c. 2. Ἀντιπροβάλλομαι, Contrà propono & nomino designã-
dum. Plat. De l. 6, ἐὰν δέ τις ἄρα δοκῇ τινι τῶν μὴ προβεβλη-
μένων ἀμείνων εἶναι τῶν προβληθέντων τινὸς, ἐπονομάσας ἀνθ' ὅτου
ὄντινα προβάλλεται, τοῦτ' αὐτὸ ὀμνύς ἀντιπροβαλλέσθω τὸν ἕτερον.
VNDE Ἀντιπροβολὴ, ῆς, ἡ, Comparatio in nominando,
quæ & ἀντιβολὴ dicitur. vulg. lex.

c. 2. Ἐπιπροβάλλω, Superiniicio. Sic v. l. ex Plut. Romulo. H

ΠΡΟΣΒάλλω, Adiicio, (eo sensu quo dicitur Adiicere
oculos, vel Adiicere mentẽ. Vnde & Adiectæ voces ex
Cic. aliquãto pòst) προσβάλλειν τὴν ὄψιν, Adiicere ocu-
los, Obtutũ figere. Naz. ἡλιακῷ φωτὶ σαθροτέραν ἔτι προσ-
βαλόντες τὴν ὄψιν. Plutarchus Sympos. sept. sapient. ὁ μὲν

οὖν Νειλόξενος, ἀλεξίκακε, εἰπὼν, ἀποστραφεὶς τὴν ὄψιν· ὁ δὲ
Θαλῆς προσέβαλε τῷ νεανίσκῳ πολὺν χρόνον. id est, oculum
obtutumque fixit, vt vertit Bud. Sed non malè etiam
reddiderit quis, Attétius curiosiúsque intuitus est, vel
spectauit. Obseruandũ est autem accus. ὄψιν ex præce-
dent. repeti: quẽ tamen aliquando prorsus omitti existi-
mo. Προσβάλλω pro Adiicio etiam significante Addo
sunt qui accipi velint: afferentes hunc Diosc. locũ lib.
1 cap. 54, προσβαλε ῥόδα. Vbi tamen à Ruellio exponitur
Immittito. ¶Προσβάλλω, Admoueo. Gal. σικύαν μεγίστην
ὑπὸ τοῖς τιτθοῖς προσβαλεῖν. Cic. Accõmodo ex Plat. Ti-
mæo vertit. At προσβάλλειν ἀτιμίαν τινὶ verti non potest
Admouere infamiam alicui, sed reddi debet Irrogare
infamiam seu ignominiã, vel Inurere infamiam. Bu-
dæus interpr. etiam Infligere infamiã. Dicitur & προσ-
βάλλειν τινὰ ἑτέρῳ pro Incitare in eum & irritare, Stimula-
re & impellere. Bud. ex Demosth. exemplum affert. p.
453. ¶Προσβάλλω, Allido, Collido, Impingo, Confli-
go. Plut. de Bruto loquens, καὶ τῷ ξίφει γυμνῷ προσβαλὼν
τὸ στέρνον ἀπέθανεν. Ita Bud. qui rursus προσβάλλειν interpr.
Impingere, item Intorquere, Illidere: & affert ex Æsch.
in epist. ad Philocr. ἐκ τούτου οὖν προσβάλλειν αὐτοῖς τὸν θεὸν
τὴν νόσον ταύτην ὑπελάμβανον. Vbi tamen reddere ma-
lim Infligere. Προσβάλλω neutraliter positum, Irruo,
Adorior, Inuado, Impetum facio, Irruptionem vel Im-
pressionem facio. In qua signif. apud nullum scriptorẽ
frequentius quàm apud Thucyd. esse puto. Dicitur au-
tem & προσβάλλειν πολεμίοις, & προσβάλλειν πόλει, vel τεί-
χει, seu ἐρύματι, &c. vt ex sequentibus exemplis patebit.
Igitur lib. 1, ἐπεὶ γὰρ προσβάλλοιεν ἀλλήλοις, οὐ ῥᾳδίως ἀπελύον-
το. Et lib. 3, προσέβαλον τοῖς Ἀθηναίοις. At lib. 2, προσβαλόν-
τες τῇ Οἰνόῃ. Et 3, καὶ τῷ ἐρύματι προσβαλόντες. Rursum lib.
3, item 2, προσβάλλειν τῷ τείχει dicit. Sed & cum præpos.
πρὸς, lib. 2, καὶ πρὸς τὴν πόλιν προσβαλόντες. Huius autem
exemplo vsurpãt & cæteri, sed potius cum dat. ¶Προσ-
βάλλω dicitur & de accessu minimè violento & infesto.
vt Luc. τίς ἡ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῶν ταῖς ἀκοαῖς; Quæ vox au-
res nostras incessit? Quæ vox auribus nostris incidit?
Sed vsitatiore loquendi genere, (præsertim ita mẽ apud
poetas) Quæ vox pepulit aures nostras? Cic. Adiectæ
voces vsurpat. lib. 2, De nat. d. tanquam προσβαλλούσας.
Dicitur & ὀδμὴ προσβάλλειν, seu ὀσμὴ, à Theophr. i. Inci-
dere, Incurrere, Appelli, vt Bud. interpr. Quem miror,
postquam scripsit προσβολὴν de incursu & accessu vio-
lentiore dici, exemplum illud subiungere.

Προσβάλλομαι, Adiicior. vt προσβαλλομένη ὄψις, Oculiqui
adiiciuntur, Obtutus qui figitur. Et προσβάλλεσθαι, In-
iici, Imponi. vt Diosc. lib. 8, προσβάλλεται τοῖς δήγμασι. I-
tem προσβαλλόμενον dicitur Id in quod quippiam incur-
rit, vel incidit vel incumbit & appellitur: & Id quod
oppugnatur. Bud. 452.

Προσβολὴ, Adiectus seu Adiectio (si vti liceat hoc verbali in
in ea signif. qua dixi paulò antè Adiicere oculos) Conie-
ctus. vt προσβολὴ τῶν ὀμμάτων Plat. Theæteto. Sic προσβο-
λὴ τῆς ὄψεως, apud Phil. De vita M. l. 3, σμαραγδῷ γὰρ ἔοικεν
ἡ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ φαντασία κατὰ τὴν τῆς ὄψεως προσβολήν. Di-
citur autẽ & Cõiectus oculorũ à Cic. ¶Προσβολὴ, Ad-
motio (sequor autem in his quem in ipso verbo tenui
significationum ordinem) vt σικύας προσβολὴ, Diosc. lib.
7. Dicitur autem ab Euripide in Medea & de admotio-
ne oris quæ fit osculando. ex quo affertur etiam προσβο-
λαὶ προσώπων φιλίαι. Apud Plut. autem Sympos. 4, expo-
nitur Contago, ἐν τῇ προσβολῇ τὰ τοιαῦτα καταβιβρώσκεσθαι πά-
θη τοῖς ἀνθρώποις οἴονται. ¶Προσβολὴ, Commissura, Cic. in-
terprete. Vide Bud. p. 453, & meũ Cic. lex. p. 23. ¶Προσ-
βολὴ τῆς ἀτιμίας. q. d. Inflictio ignominiæ. vt προσβάλλειν
ἀτιμίαν, Infligere ignominiam, pro Irrogare. ¶Προσ-
βολὴ, Appulsus eo sensu quo Cic. appulsum solis, item
appulsum caloris & frigoris dixit. Προσβολὴ, Appul-
sus nauis. Item, Impressio ruentis aciei impetúsq; mi-
litum cuneatim incurrentium. Plut. φάλαγγι χαλκοῦς
προσβολὴν οὐκ ἐχούσῃ, id est Quæ perrumpi impressione
non poterat. Apud eundẽ verò alibi pro τὴν προσβολὴν
κρατυνάμενοι reponit Bud. προσβολὴν, vt sit, Impressione
valida irrumpentes. Itidem verò Valla apud Thucy-
didem non ἐν προσβολῇ τῆς Σικελίας, sed ἐν προσβολῇ τῆς

Σικελίας legit: quippe qui verterit In prominētibus Siciliæ locis. A Vt autem προσβολὴ est hostium, ita & athletarum, quum inter se aggrediuntur. & Petitio gladiatorum ad vulnera infligenda. Ad hostilem autem προσβολὴν pertinet hoc loquendi genus, ἐκ προσβολῆς, quod exponitur, Primo statim impetu, apud Philostratum. Et ὁ ἐκ προσβολῆς ἀγὼν, pro pugna quæ in vrbis aggressione circa muros committitur, ex eodem Plutarcho affertur. Rursum ex eodem in Publicola, προσβολῆς ὀξείας τῷ τείχει γινομένης, pro In murum impetu acerrimo B ab hostibus facto. Ita vulg. lex. Sciēdum est autē Thucydidem ante Plut. hoc genere loquendi aliquoties vsum fuisse, & in eo προσβολὴν (vel potius προσβολὰς, nā plurali vti solet) Oppugnationem verti. vt lib. 2, προσβολὰς παρεσκευάζοντο τῷ τείχει ποιησόμενοι μηχαναῖς τε καὶ ἄλλῳ τρόπῳ. Ibidem, τάς τε οὖν προσβολὰς ηὐτρεπίζοντο. Idem lib. 5, καὶ προσκαθεζόμενοι τὸν Ὀρχομενὸν πάντες ἐπολιόρκουν, καὶ προσβολὰς ἐποιοῦντο. Sic & Bud. hæc Polybii verba, de quadam vrbe loquentis, ἐξ ἐφόδου ποιησάμενος προσβολὰς, interpr. Quum statim adueniens oppugnare adortus C esset. Apud eundem Thuc. alicubi προσβολαὶ exponitur (& rectè quidem, meo iudicio) Pugnæ tumultuariæ. vt lib. 3, καὶ προσβολαὶ, ὥσπερ εἰώθεσαν, ἐγίγνοντο τῶν Ἀθηναίων ἱππέων, ὅπῃ παρείκοι. Idem lib. 7, προσβολὰς & ξυσταδὸν ..χας inter se opponit, pag. 262. A scholiaste autem προσβολὴ alicubi ἐπίθεσις, atque adeo μάχη (item προσβολαὶ, συμπλοκαὶ) alicubi verò & προσόρμισις ac καταγωγὴ exponitur. In vulgatis autem lexicis illud eiusdem Thucydidis antea citatum, ἐν προσβολῇ τῆς Σικελίας, exponitur Dum in Siciliam transmittunt. Affertur ibidem ex Polybio, οὔσης οὐ μόνον στενῆς καὶ τραχείας τῆς προσβολῆς D pro itinere nō solùm angusto sed etiam aspero. quum tamen προσβολὴ iter simpliciter significare nullo modo possit. Rectius igitur Bud. (meo iudicio) προσβολὰς in simili Plutarchi loco interpr. Aditus ad aggrediendum: in Cæsare, ὑλώδεις τόπους καὶ προσβολὰς ἀφανεῖς ἔχοντας ἀμηχάνῳ τάχει διελθὼν ὁ Καῖσαρ, τοὺς μὲν ἐκυκλοῦτο, &c.

Προσβολὴ de aliis etiam dicitur. A Bud. προσβολὴ exponitur Violentia & impressio præpotentis, aut tyranni: & affert ex Gregorio in Iul. καὶ πολλαῖς πληγεῖσα καὶ χαλεπαῖς τοῦ καιροῦ προσβολαῖς. E Apud Theodor. legitur προσβολὴ φθόνου, quòd inuidia velut irruptionem faciat in animum eius quem incessit. Aggressionem quidā verterunt: Bud. appulsum. Et πυρετοῦ προσβολὴ Galen. ad Glauc. pro accessione febris, sed ita vt impetus significatio includatur. Bud. pro εἰσβολὴ poni scribit. ‖Προσβολὴ, ..oxa, Offensio, vt idem vertit in hoc Synesii loco, ἔδει .. ἄρα χαλεπωτέραν μοι γενέσθαι τοῦ πάθους τὴν προσβολήν. Vbi tamen alii προσβολὴν cum πάθους iungentes interpr. Aggressionem, Insultum. Itidem tamen προσβολὴ exponitur Noxa [ob læsum numen] apud Aristo F phanem, Χώπου ποτ᾽ ἐστὶ δαιμόνων ἡ προσβολή. verùm & hîc de irruentis impetu commodè intelligi posse videtur. Sic enim & Synes. εἰ δαιμόνων εἰσὶ προσβολαὶ τὰ γινόμενα δι᾽ Ἀνδρονίκου.

Ποτιβάλλομαι pro Προσβάλλομαι apud Homerum (præfixa præpositione Dorica προτὶ, aut certè facta ex Dorica ποτὶ, pro πρὸς) Adorior, Aggredior. Itē Coerceo, Castigo: vel simpliciter Increpo. Hom. Il. ε, v. 874, Ταύτην δ᾽ οὔτ᾽ ἔπεϊ προτιβάλλεαι, οὔτέ τι ἔργῳ. id est ἐπιπλήττεις, Eust.

C. ΣΥΜβάλλω, Coniicio. vt apud Theophr. De causis pl. 3, G exponitur, συμβάλλειν τὰ χέδροπα εἰς τὰς νέας. Sed frequentius est pro Coniicio metaph. vnde Coniectura. Plato Crat. εἰ οὖν τι ἔχεις συμβαλεῖν τὴν Κρατύλου μαντείαν, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι. Itidem ex Dioscoride citatur, συμβάλλειν τὰς φύσεις pro Cōiicere, id est coniectura consequi. Sic pass. συμβάλλομαι. Paus. in Mess. οἱ μάντεις ἀπείρως εἶχον συμβάλλεσθαι τὸ εἰρημένον. At Budæus apud Herodotum in Polymnia vbi dicit συμβαλλεόμενος εὑρίσκω, vno in loco vertit Coniectura assequens, in altero autem Subducta ratione. de qua significatione postea dicam. Vt autem H συμβάλλω pro Coniicio, & cōiectura assequor, ponitur, ita etiam pro Intellectu assequor. (quam significationem, vt affinem proximè præcedenti, subiungendam ei putaui) vt apud Cebetem, δι᾽ ἑρμηνέως συμβαλλόμενοι τὰ λεγόμενα. Sic apud Plut. in Amat. narr. συνεβάλετο τὴν πρᾶξιν ἐκείνων, Polit. vertit Intellexit. Fortasse autem & συμβαλεῖν in loco Platonis modò prolato aliquis ita accipiendum putauerit. At συμβαλλόμενος ἀπόδειξιν τῶν φιλοσόφων, Plut. in Fabio, quidam interpr. putant Animo voluens. His addendum cēseo συμβάλλομαι pro Computo, vel Rationem subduco. vt apud Herodotum in Polymnia à Budæo verti dixi, aliam tamen similis loquendi generis quod ibidem habetur, interpretationem afferentis. Atenim in Erat. vbi scribit idem Herodotus συμβάλλεσθαι ἐπὶ δακτύλων τοὺς μῆνας, pro Supputare accipi, omnes fatentur.

Συμβάλλω, Coniungo. vt συμβάλλειν τὰς δεξιὰς apud Euripidem eo modo quo Virgilius, Dextræ coniungere dextram. Sic & apud Xenoph. Pæd. 2, συμβαλεῖν φασὶ Γαδάταν. Sed & pro Connecto, Contexo, ex Philostr. Heroicis, συμβάλλω στέφανον ἐκ λειμῶνος. Item Commisceo. vt quum ab Arriano fluuii quatuor dicuntur συμβάλλειν τὸ ὕδωρ εἰς τὸν Ἰνδὸν ποταμόν. Quo & Homerus modo olim dixerat ῥοὰς συμβάλλειν, Il. ε. Sed & sine accus. ponitur συμβάλλειν hac signific. vt apud eundem historicū, αὖθις δ᾽ ὁ Ἀκεσίνης ἔστιν ᾗ ξυμβάλλει τῷ Ὑδραώτῃ. Hinc & συμβάλλοντες ποταμοὶ, Confluentes. Dicitur verò & de aliis rebus neutra signif. pro Coeo (vt quæ inter se coniunguntur & commiscentur) & ita exponitur apud Aristotelem Problem. sect. 3, συμβάλλει εἰς ταυτὸ τῇ ἑτέρᾳ ὄψει. Itē in hoc eiusdem loco, de venis loquentis, καὶ συμβάλλουσιν ἀλλήλοις. Hinc etiam pro cōgredior, & Occurro. vt apud Appianum, ἔνθα αὐτῷ συμβάλλει Κλεοπάτρα. Et apud Arrianum, ξυμβαλεῖν αὐτῷ pro Cum eo coniungi & ei occurrere. Hinc apud Ho..erum σύμβλητο pro Occurrebant & participium συμ..λήμενος apud eūdem Od. ο, pro συμβεβλημένος. Ab a.. .. significatione est σύμβολος pro obuio. ‖Συμβάλλω, Committo (vt committimus aliquos ad certamen) Iliad. γ, Αὐτὰρ ἐμ᾽ ἐν μέσσῳ καὶ ἀρηΐφιλον Μενέλαον Συμβάλετ᾽. Sic συμβάλλειν τὰς δυνάμεις apud Plutarchum. ἀλεκτρυόνας συμβάλλειν apud Xenoph. & Æschinem: & κάπρους συμβάλλειν apud Paus. Sed hic addit μαχουμένους. Interdum verò & pro Committo aliquos, id est sibi inuicem inimicos reddo. vt συμβαλεῖν ἄνδρας φίλους, Xenoph. Pæd. 6. Iungitur autem συμβάλλειν & cum accus. vt Lat. Committere (veluti quū dicimus Committere pugnam vel prælium) & quidem addito interdum personæ datiuo. vt συμβάλλω εἰς μάχην, vel συμβάλλω σοὶ εἰς μάχην. Sic συμβάλλω σοὶ ἀγῶνα apud Euripidem. At συμβάλλ.. ἔριν apud eundem exponitur Contentionem inte.. .e exercere. Soph. autem (hinc vt opinor, ducto loo.. ..endi genere) dixit συμβαλεῖν ἔπη κακὰ pro Maledict.. regerere, veluti quandam verborum pugnam comm..ttendo. Sed & συμβάλλειν sæpe per se pro Committo pugnam, Pugno, Prælior. vt συνέβαλον τοῖς πολεμίοις, apud Polybium. Cum πρὸς autem iunxit Isocr. ἀλλὰ πρὸς μόνους τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους συμβάλλοντες.

Συμβάλλω, Confero. & quidem tribus diuersis significationibus, (quam etiam ob causam ea quæ sequuntur, huc reseruāda existimaui) Primùm vt Cōfero dicitur pro Cōtribuo, sic & συμβάλλω, vel potiùs συμβάλλομαι. Xē. πότερος ἄρα ἀριθμῷ πλείω συμβέβληται ἡμῶν. Vtque sumpta hinc metaphora Confero dicunt Latini pro Prosum, Adiuuo, sic & Græci suū συμβάλλομαι. Dicunt autem συμβάλλ..μαί σοι, & συμβάλλομαι τούτῳ, vel πρὸς τοῦτο, siue εἰς τοῦτο. ..uorum exempla sunt apud Herodotum, Xenophonte.., Plat. qui & De rep. 1, nomen μέρος addit, scribens, μέ.. .μέρος εἰς τοῦτο ἡ τῶν χρημάτων κτῆσις συμβάλλεται. Deinde, q..emadmodum Confero sermonem vel sermones cum aliquo, sic συμβάλλειν τινὶ λόγους apud Eurip. legitur. (pro ..adem autem significatione affertur & συμβάλλειν τινὶ εἰς λόγους) Tertiò, vt Confero pro Comparo interdum sumitur, sic & συμβάλλω apud Herodot. cum dat. apud Aristotelem cum πρὸς, Ethic. 2, πρὸς πολλοὺς συμβάλλοντες.

Συμβάλλω, Vtendum do, Commodo. Item, Fœneror. Suidas enim μεταδιδόναι & κιχρᾶν exponit in hoc loco (qui est ex Aristoph. Concion. licet ille taceat) Ἔπειτα συμβάλλειν πρὸς ἀλλήλας ἔφη τἀμάτια, &c. Et συμβαλόντα in quodam Arriani loco pro δανεισάμενον accipi ait.

Poterit autem fortaſſe & in hac ſignif. ad verbũ Confero reduci.

Συμβάλλω τινὶ, Paciſcor, Contractus conuentáque ineo. Bud.pag.619, ex Iſocr. & Demoſth. Et συμβάλλω ταῦτα, Hæc ſtipulor, ex eodem Iſocr.

Σύμβλημα, ET Σύμβλησις, Commiſſura. In vulg. lexicis σύμβλησις pro Compago, ex 26 Exodi affertur: & σύμβλημα pro peſſulo, item ſolidatione, ex Eſaiæ cap.41. ITEM Συμβλητὸς, οῦ, ὁ, Conferendus, Qui conferri & comparari poteſt. Theocr. Ἀλλ' οὐ συμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατος οὐδ' ἀνεμώνα. Πρὸς ῥόδα. Alia exempla vide apud Bud.p.620. inter quæ vnum ex Ariſtotele in quo συμβλητὰ vult eſſe comparabilia & commutabilia. Quam duplicem ſignificationem ibi non admitto. AT Ἀσύμβλητος, Non conferendus, Non comparandus, Non æquus, Impar. Idem Bud. ibidem ex Ariſtot.

Συμβολὴ, Ipſe actus coniiciendi. Item, (ſequendo metaph. verbi coniicio ſignif.) Coniectura. Qua in ſignificatione Plutarchum vti teſtatur Bud. ‖ Συμβολὴ, Coniunctio, Iunctura, Commiſſura. vt συμβολαὶ τῶν ὀστῶν, oſſium iuncturæ, Plat. Tim. Et ex Ariſtot.2. De part.an. affertur, συμβολαὶ τῶν χειλῶν εἰσὶν ἔνια τῶν γραμμάτων pro Nonnullæ literæ labris comprimuntur. Et συμβολὴ, Locus vbi confluũt fluuii, velut aquas cõiungentes, Cõcurſus confluentiũ, Bud. Sic Arr. ξυμβολὴν τοῦ τε Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ἀκεσίνου dixit, & alibi ſæpe plur. ξυμβολάς. ‖ Συμβολὴ, Commiſſio (vt dicuntur aliqui ad certamen committi) ſeu Parium comparatio ad pugnam. Quam interpr. addit Bud. ſubiungens ex Herodiano, δι' ὀρτύγων μάχας καὶ ἀλεκτρυόνων συμβολάς. Item Commiſſio prælii (ſi ita dicere liceat; vt dicitur Committere prælium) Cõflictus, Congreſſus, apud Herodo[illegible] Xenoph. ‖ Συμβολὴ, Collatio quæ fit à ſingulis in commune. vt quum Athenæus dicit lib.7, τὴν συμβολὴν τὴν εἰς τὸ συμπόσιον ὑπὸ τῶν πινόντων εἰσφερομένην. Et ex Canone 54 Concilii Laod. affertur, ἐκ συμβολῆς συμπόσιον ἐπιτελεῖν. Et plural. συμβολαὶ, vt apud Plaut. ac Terent. Symbolæ, Quæ quiſque conferebat, Collectæ (vt quidam ex Cicerone interpr.) Sic quidam comicus apud Athen. Ὅστις δ' ἐπὶ δεῖπνον ἢ φίλον τιν' ἢ ξένον Καλέσας, ἔπειτα συμβολὰς ἐπράξατο. Et συμβολαὶ, Auxilia ſeu adiumẽta ad bellum quæ à quopiam conferuntur. Sic apud Plutarchum in Antonio dicitur iniquum eſſe à bello mulierem reiicere συμβολὰς τηλικαύτας διδοῦσαν. ‖ (Item συμβολὴ pro pacto, vide in Σύμβολον.) HINC Ἀσύμβολος, Qui ſymbolam non confert. Gellius lib.6, cap.13, Ne omnino immunes & ἀσύμβολοι veniremus, con[illegible]ectabamus ad cœnulã non cupedias ciborum, ſed argu[illegible]as quæſtionum. Sic ἀσύμβολον δεῖπνον, in quo conuiu[illegible] ſymbolas non conferunt. Item Ἀσύμβολος metaph. pro inerti & inutili, & qui nihil in medium attulit. Bud.pag.620 ex Plut. Coriol. ET Ἀσυμβόλως aduerb. Sine ſymbola. vt Cteſibius interrogatus quid illi ex philoſophia ſupereſſet, reſpondit, ἀσυμβόλως δειπνεῖν. ET Βραχυσύμβολος, in Epigr. Qui paruum ſymbolum ad conuiuium confert.

Σύμβολον, ου, τὸ, Nota. Cic. interpr. vt verbum nota eſt & ſignum rei animo conceptæ. Ariſtot. De ſenſu, τῶν δ' ὀνομάτων ἕκαστον, αἴτιόν ἐστι. Etymologiam (inquit Cicero) notationem appellamus, quia ſunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Ariſtot. σύμβολον appellãt, quod Latinè eſt Nota. Hæc Cicero. Accipi autem σύμβολον pro ſigno ab ea verbi συμβάλλειν ſignif. quã pro Coniicio accipitur, Budæo aſſentior. Vt autem Nota ſeu Signũ latè patet, deque variis rebus, deinde & de quibuſdam peculiariter dicitur, ſic & σύμβολον: vt ſeq[illegible]ẽtibus exemplis docebo. Ariſtid. in Panath. μέγα καὶ φανερὸν σύμβολόν ἐστι τοῦ περιέχειν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, Magnum eſt ſignum præſtãtiæ huius ciuitatis. Id eſt indicium. Plutarchus Romulo, ἦν τοῦ καιροῦ τῆς ἐπιχρήσεως σύμβολον. Herodian.3, καλλώπισμα τοῦτο καὶ πλούτου σύμβολον νομίζοντες. Demoſthenes, σύμβολον ποιεῖσθαι τῆς σωτηρίας, pro indicio & argumento ſalutis habere. ‖ Σύμβολον peculiariter pro ſigno militari (ſicut & σημεῖον à generali ſignificatione ad hanc particularem tranſit) Herodian.4, τὰ τῶν στρατοπέδων σύμβολα. Hanc tamen ſignificationem raram eſſe puto. Σύμβολον autem de re militari alio etiam ſenſu dicitur, pro eo videlicet quod potius Inſigne appellatur, vt apud eundem Herod.2, τάς τε ζώνας καὶ ἐσθῆτας καὶ εἴ τι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν ἀφαρπάσαντες, i. (Politiano interprete) cæteris militiæ ſignis. At βασιλείας σύμβολα ſeu βασιλικὰ σύμβολα aliquot apud eundẽ locis Inſignia imperii, Inſignia imperatoria, Inſignia principatus idẽ interpr. Sed annulũ peculiariter vocatum fuiſſe σύμβολον ex Plinio diſcimus, lib.33 cap.1, videlicet, vt certæ cuiuſdam dignitatis ſignũ ſeu inſigne. Denique σύμβολον in re militari dicebatur quod alio nomine σύνθημα, id eſt Teſſera, ſignum bello, vt dixit Virgil. — vt bello teſſera ſignũ. (vbi lege Seruium) Et Silius eũ imitatus, — tacitũ dat teſſera ſignũ. Ab huius autem ſignif. ſimilitudine Symbolum apoſtolicum appellatum fuiſſe exiſtimatur, vt videlicet velut teſſera ad internoſcendos veros Chriſti milites eſſe poſſet: ſed aliam & quidem certiorem huius appellationis rationem vide paulo pòſt. Recentiores autem theologi ſymbola vocarunt in ſacramentis viſibilia ſigna; vt aquam in baptiſmo, panem & vinum in cœna Domini: quæ ſymbola ad rem ſignificatam referũtur, vt in cœna ad corpus & ſanguinem Domini. Quidam tamen ſymbolorum appellationem generaliter ad ipſa etiam ſacramenta extenderunt.

Σύμβολον dicebatur etiam ſignum quoddam, vel (magis propriè) teſſera quam publicè dabant ciuitates quibuſdam hominibus ſibi amicis, vt hoſpitaliter & amicè acciperentur in oppidis fœderatis, vt ſcribit Bud. afferens ex Lyſia, λέγων ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου. Et paulo pòſt, πολλῶν γε ἀγαθῶν καὶ ἄλλων χρημάτων ἀπορήσειν διὰ τὸ σύμβολον ἐν πάσῃ τῇ ἠπείρῳ. Sic hodie (inquit) vocari poſſunt teſſeræ collybiſticæ, quas literas collybicas vocãt, quaſi ad permutandã pecuniã externam inſtitutas. Hodie *lettres de change*, vel *lettres de banque*. Sed & priuatus vſus hoſpitaliũ teſſerarum fuit, vt ex Plauto in Pœnulo & Ciſtellaria liquet. Hinc autẽ Tertull. lib. De præſcrip. Conteſſerationem hoſpitalitatis dixit. Fuit autem antiqui moris (inquit Bud.) teſſeram dari hoſpitibus dimidiatam, quam quicunque attuliſſet ad hoſpitem, continuò agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi, tanquam amicus & vetus hoſpes. ‖ Σύμβολον præterea apud Pollucem lib.9 accipi putatur pro ea teſſera quam nummariam Suetonius appellat, quæ Gall. *un mereau* vel *un buletin*. Meminit autem hic & teſſeræ frumentariæ, cuius & Plinius, ac Iuuenalis: Vlpianus item & Paulus. De his lege Bud. annot. prior. in Pandect. ‖ Σύμβολον, Teſſera theatralis, quæ (vt in vulg. lex. ſcribitur) in congiariis iaciebatur à principe, largitioniſque ſpeciem numerúmque notis oſtendebat. quæ omnia principis liberalitate obtinebat is, prolata teſſera, cui fortuitò obtigerat. Dion, σύμβολα δέ τινα εἰς τὸ θέατρον κατὰ κορυφὴν ἔρριψε, τοῖς μὲν ἀργύριον, τοῖς δὲ ἐσθῆτα.

‖ Σύμβολον autem pro omine (quòd videlicet rei futuræ ſignum ſit) vide in Σύμβολος. Exponitur autem & Præſagium, item Augurium, vt ibidem dicetur. ‖ At σύμβολα Pythagorica apud Plutarchum & alios, non ſimpliciter ſigna ſunt ſed occultæ cuiuſpiam rei ſigna. vnde & Ænigmata quidam interpretati ſunt. ‖ Σύμβολον (inquit Budæus) ſignificat etiam ſimilitudinem & quandam naturæ communitatem. Ariſtot. De gen. & interitu, lib.2, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐξ ὕδατος γῆ καὶ ἐκ γῆς πῦρ ἔσται· ἔχει γὰρ ἄμφω πρὸς ἄμφω σύμβολα. Volũt autẽ quãdã conuenientiã naturæ & communitatem ſic appellari, ducta ab hoſpitalibus ſymbolis metaphora, vt ſit velut ſocietas quædam & neceſſitudo ex hoſpitio contracta. Ab hac autem συμβόλου ſignif. eſt Gall. verbum *ſymbolizer*: quod tamen nec antiquum, nec ab omnibus eſt receptum. ET Συμβολικὸς (ab hac συμβόλου ſignificatione) Ænigmaticus, Allegoricus. & συμβολικὴ θεολογία. de quibus vide Bud.p.621 & 622. Eidẽ verò alibi Συμβολικὸς eſt Significatiuus. & ſubiũgit, συμβολικὸν κίνημα τῆς κεφαλῆς, id eſt ἐπινεύειν. ET Συμβολικῶς aduerb. Ænigmaticè, Allegoricè. At in v.l. Coniecturaliter id eſt, Per comparationem præteritorum & futurorum. Heſych. σεσημειωμένως.

Σύμβολον, Commissura, à συμβάλλω signif. Committo. Plato Symp. ἕκαστος οὖν ἡμῶν ἐστιν ἀνθρώπου σύμβολον, ἅτε τετμημένος ὥσπερ αἱ ψῆτται, ἐξ ἑνὸς δύο. ζητεῖ δὴ ἀεὶ τὸ αὑτοῦ ἕκαστος σύμβολον. Alibi ἡμιμάχιον dixit. Σύμβολον commissurā vocare videtur: inquit Bud. qui tamen antequam locum proferret, dixerat σύμβολον esse αὐτὸ τὸ τμῆμα, quasi tesseram & frustum abscissum. Hæc ille, respiciēs (vt opinor) ad id quod paulo antè ex eo retuli, tesseram videlicet solitam dari hospitibus dimidiatam (quæ Gall. *taille*) vt huc alludens Plato, dicat homines olim διφυεῖς fuisse, ob idque nunc virum & mulierē tanquā tesseras dimidiatas rursum inter se committi velle. A B

Σύμβολον, Quod confertur, à συμβάλλω significante Confero. Collecta, sicut & συμβολή, quidam interpret. Ego tamē nullum ex classicis scriptoribus exemplum citatum inuenio nominis σύμβολον hac in signif. positi. at genitiui plur. numeri συμβόλων suppetunt mihi nonnulla: sed quæ non immeritò alicui suspecta fuerint, quum facilis accentus lapsus esse potuerit, ex συμβολῶν à συμβολή, in συμβόλων à σύμβολον. Legimus tamē apud Gell. lib. 6, cap. 13, in fine, Talia symbola. Et apud Plaut. ac Terentium, non solùm symbolam, sed & symbolū. Verùm hoc ne ibi quidē apud quosdā suspicione caret. Vt ut sit, σύμβολον Apostolicū potius ab hac τοῦ συμβάλλω significatione quàm ab altera (ad quam id nonnullos referre dixi) appellatum fuisse, Augustini etiam testimonio confirmari potest. is enim Serm. de temp. 115 collationem interpretatur, quia (inquit) collatā in vnum totius catholicæ legis fides symboli breuitate colligitur. Hæc ille. σύμβολον tamen est potius quod confertur, aut collatum est quàm collatio, si quidem hæc pro ipsa conferendi actione accipiatur. C D

Σύμβολον, Pactum, Conuentum, à συμβάλλω significante Paciscor. Pro qua significatione ex Aristotele affertur, Polit. 3, εἰσὶ γοῦν αὐτοῖς συνθῆκαι περὶ τῶν εἰσαγωγίμων, σύμβολα περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν, καὶ γραφαὶ περὶ συμμαχίας. Ex eodem autem Rhet. 1, συμβολαὶ (non σύμβολα) cum συνθῆκαι copulatum: vbi scribit, καὶ τίνων ἐξαγωγῆς δέονται & τίνων εἰσαγωγῆς, ἵνα πρὸς τούτους καὶ συνθῆκαι καὶ συμβολαὶ γίγνωνται. In quibus locis paulo aliud σύμβολα & συμβολὰς quàm συνθήκας esse videmus. Harpocr. tamen συνθήκας interpretatur, sed peculiari significatione. ait enim σύμβολα esse συνθήκας ἃς ἂν αἱ πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια. E

HINC Εὐξύμβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cum quo facilè paciscimur, Facilis in commercio, Xen. (Item Εὐξύμβολον σημεῖον Bud. Signum fausti ominis, Signum faustum.)

CONTR. Δυσξύμβολος, apud eundem, πολλῶν χρημάτων ἐπιθυμεῖ, καὶ διὰ τοῦτο δυσξύμβολός ἐστι.

Σύμβολος, ου, ὁ, vel Σύμβολον, ου, τὸ, Omen. (quòd signum sit rei futuræ) Synes. ἵνα μὴ τῷ νυμφίῳ σύμβολος ἀπαίσιος γένηται. Greg. ὡς ἐπαινοίη τὸ σύμβολον. Exponitur & Augurium, Auspiciū. & affertur ex Plutarcho in Pericle, τὰ τεχνητὰ τῶν συμβόλων ἀθετοῦντες. Apud Xenophōtem autem dat. συμβόλοις ab vtroque nominatiuo esse pōtest, Apomn. 1, οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις. F

‖ Σύμβολος Hesych. est non solùm οἰωνὸς, sed etiam quod datur forum iudiciale ingredientibus. ‖ Σύμβολος exponitur etiam Obuius. VNDE Συμβολεῖν & Συμβολῆσαι apud Hesychium pro Obuium fieri, Occurrere.

c. z. Συμβολοκοπέω, ῶ, Symbolas do in conuiuia; vt Bud. interpretatur in hoc Ecclesiastici loco, cap. 18, in fine, μὴ γίνου πτωχὸς συμβολοκοπῶν ἐκ δανεισμοῦ. Ex alio autem eiusdem libri loco affert, μετὰ γυναικὸς μὴ συμβολοκοπήσῃς ἐν οἴνῳ, pro Ne des symbolum vel annulum. G

c. z. Ἀποσυμβολάω, λῶ, Occurro, si mendosè non legitur apud Hesychium, ἀποσυμβολᾶν, συναντᾶν.

Συμβολατεύω, Paciscor, Contraho. Hesych.

¶ Συμβόλαιον (multo frequētius quàm σύμβολον) Pactum, Conuentum, & quidem generali signif. Demosthenes, καὶ συμβόλαια ποιοῦσι συμβάλλοντες. Plato, συμβολαίων πέρι ἃ πρὸς ἀλλήλους συμβάλλουσι. Isocr. in Panegyrico, ἴδια συμβόλαια, Priuati contractus, Bud. interpr. Qui etiam addit συμβόλαια & δικαιώματα in Pand. pro eodem accipi, videlicet pro instrumētis & indiciis, ac probatoriis syngraphis, vel scriptis quibuscunque, vt testamento. H

Συμβόλαιον exponitur etiam Commercium, item Negotium. Synesius, μανθάνουσι δὴ παρὰ τῶν ἀνδρῶν οἷς ποτε συμβόλαιον γέγονε πρὸς ἄνθρωπον ὑπέρεον. Basil. ad Candidianum, συμβόλαιόν τι πρὸς αὐτὸν εἰπὼν ἐγκεκλῆκέναι. Et συμβόλαιον κοινωνικὸν apud Plutarchum in Romulo, est Communis societas & commercium, in vulgaris lexicis.

HINC Συμβολαῖος δίκη, Controuersia vel iudicium de pacto & contractu. Bud. ex Thucyd. apud quem tamen ipsemet legit συμβολαίαις δίκαις, nō συμβολαίοις. ET Συμβολαιογράφος, Tabularius, Qui cōtractus scribit. Bud. ex Pandectis.

¶ Συνιβολία, Occursus, pro συμβολία. Item casus, vel Successus, vt exponit Camer. in hoc Apoll. versu, — ὄρνισιν δὲ συνιβολίῃ κεχάροντο. Est autem ι pleonasticum.

C. Ὑπερβάλλω hic omissum, vide post Ὑποβάλλω.

C. ὙΠΟβάλλω, Subiicio, oppositum τῷ ἐπιβάλλω. vt in hoc Athenæi loco (qui mihi propterea ad indicandam primam huius verbi significationem visus est aptissimus) κάτω μὲν ὑποβαλεῖτε τῶν Μιλησίων ἐρίων, ἄνωθεν δ' ἐπιβαλεῖτε ξυστίδα. Sic pass. ὑποβάλλεσθαι τῷ τείχῳ, ex schol. Aristoph. pro Supponi vel Subiacere. At signif. act. ὑποβάλλεσθαι πορφυρίδας, Luc. Subiicere toralia, vel potius Substernere, vt Bud. interpr. Ex eodem Luc. ὑποβάλλεσθαι βιβλία, pro Substernere libros, vel Substratos habere. Et metaph. ὑποβάλλουσι σφᾶς αὐτοὺς ὑπὸ τὰς συμφορὰς apud Isocr. Seipsos calamitatibus subiiciūt. Vel, ad verbū, Seipsos sub calamitates subiiciunt. Atq; ita malim, quum apud Cic. inuenia[m], Virtus sub varios incertosque casus subiecta. Huc p[er]tinet apud Æsch. in Ctesiph. ὑπέβαλεν ἑαυτὸν φέρων Θ[ηβα]ίοις. q. d. Subiecit se Thebanorum imperio. [Ὑποβάλλ]ω, Suggero, videlicet commonefaciens. Xen. καὶ ὑποβάλλειν δυνήσεσθε ὥν τι ἐπιλανθάνηται. Vbi & verbum Subiicere retineri possit. vt Terent. Phorm. Si meministi quod olim dictum est, subiice. Et ὑποβάλλοντός τινος, Herodian. Cuiusdam admonitu, id est ὑπομιμνήσκοντός τινος. Vide Bud. 464. ‖ Idem ὑποβάλλειν esse scribit Interfari, Sermonem interpellare, & præproperè excipere. vt Æsch. in Ctesiph. αὐτοῖς ὑποβαλεῖν. Sic autem Hom. ὑββάλλειν Il. τ, dixit. Vtrunque locum affert p. 463. Sed addo, hîc quoque verbo ὑποβάλλειν aliquā verbi Subiicio signif. includi. Sic enim apud Varr. Subiicit Scrofa, De formæ cultura hoc dico, &c.

Ὑποβάλλω, Suppon[o, q]uod & ipsum verbo Subiicio interdum significat[ur] vel potius Ὑποβάλλομαι. vt mulieres αἱ τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι, Basil. apud Budæum 464. Item Ὑποβάλλομαι, Falsò quippiam mihi ascribo, Mihi quasi subdititium assumo. Strabo, ἐπιπόνεια ὑποβαλλόμενος. Consule eundem B. p. 463. Ex Soph. autem Aiace, ὑποβαλλόμενοι κλέπτουσι μύθους οἱ μεγάλοι βασιλεῖς, pro ὑποσπείροντες, Verba clàm serentes fallunt. Additur autē, ὑποβάλλεσθαι signif. etiam Per interpretem loqui.

Ὑποβάλλομαι pro προσβάλλομαι & ὑποτίθεμαι. Vide Budæum pag. 463.

Ὑπόβλημα, ατος, τὸ, Substramen. Bud. ex Hippiatr.

Ὑπόβλητος, ου, ὁ, Suppositius, Camer. Subdititius, Bud. νόθος, Suid. ὑποβολιμαῖος. vt ὑπόβλητα βρέφη. & apud Suidā, ὑποβλήτους αὐτὸν εἰπεῖν αὐτοὺς καὶ νόθους αὐτίκα. Metaphoricè etiam capitur pro οὐκ ἀληθὴς ἀλλὰ πεπλασμένος. Sophocles, Οὐδ' ἐρεῖ ποθ' ὡς ὑπόβλητον λόγον Αἴας ἔλεξας, ἀλλὰ τῆς σαυτοῦ φρενός, id est γνήσια τῆς σῆς διανοίας, οὐχ ὑπόβλητα ἀλλ' οἰκεῖα σ. ντα. Sic idem Soph. Œdip. Colon. dixit, Τὸ σὸν δ' ἀφῖκται δεῦρ' ὑπόβλητον στόμα. Vbi quidam exponunt Suborn[a]tum & ab alio instructum. Et apud Platonem, ὑπόβλ[ητ]ον ἄνθρωπον, Homo subdititius. Bud.

Ὑποβλήδην, aduerb. Subiiciendo. (eo sensu quo Virgilius dixit, — vix pauca furenti Subiicio, & raris turbatus vocibus hisco) vel Interpellato sermone, Excipiendo verba dicentis nondum finita, vt v. l. exponunt. Obstreperè, Camer. Interfando, Bud. Il. α, Τὸν δ' ἄρ' ὑποβλήδην ἠμείβετο δῖος Ἀχιλλεὺς, id est ὑποβλητικῶς, καὶ ὡς ἐν παρακοπῇ διεξοδικοῦ λόγου. Eust.

Ὑποβολή, ῆς, ἡ, Subiectio, & (si dici posset) Substratio. Plato apud Athenæum 2, νῦν δὲ τὴν τῶν στρωμάτων σύνθεσιν οὐ περιβολῇ χρείζουσι καὶ ὑποβολῇ. ‖ Item Subiectio rei

falsæ pro vera, Fraus. Basil. epist. ὑποβολὴ τῆς προσώπου χενσάμενος, Accersita persona vsus, vt vulg. lex. interpr. In quibus huc refertur iste etiam Polybii locus, αὐτόπτης ἦν ἡ τῆς ἐνεδρευόντων ὑποβολή. Apud Plutarchum verò Romulo, ὑποβολὴ τῶν κλειδῶν Bud. vertit Adulteratio. ‖ Admonitio. Xenoph. Pæd. 3. ἀλλ' ἀγαπητὸν εἰ καὶ ἐξ ὑποβολῆς δύναιντο ἄνδρες ἀγαθοὶ εἶναι, Præclarè cùm eis agitur si moniti etiam proficiant, vt Camer. interpr. Eo sensu Liuius verbo Subiicio vsus est, Quæ ipsis sua sponte non succurrebant, ea duces admonendo atque hortando subiiciunt. ‖ Item Subiectio eo modo quo interfando & interpellando alicuius sermonem aut respondendo, subiicere dicimur. vnde ἐξ ὑποβολῆς. Diogenes Laertius, Σόλων δὲ τά Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψωδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον, Solon statuit vt Homeri versus alternis accinerentur, ita vt vbi vnus desiisset canere, alter inde auspicaretur. A B

Ὑποβολιμαῖος, ου, ὁ, Suppositítius, Subdititius. Cui apud Demosth. γνήσιος opponitur, Luc. ἐγὼ δ' αὐτίκα μάλα ἐκτάδην ἐκείμην, ὑποβολιμαῖος ἀντ' ἐκείνου νεκρός. Metaphoricè etiam capitur. Plutarchus, τὴν εὔνοιαν ὑποβολιμαίαν καὶ παρέγγραπτον ἔχουσιν, ἅτε μισθοῦ φιλοῦσαι. Sic ὑποβολιμαῖος λόγος. C

Ὑποβολεύς, έως, ὁ, Monitor, Qui admonendo atque hortando subiicit & suggerit. Plut. Pol. præc. μιμεῖσθαι τοὺς ὑποκριτάς, πάθος μὲν ἴδιον καὶ ἀξίωμα τῷ ἀγῶνι προστιθέντας, τοῦ δ' ὑποβολέως ἀκούοντας καὶ μὴ παρεκβαίνοντας τοὺς ῥυθμούς. Et Philo, ὥσπερ ὑποβολέως ἑκάστοις ἀοράτως ἐνηχοῦντος, Velut monitore cuique clanculum subiiciente. ‖ Item Interpres, διερμηνευτής. Eust.

Ὑπόβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pigneratio. ‖ obnoxius, & Obiectus pro pignore: quam hypothecam verbo Græco iurisconsulti sæpè vocant. Est enim ὑπόβολον, τὸ ὑποκείμενον πρὸς δάνειον καὶ τόκον, siue domus, siue prædium, siue res mobilis sit. Hæc Bud. Vnde apud Pollucem ὑπέχεγγον χωρίον & ὑπόβολον pro eodem ponuntur. Eust. ex Pherecyde citat, οὐχ ὁρᾷς τὴν οἰκίαν τὴν Πολιτίωνος κειμένην ὑπόβολον; Ὑπόβολον etiam vocatur in Pand. προγαμιαία δωρεά: vt Bud. tradit. D

Ὑπόβολον etiam apud Suidam reperitur pro ὑπόβολον, in priore signif. id est ὑποκείμενον πρὸς δάνειον. E

c. 2. Καθυποβάλλω, Subiicio. Magentinus, ἐπεὶ οὐδέποτε τὰ ὁμώνυμα τῷ ὁρισμῷ καθυποβάλλονται. Et καθυποβαλλόμενος τῷ δεσμῷ, In vincula coniectus. Bud.

c. 2. Προϋποβάλλω, q. d. Præsubiicio. Budæo Comm. est ferè idem quod Præstruo, Præmolior, & Fundamenti loco vel inchoamenti pono. Themist. L. de anima 2, οἷς γὰρ τῶν θνητῶν ἡ φύσις ἔδωκε λογισμόν, τούτοις καὶ αἱ λοιπαὶ πᾶσαι δυνάμεις εἰς δορυφορίαν τοῦ λόγου προϋποβάλλεται. Idem inferius, εἰ δὲ ἡ φύσις προϋποβάλλεται τὰς δυνάμεις, καὶ προτέρας ἐκείνας ἐνδίδωσι τῶν ἐνεργειῶν, οὐδὲν θαυμαστόν. Id est (Bud. interprete) Quòd si natura cõparatũ est vt prius insint potentiæ in homine quàm actus, Ingenerentur & insint quasi inchoamenta animæ. F

ΥΠΕΡβάλλω, (q. d. Superiicio: vt Quint. ὑπερβολὴν superiectionẽ reddidit) Exupero, Excello. Item Supero. Cum accusatiuo personæ, & datiuo rei, ὑπερβάλλω σε τούτῳ: & tam in bonam quàm in malam partem. vt ὑπερβάλλειν τῇ φιλοπονίᾳ apud Xenophontem. Sic ὑπερβαλέσθαι πάντας ἀνθρώπους ἀνδραγαθίᾳ, Aristid. At ὑπερβάλλειν πάντας ἀνθρώπους τόλμῃ τε καὶ μιαρίᾳ, rursus apud Xenophontem Hellen. 7. Sic Demosth. Pro corona, Αἰσχίνης [illegible] τοσοῦτον ὑπερβέβληκεν ἅπαντας ἀνθρώπους ὠμότητι. Sæpe autem accus. personæ omittitur. Aristoph. Plut. ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ. Xen. Pæd. 2. ὡς δὲ εἶδον τὸ πρόσωπον τοῦ ἀνδρὸς ὑπερβάλλον αἴσχει. Isocr. in Euag. ὑπερβάλλοντας & καταδεεστέρους ὄντας opponit. Sic etiam dicitur ὑπερβάλλουσα ἀνδραγαθία, & contrà ὑπερβάλλουσα μοχθηρία, & ὑπερβάλλον αἶσχος, ac similia. Sic ὑπερβάλλουσα τρυφὴ apud Athenæum 12. Sæpe autem in exuperationis signif. vtitur Xenophon τῷ ὑπερβαλέσθαι (sicut & alii nonnunquam) Sed & participio ὑπερβαλλόμενοι actiuè vsus est Pæd. 5, τοὺς δ' ἀρετῇ πάντας ἀγαθοὺς ὑπερβαλλόμενοι. vbi accipitur pro Superantes, Vincentes. ‖ Ὑπερβάλλειν autem dicitur etiã peculiari superãdi significatione, qui in auctione superat, id est pluris licetur. Bud. pag. 464. ex Andocide. Sed G H

& alteram superandi signif. obseruaui in verbo ὑπερβάλλειν, & quidem propriam. Thucyd. lib. 8. pag. 296. ὑπερέβαλλε ἤδη τὴν ἄκραν. Bud. quoque ex Aristotele affert καὶ ὑπερβάλλονται τοὺς ἰσοὺς de delphinis, pro Saltu superant. emẽdatius tamen legi existimans ὑπεράλλονται, ex alio eiusdem scriptoris loco. Qua in re libenter illi assentior: hoc tamen addo, Plinium verbo Superiecto, quod planè respondet τῷ ὑπερβάλλειν seu ὑπερβάλλεσθαι, ita vsum esse.

Ὑπερβάλλω, Excedo. Cui opponitur ἐλλείπω, & ἀπολείπω. Hesiod. Erg. Μήτ' ἄρ ὑπερβάλλων βοὸς ὄπλον, μήτ' ἀπολείπων. Aristot. autẽ in Ethic. ὑπερβάλλειν, (vel ὑπερβάλλειν τοῦ δέοντος) & ἐλλείπειν inter se opponit. Sed & vocẽ pass. ὑπερβεβλημένην opposuit Plato ἐλλειπούσῃ. Hinc ὑπερβολὴ & ἔλλειψις itidem opponuntur.

Ὑπερβάλλομαι apud Lucianum In aliud tempus reiicio, Differo: vnde ὑπερβολὴ κακοῦ apud Herodot.

Ὑπερβεβλημένως, Supra modum.

Ὑπέρβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Excellens. Demosth. ὑπέρβλητον παντὶ λόγῳ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν καταλελοίπασι. Bud. At ego aliter legendum & exponendum puto.

Βουλευτός, οῦ, ὁ, (q. d. Consultabilis) In consultationem seu deliberationem cadens. Aristot. Ethic. H

Βουλευτής, οῦ, ὁ, Senator. vt βουλευταὶ dicuntur Areopagitæ a Luciano.

Βουλευτικός, Consultus, vt à Bud. exponitur in hoc Aristotelis loco, Ethic. 6, ὥστε καὶ ὅλως ἂν εἴη φρόνιμος ὁ βουλευτικός.

Βουλευτικός, Senatorius, Ad senatum seu ad curiam A
pertinens. βουλευτικοὶ νόμοι, Dem. βουλευτικὸς ὅρκος, Xen. βουλευτικὴ ἡλικία, Ætas decurionatus, Bud. interpr.

‖ Βουλευτικόν, τό, Senatorum concilium. Synes. ὅτι τὸ βουλευτικόν τε καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἑώρων εἶναι θηπικόν. ‖ Βουλευτικόν, Senatoribus assignatus theatri locus, Aristoph. Vide eius schol. & Poll.

Βουλευτήριον, ου, τό, Curia: Cic. Verr. 4, Vt in curia Syracusis, quem locum illi βουλευτήριον vocant.

C. ΔΙΑΒουλος, Vide post διαβούλιον. B

Διαβούλιον, Cōsilium apud Polyb. sæpe, inquit Bud. In hoc tamen Polybii loco, lib. 5, συνεδρίαζε τοῖς φίλοις διαβούλιον πῶς χρηστέον ἐπὶ ταῖς εἰς τὴν κοίλην Συρίαν εἰσβολαῖς, puto διαβούλιον esse potius consultationem, seu deliberationem. Sic ibidem, μετὰ δὲ ταῦτα συνῆγε τοὺς φίλους καὶ διαβούλιον ἐνεδίδου. Et Διαβούλιον, pro temerario consilio, seu temeraria cogitatione ex LXX interpr. affertur: item simpliciter pro consilio, seu cogitatione. Vide Suidam.

ET Διαβουλία ex iisdem citatur pro eadem significatione. Apud Hesychium autē Διαβουλία est ἀμφιβολία. ITEM Διάβουλος apud eundem Hesychium δίβουλος, C
Qui est duplicis consilii.

C. ΜΕΤΑΒουλος, Qui citò mutat consiliū. Exponitur enim apud Aristophanem ταχύβουλος, quod signif. eum qui celeris est consilii, id est qui citò & repentè consilium capit: aut qui citò ex vno consilio ad aliud transit.

ET Μεταβουλεύομαι, Muto consilium, Me pœnitet. Lucian. Ad dic. Prometh. &c. ἐπεὶ τό γε μεταβουλεύεσθαι, Ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ Προμηθέως ἐστί. Fortasse autem illud μετάβουλος ponitur simpliciter pro μεταβουλευόμενος. D

C. ΕΠΙΒουλή, (q. d. Consilium aduersus quempiam initum) Insidiæ. Luc. De cal. τὸ διαβάλλειν δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ἀγνοοῦντος. Herodian. 3, αὔθρα ἀπατεῶνα, σοφόν τε πρὸς ἐπιβουλήν. Ex Iustino Mart. ἡ τοῦ Διὸς ἐπιβουλὴ passiuè, Ioui structæ insidiæ. Ἐξ ἐπιβουλῆς, Ex insidiis. Thucyd. 8, πληγεὶς ὑπ' ἀνδρὸς τῶν περιπόλων τινὸς ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ. Ex Plat. De rep. 1, ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τοῖς λόγοις κακουργεῖν, quasi struendo insidias, Insidiatoriè. Ex eodem in v. l. μετ' ἐπιβουλῆς & τῇ ἐπιβουλῇ Consultò.

Ἐπίβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Insidiosus. Xen. Pæd. 1, ἐπίβουλον εἶναι, E
καὶ κρυψίνουν, καὶ δολερόν. Herod. 4, ὀλέθρια καὶ ἐπίβουλα κατ' αὐτῶν σκέψασθαι Ἀντιπῖνον ἠνάγκασεν. ET Ἐπιβούλως, Insidiosè, Dolosè. Cuius superl. ἐπιβουλότατα apud Synes.

Ἐπιβουλεύω, (q. d. Consilium aduersus quempiam ineo) Insidior, Insidias struo. Item, Insidiosè molior. Cum accusat. Herodot. ἐπιβουλεύειν ἐπανάστασιν, Rebellionē moliri, in v. l. Ego malim insidiosè moliri, si vim verbi exprimere necesse sit. Sic ἐπιβουλεύειν ἀποχώρησιν, Thuc. Et ἐπιβουλεύειν τὴν κατάλυσιν τυραννίδος, Idem. Et ἐπιβουλεύειν τὸν ἔκπλουν, apud eundem: quod exponitur Furtiuam abitionem moliri. Demosth. 229, εἰ γὰρ ἐν ᾧ ἐπεβούλευε κατώρθωσεν, ἁπάντων ἂν ἀπεστερήμην ἐγώ. Vbi Bud. F
ἐπιβουλεύειν esse ait Molior, Struo, Insidiosè apparo. Itē cum accus. & dat. ἐπιβουλεύειν θάνατον τινί. Herodot. ἐμοὶ γὰρ Καμβύσης ἐπιβουλεύει θάνατον. Et Andocides 29, καὶ τῷ κηδεστῇ θάνατον ἐπιβούλευσε. Et cum infinit. τοῦτ' ἐπιβουλεύειν ποιεῖν, Aristoph. Pluto. Sic ἐπιβουλεύοντες καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν, Lys. in Agoratum. Et ἐπεβούλευσε λαβεῖν, Demosth. Et ἐπεβούλευσε διαφθεῖραι, Idem. Et ἐπιβουλεύων τὸν Πορσίναν ἀνελεῖν, Plut. Publ. Sic ἐπιβουλεύω γενέσθαι τύραννος, Plato in epist. Non malè autem (vt opinor) Imminere occasioni verterimus in nonnullis eorum locorū G
in quibus infinitiuo iungitur. Cum datiuo item iunctum, non solùm Insidior significat, & Insidias struo, sed etiam Molior, Capesso, Immineo: vt à Bud. exponitur apud Lysiam 169, οὐ γὰρ ἔδει αὐτὸν ζῆν τοιούτοις ἔργοις ἐπιβουλεύοντα, Mori enim debebat qui talia moliretur, interpr. eodem Bud. qui & exponit ἐπιχειροῦντα. Sic Herodot. ἐπιβουλεύω πρήγμασι μεγάλοις, vbi tamen exponitur Mente agito. ἐπιβουλεύειν πλούτῳ Bud. apud Synes. Inhiare diuitiis. At ἐπιβουλεύειν τῇ τυραννίδι, Plato epist. 7, H
Imminere tyrannidi, vel in tyrannidem, Affectare tyrannidem. Quum autem dicitur ἐπιβουλεύειν τῷ τυράννῳ, est Insidiari tyranno, Insidias struere. Politianus apud Plutarchum in Amat. narr. πρότερον ἐπεβούλευσε

Κορινθίοις interpr. Dolum primò Corinthiis intendit. A Sed & accusatiuo iungitur hoc verbum pro Insidiari. vt Dem. ἀλλ' ἀδίκως ἐπεβούλευσέ με. ‖ Ἐπιβουλεύω alicubi exponitur etiam simpliciter Cōsilium ineo, seu capio, Delibero, vt apud Thuc. 3, ἐπιβουλεύουσιν ἐλθεῖν.

Ἐπιβουλεύομαι, Insidiis petor, seu appetor, Mihi struūtur insidiæ. Dem. De falsa leg. παρ' ὅλην τὴν πρεσβείαν ὑπό σου τοιαῦτα ἐπιβεβουλευμένος, insidiis huiuscemodi à te petitus, B. interpr. μυρίαις ἐπιβουλευόμενος ἐπιβουλαῖς, Chrysost. Alicubi autē per nomē redditur: vt apud Herod. 7, ἐπιβουλευθεὶς ἀνῃρέθη, Ex insidiis occisus est, vel Per insidias. Philo De vita M. lib. 1, B καὶ μὴ ἀμνημονας ὧν ἐπεβουλεύθησαν ἀδίκως, Structarū sibi insidiarū non immemores.

Ἐπιβούλευσις, εως, ἡ, Insidiatio, Insidiæ. Plato De leg. ἐξ ἐπιβουλεύσεως γιγνόμενος φόνος. pro ἐξ ἐπιβουλῆς, Ex insidiis. Alii autem interpr. Consultò, Certo consilio.

Ἐπιβουλευτής, οῦ, ὁ, Insidiator. Soph. ἐπιβουλευτὴς στρατοῦ, Qui exercitui insidiatur.

Ἐπιβουλευτός, Insidiatorius, Insidiosus. vnde superlatiuus ἐπιβουλευτότατον φάρμακον καὶ περιχωδέστατον, vt loquentem Cyclopem inducit Lucianus.

C c. 2. Ἀνεπιβούλευτος, Cui insidiari nemo potest, Insidiis non obnoxius, Ab insidiis tutus. Vnde τὸ ἀνεπιβούλευτον substantiuè, q. d. Immunitas ab insidiis. AT Εὐεπιβούλευτος, Cui facilè strui possunt insidiæ.

c. 2. Ἀντεπιβουλεύω, Vicissim insidior, Insidiāti insidior, Cōtrà tendo insidias.

c. 2. Προεπιβουλεύω, Insidiis præuenio, seu præuerto, Insidias anticipo. Thuc. Et προεπιβουλεύομαι, insidiis præuenior, Prior incido in insidias. Thuc. μὴ φθάσωσι προεπιβουλευόμενοι.

D C. ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ, (q. d. Præcōsultator aut Prædeliberator, vel Qui pro alio consultat & in eius commodum) Primarius in consilio, Bud. interpr. apud Herodotum. Quidā πρόβουλον, primorem cōsilii eodem sensu interpr. item Senatus principem. Alii, Primarium in vrbe consulem, & prouisorem, ex Horatio. Plutarch. in Rom. vult Consules sonare προβούλους. Apud Aristotelem πρόβουλοι sunt qui consiliis suis populo prospiciūt, ne quid perperā ab eo decernatur, aut aliàs incōmodo afficiatur. Aristot. οἷς καλεῖσθαι προβούλους ἢ νομοφύλακας. Vide B. p. 283.

E Προβουλεύω, Consilio prospicio, vel prouideo, Vel simpliciter, Prospicio, Prouideo. Thuc. 3, προβουλεύσας δὲ ὅπως μηδὲν αὐτῶν δεήσοι, id est προνοησάμενος. Luc. in Caucaso, ἀεὶ γάρ τι προβουλεύω εἰς τὸ κοινόν. Aristot. cum genit. Polit. 4. ὧ ἐπιμελὲς ἔστω τὸ δήμου προβουλεύειν ὅπως ἄσχολων ἔσται. Vbi Bud. annotat προβουλεύειν ea forma dici qua προπολεμεῖν. Apud Dem. verò & Plut. in Sol. προβουλεύειν τοῦ δήμου, exponitur Consilio seu deliberatione populū præuenire, Consultare de re quapiā priusquā populo consultatio proponatur. Bud. autem hæc Demosth. verba De fal. leg. ὑμῖν δὲ περὶ τὸν μὲν περὶ πάντων τὴν βουλὴν ἀκοῦσαι F καὶ προβουλεῦσαι δεῖ, interpr. ita, Apud vos autem rem ipsam curiæ innotescere moris est, déque ea re senatusconsultū fieri. Idem scribit προβουλεύειν dici solitam curiā Athenis, quando ante comitia populi ea res consulendo cēsendóq; in curia agitabatur qua de re populus in concione rogandus erat. Hinc προβεβουλευμένον, q. d. Prædeliberatum. Polybius De pol. Romanorum, τὴν μὴ συνεπιχωρήσῃ τὸ προβεβουλευμένον ὁ δῆμος. Apud Aristot. autem Ethic. lib. 5, cap. 8, generaliore sign. προβουλεύ-G σας seu προβουλευσάμενος aliquid facit, qui certo consilio id facit, & præcedēte deliberatione. Xen. hoc verbū cum προνοεῖν cōiunxit, ἀφ' ἑαυτοῦ χρήσιμον τι καὶ προνοεῖν καὶ προβουλεύειν. HINC Προβούλευμα, Decretū quod ex consultatione consequitur, & q. d. præcōsultatione. Dionysio Halic. Senatusconsultū. Sic etiā Athenis προβουλεύματα (inquit B.) curiæ decreta quæ in concione populi promulgabātur, vt eius suffragio cōfirmarētur. Dem. In Timocr. προσῆλθε τῇ βουλῇ, προβούλευμα ἔγραψε H μετὰ ταῦτα γιγνομένης ἐκκλησίας προχειροτονήσει ὁ δῆμος. ITEM Ἀπροβούλευτος, vt ἀπροβούλευτος γνώμη, de qua non cōsultatum est in curia antequā ad pôpulū referretur. Et ἀπροβούλευτον ψήφισμα Harpocr. ex Dem. in Androt. At sequendo generaliorē illam verbi προβουλεύω signif. quā ex Aristot. attuli, Ἀπροβούλευτον est apud eundem in Ethic. quod fit nō præmeditatè, & nō præcedēte cōsultatione, seu deliberatione, vt quod fit quodā iræ impetu. Sed & ἀπροβούλευτος act. dicitur vt Lat. Inconsultus, Qui res inconsultè agit. Vnde & ex Cebete affertur pro temerario. ET Ἀπροβουλεύτως, Nō præmeditatè, (si vti hoc aduerb. liceat) Absq; præmeditatione, vt apud Pla. De leg. l. 9, φόνος ἀπροβουλεύτως πεπραγμένος. Ex eodē affertur, ἀπροβουλεύτως τὸ ἀποκτεῖναι, Absque deliberatione interficiendi.

C. ΣΥΜΒΟΥΛΗ, ῆς, ἡ, (ET Συμβουλία ex Xen.) Consilium quod alicui datur. A Bud. exponitur Consilium, Cōsultatio, Admonitio. Pla. in Protag. καὶ εἰς συμβουλήν τινα φίλους ἂν παρακαλεῖς καὶ οἰκείους. Apud Aristot. Ethic. lib. 4, συμβουλῆς μεταδιδόναι πᾶσι, Facere omnibus censendi potestatem, eodem Bud. interpr. ET Σύμβουλος, Qui consilium dat, Consiliarius, Consultor. Dem. ἀλλ' οὐδεὶς περὶ τῶν παρεληλυθότων οὐδαμοῦ προστίθησι βουλήν· τὸ δὲ μέλλον ἢ τὸ παρὸν τῆς τοῦ συμβούλου τάξιν ἀπαιτεῖ. 1. (inquit B.) Officium & partes consiliarii sunt de futuro aut de præsenti statuere: quia in præteritū non valet consiliū. Apud eundem Dem. Pro corona σύμβουλον ποιήσασθαι, In consilium adhibere. Dicitur & σύμβουλός εἰμί σοι, pro συμβουλεύω σοι. ET Συμβούλιον, Consilium quod aliqui simul ineunt, Simul initum consiliū. Sic Matth. 12, συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ, & Mar. 3, συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ.

Συμβουλεύω, Consilium do, Consilio, Horat. Suadeo, Hortor, Autor sum vt hoc vel illud facias. συμβουλεύω σοι ποιεῖν, & συμβουλεύω μὴ ποιεῖν Dem. Itē συμβουλεύω σοι περὶ τούτου, Pla. Xen. Consilium tibi do hac de re. Apud Isocr. autē cum dat. pers. & accus. rei, ἃ τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἂν συμβουλεύσειας. Et συμβουλὴν συμβουλεύειν in Dionis epist. ad Perdiccā, inter Plat. epist. Vnde συμβουλευθεὶς, Cui cōsilium datum est, Bud. ex Œcum. in Acta, 43. Συμβουλεύομαι autem Consilium peto, In consilium adhibeo, Consulo. Xenoph. ἀνάβ. 2, συμβουλεύομαι σοι τί χρὴ ποιεῖν. Sic Herodotus, συμβουλεύεται μοι. Isocr. ὅταν ὑπὲρ τῶν σαυτοῦ μέλλῃς τινὶ συμβουλεύεσθαι. Et cum μετὰ ex Aristoph. συμβουλεύομαι μετὰ σοῦ. Bud. συμβουλεύομαί σοι. interpr. etiā Tecum commentor de re agenda. quæ interpretatio verbo συμβουλεύομαι, quum iungitur illi præpositioni, magis cōuenire videtur. Ex Plat. autem affertur passiuum συμβουλεύεσθαι ὑπὸ τῶν προσηκόντων pro Consilium haberi de quopiam eorum quæ cōuēniunt.

Συμβουλεύω pro ἐπιβουλεύω, id est Insidior, affertur in v. lex. ex hoc Lysiæ loco in peroratione De public. bonorum Niciæ fratris, καὶ παρακαλούμενος δὲ μετέχειν τῆς ὀλιγαρχίας ὑπὸ τῶν συμβουλευόντων τῷ πλήθει.

Συμβούλευσις, Idem quod συμβουλή sed parum vsitatum.

ET Συμβούλευμα, Consilium quod datum est, Consiliatio (à Consilio quo vtitur Horat.) & q. d. Consiliamentum. Xen. κάλλιστον δὲ συμβούλευμα τὸ ἄγαν ξυμφοροτέρους ἵππον μὴ κτᾶσθαι εἰς πολέμους.

Συμβουλευτής, vide in βουλευτής.

Συμβουλευτικός, κή, κόν: vt συμβουλευτικὸς λόγος, Oratio quæ cōsilium dat. Vel, Oratio ad consilium dandum apta. Vel Oratio suasoria, seu hortatiua. Apud Aristot. Rhetor. 1, τρία γένη τῶν ῥητορικῶν λόγων, videlicet, συμβουλευτικὸν, δικανικὸν, ἐπιδεικτικόν. Et apud Hermog. συμβουλευτικὴ ἰδέα. Lat. Genus deliberatiuū dicunt, voce vicinam signif. habente. ET Συμβουλευτικῶς, Poll. ἐνδεικτικῶς, Dando consilium, Hortatiuè.

c. 2. Ἀποσυμβουλεύω, Dehortor, Dissuadeo. Contrariū τῷ συμβουλεύω, vt ἀποσπουδάω contrariū simplici σπουδάω, & alteri composito ἐπισπουδάω. Citatur ex Phalaride in Epist.

ΒΟΥΣ, οός, ὁ & ἡ, ET ΒΩΣ, Doricè, Bos, Vacca. Il. ψ, Πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ σφαζόμενοι. Od. κ, βοῦς ἀγελαίας. Od. σ, ἤλασε βοῦς ἐριμύκους. ‖ Synecdochicè partem pro toto capiendo in fœm. gen. capi pro pelle bouina, Eust. tradit, id est δέρμα, βύρσα, τὰ ὠμοβόεια, βοέη: vt ἐλέφας pro osse elephātino hoc est ebore: indéq; apud Hom. βοῦς τυκτὰς & βοῦς αὔας dici clypeos ex bubulo corio, ἀσπίδας ἐκ βοείας βύρσης πεπηγμένας. Il. μ, Οἱ δ' ἐπὶ ἀλλήλους βόας αὔας ὑψόσ' ἀείραντες. Il. ν, Οἶδ' ἐπὶ δεξιά, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν ἀζαλέην. Vnde & Hesychio est μάστιξ, Flagellū, sub. ex bubulo corio factū. quo sensu & Boues à Plauto vsurpatū tradūt nōnulli. ‖ Me-

taph. dicitur de homine stupido & ἀναισθήτῳ, vt Eust. docet, dicens inde esse βοίδης apud Menandrum pro παχὺς, ἀήθης, simile comico vocabulo ἀμνοκός. vnde & βοῦς ἐν αὐλείῳ κάθηται, prouerbium ἐπὶ ἀχρηστίας. ‖Est & piscis nomen quem bouem Plin. etiam appellat, refe rēs eum inter pisces planos seu cartilagineos, id est inter σελάχη, quemadmodum Aristot. quoque lib. 5 De hi stor. animal. & lib. 6, cap. 12. ‖Item πέμματος species apud Eustath. vnde ἕβδομος βοῦς, qui post sex σελήνας, id est placentulas latas rotundásque, septimus conficiebatur, cornua habens in modum nouæ lunæ. Aliter verò expositum βοῦς ἕβδομος habes apud Suidam & Camer. ‖ Olim erat etiam numisma Atticum, bouis nota percussum, didrachmum alio nomine dictū: vnde ἑκατόμβοια arma apud Homerum: & βοῦς ἐπὶ γλώττῃ βέβηκεν, prouerbiū in eos qui pecunia corrupti, aut metu mul ctæ dicenda reticent. de quibus Bud. in libro De asse, & Pollux lib. 9. ‖Et χυτρόποις apud eundem Pollu cem βοῦς dicitur. ‖Item in vestibus futurarum cōmissuras, seu τὰς ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν ῥαφῶν συμβολὰς, βοῦς vocatas fuisse, idem autor testatur.

C. Βουαγόρ, οος, ὁ, Armenti ductor, ἀγελάρχης. ET Βουαγέτον, ου, τὸ, ὑπὸ βοῶν ἑλκυσμένον ξύλον. vt tradit Hesych. dicens Laconica hæc duo vocabula esse.

C. Βουβόσιον, ου, τὸ, Locus vbi boues pascuntur. vt Callim. sch. exponit. Callim. hymno in Apoll. Ῥεῖά κε βουβόσιον τελέθοι πλέον. Strabo, χώραν ἀρίστην βουβοσίοις, Solum pascēdis armentis peraccommodatum.

C. Βούβοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Bouibus pascendis aptus. Od. ν, de Ithaca, Αἰγίβοτος δ' ἀγαθὴ καὶ βούβοτος.

C. Βουγενής, έος, ὁ καὶ ἡ, E boue genitus seu ortus. Apibus hoc epitheton tribuitur, vt refert Hesych. quòd ex bouinis ossibus nascantur. Bacchum etiam βουγενῆ & ταῦρον vocari tradit Plut. in Hell. quærens cur Eleæ mulieres eum βοέῳ ποδὶ ad se venire precentur.

C. Βούγλωσσος, Boum linguæ similis herba, vt Plinius docet. Diosc. neutro genere βούγλωσσον vocat, ὅμοιον βοὸς γλώσσῃ. Linguam bubulam quidam appellant, Marcellus Borraginem. ‖Item piscis nomen quem Latinè Soleam ex Plinio, & Lingulacam ex Plauto & Varr. quidam vocant, Hermol. à βου particula epitatica dictum scribit.

C. Βούδακον, ος, ἡ, Buprestis, Hesych.

C. Βουδέρσιον, ου, τὸ, Bouinum corium.

C. Βουδόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Boues excorians. βούδορος autem pass. significationē habet, vt tradit Eust. βούδορα ἤματα apud Hesiodum exponens Dies in quibus boues & (ex parte totum intelligendo) quæuis animalia excorientur. Hesiod. in Op. & Dieb. de brumalibus diebus, κάκ' ἤματα, βούδορα πάντα. id est ἀναιρετικὰ τῶν ζώων, vt schol. explanat. Hesych. verò βουδόρα exponit μοχλῶν ᾧ βόες δέρονται, vel, secundum alios, ἀσκοί. At βουδόρῳ νόμῳ apud Suidam de iis qui vt in modum boum excorientur digni sunt. ‖Βούδορος seu Βουδόρας est & fluuii nomen prope Cerinthum Euboicam ciuitatem. at βούδορον promontorium apud Thucyd. Salamini oppositum.

C. Βούζυγον, ου, τὸ, Boum iugum. ‖AT Βουζυγία (vt scribunt v. l.) appellabatur Athenis familia quædam sacerdotio prædita, sic dicta à Buzyge quodam heroe qui omniū primus iunctis bobus arasse terram creditur. de quo apud Hesych. AT Βουζύγιον, locus qui & Peltis vocatus, vbi Athenienses esse dicebant tertiam sacram arationem: vt eadem vulg. l. tradunt ex Plut. Nuptial.

C. Βουθρεπής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui à bobus depascitur. ὑπὸ βοῶν θρεψόμενος τοῖς βόεσι, hoc est βοῦς τρέφων, seu à particula βου epitatica, πολυφόρος καὶ πολυθρεπής, hoc est πολλάκις θρεψόμενος, vt Sophocl. scholiast. in hoc Trach. loco explicat, Ἐνβουθρεπεῖ λειμῶνι. quod Hesych. exponit, ἐν ᾧ βόες θέρους ὥρᾳ νέμονται.

C. Βουθοίνης, seu Βουθοίνας, ου, ὁ, Boum vorator, Herculis epitherum. Βουθοίνου Ἡρακλέα, in Epigr. Greg. ὁ βουθοίνας τὸ γεωργοῦ τυραννήσας καὶ τὸ ἀρότην βοῶν λαφύξας, καὶ τὴν κλῆσιν λαβὼν ἐκ τῆς πράξεως.

C. Βουθύσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad boum mactationem pertinens. βουθύσιον νύκτα, Noctem in qua boues mactati sunt.

VNDE Βουθυσία, ας, ἡ, Boum immolatio seu mactatio. Buthysia, vt Sueton. etiam vocat. hoc est sacrificium magnum & solenne. Athen. lib. 4, ὅταν δὲ τοῖς ἥρωσι θύωσι, βουθυσία μεγάλη γίνεται, καὶ ἑστιῶνται πάντες μετὰ τῶν δούλων.

Βουθύτης, ου, ὁ, Qui boues mactat. Athen. lib. 14, περὶ μαγείρων καὶ τῶν Ἀθήνησι κηρύκων loquens, οὐδὲ γὰρ μαγείρων καὶ βουθυτῶν ἐπεῖχον τάξιν. Enim ibi Budæus legit pro βουτύπων. AT Βούθυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem esse dicitur quod βουθύσιος. vt βουθύτοισι πρὸς βωμοῖς apud Eurip. & βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις. HINC Βουθυτέω, F. ήσω, Boues macto & immolo, Æsch. contra Ctesiph. πρὶν πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβουθύτει. De quo Cicero Tusc. 4, Æschines in Demosthenem inuehitur quòd is septimo die post filiæ mortem hostias immolasset. Athen. loco paulo antè citato, ἔδρων δ' οἱ κήρυκες ἄχρι πολλοῦ βουθυτοῦντες καὶ σκευάζοντες. ‖ Abusiuè pro Sacrificare capitur, vt apud Aristoph. Pluto, ὁ δεσπότης μὲν ἔνδον βουθυτεῖ ὗν καὶ τράγον καὶ κριὸν ἐστεφανωμένος. At βουθυτῶ ἐπινίκια quod ex Phalaride affertur, simile est illi Dem. τὰ ἐπινίκια θύειν, Victimas post seu ob partā victoriam immolare: nisi quis ad Lucianicū illud, ἐπινίκια εἱστιᾶν, referre velit.

C. Βουϊερεύω, F. εύσω, idem quod βουθυτέω, Boues sacrifico. Βουϊέρευσεν, βοῦν ἔθυεν, Hesych.

C. Βουκάπαι, αἱ, Boum præsepia: τῶν βοῶν αἱ φάτναι. Hesych.

C. Βουκάρδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, βουκάρδιος λίθος, Bucardia gemma, bubulo cordi similis, vt tradit Plin.

C. Βουκέντης, ου, ὁ, Qui boues stimulo impellit. idem quod βοηλάτης. vt Πολλοὶ βουκένται, παῦροι δέ γε γῆς ἀροτῆρες. AT Βούκεντρον, ου, τὸ, Stimulus quo boues punguntur & impelluntur.

C. Βούκερως, ω, ὁ καὶ ἡ, Bubulis præditus cornibus. vt βούκερων ἄγαλμα apud Herodot. ‖ Βούκερως, ET Βούκερας, ET Βουκέρας dicitur etiā Fœnūgræcū. Plin. l. 24 cap. vlt. Nec fœnograco minor autoritas, quod τῆλιν vocant, alii κάρφος, alii βούκερας, alii αἰγόκερας, quoniam corniculis semen est simile: nos siliciam. Columella siliquam vocat quia, vt siliqua arbor, siliquatur. Nicand. Alexiph. Ἄλλοτε, βουκέραος στηρόγου ὄρρα κεραίας Εὐκαμπῆς πτάλοισιν ὑπαλωεμένοισιν ἀέξει. Ex hoc autem βουκέραος per contractionem βούκερως factum est.

C. Βουκέφαλος, ου, ὁ, dictus Alexandri equus siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis armo impressi: vt tradit Plin. Qui Βουκεφάλας etiam Doricè vocatur, autore Camer. Vnde Bucephala dicta vrbs, Asenorum caput, (apud Steph. Βουκεφάλεια) à Bucephalo ibi sepulto, vt idem Plin. docet. cuius incolæ Βουκεφαλῖται.

C. Βουκινέω, F. ήσω, τοὺς βοῦς ἐξελαύνω. Var.

C. Βουκλέψ, Qui boues furatur.

C. Βουκόλος ET Βωκόλος, Doricè, ου, ὁ, Bubulcus, Armentarius, à βοῦς & κόλον, id est τροφὴ apud veteres, vt tradit Eustathius ex Athen. lib. 6. Philostr. epist. 38, Ἀπόλλων ποιμένων ἦρα, καὶ Ἀφροδίτη βουκόλων. Theocr. Δαμοίτας καὶ Δάφνις ὁ βωκόλος. Dicitur etiam nonnunquam ἐκ περιουσίας (vt Eustathius annotat) βουκόλος βοῶν. VNDE Βουκόλιον, ου, τὸ, Armentum boum. Philo, βουκόλια γὰρ καὶ αἰπόλια, καὶ ποίμνια μεγάλα διεφθείροντο. Philost. epist. 77, ἐρυθρὰ δ' ῥάχει τὰ βουκόλια διετάραξε. (PRO QVO Βουκολία etiam in fœm. genere citatur ex Apoll. Rhod. βουκολίας βοῶν.) At apud Hesiodum Theog. v. 346, Βουκολίας τ' ἀγέλας καὶ αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν, dubitatur an sit adiectiuum quasi à βουκόλιος. ET Βουκολικός, οῦ, ὁ, Pastoralis, Pastoritius, Cic. Pastorius, Varr. (PRO QVO Βωκολικός, Doricè. Theocr. Idyll. 1, Ἄρχετε βωκολικᾶς μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς. & alibi, Βωκολικαὶ μῶσαι μάλα χαίρετε) ET Βουκολίς, ίδος, ἡ, quod idē esse videtur cū βουκολική, adiect. In v. l. exponitur Bobus pascēdis apta. ET Βουκολέω, ῶ, F. ήσω, Boues pasco. quod Bubulcitarier Plautus dicit. Il. φ, Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες. quod Ionicum est pro ἐβουκόλεις: additúmque habet βοῦς κατὰ ταυτολογίαν, vt & οἶνον οἰνοχοεῖν dicitur. Ἀκυρολόγως autē accipitur simpliciter pro Pasco, Alo. Sic Philostr. Heroic. dixit βουκολεῖσθαι ἵππον αὐτοῖς, Equitatū ab eis pasci. Cui simile citat Varinus ex quodā poeta, πελοχίλιαι ἵπποι ἐβουκολέοντο. Vnde comp. voce Ἱπποβουκόλοι apud Eurip. Aristoph. Vesp. Τὸν αὐτὸν ἄρ' ἐμοὶ βουκολεῖς σφάζιον. vbi schol. exponit τρέφεις ‖ Vnde metaphoricè capitur etiam in ea significatione qua apud Latinos Pasco &

Lacto. Quò pertinet id quod Hesych. annotat, βουκολεῖσθαι χρησταῖς ἐλπίσιν, Pasci bona spe: vt Ouid. dixit, — spes est quæ pascat amantes. & Virg. — vana spe lactat amantem. ¶ Item pro Demulceo, Delinio: item & Decipio. Lucian. ἀλλὰ ξένι κεχαρισμένα τὸ τῆς ζώης ἀπάτης βουκολοῦσιν, Mitigant & leniunt. Aristoph. Pace, Μὴ δῆθ', ἡ μεσῶν τελῶν, ὡς εἰ μετέωρος ὢν τις ὄσφρήσεται, Κάτωθεν αἱ ρίζας με βουκολήσεται. id est (vt schol. exponit) ἀπατήσεται. Philostr. Epist. 62, οἴμοι βεβουκόλημαι ὁ δείλαιος. A

VNDE Βουκόλημα, ατος, τὸ, Lenimen, Lenimentum, Solatium. id est θέλγητρον, vt Suid. hoc in loco exponit, ὅπως ἔχῃ τι βουκόλημα τῆς λύπης, ἀνέθηκεν εἰς τοῖχον πινάκας γραφὰς ζῴων. ET Βουκόλησις, εως, ἡ, Delinitio, Deceptio. Plut. Polit. præc. αἱ δὲ ἰδιῶται πλάσσουσιν τοῦ ὄχλου, οὐδὲν ἀλόγων ζῴων ἀγέλας καὶ βουκολήσεως διαφέρουσι. ET Βουκολητής, οῦ, ὁ, Deceptor. ἀπατεὼν v. Hesych. B

C. ΑΠΟβουκολέω, ῶ, Abgrego, A grege abduco, Aberrare & euagari facio. (propriè Aberrare facio à grege. Sed capitur etiam generaliter pro Aberrare facio. Volunt autem quidam ἀποβουκολεῖν propriè dici bubulcū scabiosos boues à grege seu armento abducentem) ἀποπλανῶ, ἀφίστημι. Vnde & Ἀποβουκολοῦμαι, pass. Abgregor, Abducor à grege, Aberro à grege. Lucianus, ἀλλ' οἶδε τὴν ὁδὸν ὁ Εἰμαρμένης, καὶ δέος οὐδὲν μὴ ἀπολειφθεὶς ἡμῶν ἀποβουκοληθῇ. id est, Ne aberret à grege, Ne abgregetur, inquit Budæus. Idem ait ἀποβουκολῶ significare Ex alieno grege elicitum abduco: citans hunc Luciani locum in δὶς κατηγορουμένῳ, vbi dicit Mercurius, ἡ σοὶ κατὰ τῆς ἡδονῆς ἀδικίας, ὅτι τὸν ἐραστὴν αὐτῆς Διονύσιον ἀπεβουκόλησε. Capitur autem hic grex metaphoricé. Apud eundem Lucianū ἀποβουκολεῖν cum accusatiuo & genit. simpliciter exponit Abduco, in hoc loco qui est in Amoribus, ἐπειδάν γε καὶ μικρὰ τοῦ πατρὸς ἑαυτοὺς ἀποβουκολῆσαι θελήσῃ. C

Ἀποβουκολῶ, In errorem induco, Decipio. nam exponitur etiam ἀπατήσαι. vt apud Varin. ex incerto autore, ἐξάνει τις ταῖς ἐλπίσιν ἡμᾶς ἀποβουκολῶν. vnde ἀποβουκόλημα Impostura, Deceptio. vt paulo pòst docebitur. In v. lex. annotatur ἀποβουκολεῖν sumptum etiam pro Mitigare seu Lenire, vt in hoc loco, διηγήσεις κοσμοῖς τὸ τῆς φύσεως ἀπορίας ἀποβουκολεῖ. & Fallere itidem Latinè aliquando id significare: vt in hoc versu Horatiano, Iam vino quærens, iam somno fallere curas. Vide Βουκολῶ.

Ἀποβουκόλημα, ατος, τὸ, Impostura, Deceptio, propriè tanquam abducendo ex alieno grege: sed capitur pro quolibet imposturæ genere. Damascenus de virgine Maria loquens, ἡ δὲ μισθώσασα [illegible] τῆς παρθενίας [illegible] καὶ τοῦ ταῖς πάσαις ἐπιπλοῦσι ἀποβουκολήματι. i. Per id velamentum in errorem abductus est diabolus. Ita Bud.

C. ΔΙΑβουκολέω, Permulceo, Delinio, Decipio. Lucian. διαβουκολεῖ αὐτοὺς καὶ ἐπελπίζει, Lactat ipsos & vana spe pascit. F

¶ Βουκολίζω, F. ίσω, idem quod Βουκολέω, vt tradit Eustath.

VNDE Βουκολισμός, οῦ, ὁ, Pastoralis cantilena, Pastoriū carmen. ἡ τῶν βοσκῶν ᾠδή.

C. ΑΠΟβουκολίζω, Idem quod Ἀποβουκολέω. Suidas ἀποβουκολίσαι exponit ἐξαπατῆσαι, item σφάλλειν, item ἀποδιώξας, item ἀποπλανήσας subiūgitque exemplum hoc, οἱ δὲ τοὺς ἁλόντας ἀποβουκολίζειν, ἀποσκεδάζονταί τε πανταχόσε.

Βουκολιάζω, & Βουκολιάζω, Doricè, Fut. άσω vel άξω, Pastoritium carmen modulor. βουκολικὴν ᾠδὴν λέγω. Theocr. Idyll. 6, Ἀλλ' ἄγε δὴ ἔτ' ἄρ' ἔειπε, καὶ ὑστέρα βουκολιάξεις. In passiua etiam voce eādem significationem retinet: vt apud eundem Idyll. 9, Βουκολιάσδεο Δάφνι, τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος. VNDE Βουκολιασμός, οῦ, ὁ, Pastoritii carminis modulatio. Genus (vt scribunt v. l.) modulandi pastoritium, quod perficiebatur tibiæ cantu & tripudio. ET Βουκολιαστής, οῦ, ὁ, Qui eiusmodi carmen modulatur. Theocr. Idyll. 6, — ἄμμες γὰρ ἐείδομες οἵης ἀοιδῶν βουκολιασταί ὄπι. G

C. Βούκρανον, ου, τὸ, Caput bubulū, apud Proclum De sphæra. Item Galea facta ex capite bouis. v. l. AT Βουκράνιον (inquit Gorr.) dicitur à quibusdam ἡ ἄμπελος μέλαινα, autore Dioscoride. scribit autem Gal. τὸ ἀπρίνιον sic etiā appellari. H

C. Βουλυτός, οῦ, ὁ, Tempus pomeridianum seu vespertinum quo boues soluuntur, & à iaborum onere liberantur, vt tradit Eust. seu, vt Hesych. ἡ δειλινὴ ὥρα. Il. π, Ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσετο βουλυτόνδε. Arrian. γίνεται μάχη καρτερὰ ἔστε ἐπὶ βουλυτὸν ἀγχώμαλος. Luc. ἀμφὶ βουλυτὸν ὄψε.

C. Βούμασθος, ου, Bumastus, vt Cato, Colum. & Plin. vocant. & Virg. in Georg. — tumidis bumaste racemis. Genus est vuæ crassioris instar mammæ cuiuspiam, quam Cam. vuam bumammam interpr.

C. Βουμέλιος, ου, & Βουμελία, ας, ἡ, Bubula fraxinus, vt Gaza interpr. Fraxini quædam species est à Macedonibus sic appellata. Theophr. De pl. hist. lib. 3, cap. 11, μείζων δὲ καὶ μακροτέρα ἡ βουμελία. Et l. 4, cap. 9, πλείστη δὲ μελία καὶ βουμέλιος [ἐν τῷ Νείλῳ πέφυκεν.] Plinius lib. 4, cap. 9 de fraxino, Bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimámque.

C. Βουμολγός, οῦ, ὁ, Bumulgus, Qui vaccas mulget. Epigr.

C. Βουμυκοι, οι, q. d. Bomugi. Voces quædā mugitū taurorū imitantes (vnde & illæ pro tauris deo sacris habentur) quæ ad paludes fluuiis vicinas audiuntur. Aristot. Probl. sect. 25. ET Βουμυκαὶ, αἱ, φωναὶ μυκηθμοῦ, Hesych.

C. Βούνομος, ου, ὁ καὶ ἡ, A bobus depastus: vt Aristoph. schol. in hoc Ran. loco exponit, ἀπὸ χειμοπόταμε βούνομα τ' ἐπισφαλῆ. addens, ex Æschyli Philoctete desumptum hoc esse. Sed Βουνόμος cum accentu in penult. est βοῶν θρεπτικός, Bobus pascendis accommodus. vt Soph. schol. declarat in hoc Electræ loco, ὁ ταῖν Κερσαι βουνόμον ἔχων ἀκταῖν. At ἀγέλαις βουνόμοις, quod vulg. lex. ex eodem Soph. afferūt, significabit tantūm (si bene locus citatur) Boum gregibus, vel Boum more pascentibus gregibus.

C. Βούπαις, αιδος, ὁ καὶ ἡ, Bouis filius, Boue natus. idē quod βουγενής supra. Aiet οἱ βουπαῖδες [illegible] μάλιστα τὸ ἄγος γηπτείων λειβόμενος μέλιτι, quoniā è tauris apes, ex equis vespæ nascuntur. D

C. Βουπάμμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Boum possessor, Diues pecoris.

C. Βουπελάτης, ου, (q. d. Qui accedit prope boues) Bubulcus. βουκόλος, παρὰ τὸ πλησιάζειν ταῖς βουσί. καὶ κολλᾶσθαι αὐταῖς. vt exponit schol. Nicand. Alexiph. βουπελάται τε καὶ αἰγονομῆες. Apollon. Argon. vlt. de rugitu leonis, Δείματι δ' ἄγραυλοί τε βόες μέγα πεφρίκασι βουπελάται τε βοάν. vbi βοᾶν [illegible] est.

C. Βουπλάστης, ου, ὁ, Qui boues fingit. Epigr.

C. Βούπλευρον, ου, τὸ, Bupleurum, quod Plin. lib. 22, c. 22, inter sponte nascentia olera à Græcis numerari scribit: cuius ibi descriptionē habes. Nic. Ther. σπέρματα βουπλεύρου τε καὶ ἰσάτιος κυπαρίσσου. E

C. Βουπλήξ, ῆγος, ὁ καὶ ἡ, Boues feriens aut pungens. id est ipse stimulus quo boues punguntur. βούκεντρον, ἢ πέλεκυς βοῶν ἀναιρετικός, ἢ μάστιξ ἡ ποιοῦσα ἀπὸ τῶν τμημάτων βάρους. vt Eust. explicat. Il. ζ, de Bacchi nutricibus, ὑπ' ἀνδροφόνοιο Λυκούργου Θεινόμεναι βουπλῆγι. At Βούπληξ accentu in antepen. A bobus percussi. v. l. ET Βουπλήκτης, ου, τὸ, idē quod βουπλήξ. citatur ex Epigr.

C. Βουποιμήν, ένος, ὁ, Boum pastor. In Epigr.

C. Βουπόνος, ου, ὁ, Qui circa boues versatur, Bubulcus.

C. Βουπόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad boues trāsfigendos aptus. Herod. ὀβελοὺς βουπόρους σιδηρέους, E ferro verua ad boues torrendos. Eurip. βουπόροι παγείς.

C. Βούπρηστις, εως, ἡ, Buprestis, animal (vt scribit Plin. lib. 30, cap. 4) simillimum scarabeo longipedi: quod fallit inter herbas bouem maximè, (vnde & nomē inuenit) deuoratumque, tacto felle ita inflammat vt rumpat. Etymologiam autem huius vocabuli Nicander tradit in Alex. Ἢ καὶ που (inquit) δαμάλης ἐλάφεσις, ἠδ' ὁπότε μόσχους, Πίμπρησι, τὸ ποτὲ θρασὺς μαλάξιμος δατεῖται. Τοὔνεκα τὴν βούπρηστιν ἐπικλείουσι νομῆες. De symptomatis quæ eius haustū cōsequuntur & item remediis, idem Nicand. tradit. Dioscor. & cæteri medici tum Græci tū Latini. ¶ Est & oleris syluestris species, vt Galen. in Hippocr. gloss. tradit, cuius & Theophr. meminit Hist. pl. lib. 3, cap. 8. Quod non intelligēs Plin. scribit lib. 22, cap. 22, Buprestin magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere, iidémque remedia tanquā contra venenū prodiderunt. Et ipsum nomen indicio est boum certè venenum esse, quos dissilire degustata fatentur. G

C. Βούπρωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui bouem in prora habet. βουπρώρους, Hesych. Βουπρώρος ἤπια (vt docet Eust.) apud antiquos τρίττυα quoque dicebatur, quòd ex tribus constaret, duabus ouibus & boue, secundum Epicharmū: aut

boue, capra & oue: aut apro, ariete & tauro. βούπρῳρος au tem dicta quòd taurus eis, vt in naui prora, præiret. Hesych. tradit sacrificium esse centum ouium & bouis vnius, qui tanquam prora illarum esset. Quò pertinere videtur ἑκατόμβη βούπρῳρος apud Plut. Symp. 4. A

C. Βούσταθμον, ου, τὸ, Boum stabulum, Bubile. οὗ οἱ βόες ἵστανται. Pollux. Idem quod βοαύλιον. ET Βούστασις, εως, ἡ, ET Βουστάσιον, ET (apud Suidam) Βουστάδιον, ου, τὸ, pro eodem.

C. Βουστροφηδὸν, Vertendo & flectendo se more boum arantium. ἐπειδὴ ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βουσὶ τὰς ἀντιστροφὰς ποιεῖ τις. Hesychius. B

C. Βουτελεῖν, Bouem immolare. θύειν, Hesych. βουθυτεῖν.

C. Βούτιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Bouis pretium æquans. βοώνητος, Hes.

C. Βούτορος, ου, ὁ καὶ ἡ, Boues penetrans & transfigens. seu Bobus penetrandis & transfigendis aptus. idem quod βουπόρος. Suidas citat hunc locum adespotum, Μαυρούσιοι ἔχουσι δόρατα βουτόροις ὀβελοῖς ἴσα.

C. Βουτρόφος, ου, ὁ, Qui boues alit & pascit, Bubulcus.

C. Βουτύπος, ου, ὁ, Bouem cædens, Qui boues mactat. Athenæus lib. 14, μαγείρων καὶ βουτύπων ἐπεῖχεν τάξιν. ‖ Hesychio est etiam εἶδος ζώου καλουμένου ἐμπίς. C

C. Βούτυρον, ου, τὸ Butyrũ. Spuma lactis, (vt scribit Plin.) cõcretiusque quàm serum. inde dictum quòd è bubulo lacte plurimùm fiat. VNDE Βουτύρινος, ου, ὁ, E butyro factus. vt βουτύρινον μύρον, Butyrinum vnguentum, Diosc. lib. 1, c. 66.

C. Βούφαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, A bobus aratus.

C. Βούφθαλμον, ου, τὸ, Buphthalmos herba, similis boum oculis, vt tradit Plin. alibi scribens aeizoon maius buphthalmon & zoophthalmon aliis nominibus vocari, à Latinis sedum magnum & oculum. D

C. Βουφόνος, ου, ὁ, Qui boues cædit, Qui boues mactat & immolat. ita dicebantur quidam sacerdotes. Pauf. Att. τότε πρῶτον βοῦν ἔκτεινεν ὁ βουφόνος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ πολιέως Διός. Athen. autem lib. 10 Διονύσου βουφόνον θεράποντα exponit πέλεκυν. HINC Βουφόνια, ων, τὰ, Boum cædes seu mactationes: festum apud Athenienses antiquum & celebre. De quo Aristoph. Nub. Quo in loco plura de hoc schol. annotat, & Suidas in suo lexico. ET Βουφονέω, Boues macto. idem quod Βουθυτέω. Il. η, βουφόνεον δὲ κατὰ κλισίας καὶ δόρπον ἕλοντο. E

Βουφορβός, οῦ, ὁ, Qui boues pascit, Bubulcus. Plato Polit. ... loquens, ἀλλ' αὐτὸς τῆς ἀγέλης τροφὸς ὁ βουφορβός, ... VNDE Βουφόρβια, Ar ... Eurip. ET Βουφορβέω, Boues pasco. Euripid. Alc. ... ᾤων δὲ σὴν γαῖαν τλὰς βουφορβεῖν ξένῳ.

C. Βοόπις, ιδος, ἡ καὶ ἡ, Bu... s pupillas habens. i. pulchras. bubuli enim oculi pulchri censentur. Nonnus, ὄμμα βοοπιδὸς ... προσώπου.

C. Βοοζύγιον, ου, τὸ Boum iugum. F

C. Βοοθύτης, ου, ὁ, Qui boues immolat. βουθύτης.

C. Βοοκτασία, ας, ἡ, Boum cædes seu mactatio. Epigr.

C. Βοοσφαγία, ας, ἡ, Boum mactatio. Epigr.

C. Βοοτρόφος, ου, ὁ, Qui boues nutrit seu pascit. βουτρόφος.

C. Βοάγριον, ου, τὸ, Clypeus è boum agrestium pellibus, vt docet Eust. Od. π, δύο φάσγανα καὶ δύο δοῦρε Καλλιπέειν, καὶ δοιὰ βοάγρια χερσὶν ἑλέσθαι. Etymolog. exponit τὰ ἐκ βοὸς [ὅ ἐστι μάχης] ἀγρευόμενα λάφυρα. i. Manubiæ, Spolia. AT Βοάγριος, Stultus, Stupidus. ‖ Itẽ fluuiᵘ Locrorũ. Il. β.

C. Βοάνθεμον, ου, τὸ, Galenus apud Hippocr. exponit βούφθαλμον, dicens χρυσάνθεμον quoque appellari. G

C. Βοαρμία, ας, ἡ, epitheton Mineruæ, παρὰ τὸ συναρμόσαι καὶ ζεῦξαι εἰς ζυγὸν καὶ ἄροτρον βόας.

C. Βοαύλιον, ου, τὸ, Boum stabulũ, Bubile. idem quod βούσταθμον & βούστασις, vt tradit Pollux.

C. Βοηγενής, έος, ὁ καὶ ἡ, Boue prognatus. idem quod βουγενής. Epigr. βοηγενέεσσι μελίσσαις.

C. Βοηλασία, ας, ἡ, Boũ abactio. Il. λ, — Ἠλείοισι καὶ ἡμῖν νεῖκος ἐτύχθη Ἀμφὶ βοηλασίῃ. ET Βοηλάτης, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui boues abigit: vt in Epigr. libr. 2, titulo εἰς κλέπτας, βοηλάτης Mercurius dicitur pro Boum abactor. signif. etiam Qui boues agitat. Cuius fœmin. est βοηλάτις, ιδος, Boum abactrix vel agitatrix. βοηλάτιν ῥάβδον. Epigr. i. βουπλῆγα. VNDE Βοηλατική, ῆς, ἡ, Ars agitandi boues, seu bucolica. vt à Ficino exponi scribunt v. l. ET Βοηλατέω, ῶ, H

Fut. ἥσω, Boues agito seu impello. quod Poll. citat ex Aristoph.

C. Βοώνης, ου, ὁ, Boum emptor. Hoc nomine appellatus fuit magistratus quidam Athenis, fortasse qui hostias emebat, vt scribit Bud. Demosth. contra Mid. μετὰ ταῦτα ἐπιθυμεῖν καὶ ἱεροποιὸς ποτε, καὶ βοώνην, καὶ τὰ τοιαῦτα δή. AT Βοώνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Boue seu bouis pretio emptus. βοώνητα Hesych. exponit ἐπὶ ὠνῇ βοῶν δοθέντα.

C. Βοώπης, ου, ὁ, Bubulos oculos habens, id est μεγαλόφθαλμος, vt tradit Eustath. Alii exponunt ὀφθαλμοὺς καλή, quòd boum oculi pulchri videantur. alii μελανόφθαλμος. Fœmin. est βοῶπις. Iliad. α, βοῶπις πότνια Ἥρη. Frequenter apud Hom. deabus hoc epitheton tribuitur, cui Eustath. simile esse dicit ἐρῶπις. AT Βοώψ Vide in Βοάξ.

C. Βοώτης, ου, ὁ, idem quod Βοηλάτης, Boum agitator, Bubulcus. (nam bubulcus à Paulo iurisc. dicitur etiam qui bobus arat.) ‖ Est item eius nominis signum cæleste quod Arctophylax etiam dicitur & à quibusdam Auriga: Ὅν ῥ' ἐπικλείουσι (vt scribit Aratus) ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται ἄρκτου. Latini quoque Booten vocant.

C. Βοόκλεψ, idem quod βούκλεψ, Boum fur. Athen. lib. 9, à Sophocle Mercurium sic appellari scribit: quo sensu in Epigr. βοηλάτην dictum paulo antè docui.

C. Βόσπορος, ου, ὁ, Bosporus. (q. d. Bouis traiectᵘ) Duo huius nominis freta sunt, quorum alterum Bosporus Thracius, alterum Cimmericus dicitur: hac causa Bospori vocati (vt scribit Ammian. Marcell. l. 22,) quòd per eos quondam Inachi filia mutata (vt poetæ loquuntur) in bouem, ad mare Ionium permeauit. Quod & Aeschylᵘˢ in Prometh. indicat. Apollon. Arg. 2, Πνοιῇ δινήεντ' ἀνὰ βόσπορον ἰθύνοντο. VNDE Βοσπόρειος, ου, ὁ, Bosporius. Sophocl. Βοσπορείων ποταμῶν ἶδρις.

C. Ἀβούτης, ου, ὁ, Bobus carens. Hesiod. Dieb. — κραδίην δ' ἔδακ' ἀνδρὸς ἀβούτεω, de gruum clangore arationis signũ dante & hyemis aduentum nuntiante. ‖ Etymol. verò exponit ἀκτήμων ἄπορος, deducitque à βοτόν: ac si esset ἀβότης, Egenus, Non habens vnde pascatur, seu Non habens pecora. βοτὰ enim pecora sunt. CVI CONTR. Πολυβούτης, ου, ὁ, Multas boues seu multa pecora habens. Il. ι, Ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύρρηνες, πολυβοῦται. id est πολυθρέμμονες. AT Πολύβος Od. θ, ab eodem Homero sutor quidam eo nomine dictus est quòd multas βοῦς (id est βύρσας seu pelles bouinas) haberet, vt scribit Eust.

C. Δεκάβοιος, ου, ὁ, Decem boum (id est eius nominis nummũm) pretio æstimabilis. Plut. Theseo, ἔκοψε δὲ καὶ νόμισμα, βοῦν ἐγχαράξας, ἢ διὰ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, ἢ διὰ τὸν Μίνωος στρατηγὸν, ἢ πρὸς γεωργίαν τοὺς πολίτας καλῶν. ἀπ' ἐκείνου δέ φασι τὸ ἑκατόμβοιον καὶ τὸ δεκάβοιον. Quò referendum est & quod ex Draconis legibus citat Pollux, ἀποτίνειν δεκάβοιον. SIMILE huic est Δωδεκάβοιος Duodecim boum, seu eius nominis nummũm, pretio æstimabilis. ET Εἰκοσάβοιος, SIVE Ἐεικοσάβοιος, per pleonasmum τοῦ ε, & τροπῇ τοῦ ι εἰς α, Viginti boum, seu eius nominis nummũm pretio æstimabilis. Odyss. α, de Laerte qui Eurycleam emerat, — ἐεικοσάβοια δ' ἔδωκεν. vbi Eustath. exponit, σταθμός τις ὕλης μεταλλικῆς δι' οὗ εἰκοσι βόας ἦν ὠνήσασθαι. ET Ἑκατόμβοιος, ου, ὁ, Centũ boum (seu eius nominis nummũm) pretio æstimabilis. Bud. in lib. De asse vbi de βοῒ monetam quandam significante tractat, Quare ἑκατόμβοιον (inquit) dictum quicquid duabus minis Atticis æstimabile esset, id est ducẽtis drachmis. Inde Hecatombœa arma apud Homerum Il. ζ, (vt quidam volunt) vbi Homerus permutationem armorum Diomedis & Glauci scripsit. Vide præcedẽs δεκάβοιος, ἐννεάβοιος sequens. Il. & β, — ἑκατόμβοιος δὲ ἕκαστος, id est, ἑκατὸν βοῶν. i. ζώων ἄξιος, Eusth. Et Iliad. ψ, — ἑκατόμβοιον δέ ἑ ἠΐσκον. vbi exponit idem Eustath. σταθμοῦ τι εἶδος, quam expositionem pleniorem habes in Ἐεικοσάβοιος proximè præcedente. ET Ἐννεάβοιος, Nouem boum, seu eius nominis nummũm pretio æstimabilis. Il. ζ, de Glauco, Ὃς πρὸς Τυδεΐδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων id est (vt in Pandectis archetypis legitur) Aurea æreis, centenaria nouenariis. ET Τεσσαράβοιος, Quatuor boũ seu eius nominis nummũm pretio æstimabilis. Cu-

Βρωτὸς, οῦ, ὁ, Qui comedi poteſt, Veſcus, Edulis, Eſculentus. A
Poeta quidam apud Athen. lib. 7. de ſalpa, βρωτὴ δ᾽ οὐ μάλιστα ἐσὶ θεριζομένη σίτου. Βρωτὸν verò frequentiſſimè genere neutro pro edulibus ſeu eſculentis accipitur. Xen. ἀσκεῖν ἐγκράτειαν πρὸς ἐπιθυμίαν βρωτοῦ καὶ ποτοῦ. Pythag. Aur. carm. Ἀλλ᾽ εἴργου βρωτῶν ὧν εἴπομεν. VNDE Βρωτικὸς, οῦ, ὁ, Edax, Cibi auidus. ET Βρωτὺς, ύος, ἡ, Cibus, Eſca. Od. σ.— καὶ οὐκ ἔτι κεύθετε θυμῷ βρωτὺν οὐδὲ ποτῆτα. Il. τ. Ὑμεῖς δ᾽ ἐς βρωτὺν ὀτρύνετον. AT Βρωτίμη quod Athen. l. 3. pro pane furfuraceo, i. ἀντὶ πιτυρίου ἄρτου à Philemone poni ſcribit, quem εὔκονον ſeu πύκονον Amerias & Timachidas vocent, huius loci non eſt. B

C. Ἄβρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non exeſus, vel Qui exedi nō poteſt, aut non ſolet, Cariem & teredinem non ſentiens. Dioſc. Vt autem ἀβρὼς fit à ſecunda perſona βέβρωσαι, ita hoc à tertia βέβρωται.

Ἄβρωτος, Non eſculentus, Non aptus eſui, In cibos nō admittendus. Plut. Symp. 8. πολλὰ γὰρ τῶν ἀγρίων καὶ ἀβρώτων πρότερον, ἥδιστα νῦν. ‖ Ἄβρωτος, pro ὁ νῆστις ex Soph. citat Pollux lib. 6.

Ἄβρυσος, aut Ἄβροσος, ἡ ὁ βιβρωσκόμενος. Sic apud Heſychium non ſine manifeſto mēdo. Crediderim legendum, ὁ μὴ βιβρωσκόμενος. i. Qui nō comeditur. Et niſi præcederet ἄβρυσος, putarem ἄβρωσος ſcribendum. C

C. Εὔβρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui comedi facilè poteſt, Veſcus, Edulis. Athen. l. 3 εὔβρωτος πρὸς ξηροφαγίαν.

C. Ἡμίβρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Semieſus, Semiadeſus. vt ἡμίβρωτι χῶες apud Xen. Anab. 2.

C. Ὠμόβρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui crudus comeditur. Nic. Alex. ἄλλοτε δ᾽ αὖ τῆς Νείμαις ὠμόβρωτον ἄλλην, ἀνὰ φύλλα τ᾽ ἀμέλξας.

C. Ἀβρὼς, ῶτος, ὁ καὶ ἡ, Non exeſus, Non adeſus, in Anth. epigr. Fit à βέβρωσαι ſecunda perſona præter. paſſ. τοῦ βρώω, eodem modo (vt opinor) quo ἀτρὼς à τρώω, præfixo illic, vt hic, α priuatiuo. D

C. Ἡμιβρὼς, ῶτος, ὁ καὶ ἡ, Semieſus, Semiadeſus. Epigr.

C. Νεοβρὼς, ῶτος, ὁ καὶ ἡ, Modò paſtus, Qui non ita dudum cibum ſumpſit. V. l. ex Hippocr.

ἈΝΑβρώσκω, (pro quo & Ἀναβιβρώσκω dicitur) Corrodo, Exedo. Futurum habet ἀναβρώσω tanquam ab ἀναβρώω. vt & βρώσω dicitur tanquam à βρώω, non βρώσκω. Heſych. ἀναβρώσκων explicat κατεσθίων. E

Ἀναβρώσκομαι, vel Ἀναβιβρώσκομαι, Exedor, Corrodor. ἐσθίομαι. vnde & ἀναβιβρωσκόμενοι ἕρπητες dicūtur à Galeno qui & κατεσθιόμενοι.

Ἀνάβρωσις, εως, ἡ, Corroſio, vel Exeſio, vt Gaza interpr. Alex. Aphr. ἀνάβρωσιν ἐργάζεται. Fit ab ἀναβέβρωσαι ſecunda perſona præteriti ab ἀναβρώομαι inuſitato pro ἀναβρώσκομαι.

Ἀναβρωτικὸς, οῦ, ὁ, Corroſiuus, Exeſiuus, Corrodendi ſeu exedendi vim habens. vt apud Alexand. Aphrod. ἀναβρωτικὸς καρκῖνος, Corroſiuus cancer, vt Gaza interpr. F

C. ἈΠΟβρώσκω, Comedēdo abſumo, Adedo. Vnde ἀποβρωθεὶς, Exeſus, Eroſus. Epigr.

C. ΔΙΑβρώσκω, ſeu Διαβιβρώσκω, Peredo, vt Cic. & Virgil. loquūntur. Vnde in paſſ. διαβεβρῶσθαι, Pereſū eſſe. A QVO Διάβρωσις, εως, ἡ, Pereſio, Eroſio. id eſt (vt Gorr. definit) Exulceratio à re acri & mordaci facta. Fit tum intrinſecus à vitioſo ſucco, tum extrinſecus medicamentis valentibus aut igni. Aetius, ἡ δὲ διάβρωσις ἐκ δακνώδους γίνεται ποιότητος. ET Διαβρωτικὸς, οῦ, ὁ, Peredendi ſeu erodendi vim habens. vt διαβρωτικὰ φάρμακα, Eroſiua medicamenta, media inter ἐκφρακτικὰ & καυστικά. G

C. ἘΠΙβρώσκω, Inſuper comedo, Præterea comedo. Callimach. hymno in Ioue, — ἐπὶ δὲ γλυκὺ κηρίον ἔβρως. poteſt enim ibi eſſe tmeſis, vel ἐπὶ ſeorſum accipi.

C. ΚΑΤΑβρώσκω, ſeu Καταβιβρώσκω, Deuoro, Deglutio. Hyperid. τὰ ὄντα καταβέβρωκε. Apud Athen. Οἱ καταβεβρωκὰς ἕνεκ᾽ ἐμοῦ τὰς οὐσίας. Simile eſt quod Bud. ponit, καταβεβρωκὼς τὰ πατρῷα, Qui patrimonium vorauerat, Helluo tus erat. VNDE Κατάβρωμα, ατος, τὸ, Eſca, Cibus.

C. ΠΕΡΙβρώσκω, Circūcirca adedo, Circumrodo, Horat. Vnde paſſ. περιβεβρωμένος, Exeſus, Eroſus. A QVO Περίβρωσις, εως, ἡ, Eroſio in ambitu, Circumroſio. H

C. ὙΠΟβρώσκω, q. d. Subedo. Aliquantulum adedo. Vnde paſſ. ὑποβέβρωται, Subroſus eſt.

¶ Βρωμάομαι, ῶμαι, Eſcam appeto, Eſca indigeo. Vel potius, Eſcam appetens & famem ſentiens rudo. Aut breuius, Præ fame rudo. de aſinis enim propriè dicitur. Vide Pauſaniam apud Euſtathium, vide & Etymol. Suid. Schol. Ariſtoph. At in v. l. legitur Βρωμῶμαι eſſe Fœteo, Rudo: & propriè de leonibus & hircis & ſimilibus malè olentibus dici.

Βρώμησις, Ruditus, Poll. ET Βρωμήεις, εντος, ὁ. ITEM Βρωμηστὴς, οῦ, ὁ, q. d. Ruditor. Nic. δεινὸν βρωμήεντος ἐναλδήσαντα κορύνην. q. d. Ruditoris. id eſt aſini. Alibi de fœmina dicit βρωμήεντος γάλα. AT Βρωμηστὴς apud Etym. habetur. PRO eodem & Βρωμητὴς dicitur ab eodem Nicandro. B

¶ Βρῶμος, ου, ὁ, Graueolentia, Fœtor, apud Dioſc. Idē ſignific. & in hoc Cyrilli loco, οἱ δίκαιοι ἅλας θεῖον, οἱ ἁμαρτωλοὶ βρῶμος καὶ δυσωδία. ET Βρωμέω, ῶ, Fœteo. Idem Cyrill. πῶς βρωμοῦσι τῆς ἀκαθάρτων τὰ σώματα ἐκ τῆς λαγνείας ἀντὶ τοῦ θεοῦ. ET Βρωμώδης (interdum verò & Βρομώδης cum o in prima ſyll.) Graueolens, Virus redolens, Fœtidus, apud Dioſc. ſæpe. item apud Athen. cum alibi, tum lib. 3, ſed cum ω. In v. l. Βρωματώδης etiā affertur pro eadem ſignif. ex Dioſc. SED ET Ἄβρωμοι ἰχθύες apud Athen. 136. qui opponuntur τοῖς βρωμώδεσι. Item θάλασσαν Dioſc. ἄβρωμον γίνεσθαι dicit pro Virus deponere & ſalſuginē, vt Bud. interpr. hoc in loco, ἀποπέσσει δὲ ἡ ἀκέραιος θάλασσα καὶ ἀμιγὴς ποτίμου ὕδατος, ἄβρωμος γίνεται. Cæterùm in v. l. ex Phrynichus βρῶμον pro fœtore dici negat. Quod autem in iiſdē annotatur, βρωμᾶσθαι propriè de leonibus & hircis & ſimilibus malè olentibus dici, huc pertineret, ſi adeſpoton non eſſet: manente tamen alioqui dubitatione de huius ſignificationis origine. Adeſpoton verò eſt & quod ibidem legitur, βρῶμον dici ſonitum inteſtinorum præ fame crepitantiū. ET Βρῶμος pro quadam auenæ ſpecie: ſed rectius βρόμος.

ΒΡΑΒΕΥΣ, έως, ὁ, Qui dat præmium certaminis, Iudex certaminis, vel arbiter & moderator. βραβεὺς (inquit Bud.) pro iudice certaminum. Plat. De leg. l. 12, γυμνικῶν ἀγώνων ἐπιστάτας καὶ βραβέας. Soph. Ὅσον γε εἰσεκήρυξαν βραβῆς δρόμον. Transfertur autem ad eum qui aliarum rerum ſit arbiter, atque adeo aliorum etiam factorum det præmia. Eurip. Oreſte, δίκης βραβῆς, q. d. Cauſæ rectores, id eſt iudices. Idem ibidem, Πυλάδη σὺ δ᾽ ἡμῖν τοῦ φόνου γενοῦ βραβεὺς, Καὶ κατθανόντων εὖ περιστελεῖν δέμας. Volunt autem gramm. à ῥάβδος deriuari hoc vocabulum. fit certè à Plut. in Antonio γυμνασιαρχικῶν ῥάβδων mentiō. Quinetiam βραβευτὴν & ῥαβδοῦχον pro eodem poni à Platone in Protag. ſcribit Bud. Ab hac autem voce ſunt Gall. braue & brauer. E

Βραβῆς, idem quod βραβεύς. vt in epigr. antiquo apud Demoſthenem, — οὐκ ἐσάωσαν ψυχὰς, ἀλλ᾽ ἀΐδην κοινὸν ἔθεντο βραβῆ.

Βραβεύω, Præmium do certaminis. Itē, Certaminis ſum arbiter & moderator, ἐπιστατῶ, Poll. Cū accuſ. ἅμιλλαν iunxit Plut. in lib. De prud. anim. παρέχομεν οὐκ ἄμουσον ἅμιλλαν, ἣν σήμερον, ὡς ἔοικε, βραβεύσομεν. Bud. Βραβεύειν pro Præmium diſtribuere citat ex Œcum. in Acta. Et ex Greg. περὶ φιλοπτωχίας cum dat. βραβεύων δικαίως γάμω καὶ ἀγαμίᾳ. id eſt (inquit) Vtriſque ſuum ius tribuens. Apud Paul. ad Col. 3, v. 15, καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, quod Eraſm. ad præmium retert: alii autē interpr. Regat & moderetur. Nam βραβεύω generaliter ponitur pro Moderor, Diſpenſo, (ſub more eorū qui brabeutæ dicuntur) vel Moderator ſum & diſpēſator, Sum arbiter, Sum præſes. Syneſ. de amoribus loquens, οἷς δὲ ὁ ἔρως βραβεύει θεὸς, id eſt (Bud. interpr.) quorum Deus arbiter eſt & moderator diſpenſatórque. Iſocr. Areopag. ἐν γε τῇ κληρώσει τὴν τύχην βραβεύειν id eſt (inquit Bud. Statuere pro ſuo arbitrio, Arbitrari. At in v. l. redditur Diſtribuere præmia. Cum accuſat. Demoſth. ἐξὸν ἡμῖν καὶ τὰ οἰκεῖα ἀσφαλῶς ἔχειν, καὶ τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν. Et apud Athen. εἰ μὴ ἄρα ἡ φύσις, οἱονεί τι δαιμόνιον, δικαίως βραβεύουσα τῶν πραγμάτων, id eſt Diſpenſans, Regens, Bud. Et βραβεύειν τὴν δίκην, idem ex Plut. in Pompeio, & in Cic. pro Iudicio præſidere ſeu præeſſe, Cauſæ iudicem eſſe. Ex eodem Plut. in Rom. affertur βραβεύουσι τὴν ἔριν ὄρνισι pro Diiudicare litem auibus. Item, πολέμους ἐβράβευε καὶ στάσεις κατέπαυε. Bud.

Bud. βραβεύειν ibidem poni testatur pro Dispensatorem esse. Et pass. Βραβεύεσθαι, Dispensari, Regi tanquam à brabeute. Polyb. οὐδὲ μὴν τὰς ὀλιγαρχίας, ἀριστοκρατίας νομιστέον, ἀλλ' ὅσαι κατ' ἐκλογὴν ὑπὸ τῶν δικαιοτάτων καὶ φρονιμωτάτων ἀνδρῶν βραβεύονται. Plut. Cam. τῶν δ' ἀρχαιρεσιῶν βραβευθεισῶν ὑπὸ Καμίλλου.

Βραβευτὴς, Idē quod βραβεὺς. Et metaph. vt Aristot. Rhet. 1, καὶ ὅτι δικαστὴς ἐστὶ βραβευτὴς ὁ δικαστής. q. d. iuris moderator. Vult autem Etymol. vocari βραβευτὰς τοὺς ταῖς βασιλικαῖς ῥάβδοις κατέχοντας.

Βραβεία, Actio ipsa moderandi certamen & de eo statuendi. Exponitur & Diiudicatio seu Disceptatio, ex hoc Eurip. Phœnissis loco in Phœnissis, ὅπως κλύω μὴ τοὺς κοινὰς βραβείας. quod redditur in vulg. lex. Tuas de communi iure decisiones.

Βραβεῖον, ου, τὸ, Victoriæ præmium. Paulus 1 ad Cor. 9, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον. Item, Sceptrum regium, si Etymol. autori credere dignum est.

C. ΚΑΤΑβραβεύω, q. d. Sententiam aduersus quempiam fero qua brabio indignum pronuntio, quum tamen alioqui dignus sit. Nulla enim aptior ad exprimendam vim præpos. κατὰ, in mentem mihi venit interpretatio. alioqui breuius reddi potest, Debito brabio priuo. Vel, Debitō brabio fraudo. Paul. ad Col. 2, v. 18, μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω. vbi huius verbi alias interpr. varias vide in annot. Eras. & Theodori Bezæ. Sic autem pass. Καταβραβεύομαι pro Debito brabio fraudor. &c. sequendo analogiā interpretationis vocis actiuæ. Sed generalius interdum vtraque vox vsurpatur: vnde καταβραβευθέντα Bud. simpliciter vertit Damnatum (vt & Hesych. καταβραβεύεται exponit κατακρίνεται) in hoc Demosth. loco in Midiam, vbi testium verba referuntur, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐπιστάμεθα Στράτωνα ὑπὸ Μειδίου καταβραβευθέντα καὶ παρὰ πάντα τὰ δίκαια ἀτιμωθέντα. Sed male in vulg. edit. omissa hic est præpos. παρὰ. ET Παραβραβεύω idem esse Hesychio scribit Erasmus, quum tamen ille ἐκκρίνειν exponat. Ego certè eundem esse huius verbi sensum crediderim, sed sonare perinde acsi quis dicat, In brabio conferendo aliquem præterire.

-ΒΡΑΔΥΣ, έος, ὁ, Tardus (quod opponitur celeri) Odyss. θ, — κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν. Et alibi, βραδέες δέ τοι ἵπποι. Plato Apol. βραδὺς ὢν καὶ πρεσβύτης. Apud Xen. πεζῶν τάχιστοι καὶ βραδύτατοι contr. Item, Βραδὺς, Tardus, id est segnis; cui opponitur ὀξύς. Thuc. 8, διάφοροι γὰρ πλεῖστον ὄντες τὸν τρόπον, οἱ μὲν ὀξεῖς, οἱ δὲ βραδεῖς. Et τὸ βραδὺ pro segnitie apud eundem lib. 1, καὶ τὸ βραδὺ καὶ μέλλον, ὃ μέμφονται μάλιστα ἡμῶν. Segnitiem & cunctationem. Item, Tardus ingenio. Suid. ex Aristoph. Βαρὺς quidā deduxerunt, vt docebo infrà in Βάρδιστος.

Βραδύτερος, comparatiuū. Βραδύτατος, superlat. vide in Βραδέως.

Βραδέως, Tardè, Serò. Item segniter, Cunctanter, μελλητικῶς, Hesych. βουλεύεσθαι βραδέως Bud. interp. Lente & remissè, Ethic. 6, καὶ φασι πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως. Thuc. βουλεύεσθαι οὐ βραδέως, ὡς ἐν περὶ βραχέων. quod Gall. dicitur *penser à loisir*. Com. βραδύτερον, Superlat. βραδύτατα (sicut à nomine sunt βραδύτερος & βραδύτατος) vt βραδύτερον ἥκειν apud Plat. sed additur βράδιον (licet τὸ βραδίων non itidem exemplum afferatur) ex Hesiodo, — βράδιον δὲ φαείνει. Et ex Alex. Aphrod. βράδιον πολιοῦνται. Plut. in Fab. πάχιον μὲν ἐγὼ παρεσπεδόκων, βράδιον δ' ἢ αὐτὸς ἐπανορθώσαι. Quidam tamen apud Luc. reprehendēs eum qui hoc βράδιον vsus erat, dixit, ὡς ἔστιν ὅμοιον τῷ τάχιον. ET Βράσσων οιος apud Hom. Il. κ. pro βραδίων, vel secundum alios, βραχίων, & ex alterutro factum. Habes tamen & aliam expos. apud Hesych. & Eustath. huius βράσσων.

Βραδυτὴς, ῆτος, ἡ, Tarditas. Item, Segnities. Il. τ, ἡμετέρη βραδυτῆτι τε νωχελίῃ τε. Herodian. 3, μελλήσεως καὶ βραδυτῆτος δεῖς ἕκας.

Βράδιον pro eodem, vt dicitur τάχος. Xen. De arte eq. μήτε πεζῇ ἂν τάχιστα, μήτε τῷ ἄγαν βραδεῖ.

Βραδύνω, Tardo, Cunctor. Philostrat. in epist. ὅν οὐ μέλλουσι μέλλων καὶ βραδύνων ἐπ' αὐτῷ δεῖ. Herodian. cum ἐπὶ, & cū παρὰ sed diuersa ratione: lib. 2, ἐθαύμαζον ἐπ' ἐμοὶ Κόμμοδον βραδύνοντα. lib. 3, ὁ δὲ πατὴρ ἐπὶ πολὺ νοσῶν καὶ παρὰ τὸν θάνατον βραδύνων.

C. ἘΜβραδύνω, Immoror. vt ἐμβραδύνειν τῇ παιδιᾷ, Immorari ludo, pro Morari in ludo.

C. ἘΠΙβραδύνω, Immoror, Vltrà moror. Luc. καὶ μὴν ἄν γε μικρὸν ἐπιβραδύνῃς, ἤδη σου ἅπτομαι προσκεκληκὼς μὲν. Id est, Te internimam nisi hinc citò abieris. Bud. interpr.

¶ Βάρδιστος pro βράδιστος (& hoc ipsū pro βραδύτατος) Tardissimus. vt Il. ψ, — ἵπποι βάρδιστοι θείειν. Est autem metathesis in hoc βάρδιστος: ad quam tamen recurrendum non fuerit si cum Etymol. βραδὺς à βαρὺς deriuari dicamus.

ΒΡΑ'ΖΩ, item Βράσσω, Ferueo, Bullio. Hesychius enim βράσσω exponit ζέω. Sed ἔβρασεν in quodam loco quem Suidas affert, de mari dictum, significat Æstuando expulit, aut, Vi æstus & agitationis eiecit. Sic & ἔβρασας Epigramm. 3, — ἐστία δ' αὐτὴ βέβρασται ψυχῇ τῇδε παρ' ἠιόνι. Scholiast. Nicand. ἔβρασεν apud eū interpret. ἐξέβρασεν. Apud Apollon. autem Argon. 2 ὕδωρ βρασσόμενον redditur Efferuescens. Budæus βράσσεσθαι interpretatur Agitari, Iactari, Concuti, in hoc Basilii loco, 333, θάλασσαν ἀεὶ ζέουσαν καὶ βρασσομένην τῷ κλύδωνι: & in isto versu Gregorii, Ἔνθα καὶ ἔνθα κακοῖς βρασσόμενον μεγάλοις. vbi cum de vita quasi de pelago loqui admonet. Idem, βρασσόμενος τῇ πενίᾳ καὶ ἀργαλέαις μελεδῶσι. Et βράσσεσθαι ὑπὸ τοῦ γέλωτος, Risu concuti, vel quati. vt βρασσόμενος ὑπὸ τοῦ γέλωτος ἤλγει τὴν γαστέρα. quod Bud. ex Luc. affert. Vide Βρασματώδης γέλως. Sciendum est autem pro Ferueo dici potius βράζω.

Βράσμα & Βρασμὸς, Ebullitio, Feruor. Itē Agitatio, velut aquæ bullientis, vt inquit Budæus, subiungens ex Gregorio, ὥσπερ ὁ ἐν ὕδασι βρασμὸς ἢ καὶ ζέσις αἵματος. Et ex eodem, οὐδὲ γέλωτος ἀκρατεῖς, οὐδὲ κενὰ βράσματα δημώδη. HINC Βρασματώδης, vt Greg. de Iul. γέλωτα ἀκρατῆ τε καὶ βρασματώδεις. Risus immodici quibus ita concutimur vt venter doleat, sicut modò dictum fuit in Βράσσω.

C. ἈΝΑβράζω, actiuè, Feruefacio, Bullire facio. Dioscor. lib. 1, καὶ ἀναβράσσειν ὑποκαίων, Et bullire facito, igne succenso. Passiuum est ἀναβράζομαι, vnde participium ἀναβραχθεῖσα apud Apollonium Argon. libro 2, — ὥστε δὲ πολλὴ ἅλμη ἀναβραχθεῖσα. vbi ἀναβραχθεῖσα exponitur Æstu & feruore maris elata.

C. ἘΚβράζω, (potius quàm Ἐκβράσσω) Bullire facio, seu feruere facio. Vnde Ἐκβράζομαι, Ebullio, Efferuesco. Chrysostomus, εἰς τὰ ἔξω τὰ πρὶν ἐξεβράσθησαν. ET Ἐκβρασμὸς, Ebullitio, ἔκζεσις, Suidæ. ITEM Ἔκβρασμα, quod erumpit quasi bulliendo. Vnde ἐκβράσματα pro papulis ardentibus, ex Galeno & Ægineta.

Ἀναβράσσω, & Atticè Ἀναβράττω, Feruefacio. B. ex Aristoph. in Ranis, κρέα ἀνέβραττεν ὀρνίθια.

Ἀνάβραστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Feruefactus. vt ἀνάβραστον ὕδωρ apud Dioscoridem. Apud Aristophanem in Ranis, ἀνάβραστα κρέα, Carnes elixæ, Carnes coctæ bulliendo.

ἈΠΟβράσσω, vel Ἀποβράττω (& secundum quosdam etiam Ἀποβράζω, vt ἐκβράζω) Feruendo seu æstuando expuo, siue eructo, Per æstum expuo. Budæus interpret. etiam Exæstuo ex Iustino. Ἀποβράσσομαι passiuum, Per æstum expuor, seu euomor: aut simplicius, eiicior. Philo De mundo, ὅσα πρὸς αἰγιαλοὺς εἴωθεν ἀποβράττεσθαι. id est, inquit Budæus, Ab æstu eiici in littora. q. d. Exspumari, vno verbo: sicut & ἀπόβρασμα Spuma exponitur. Greg. de igne Ætnæo loquens, εἰ δέ που πλεονάσαν τύχοι καὶ δυσκάθεκτον, τὸν κόλπον ἀποβράσειν.

Ἀποβράζω, pro Deferuesco etiam capitur, Budæo teste.

Ἀποβράσσω, secundum Hesychium est etiam διίημι πυροὺς ἢ ἄλευρα ὀθόνῃ. vbi διίημι quidam exponunt Discerno vel Secerno. Callimachus, — οὐδὲ ἀπέβρασε σαῦλον ἀλετείς. HINC Ἀπόβρασμα, ατος, τὸ, Furfur tritici. Ἀποβράσματα, inquit Hesychius, τὰ σκύβαλα τῶν πυρῶν. Suidas ponit simpliciter τὰ πίτυρα. Item Spuma.

¶ Ἐκβράσσω, Æstus impetu eiicio, seu expuo. Vnde Ἐκβράσσομαι. Chrysostomus, νεκροὺς ἐπὶ τοὺς αἰγιαλοὺς ἐκβρασσομένους. Dioscorides, τῇ ποτὲ μὲν ἐκβράσσεται εἰς τὰς ἠϊόνας. Athenæus, ἐξεβράσθη τοῖς Ἐρυθραῖς κῆτος πλῆθος.

C. Ἐκβρασμὸς, Ipsa eiiciendi actio, quæ fit ab æstu.

Ἐκβράσματα θαλάσσης ex Tacito redditur Eiectamenta maris. Apud Dioscoridem autem lib.5, αὐτομάτως γίνεται οἱονεὶ ἔκβρασμα ἐν Ἰνδικῶν καλάμων, redditur, Spumæ modo erumpens. A

ΒΡΑΧΥΣ, έος, ὁ, Breuis, Paruus, Exiguus. Propriè autem Breuis: vnde βραχύτης apud Platonem opponitur μήκει. Sic βραχέα ξίφη dicuntur Lacones habuisse, id est breues enses. Et apud Athenæum 14, Agesilaus perhibetur fuisse βραχὺς τὸ σῶμα. Tucydides autem βραχεῖαν & μεγάλην προφασιν opponit, lib.1: idem lib.4, πλέονος & βραχυτέρας γῆς. Apud eundem ἐκ βραχέος, subaud. διαστήματος, lib.3, ὥστε ἐκ βραχέος τὴν διάβασιν γίγνεσθαι. quod exponitur Vt breuis traiectus esset. Sic ab eodem dicitur διὰ βραχέος. Item, βραχεῖ μορίῳ τῆς δαπάνης. Item, ἐν βραχεῖ μορίῳ ἡμέρας, lib.1. Vtuntur enim hoc vocabulo sæpe in breuitate temporis significanda. vt quum Hippocr. scribit, ὁ βίος βραχὺς, ἡ τέχνη μακρά. Dicunt item ἐν βραχεῖ & περὶ βραχέος, subaud. χρόνῳ & χρόνου. Chrysostom. περὶ βραχέος ἀποστὰς τῶν βιωτικῶν φροντίδων, Qui ante breue [tempus] curis secularibus valedixit, id est Paulo antè, Non ita pridem. ἐν βραχεῖ autem apud Luc. exponitur Breui tempore, item Paulo momento, Subitò, Repentè. Sed ἐν βραχεῖ sæpius ponitur pro eo quod Latini dicunt Paucis, sub. verbis: vt apud eundem Anacharsis. τὰ μὲν πάντα οὐ ῥᾴδιον διελθεῖν ἐν βραχεῖ. In quo loquendi genere subaudiri posse existimo λόγῳ: at in hoc Euripidis loco (& similibus) ἐν βραχεῖ συνάπτω λόγον, datiuum βραχεῖ substantiue accipio, nisi quis aliud substantiuum quod commodè subaudiri possit, ostendat. Dicitur itidem plural. ἐν βραχέσι (sed rarius) pro Paucis. Et ἐν βραχυτάτοις, Synes. ὡς γὰρ κατ' αὐτὴν ὡς ἐν βραχυτάτοις οὕτως ἔχει, Vt breuissime complectar. At διὰ βραχέων non minus frequens est quàm ἐν βραχεῖ. Demosthenes, διὰ βραχέων δεῖξαι. Lucian. ταῦτα ἐρῶ διὰ βραχέων ὡς οἷόν τε. In quibus locis subaudio ῥημάτων: quum ἐκ βραχέων ῥημάτων δεῖξαι alicubi dicat Demosthenes. Alioqui & aliud quodpiã substantiuum huic synonymum subaudiri possit. At βραχὺ præfixa præpos. κατὰ, redditur aduerb. Paulatim, Sensim, (sicut & κατὰ μικρὸν) vt κατὰ βραχὺ μαλάττεσθαι. Galenus ad Glaucon. lib.1. Thucydides tamen in vulg. lex. πλὴν κατὰ βραχύ τι τεῖχος ἀπετετέλεστο, pro Præter aliquantulum spatii. Redditur autem illa voce Latina & cum comparat. vt βραχεῖ γέ τινι πλείω, Plato De republica, Aliquanto vel aliquantulo plura. Et βραχὺ, item βραχύ τι, Aliquantum, Paulum. Thucydides 1, βραχὺ μέν τι προελθόντες ὡς βοηθήσοντες. Gregor. βραχύ τι τὸν λόγον ἀναγαγών. Et de tempore: vt βραχὺ περὶ τῆς δείλης, Plutarch. in Galba, pro Paulo ante crepusculum. Interdum & Paulisper, vt Act. Apostol. cap.5. Nonnunquam verò βραχὺ aduerbialiter positum per Parum redditur, vt βραχὺ φροντίζειν, Aristophani & Demostheni, Parum curare, pro Non curare. Dicitur denique βραχὺ quod est paruum, id est parui momenti, seu parui pretii. vnde βραχέος ἄξιος apud Platonem De legib. pro contemnendo. Thucydid. autem dixit βραχύ τι εἶ καὶ οὐδενὸς ἄξιον. Apud eũdem verò βραχὺ, Paruum, id est Parui laboris. lib.3, βραχὺ γὰρ τὸ τὰ ἡμέτερα σώματα διαφθεῖραι, ἐπίπονον δὲ τὴν δύσκλειαν αὐτοῦ ἀφανίσαι.

Βραχέα, τὰ, Breuia. vt Virgil. In breuia & syrtes. ET Βράχεα tanquam à βραχὸς, vt apud Plutarch. De anim. prud. οὕτως οὐκ ἐνσχεθήσεται βράχεσιν, οὐδὲ εἰς τέναγος. Et Polyb. ἡ τοῖς βραχέσι περιπίπτον. ita enim scribit Budæus, non βραχέσι, licet ex alio eiusdem loco afferens βραχέα. Idem Bud. scribit βραχὺ à Polluce nominari inter nauigandi offendicula, & subiungit ex Herodoto, ἐπικέλλαι ἐς θάλασσαν οὐκέτι πλωτὴν ὑπὸ βραχέων.

C. Ἀμφίβραχυς, Vtrinque breuis, Vtraque ex parte breuis. Pes est in carmine sic appellatus à Græcis quòd primã & vltimã habeat breuẽ, lõgã autẽ mediã. Huic opponitur ἀμφίμακρος. nã βραχὺς est breuis, vt μακρὸς, Longus. H AT Τρίβραχυς, pes in carmine tribus breuibus syllabis constans.

Βραχέως, aduerbium, Breuiter, Paucis. Exponitur & Modicè, Leniter: vt in his Gal. ad. Glauc.2, βραχέως δεῖται ξηραίνεσθαι.

Βραχύτης, ητος, ἡ, Breuitas. Schol. Thuc. est etiam ἀσθένεια.

Βραχύνω, Breue reddo, Corripio. Apud grammat. syllabam βραχύνεσθαι & ἐκτείνεσθαι contraria sunt, vt apud Latinos Corripi & Produci.

¶ Βραχίων, ονος, ὁ, Brachium, Lacertus. Eurip. Hecuba, — οὐ γὰρ φέρειν ὅπλα Οὔτ' ἔγχος οἷός τ' ἦν νέῳ βραχίονι. Etymol. vult dici quasi βραχυκίων, vel quòd sit βραχίων (.i. βραχύτερος) τοῦ λοιποῦ μέρους τῶν χειρῶν. Quid autem propriè veteres βραχίονος appellatione comprehenderint, docent Gorr. & Cam. ex vet. HINC Λευκοβραχίων, ονος, ὁ & ἡ, Cãdida brachia habẽs, pro Quæ est pulchra, signif. à parte totũ, eodẽ modo quo dicitur λευκώλενος. ITEM Βραχιονιστὴρ, ET Βραχιόνιον AC Περιβραχιόνιον, Xen. Pæd.6, Ornamentum brachii, Armilla.

ΒΡΕΜΩ, Fremo, Murmuro. Il.θ, — κῦμα θαλάσσης Χέρσῳ ῥηγνύμενον, μεγάλα βρέμει. Et Il.β, βρέμεται pro eodem. Sic autem Lat. Fremere, & frequentius etiam fremitum de mari resonante dicunt, sicut & Murmurare. Transitiuè apud Nonnum πολύστονον ἔβρεμον ἠχὼ, q.d. Vocem cum fremitu edebant. Quin & propter πολύστονον non dubitem reddere Multifremam vocem edebant. ‖ Βρέμω, Fremo, id est fremebundè minor: vt Bud. interpr. in his Greg. οὕτω βρέμοντι κατὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ λεόντιον βρυχωμένῳ, ὁ χρυσάδας εἰσάγεται. Itẽ in his eiusdem in Epitaph. patris, παρῆν γὰρ ὁ βασιλεὺς βρέμων χειμάνοις.

C. Ἐριβρεμέτης, q.d. Grandifremus, Grandistrepus. vt Iupiter ἐριβρεμέτης apud Hesiod. Magno cum strepitu seu fragore tonans. ET Ὑψιβρεμέτης, idem Iupiter ab eodẽ Hesiodo & Homero dicitur, q.d. Altifremus, Altistrepus. Redditur & Altitonans. est enim ὑψιβρεμέτης, Qui ab alto seu in alto strepit tonãdo. Significãtius tamen est ὑψιβρεμέτης, quàm Altitonans.

C. Ἐμβρέμω, & pass. voce Ἐμβρέμομαι, Infremo.

C. Ἐπιβρέμω, q.d. Adfremo. Sed in isto Homeri versu qui est 739, Il.ρ, Ἐν σέλαϊ μεγάλῳ τὸ, τ' ἐπιβρέμει ἲς ἀνέμοιο, actiuè sumitur ἐπιβρέμειν de flamma quam ventus cum fremitu sufflat, vel quam sufflando fremere seu stridere facit.

Βρόμος, Fremitus, Ingens sonitus, Fragor. De sono maris dicitur, item de ventis in Epigr. Οὐκέτι κοιμήσαις αἰγιαλοῦ βρόμον, οὐχὶ χαλάζης. Aristot. De mundo, εἰληθὲν δὲ πνεῦμα ἐν νέφει παχεῖ τε καὶ ἐκπρωτοβρόμον καὶ πάταγον ἀπεργάσεται μέγαν. Idem de terræ motu βρόμον & μυκηματώδη (vt est mugitum) pro eodem dixit, vt tradit Bud. Sic autem mugientem fremitum dixit Catullus. De ignis etiam crepitu dicitur, (atque adeo hanc propriã esse signif. vult Suidas: quod si verum esset, de βρέμω quoque, vnde illud deducitur, dicendum idem foret) atque ita vtitur Strabo (vt inquit Budæus) de fremitu ignis ἐκ τῶν ἀναφυσημάτων τῆς Αἴτνης, & similium, cum alibi, tum pagina 121.

C. Ἄβρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fremitũ vel strepitum magnum edens, Valde perstrepens. Itẽ Valde vociferans, Multũ clamans, Clamosus, Tumultuosus: vt sit à βρόμος, præfixo intensiuo α. Hom. Il.ν, de Troianis, Ἕκτορι Πριαμίδῃ ἄμοτον μεμαῶτες ἕποντο, Ἄβρομοι, αὐΐαχοι, id est, πολύβρομοι καὶ πολυηχεῖς, vt habetur in paruis scholiis. At Eustathius exponit ἅμα βρόμῳ, ἅμα ἰαχῇ. Sic & Porphyrius in Quæst. in Homerum. Hesychius quoque in Ἀβρομοαύταχοι (quæ vox deprauatè conflata est ex his Homeri verbis, ἄβρομοι, αὐΐαχοι, aut ego fallor) vult esse pro ὁμόβρομοι, vt ἄκοιτις pro ὁμόκοιτις: aut pro πολύβρομοι. q. d. multifremi: vt α sit intensiuum, sicut initio dixi.

Ἄβρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fremitum seu strepitum nullum edens, Non vociferans, Non tumultuosus. Sic Hesych. apud quẽ habetur & ἄβρομον, Origanũ. VNDE Ἀβρομία, ας, ἡ, Tenebræ. Hesych. Pono autẽ post ἄβρομος quòd suspicer tenebras ita vocatas quia nox strepitu carere solet, & omnia in ea cõticescunt.

C. Βαρύβρομος, ου, ὁ & ἡ, Grauifremus, Grauistrepus, sed Latinis, Horrisonus. Aristoph. πόντον κελάδοντα, βαρύβρομον. Et βαρύβρομος βροντὴ apud Luc. poetico epitheto iocosè vtentem in Timone.

C. Ἐρίβρομος, idem quod præcedens ἐριβρεμέτης, q.d. Granditremus.

Βρομέω, ῶ, idem quod βρέμω, Fremo. Apollon. Arg. 2, — αἱ δ᾽ ἑκάτερθε Στροφάδες βρόμεον. ET Περιβρομέω, idē quod περιβρέμω, Circumtremo, apud eundem.

¶ Βρόμιος, Bacchus, Dionysus. à βρόμος enim deducit Etymol. at Suidas à βρέχω. vide vtrunque. Et βρομία χάρις ad iectiuè ex Aristoph. affertur pro οἱ διονυσιακοὶ ἀγῶνες. id est (ad verbum) Dionysia certamina. ET Βρομιάζομαι ex Epigr. pro Bacchor.

ΒΡΟΝΤΗ, Tonitrus, vel Tonitru. Iliad. φ, Δεινήν τε βροντήν. Aristoph. Nub. — βροντὴ δ᾽ ἐρράγη δι᾽ ἀστραπῶν. Et βρονταὶ plur. numero apud eundem, item apud Xenoph. & cæteros.

Βρονταῖος Ζεὺς, q.d. Tonitrualis Iuppiter, Tonitruū autor.

C. Βροντησικέραυνοι νεφέλαι. Aristoph. q.d. Tonitrufulminantes nubes.

C. Βροντοποιὸς, Qui tonitrum facit.

C. Ἐλασίβροντος, A tonitru agitatus, Impetu quodam agitatus, qualis est tonitrus. vt ἐλασίβροντα ἔπη apud Aristoph. exponitur ὥσπερ ὑπὸ βροντῆς ἐλαυνόμενα.

Βροντεῖον, ου, τὸ (q.d. Tonitruarium) Tonitrus officina, Machina in scena tonitrum edens, id est fragor tonitrum imitans. coniiciebantur enim in ænea vasa lapides, vt in v. lex. (in quibus tamen βροντεῖον dicitur fuisse locus in scena in quo strepitus ille edebatur) annotatum habes ex Poll. & schol. Aristoph. quos vide: item Eust.

Βροντία, Lapis quidam à tonitru nomē habens. Vide Plin.

Βροντάω, τῶ, Fut. ήσω, Tono. Od. ξ, Ζεὺς δ᾽ ἄμυδις βρόντησε καὶ ἔμβαλε νηὶ κεραυνόν. Et βροντᾷ imperson. Tonat, in v. lex. Item Βεβροντῆσθαι pro Attonitum esse. qua tamē signif. dicitur potius ἐμβεβροντῆσθαι.

C. ἈΝΤΙβροντάω, ῶ, Contra tono, Obtono, Aduersus tonātem tono, vt Salmoneus apud Lucianum dicitur ἀντιβροντᾷν ipsi Ioui. Datiuum habet, sicut ἀντιβοᾷν, & cætera huius generis.

C. Ἐμβροντάω, ῶ, Attonitum reddo. (intelligo Attonitum in propria signific.) Vnde Ἐμβεβροντῆσθαι dicitur qui redditus est attonitus.) Et apud Plut. ἐμβεβροντῆσθαι, Attonitū esse, id est stupidum, quasi fulmine stupefactum. Bud. Apud Luc. item, εἱστήκειν δὲ ὅμως ἀχανὴς καὶ ὑπὸ τῆς μεγαλοφωνίας ἐμβεβροντημένος. HINC Ἐμβροντησία, Stupor quo percelluntur attoniti. Vel, Stupor qualis est attonitorum. Vnde pro vesania ponitur. Hesychio est μανία & φρενοβλαβία. ET Ἐμβρόντητος, Attonitus. Item, Vesanus. Dem. Pro cor. ἐμβρόντητε εἶτα νῦν λέγεις;

C. ἘΠΙβροντάω, ῶ, vnde ἐπιβρόντητος, Soph. idem quod ἐμβρόντητος. Exponitur etiam Væcors, Væsanus.

C. ΚΑΤΑβροντάω, ῶ, Aduersus aliquem tono, vel Tonitru obstupefacio, seu attonitum reddo.

ΒΡΈΧΩ, Madefacio, Intingo, Macero. Item Irrigo. vt Antiphan. arbores quæ sunt παρὰ ῥείθροισι χειμάρροις dicit die noctéq; βρέχεσθαι, id est irrigari. ‖ Item βρέχειν pro Bibere, Athen. ex Antiph. δεῖ γὰρ φαγόντας δαψιλῶς βρέχειν. Et vt Lat. Madidus dicitur qui est appotus, siue qui plusculum se inuitauit, sic & βεβρεγμένος vsurpatur, id est ad verbum Madefactus. Nonnulli autē βεβρεγμένος Ebrius interpret. perperam, quum Hesych. quoque non exponat μεθύων, sed ὑπομεθύων, q.d. subebrius. ‖ Βρέχω, Pluo, apud Matth. Luc. Iac. constructione diuersa. Et Apoc. ἔβρεξεν ὑετός.

C. Ἄβρεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἄβροχος. vt ἄβρεκτος παλάμη, Nonno, Manus non madefacta. à βέβρεκται tertia persona præteriti verbi βρέχομαι, præfixo itidem α priuatiuo.

C. Ἀρτιβρεχὴς, Nuper madefactus, Nuper irrigatus, in Epigramm.

Βροχὴ, Madefactio. Item Pluuia.

C. Ἄβροχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non madidus, Nō madefactus, Siccus. Athen. 2, λυπεῖ δὲ ἧττον τὰ χλωρὰ τῶν ξηρῶν, καὶ τὰ βεβρεγμένα τῶν ἀβρόχων. Sic ἄγκυρα ἔτι ἄβροχος. Luc. Ap. i. anchora adhuc sicca, nondū madefacta. Huic opponitur διάβροχος. ‖ Significat etiam interdum ἄνομβρον, id est imbre siue pluuia carentem: quòd βρέχειν pro pluere ponatur aliquando. ET Ἀβροχία, ας, ἡ, Siccitas, Humoris penuria, aut imbrium.

C. Ἀμφίβροχος, ου, ὁ, Vndique madefactus, Omni ex parte madidus. ‖ Dicitur etiā ἀμφίβροχος, Vndique madidus, id est vino madens. vt Lat. quoque madidi dicūtur qui sūt ebrii. In Anth. Ep. Ἡδὺ μέθυ βλύζων, βεβρεγμένος εἵματα Βάκχῳ. Suid. ET Ἡμίβροχος, Semimadefactus. ET Πολύβροχος, Multum madefactus. ET Ποντόβροχος, Mari madefactus, In mare immersus. Item, In mari submersus, ex Macc. 3.

C. Δίβροχος, Bis madefactus, Bis intinctus, seu immersus.

C. ἈΝΑβρέχω, Madefacio, in v. l.

C. ἈΠΟβρέχω, Perfundo, Madefacio, Intingo, Imbuo, Macero, vt ἐὰν μὴ τὴν σπάθην εἰς νοῦν ἀποβρέξας διαλέγῃ. Passiuum Ἀποβρέχομαι, Perfundor, Madefio, Aqua diluor, vel maceror. Vnde participia ἀποβεβρεγμένος & ἀποβραχεὶς, Madefactus, Dilutus. Dioscorides lib. 1, cap. 152, ἀποβραχεὶς δὲ ἐν ὀμβρίῳ ὕδατι αἱμοπτοϊκοὺς ὠφελεῖ πινόμενος.

Ἀπόβρεγμα, ατος, τὸ, Dilutum. Budæus ex Plinio. Est (inquit) aqua ea qua aliquid perfusum est vel prolutum; vel in qua madefactum fuerit, aut innatarit. vt in Hippiatria, ἡ τροφὴ δὲ αὐτοῦ χλωρὸς ἔστω χόρτος, ἢ ἐρέβινθοι· ἢ καὶ ἀποβρέγματι ἐρεβίνθων παρεχέσθω. Frequens est vocabulum hoc apud Dioscoridem, & variis modis redditur. vt ἀπόβρεγμα σμύρνης, Myrrhæ dilutum, Maceratæ vel madefactæ myrrhæ liquor, Aqua in qua myrrha madefacta vel macerata fuit. sic ἀπόβρεγμα θέρμων apud eundem. item ἀπόβρεγμα φύλλων.

Ἀποβροχὴ, ῆς, ἡ, Perfusio. Madefactio. Citatur ex Gal. ἀποβροχὴ τῆς κεφαλῆς pro perfusione capitis.

C. 2. Ἐναποβρέχω, vt ἐναποβρέχω τῷ ἐλαίῳ ῥόδα, pro ἀποβρέχω ἐν ἐλαίῳ, Rosas in oleo macero.

C. ΔΙΑβρέχω, idem quod ἀποβρέχω. In Geopon. σῖτος διαβραχεὶς quod Columella vocat maceratum far. ET Διαβροχὴ idem quod ἀποβροχή. ET Διάβροχος, (oppositum præcedenti ἄβροχος) Madidus, Vuidus, Madefactus.

C. ἘΜΒρέχω, (q.d. Immadefacio) Immergo. Budæus. ἐμβρεχόμενα μύρα, apud Dioscoridem interpret. Inspersa vnguenta.

C. ἘΠΙβρέχω, Perfundo. vt ἐπιβρέχειν τὸν θώρακα μηλίνῳ ἢ ῥοδίνῳ. Sic Dioscorides ἐπιβρέχειν τὸν στόμαχον τοῖς δι᾽ ἀψινθίου. ‖ Ἐπιβρέχειν ἁμαρτωλοῖς, Pluere super peccatores, apud Nazianzenum, πῦρ Σοδομιτικὸν πᾶσιν ἁμαρτωλοῖς ἐπιβρέχει. ET Ἐπιβροχὴ, Perfusio, Gal.

C. ΚΑΤΑβρέχω, itidem vt ἐπιβρέχω, Perfundo. Item, Mergo. Theophrast. δρῦς δὲ κατορυττομένη καὶ ἐν ὕδατι καταβρεχομένη, ἄσαπής. VNDE Προκαταβρέχω, Antè perfundo.

C. Προβρέχω, Præmadefacio, Prius macero. Vnde Προβραχεὶς, Præmadefactus, Antè maceratus.

B. ὙΠΟβρέχω, q.d. Submadefacio, Aliquantum madefacio, vel irrigo, aut imbuo. vnde ὑποβεβρεγμένος dicitur Imbutus leniter vino, Aliquantulum appotus. Bud. ex Luc. Sympos.

¶ Βρεχμὸς, οῦ, ὁ, Et Βρέχμα, itē, Βρέγμα, Sinciput. Homerus Iliad. ε, Κύμβαχος ἐκ κονίῃσιν ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους Δηθὰ μάλ᾽ εἱστήκει. Vbi Eustathius scribit hanc partem ita vocari quòd in infantibus sit non solùm tenera, sed & valde humida, vt videri quodammodo possit βεβρέχθαι, id est madefacta esse. Alex. Aphrodiseus Problem. lib. 2, ἐπὶ τῶν φαλακρῶν τὸ μὲν βρέγμα ψιλοῦται, οἱ δὲ κρόταφοι δασύνονται.

¶ Βρύχιος, Submersus, Suidas. Apud Apollonium autem βρυχίης ἁλὸς exponitur βρυχώδους, q.d. submersorii maris. ET Ὑποβρύχιος, idem quod βρύχιος, sed vsitatius. Apoll. Arg. 2, Κεῖται ὑποβρυχίης Σερβωνίδος ὕδατι λίμνης. Ex Herodoto ὑποβρύχιον φέρειν, pro Submergere. ET Ὑποβρυχὶς pro eodem. AT Ὑπόβρυχα sunt qui aduerbialiter positum putent apud Homerum Odyss. ε, Τὴν δ᾽ ἄρ᾽ ὑπόβρυχα θῆκε πολὺν χρόνον. Vide Eustathium, qui & per onomatopœiam factum esse hoc vocabulum scribit, probans ex illis eiusdem poetæ verbis, ἀμφὶ δὲ κῦμα βέβρυχε. Sed ego hic Etymol. sequi malui à βρέχω deducentem: alioqui certè βρύχιον dici putarem quasi βύθιον à βυθός.

ΒΡΟ΄ΧΩ, Sorbeo, Deglutio, Voro. Insusitatum thema, sicut & composita ἀναβρόχω & καταβρόχω, quum tamen ἀναβρόξειε & καταβρόξειε reperiantur apud Hom. vt mox docebo. A

C. Ἀναβρόχω, Fut. ξω, Idem, vel potius Resorbeo. Odyss. μ, Ἀλλ' ὅτ' ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ. Ibidem ἀναβρόξασα χάρυβδις, id est καταπιοῦσα, inquit Eustathius. & Odyss. λ, Ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων πιέειν μενεαίνων, Τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβροχέν. id est, ἀναποθὲν, ἀναρροφηθὲν, vt exponitur in breuibus scholiis. Apud Hesych. habetur simplex ῥοφηθέν: sed malim ἀναρροφηθέν. vt ἀναβροχὲν ὕδωρ sit aqua resorpta. Eustath. ait in ἀναβροχὲν aut abundare præpositionem ἀνά, aut significare eandem actionem sæpius repetitam. Sed quomodo ἀνερεύγεσθαι & ἀναβρόξαι Charybdin apud Homerum sint vertenda, docet Ouidius, quum scribit, Quæque vomit totidem fluctus toti demque resorbet. nam quin ad Homeri locum respexerit, hæc scribens, mihi non est dubium. Est autem thema inusitatū ἀναβρόχω, vt ait Eustathius: à quo formatum etiā ἀναβέβροχεν exponit καταπίνεται. B

C. ΚΑΤΑβρόχω, Idem. Od. δ, Ὅς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη. C

¶ Βρόχθος, ου, ὁ, Guttur. Theocritus, Ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο. Et βρόχθος pro Lagena, ex lib. 2 Epigrām. ΥΝDE Βροχθίζω, Sorbeo, Glutio, Voro, Helluor, vt inquit Bud. subiungens ex Aristot. βροχθίσαι pro Sorbere, in Problematis, σημεῖον δὲ τὸ μὴ πίνειν πολὺ, ἀλλὰ καὶ βροχθίσαι. Quas autem addit significationes, sequenti cōposito magis conueniunt. NAM dicitur & Καταβροχθίζειν pro Deglutire, seu Vorare: Gallicè *engueuler* (pro quo tamen pronuntiatur potius *engouler*) q. d. ingutturare. Lucianus, ὀπλωμένων ἀποσπάσας τῶν κρεῶν καταβρόχθισε. Sic apud Athenæum θερμὸν ποτὲ καταβροχθίσας ἰχθύν. AT Βροχθώδης λίμνη Nicand. scholiastæ est caua, vel sicca, aut parum aquæ habens. vnde (inquit) βρόχθος significat etiam ὀλίγον πόμα. Quasi verò (vt dem illi, sicut & Etymol. autori, βρόχθος hoc quoq; significare) βροχθώδης prius esse possit quàm βρόχθος. D

¶ Βρόγχος, ου, ὁ, Guttur. Galenus tradit Hippocrati βρόγχον esse vel totam asperam arteriam, vel guttur duntaxat. Etymologistes ἀπὸ τοῦ βρέχεσθαι deducit. sed quum Eustathius ponat thema βρόχω, & ab eo deducat βρόχθος, malui & hoc quod eiusdem est significationis, & o itidem retinet, ab eodem deriuare. Geoponic. autor βρόγχον appellat in hirco quod Varro gurgulionem. Scribit enim Varro, Hircus sit ceruice & collo breui, gurgulione longiore. Pro quibus legitur in Geoponic. τῶν τράγων ἐκκρίνουσιν αὐχένα καὶ τράχηλον βραχὺν ἔχοντας, βρόγχον δὲ μακρότερον. HINC Βρογχοκήλη, Tumor in gutture seu aspera arteria exoriens. (quo qui laborat, Gutturosus Vlpiano) Celsus lib. 7, cap. 13, At in ceruice inter cutē & asperam arteriam tumor increscit. βρογχοκήλην Græci vocant. ET Βρόγχια (diminutionis forma) Asperæ arteriæ cartilagines penè circulares in totum pulmonem diuisæ. Gorr. In v. lex. Βρόγχια, Pulmonis concauitates, ex Alex. Aphrod. ὁ χυμὸς εἰς τὰ βρόγχια ἐνεχθεὶς τοῦ πνεύμονος, καὶ πληρώσας τὴν τοῦ μορίου οὐσίαν, ἐργάζεται τὸ πάθος. Inuenitur & Βράγχια pro βρόγχια. E F

Βρογχωτὴρ, ῆρος, ὁ, Vestimenti apertura qua collum inseritur inter induendum. Sic v. lex. ex Iosepho De antiq. Iudæorum, in descriptione sacerdotalis amictus, λαγαρὸν δὲ παρέχων τὸν βρογχωτῆρα περὶ αὐχένος. vbi reponitur βρογχωτῆρα. G

¶ Βράγχος, ου, ὁ, vel εος, τὸ, Raucedo, Raucitas, (quòd faucibus accidat) Aristot. Problem. βράγχοις ἁλίσκονται. At Alex. Aphrod. Problem. lib. 1, Τοῖς ἡβάσκουσι παισὶ γίνεται ἡ τῆς φωνῆς τραχύτης, ὁ παρωνομάζεται βράγχος τραγίζειν. HINC Βραγχώδης, Raucus. Et φωνὴ βραγχώδης, Aphrod. ITEM Βραγχάω ET Βραγχιάω, ῶ, Raucesco. Aristot. Probl. διὸ καὶ οἱ βραγχῶντες διαφθείρονται τὰς φωνάς. Apud Poll. autem βραγχᾶν. AT Βραγχιάζεσθαι Hesychio est πνίγεσθαι. H

Βράγχια, Branchiæ quibus pisces spirant (inquit Budæus) quæ & illis sunt loco pulmonis datæ, vt scribit Aristoteles De respir. 378. Apud Theocr. Cyclops cōquerēs φ non esset natus piscis, dicit, Ὤμοι ὅτ' οὐκ ἔτεκέν μ' ἁ μάτηρ βράγχι' ἔχοντα. ‖ Βράγχια apud Aristot. & pro faucibus porci, inquit idem Bud. Qui & βραγχίων πνεύμονος σηραγγώδων, apud Plut. interpr. Intestinis pulmonis fistulis coarctatis. ET Βραγχιοειδὴς, έος, ὁ & ἡ, Branchiis similis.

¶ Βρόχος, Laqueus. Thucyd. 2, βρόχους τε περιβάλλοντες. Sed propriè esse volunt laqueum signif. restim ad suspendium, quia circūponitur gutturi, quod βρόγχος dicitur. Od. χ, — ἀμφὶ δὲ πάσαις Δειρῇσιν βρόχοι ἦσαν. Et Od. λ, Ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου. Herodian. 7, ἐξαρτήσας ἧς ἐπεφέρετο ζώνης τὸν τράχηλον, ἐν βρόχῳ τὸ βίου ἀνεπαύσατο. Bud. exponit etiā Transenna, Tendicula. Idem βρόχον ex Polluce interpr. maculam retis quatuor modis constantem: & apud Xenoph. βρόχους maculas. HINC Βρόχιος μόρος, q. d. Laquearis mors, apud Nonum; θανεῖν ἐθέλει βρόχιον μόρον. ET Βροχὶς, ίδος, ἡ, in Epigr. idē quod βρόχος.

ΒΡΙ΄ΘΩ, Fut. σω, & Βρίθομαι, Sum grauis, Ingrauesco, Onustus sum. Item Deorsum vergo præ pondere, Propendeo. Hesiod. Erg. Ἔκπλεά βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν, id est βαρύνεσθαι, inquit Tzetzes. Hom. Il. π, Ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελαινὴ βέβριθε χθών. vt scribit Eustath. πολλὴν ἐπομβρίαν significari, ὥστε βαρυτέρας τηνικαῦτα γινομένης τῆς γῆς. B. autē vertit, Quum terra grandine procellosa obtecta est & obruta. In prosa quoque locum aliquādo habet hoc verbū. Philo De vita M. lib. 3, ἅπασα δ' εὐθὺς βλαστοῖς ἐξέφυσε, καὶ ὑπ' ἀφθονίας καρπῶν ἔβριθεν, Ingrauescebat. Synes. De insomniis, ὥστε καὶ βρίθον ὑπὸ κακίας συγκαταπεσεῖν ἐφεῖσαι αὐτῷ βαρυνθῆναι ψυχήν. Et pro Deorsum vergo, Inclinor. Aristot. Probl. sect. 15, ὅταν δὲ βρίσῃ ἐπὶ θάτερον μέρος. Philo De mundo, τὸ μὴ δὴ πυρῶδες συναίτιον ἦν, ὑπὸ τῆς περὶ αὐτὴν νωθροῦ βρίθειν ἀναγκάζεται, Deorsum vergere, vel Pessum ire. Sed adiungitur sæpe κάτω huic verbo quum Vergo significat. Lucill. Ep. lib. 2, οὐχὶ κάτω βρίσειεν βαρεῖ. Philo De V. M. l. 1, ὁπότε δὲ κάτω βρίσειαν [...] ἰσχυρὸν οἱ ἀντίπαλοι. Greg. ὅσον τὰ ὑπερέχοντα ἡμῶν ὑπαίρει τὸ συνδέτου καὶ ταπεινοῦ καὶ κάτω βρίθοντος κράματος. ‖ Interdum autem βρίθω non simpliciter est Inclino, sed cū impetu, ideóque redditur Incumbo, Ingruo, Impressionem facio. atque ita Bud. in hoc Plut. loco in Cæsare, οἱ δ' ἱππεῖς ἅπαντες ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν ἔβρισαν. Videtur autem ab Homero profecta esse hæc signif. Il. μ, — οἱ δ' ἰθὺς Δαναῶν βρίσαντες ἔβησαν Δὴρ' ἀναχάζομενοι. Vbi crediderim βρίθειν tale quid esse quale apud Virg. magna se mole ferre. Qui dixit alibi — densiq; ad muros mole feruntur. ‖ Βρίθω interdum exponitur etiam Onustus sum, Plenus sum, Abundo. vt Il. σ, Ἐν δ' ἐτίθει σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν. Od. τ, — βρίθησι δὲ δένδρεα καρπῷ. Sic Dionys. Alex. βεβριθότα ἀμάλλαις. Et βέβριθεν ὁλκὰς in Epig. Ibidem, νηῦς βρίθοντι. Ibidem, βεβριθὼς ὠρέη metaph. quod fortasse dictum est eadem forma qua à Virg. Pietate grauem ac meritis. Admittit autem alicubi βρίθω vtranque expositionem, videlicet & pro γέμειν & pro βάρος ἔχειν, quemadmodum & his in locis vbi genitiuo iungitur: Od. ι, Ταρσοὶ μὲν τυρῶν βρῖθον. nam Eustath. vult βρίθον esse vel γέμον, vel βάρος εἶχον, vt sit βάρος εἶχον ὑπὸ τῶν τυρῶν. Sic Od. ο, ξύστοισι δὲ τράπεζαι σίτου καὶ κρειῶν ἠδ' οἴνου βεβρίθασι. De hoc enim (vt opinor) loco intelligēs Hesychius βεβρίθασι exponit duobus modis, vel βεβαρημέναι εἰσὶ vel πεπληρωμέναι. Vtuntur autem & voce pass. in iisdem signif. & cū vtraque construct. Hom. Il. θ, Καρπῷ βριθομένη ὀπωρινῇ τε εἰαρινῇ τε. Et νηδὺς βριθομένη δάμαλις in Epigr. Grauida. Hesiod. Aspide — πέτηλα βριθόμενα σταχύων, ὥστε Δημήτερος ἀκτήν. Chrysost. quoque βρίθεσθαι dixit pro Ingrauescere & propendere: cuius locum & alios vide apud Budæum pag. 360. Idem Chrysostomus, ἄμπελον τῷ καρπῷ βριθομένην. Cæterùm βρίθω à βαρὺς deductum esse arbitror, vt ex βαρύθω factum sit βρύθω per syncopen, deinde βρίθω, mutata vocali υ in ι. Quoniam autem primitiuum non esse puto, lineolam illi præfixi. quòd si ab omnibus receptum iri putassem illud etymū, post βαρὺς hoc verbū posuissem.

Βρίθω metaph. Polleo, (vt apud Latinos Pondus habere tali metaphora dicitur) Soph. Aiace, Μηδ' ὄγκον ἄρῃς

μηδὲν, εἴ τινος πλέον ἢ χειρὶ βριθὺς, ἢ μακρῷ πλήσιν βάθει.

Βρῖθος, εος, τὸ, Pondus, Grauitas. Aristot. ET Βριθοσύνη, idem, apud Hom. Il. ε & μ.

Βριθὺς, έος, ὁ, Ponderosus, Grauis. Vt Il. ε, ἔγχος βριθὺ, μέγα, στιβαρόν. ET Βριθύνοος, Apollo, Grauem mentem (id est prudentem) faciens: In v. l. ex Epigr. ET Βριθυσινωπίτης, in eodem Epigrãm. volumine, lib. 2, Βριθυσινωπίτου Διογένεος ῥόπαλον, Diogenis Sinopensis seueri [philosophi] seu seueram quandam grauitatem præ se ferentis.

C. Ἀβριθὴς autem (sicut Ἐμβριθὴς, & Ὑπερβριθὴς) cum η, non υ. Est autem Ἀβριθὴς, Pondere seu grauitate carens, Leuis, apud Eurip. Ἐμβριθὴς, Ponderosus, Grauis. vt Plut.

B De orac. def. τὸ ἐμβριθὲς καὶ πολυμερές. Idem in Romulo, ἐμβριθὴς καὶ ὁμιχλώδης ἀναθυμίασις. De animi etiam rebus dicitur, sicut Lat. Grauis. vt Plato epist. 7, ἦθος φύσει ἐμβριθὲς, Mores natura graues. Et Plut. Pericle, φρόνημα ἐμβριθέστερον. Idem, An sen. administr. resp. οὕτως οὐδὲν ἐστι δόγμα γεροντικὸν οὐδὲ βούλευμα πεπεισμένον, ἀλλ' ἐμβριθῆ πάντα καὶ καθεστῶτα. In v. l. legitur & ἐμβριθὴς ἡλικία. Sed & personæ tribuitur, sicut in hoc eiusdem Plut. loco, vbi à B. redditur Grauis, item Constans: in Demetrio, καὶ πάθος οὐ μειρακίου παθὼν, ἀλλ' ἐμβριθοῦς στρατηγοῦ, κεχρημένου πραγμάτων μεταβολαῖς. Idem Plutarch. alibi, ὅθεν ἐμβριθέστερος ταύτῃ καὶ μεγαλοπρεπέστερος ὁ Δημοσθένης τοῦ Κικέρωνος.

C At Politian. apud Herodianum lib. 3, εὐβριθῆ καὶ θρασὺν νεανίαν interpretatur ferocem & audacem iuuenẽ. Apud Philonem autem, ἐμβριθεστέρας ἐπαναστάσεως ἐδέησε, redditur, Asperius insurgendum fuit. ET Ἐμβριθῶς, Ponderosè, Cum pondere. Item metaphoricè, Cum grauitate, Grauiter, Constanter. Item, Asperè. Herod. 4, ὁ δ' Ἀντωνῖνος ἐμβριθῶς τὰ πάντα καὶ θυμοειδῶς ἔπραττε. quod interpr. Polit. Antoninus cuncta asperius ferociúsque gerebat. ET Ἐμβρίθεια, Grauitas, Ponderositas. Item metaph. Grauitas, Constantia.

C. Ὑπερβριθὴς, Præponderosus, Grauissimus. Ex Soph. ὑπερβριθὲς ἄχθος, Grauissima molestia.

[Ἐπιβρίθω], Ingruo magno cum pondere. vt Iliad. ε, ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος. Et Apollon. Argon. 2, πόντῳ ἐπιβρίσασαι ἄελλαι. Rursum apud Hom. de bello, Il. η, Μή ποτ' ἐπιβρίσῃ πόλεμος. Item, Impressionem facio, Bud. interpr. in hoc App. loco, De bello ciuili l. 4, ὑπὸ δὲ πολλῶν ἐπιβρισάντων εἰς ἀπέθανε, πολλοὺς ἀποκτείνας, Multis autem vnà impressionem facientibus oppressus. ‖ Ἐπιβρίθω actiuè, Degrauo, Prægrauo. Chrysost. νικώσης αὐτὴν ἐπιβριθῶν φαντασίας.

C. ΚΑΤΑΒΡΙΘΩ, Ingrauesco. Item, Onustus sum. vnde καταβεβρίθασι. Hesiod. ὕες μαλλοῖς καταβεβρίθασι. Sed βρίθω exponitur etiam actiuè, Onero, Degrauo.

C. Βριθάρματος, Currum grauans, apud Hesiodum exponitur in Aspide, Τέως ὁ μὲν ἰαχῇ βριθάρματος οὔλιος Ἄρης Κεκληγὼς ἐπόρουσε.

ΒΡΙ pro βριθὺ & βιαρὸν ab Hesiodo dici (sicut κρῖ pro κρίμνον Homerus dixit, Sophocles ῥᾶ pro ῥᾴδιον) autor est Strabo. Eustathius autem vult ex hac particula βρι (quã ἐπιτατικὴν appellat, vulgò intẽsiuam interpret.) esse nõ solùm βιαρὸν, sed & ὄβριμον: item βριμοῦσθαι siue βριμάσθαι, atque alia. Ego, quanuis non minus verisimilẽ existimem nominis βιαρὸν deductionem à βία (vt dicatur βιαρὸν quasi βιαρὸν) & cæterorum quoque aliam afferri deriuationem sciam, illum tamen hìc sequi statui, vt ad vnum eundémque locum diuersa illa vocabula referre possim.

¶ Βριάω, Robustum reddo, Robur indo: item Robustus sum, Robore polleo. Vel, Potentem reddo, item, Potẽs sum. Vtranque autem signif. habet in hoc Hesiodi versu initio Ergων, Ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. In Theog. autem βριάειν dixit pro Auctiu reddere, (sicut Lat. Vim magnam de magno numero dicunt, quũ propriè vis robur significet) in hoc versu, Ἐξ ὀλίγων βριάει, καὶ ἐκ πολλῶν μείονα θῆκεν, vbi redditur, Ex paucis multiplicat.

Βριαρὸς, οῦ, ὁ, Robustus, Validus. A βία fieri βιαρὸς tradit Etymologistes, ex quo fit βριαρός: sed debuit potius ex βία deducere βριάω, ex quo deinde fiat βριαρὸς, vt ex ἰσχύω fit ἰσχυρός. HINC Βριαρόχειρ, Robustus seu vali-

A dus manibus, Cuius manibus robur inest.

¶ Βρίμη, ης, ἡ, Robur, Potentia. Etymol. ex Apoll. Argon. Μηδείης ποτὲ βρίμη φαρμάκου. Hesychio autem βρίμη est ἀπειλή, item ἡ γυναικεία ἀρρητοποιΐα. ET Βριμὰ eidem Hesychio sunt ἰσχυρά, Valida. Item βριμὸς est μέγας & χαλεπός.

¶ Ὄβριμος, (vel Ὀμβριμος) Robustus, Validus, Præualidus. Item, Impetuosus. Il. γ, — ὄβριμον ἔγχος, vt & Lat. Valida hasta. Iliad. δ, — ὄβριμον ὕδωρ, Impetuosa aqua, vel rapida. Sed in malam partem sæpe ponitur pro violento,

B seu eo cuius violenti sunt & furẽtes impetus. ita enim ex Cic. aptè reddi posse existimo. Hesiod. Theogonia, Τρεῖς παῖδες μεγάλοι, καὶ ὄβριμοι, οὐκ ὀνομαστοί. Vbi legitur & ὄμβριμοι. Sic autem passim tam apud eum quàm alios poetas (ac præsertim apud Homerum) quædã exemplaria ὄβριμον, quædam ὄμβριμον habent: quæ varietas itidem in composit. inuenitur. Eustathius certè à βρι deducens, ὄβριμος dicit per pleonasmum & πρόσθεσιν fieri, alterius scripturæ nullam mentionem addens. At ego memini me alicubi legere deductionẽ τοῦ ὄμβριμος

C ab ὄμβρος, quam sequendo non dubium est quin potius scribendum sit ὄμβριμος cum μ. Verùm ego in antiquioribus & fide dignioribus diuersorum poetarum exẽplaribus scriptis ὄβριμος potius quàm ὄμβριμος obseruasse mihi videor.

C. Ὀβριμοεργὸς, οῦ, ὁ, Qui aliquid per violentiam facit, Effrænata violentia vtens, vel Cuius est effrænata violentia. (Vtor autem & hìc Cicer. verbis, quum effrænatam violẽtiam dico) Il. ε. Obserua autem, in hoc compositο posteriorem signif. τοῦ ὄβριμος retineri.

D C. Ὀβριμόθυμος, Animo violento præditus, Magnanimus, apud Hesiod.

C. Ὀβριμοπάτρη, Minerua apud Homerum, Præualidum patrem habens, seu præpotentem. Odyss. γ, Μηδ' ὥς ἐς ὀλοὺς γλαυκώπιδος ὀβριμοπάτρης. Apud Hesych. est etiam Ὀβριμοπάτωρ & Ὀβριμόπατρις. At in v. l. Ὀβριμόπατος ponitur à quo sit illud ὀβριμοπάτρη.

Ὀβρίκαλα, (quasi ὄβριμα καὶ καλὰ) Leonum catuli, Æschylo. Secundum quosdam autem & luporũ catuli, vt addit Eustathius. ET Βρίκελα, vel Βρίκελοι, Laruæ. Vide

E eundem Eust.

¶ Βριμόομαι, οῦμαι, Fremo ira, Excandesco. Xenoph. Pæd. 4, ἐνταῦθα δὴ ἐβριμοῦτο τοῦ τε Κύρου καὶ τοῖς Μήδοις, τοῦ καταλιπόντας αὐτὸν ἔρημον οἴχεσθαι. id est (inquit Budæus) Excandescebat, Fremebat ira in Cyrum. & quod postea dicitur ὠργίζετο. Hæc Budæus. Sed quanuis de eadem re sequatur ὠργίζετο, multo tamen significantius esse constat βριμοῦσθαι. Pausanias autem dicit βριμοῦσθαι esse μετά τινος ἀπειλῆς ἐκφοβεῖν, & Ælius Dionysius exponit ἀπειλεῖν. Quum autem τὸ βρέμειν signif. hoc verbum retineat,

F fortasse & deductum ab eo videri possit. Ego tamen (vti dixi) Eustathium sequi volui.

Βριμάσθαι etiam dici, ex quorundam sententia refert Eustathius. VNDE Βριμηδὸν ET Βρίμημα deducere malo quàm ab altero. Signif. autem Βριμηδὸν Cum fremitu, & q. d. Fremebundè, in hoc Nonni versu, Ἀχνυμένης βριμηδὸν ἀπὸ φρενὸς οἶκτον ἀνέλκων. At Βρίμημα ab Hesychio exponitur ἐπίπληξις.

C. Ἐμβριμᾶσθαί τινι (q. d. Fremere in aliquem) apud Matthæum & Marcum illam comminationis significatio-

G nem inclusam habet quam à Pausania & Ælio Dionysio dari τοῦ βριμοῦσθαι modò dictum fuit. Vet. interpres Comminari vertit, Beza Grauiter interminari. At Ioh. cap. 11, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν, vertitur Infremuit. Ego hìc aliquam horroris significationem eo includi existimo.

Βριμὼ, Proserpinã, ἀπὸ τοῦ ἐμβριμᾶσθαι ita dicta, vt tradit Etymologus. Eusthathio autem βριμὼ est πεπλασμένον δαιμόνιόν τι φοβερόν.

Βριμαίνω, & apud Hes. Βριμαίνομαι, Excãdesco, βριμοῦμαι.

H Βριμάζω, Leonis voce vtor. Item, ὀργῶ εἰς συνουσίαν, Cypriorum lingua, Idem Hesych.

ΒΡΥΧΩ, Frendo, Strideo dentibus. vt βρύχειν τοὺς ὀδόντας, Et stridere dentibus. Act. Ap. 7, ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν. At Epigr. lib. 4, cum singul. ll. iii.

num. θηκτὸν ὀδόντα βρύχοντα. Apud Apoll. autẽ Arg. 2, βεβρυχὼς absolutè pro Frendens. HINC Βρυχμὸς Suidæ, Stridor dentium. ET Καταβρύχω pro βρύχω de leone dictum in Epigr. ET Περιβρύχομαι in v.l. Circumfrendo. A

Βρύχειν (aut cum Etym. βρύθειν) Athenienses dicebant eos qui febricitabant. ET hinc Βρυχετὸς, Febris. Apud Hesych. est βρυχετὼ, πυρετόν. Fortasse autem occasionem huic signific. præbuit dentium crepitus, quem rigore febris correpti edunt.

¶ Βρυχάομαι, χῶμαι, Rugio, propriè de leonibus. sed dicitur & de nonnullis aliis feris. HINC Βρύχημα & Βρυχηθμὸς, Rugitus. ET Βρυχὴ, idem apud Apoll. ET Βρυχηδὸν, Cum rugitu. Item Cum fremitu, in Epigr. ET Βρυχαλέος, Rugiens. B

Βρυχανάομαι, ῶμαι, apud Nic. vbi schol. exponit Eiulare.

ΒΡΥ'Ω, Scateo, Scaturio, Pullulo. Item, Abundo, Circumfluo, Diffluo. Aristot. De mundo, ἑξῆς δὲ ἡ γῆ φυτοῖς βρύουσα καὶ ζώοις, πηγαῖς τε καὶ ποταμοῖς. id est Scatens, inquit Budæus. Vt autem hic dicitur terra βρύειν πηγαῖς, ita etiam dicuntur φυτὰ βρύειν & πηγαί. vt Βρύουσιν αἱ πηγαὶ apud Basil. C Item cum dat. βρύει ἡ πηγὴ νάμασι. Cum quo casu significat & Circumfluo, Diffluo, Plenus sum. vt exponitur in his Aristoph. βρύων μελίτταις καὶ περιστεραῖς. Sic πόλει ταῖς ἡδοναῖς βρυούσῃ, Liban. ad Basil. Et Chrysost. τοῖς πολυτιμήτοις καρποῖς τῆς εὐσεβείας βρύειν. Sed & in vet. prouerbio, (quod à Plut. & Galeno aliisque multis refertur) ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. Sic autem & Latini verbo Scatere vtuntur. Sed & accus. iunctum reperitur βρύω. vt apud Greg. εἰ λέπραν ἔβρυες τέως τὴν ἄμορφον πονηρίαν, ἀπεξέσθης δὲ τῆς κακῆς ὕλης. Sic in Iac. epist. D c. 3, πηγὴ βρύει τὸ γλυκὺ (sicut & Lat. Mano accus. interdum habet: ποιητικώτερον tamẽ.) Absolutè etiam ponitur βρύειν, id est sine casu: vt quum βρύειν terra dicitur, germina emittẽs, ex interpr. B. in hoc X. loco, ὅταν ἡ γῆ βρύῃ, μᾶλλον τὰ ἔργα ἢ τὰ ὄρη ἔχουσι. Et βρύουσα ἄμπελος apud Dioscor. Pubescens vitis: itẽ φυτὸν βρύον, Planta pullulans. Sed βρύειν propriè dici de florente olea, ex quorundã sententia tradit Eust. Vult aũt & Poll. βρύειν dici μάλιστα ἐπὶ ἐλαιῶν.

Βρύσις, q.d. Scaturitio, apud Eust.

C. Πηγόβρυτος, ου, ὁ, & ἡ, E fonte scaturiens. in v.l. E

C. ΕΠΙβρύω, pro βρύω, Scateo, Plenus sum. Alciphr. ἠμελήθη κάμινον, μυδῶσαν ἤδη καὶ σκώληξιν ἐπιβρύουσαν.

¶ Βρυάζω pro βρύω, sed formã habens quã (vt opinor) frequẽtatiuam dicere possumus. Vtitur quidam apud Eustathium p. 1631.

¶ ΒΡΥ'ΟΝ, Muscus. Plin. lib. 12, cap. 23, Sphagnos in Cyrenaica prouincia maximè probatur. alii βρύον vocant. Et paulo pòst, Sunt enim hoc nomine cani arborum villi quales in quercu maximè videmus, &c. Vocari aiunt & σπλάγχνον à Galeno & Dioscor. ‖ Βρύον θαλάσσιον, Muscus marinus, Alga. F ‖ Βρύον, Herba lupus salictarius dicta, officinis autem Lupulus. ‖ Βρύον, Herba quæ & λειχὴν, quæ super saxa nascitur & roruletis petris adhærescit. ‖ Βρύον, Vua, id est Fructus populi albæ, ex quo populneum vnguentum conficitur. ‖ Βρύον Democrito dicta etiam ἡ καύκαλις, teste Diosc. Vide Gorr.

C. Βρυοφόρος, ου, ὁ & ἡ, (q.d. Muscifer) Musci fertilis, Theophr. De caus. pl. lib. 2, cap. 9.

Βρυώδης, Muscosus. Item, Mollis, Friatilis, Fluxus. Galen. ad Glauc. lib. 1, βρυώδη καὶ διαρρέουσαν σάρκα eos habere dicit qui facilè afficiuntur medicamẽtis vel sanguinis missione. Hæc Bud. Affert autem & Gorr. ex ipso Gal. l. 3 Meth. Med. βρυώδες dici quod molle nimium est, & more algæ (quæ βρύον dicitur) fragile, vel potius in morẽ algæ cedens.

Βρυόω, ῶ, q.d. Musco oppleo. A cuius pass. est participium βρυωθεὶς, id est Musco oppletus, Musco oblitus. Aristot. De color. 386.

ἜΜΒΡΥΟΝ, ου, τὸ, (q.d. τὸ ἐντὸς τῆς γαστρὸς βρύον) Infans vtero conclusus, Infans qui gestatur in vtero. Item generalius, Fœtus qui est in vtero. Dicitur enim & de brutis. H Lucianus, οὐ γὰρ ἐκείνη εἶχεν ἡ γαστὴρ τὸ ἔμβρυον. Et passim apud Diosc. vt quum dicit ἔμβρυα κτείνειν, & ἔμβρυα ἄγειν vel κατασπᾶν, item τεθνηκότα ἔμβρυα ἐκβάλλειν. Plinius autem Partus etiam interpretatur. vt quum pro his Diosc. de anthemide dictis, πινομένη δὲ καταμήνια ἄγει καὶ ἔμβρυα καὶ λίθους καὶ οὖρα, scribit, Pellit mortuos partus, item menstrua, in potu, & vrinam calculósque. De brutis autem vtitur Aristot. vt quum ἐλεφάντων ἔμβρυα dicit. Cæterùm Gal. De sympt. causis lib. 1, tradit fœtũ duobus primis mensibus nondum ἔμβρυον vocari, sed κύημα. ‖ Apud Homerum autem ἔμβρυον dicitur pro βρέφος, de fœtu videlicet qui à paucis diebus ex vtero prodierit: Od. ι, de brutis, ἑζόμενος δ' ἤμελγεν ὄϊς καὶ μηκάδας αἶγας, Πάντα κατὰ μοῖραν, καὶ ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ. Sed & Aristot. de auibus etiam exclusis ἔμβρυον dicit, vt habent v.l. At Phocyl. βρέφος ἔμβρυον pro solo ἔμβρυον dixit, vt videbis in Βρέφος.

Ἔμβρυος adiectiuè (vt σκύλακα ἔμβρυον in Hippiatric. σκύλακα λαβὼν ἔμβρυον καταζέσον μετὰ πτισσάνης.) Itẽ Genitalis, vel Prolificus, vt B. vertit in hoc Theophr loco, De caus. pl. lib. 1 cap. 1, pag. 120, ἀεὶ γὰρ τὸ μέλλον βλαστάνειν ἔχειν τε δεῖ τὴν ἔμβρυον ὑγρότητα καὶ ταύτην δύνασθαι τηρεῖν. id est (inquit Bud.) Humorem prolificum, vel σύμφυτον. Ab eodẽ Theoph. eiusdẽ libri cap. 4, κιττὸς esse dicitur ὅλος ἔμβρυος. (vel ὅλως, vt alii legunt) vbi à quibusdam ἔμβρυος vertitur Genitalis seu Fœcũda, (nõ autẽ viuax, cũ Gaza) quòd Plinio etiam teste, hedera, vt rubus, ex sese nascatur iterum, seipsamque sua fœcunditate propaget.

C. Ἐμβρυοθλάστης, Vncus seu spiculum ad educendos fœtus, mortuos præsertim, in v.l. Sciendum est tamẽ, hoc instrumentum (quod æneum spiculum Tertullianus vocat in lib. De anima) non ab educendo fœtu, sed potius à cõfringendo seu cõtũdendo, ἐμβρυοθλάστην appellari eóque respexisse puto Tertullianum quum de infanticidii officio sic nominatum scribit, & addit, Vtique viuẽtis infantis peremptoriũ. Quæ etiã refragatur iis qui ἐμβρυοθλάστου ad educendos præsertim mortuos fœtus vsum fuisse volunt. Sed apud eum ἐμβρυοσφάκτην habent vulg. edit. pro ἐμβρυοθλάστην, vt multi admonuerunt. Putatur autem idẽ esse instrumentum quod iis nominibus ὄνυξ & πίεστρον, item ἑλκυστὴρ, θλάσις, necnon ἐμβρυουλκὸς vocitẽtur.

Ἐμβρυοτομία, ας, ἡ, Vmbilici sectio in fœtu recens in lucẽ edito. Vide Poll.

ΒΥ'ΒΛΟΣ, ου, ἡ, Papyrus, S. Eust. Ex hoc est prou. βύβλου δὲ καρπὸς οὐκ αἰτεῖ στάχυν μέγαν, de quo lege Suidam. Ex hoc funes fiebant, vnde βύβλινον σχοινίον dicebatur: quod tamen alii volunt esse cannabinũ, alii ex philyra. Vide Eustath. qui & calceamenta βύβλινα in vsu fuisse testatur. Quoniam autem & chartæ ex byblo fieri solebant, ideo βύβλος pro libro accipitur: sed scribitur & βίβλος. Theophr. καὶ ἐκ τῆς βίβλου ἱστία τε πλέκουσι καὶ ψιάθους καὶ ἐσθῆτάς τινας, καὶ στρωμνὰς, καὶ σχοινία, καὶ ἕτερα πλείω, καὶ ἐμφανέστατα δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιβλία. Herodotus dicit διφθέρας Iones vocasse τὰς βίβλους, quòd penuria βίβλων vterẽtur διφθέραις (id est pellibus) caprinis & ouinis. ‖ Βύβλος Phœnices vrbs antiquissima. Steph.

Βύβλινος, Papyraceus. Exponitur & Cannabeus, item Scirpeus, vt βύβλινα ὅπλα apud Herodotum. AT Βύβλινος οἶνος apud Hesiodum, Vinum ex regione Thraciæ quæ Byblia dicitur. Alii autem ab vrbe dicta Byblia, alii à Byblo fluuio Naxi insulæ, alii aliunde deriuari putant. Scribitur autem & Βίβλινος.

Βυβλίον, Papyracea charta in qua nihil scriptum est: at Βιβλίον in qua scripsimus, vt vult Etymol. sed Hesych. βυβλία exponit βιβλία, eandem vtriusque scripturæ significationem esse ostendens. ‖ Item Βυβλίον, Funiculus nauticus, non tamen ex byblo (id est papyro Ægyptia) confectus, sed ex herba ei simili. Sic in v.l. at Eustath. habet βύβλινον σχοινίον.

Βυβλάριον, diminut. Chartula ex papyro. In Epigr. βυβλαρίων σητοκόπων, vbi Lascaris ait intelligi papyrũ pertusam instar trabecæ quæ tundit glebas segetis & frumẽtorũ. Sic v.l. de quorũ suspecta fide dicetur in Σητόκοπος.

¶ Βίβλος, ου, ἡ, Liber. Demosth. Pro cor. τὰς βίβλους ἀνεγίνωσκες. Luc. in Herodoto, de libris eius loquens, ἄχρι τοῦ καὶ μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ.

C. Βιβλοφόρος vide paulopòst in Βιβλιοφόρος.

Βιβλάδειον,ου,τό, ET Βιβλαρίδιον,Libellulus,in Apocal. A

¶ Βιβλίον,Libell⁹ dim inut.forma.Sæpe autē pro βίβλος, Liber. (vide locum Theophrasti paulo antè citatum.Luc.) De hist. scrib. τὴν μὲν δὴ ἐπιγραφὴν ὀλίγου δεῖν μακροτέραν τοῦ βιβλίου ἐπέγραψεν. Et λευκόγραφα βιβλία, apud eundem.Quidam comicus apud Athenæum,Ἀντέστροφέν σου τὸν βίον τὰ βιβλία.Itē βιβλίον idē quod γραμματεῖον.Exponitur & Tabellæ. Bud. ex Plut. affert pro libello supplice.

C.Βιβλιογράφος,Librorum scriptor,Librarius. ET Βιβλιογραφία, Librorū scriptio(ab ea significatione à qua dicitur scriba)Dioscor.lib.1,ἄλλος δὲ συνηγίας πολυύδρκος,πυκνογόνατος,εἰς βιβλιογραφίαν ἐπιτήδειος. B

C.Βιβλιοθήκη,Bibliotheca,Libraria, Gell.

C.Βιβλιοκάπηλος , vide in Κάπηλος.

C.Βιβλιοπώλης,Bibliopola,Librorum venditor.

C.Βιβλιοφόρος , Librum ferens , Tabellas ferens, Tabellarius. ET pro eodem Βιβλοφόρος ex Polyb.citatur.

C.Βιβλιοφυλάκιον,Locus vbi seruantur libri. ea forma qua dicitur γαζοφυλάκιον.

Βιβλιακός,Librorum volutator,In librorum lectione versatus.Plut.in Romulo de Varrone, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐν ἱστορίᾳ βιβλιακώτατον (vbi Ald. editio βυβλιακώτατον habet cum υ)id est, Qui summam historiæ cognitionem ex plurimis libris petitam habebat. Ita enim vertendum puto,non simpliciter (vt alii reddunt) In historia versatissimum. C

Βιβλίδιον, Libellus. Demosth. ἐν γραμματιδίῳ δυοῖν χαλκοῖν ἐωνημένῳ καὶ βιβλιδίῳ μικρῷ πάνυ τὴν ὁμολογίαν καταλέλοιπε τοῦ ποιεῖν τὰ δίκαια. ET Βιβλίδριον apud Eust.

ΒΥΘΟ'Σ, οῦ,ὁ,Fundum, vel Profundum(substant. accip.)Imus gurges. Soph.εἰς βυθὸν πεσεῖν. Et ἐκ βυθοῦ,Funditus. Plut.in Fab. metaph.ἐν τῷ βυθῷ καὶ κλύδωνι τῆς φυγῆς ἐκείνης. D

C. Βυθοτρεφής,In profūdo nutrit⁹.At v.l.ex Maccab.βυθοτρεφὲς κ...ος,In profundo vtero nutriens.

Ἄβυθος,ου,ὁ καὶ ἡ,Profundiss.mus.Propriè Fundo carēs. à βυθὸς quod fundum significat,præfixo priuatiuo α. Plato in Parmenide , δείσας μή ποτε εἰς τινα ἄβυθον φλυαρίαν ἐμπεσὼν διαφθαρῶ.Ita enim legitur in vetustissimis & fide dignissimis exemplaribus:(non ἄμυθον,vt in vulgatis editionibus)& eleganter dicitur,Ne in carētem fundo garrulitatem incidens,peream: tāquam in puteum aliquem,aut flumen aliquod fundo carens. E

Βύθιος, Qui est in profundo, Profundus. Luc.de Alpheo vrinatores imitante,οὐκ οἶδ᾽ ὅπως βύθιος ὑποδύς, καθάπερ οἱ λάροι:Et apud eundem pro Summerso,& non emergente,vt inquit Bud. Et βυθίη ναυμαχίη in Epigr. Quæ fit sub fluctibus . Ibidem τὰ βύθια, Aquatilia, vt habent vulg.lex. HINC Βυθίως, Sub fluctibus,ibidem. ET Ἐμβύθιος idem quod βύθιος, vt ἐμβύθιος πέτρα in Epigramm.quæ & ὕφαλος. Et ἐμβύθιοι κόγχαι apud Athen. In alto mersæ, Bud. interpr. qui & addit τῷ ἐμβυθίῳ opponi τὸ ἐπιπολάζον καὶ αἰωρεφές. F

Βυθίζω,In profundum iacio,Demergo.Polyb.2,μίαν δὲ πεντήρη σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν ἐβύθισαν. ET Καταβυθίζω, Idem,& quidem magis in vsu.

¶Βυσσός, idem quod βυθός. vt ἐς βυσσὸν χωρεῖν pro Pessum ire.q.d.In imum gurgitem delabi. Βυσσὸς apud Herodotum pro βυθὸς,inquit Suidas . Vide in Ἄβυσσος quod proximè sequitur. HINC Βυσσόθεν,Ex profundo, Ex imo. G

Ἄβυσσος,ου,ὁ καὶ ἡ,Idem quod ἄβυθος, Fundo carens. Nam Iones βυσσὸν dicunt pro βυθὸν (vt inquit Suidas,subiungens tamen aliam etymologiam , quæ & apud autorē Etymologici habetur.à δύω quod significat Subeo,Ingredior,per mutationem fit βύω: hinc βύσω,βέβυκα,βέβυσμαι,βέβυσαι,vnde βυσσὸς & ἄβυσσος,Quò nemo ingreditur ob profunditatem. At Etymolog.in voce ἀκροβυστία,dicit,A βύω,quod significat Tego,Operio,βύσω,βέβυκα , βέβυσμαι , βύσης καὶ ἀκροβυστος . hinc etiam ἄβυσσος (nam ex ἄβυσος fit ἄβυσσος,mutando τ in σ)dando ipsi α vim intendendi,Locus qui à multitudine aquarum operitur. At ego malim priorem illam etymologiam,vt longè simpliciorem,sequi quam modò ex Suida protuli: qui etiam exponit ἄβυσσος, Quam ne βυθὸς quidem H (id est fundus) capere possit. Sequendo autem hanc simpliciorem(vti dixi)etymologiam,simplicior mihi videtur hæc explicatio,ἄβυσσος,Fundo carens,ex α priuatiuo,& βυσσὸς Fundum. Eustathius autem ait, βυσσὸς, quod epitasi (id est intentione) aut per pleonasmum, fit ἄβυσσος. At si in ἄβυσσος pleonasticum(id est superuacaneum,esset α, nihil aliud significaret quàm βυσσὸς,id est Fundum)cuius significationis exemplum desidero. Sed vtrouis modo formetur hoc nomen, cōstat vt adiectiuū passim vsurpari, sic λίμνη ἄβυσσος, Aristoph.Ranis,Lacus seu palus fundo carens,in immensum patēs, immensæ altitudinis aut profunditatis. Itidem ἄβυσσον βάθος,Fundo carens profunditas, id est immensa. Strabo lib.17,περὶ τὰς νήσους τὰς πρὸς τῇ Συήνῃ τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου εἶναι,καὶ βάθος ἄβυσσον ἔχειν τὸν πόρον κατὰ τοῦτον τὸν τόπον.Notat autem hic locum Herodoti,qui est in Euterpe , vbi ait,τὰς ὧν δὴ πηγὰς τοῦ Νείλου ἐούσας ἀβύσσους. Ibidem βυσσὸν habes pro βυθὸν,more Ionico,vt modò dictum est . Sic ἄβυσσα χάσματα dicit Euripid. Phœnissis, sic ἄβυσσον πέλαγος Æschylus:sic idem ἄβυσσον πλοῦτον metaphoricè,diuitias fundo carentes,in trag.ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.Sic ἀργύρεον ἄβυσσον,apud Aristoph.

Ἄβυσσος substant . positum Suidas profert ex Dauide (vt videlicet Græci eum interpretati sunt)ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται. Aliquoties extat in Nouo testamento, præsertim in Apocalypsi, vbi Arethas tradit ἄβυσσον vocari magnam profunditatem primi elementi , aut per priuationem τοῦ βεβύσθαι (quasi dicas, quæ non βέβυσται, non operta,nec obtūrata est , sed magno hiatu semper patet)aut ex eo quòd magnam profunditatem habeat, vt α accipiatur ἐπιτατικῶς . Latinè Vorago aquarū hoc sensu dici possit. Videtur tamen aliquam emphasin habere Abyssus in Sacris literis, ideóque retineri solet etiam à Latinis interpr.hoc vocabulum.

Ἄβυσσον, Proserpinæ templum. Vide Suidam. Est itē nomen lacus apud Argos,inquit Hesych.

C.Βυσσοβαφής,έος,ὁ & ἡ, In profundum delabens præ pondere.Vide Hesych.

C.Βυσσοδομεύω, Profundè cogito, vel in animo verso. Ad verbum,Profundè struo & molior. nam δομεῖν (vnde δομεύειν in compos.)est ædificare. vnde & à fundamentis ædificiorum quæ profundè iaciūtur, sumpta putatur metaphora. Gallicè quoque dicimus , *Bastir quelque chose en son esprit*. Od.ρ,Ἔνθ᾽ ἀγορεύοντες,κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον. Hesiod. δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων. Vtitur eo & Luc.sed tanquam poetico,in lib.De calumnia, μισεῖ δὲ, καὶ λάθρα τοὺς ὀδόντας διαπρίει, καὶ,ὡς ὁ ποιητής φησι,βυσσοδομεύει τὴν ὀργήν.

C.Βυσσόφρων,ονος,ὁ & ἡ,In profundo[pectore]cogitans.Vide Hesych.

Βύσσωμα, ατος, τό, Profunditas (tanquam à βυσσόω,ῶ) v.l.ex Epigramm.

ΒΥΡΣΑ, ης,ἡ,(vnde Bursa)Corium, Pellis. vt βόειοι βύρσαι Diosc.Bubula coria.Plut. Alex.βύρσαν ἄνω ξηρὰν καὶ κατεσκληκυῖαν . Idem , τὸν δὲ Λέανδρον εἰς βύρσαν ἐνράψαντες κατεπόντισαν , id est, In culeum, Budæo interpr.

C.Βυρσοδέψης,ου,ὁ,Coriarius, Qui coria concinnat,Aristophan. ET Βυρσοδεψικός , Quo vtuntur coriarii, vel Ad coriorum concinnationem pertinens. vt βυρσοδεψική ῥοῦς,à Plinio Coriarius frutex , à Colum. Rhus sutorius, vt in vulgatis lexicis. At Theophr. βυρσοδεψική κόπρος,Spurcitiæ pellium dum concinnantur. ET Βυρσοδεψέω,ῶ, Aristoph.Coria concinno.

C. Βυρσοπαγής,έος,ὁ καὶ ἡ,vt βυρσοπαγὴς ναῦς,Nauis corio cōtecta.q.d.Corio compacta.

C.Βυρσοποιός,Coriarius, Poll.Q.d.Qui coria facit.

C.Βυρσοπώλης, Coriarius,id est, Qui coria vendit.schol.Aristophanis.

Βύρσινος,Coriaceus. Apud Aristoph. autē βυρσίνην ἔχω exponitur ῥυτῆρα,ἱμάντα,Flagellum.

Βυρσεύς,Coriarius,Act.10. VNDE Βυρσεύω,Corium concinno,seu apparo. EX QVO Ἀβύρσευτος δορὴ Nonconcinnata pellis.

Βυρσόω,Corio contego. HINC Καταβυρσόω,ῶ,eadem signif. apud Thucyd. 7, τὰς γὰρ πρώρας καὶ τῆς νεὼς ἄνω

ἐπὶ πολὺ κατεβύρσωσαν. A

ΒΥ'Ω, Obturo, Obstruo. Pro qua signif. Bud. affert ex Athenæo, ἔβυσα διὰ τοῦ στόματος. Diosc. ῥῆμα λίνῳ βεβύσθω, Foramen lino obstruatur. Bud. exponit etiam Infarcio, Constipo, & ex Luc. affert (non addens an ad hanc, an ad obturandi signif. referat) ῥαφανῖδι τὴν πυγὴν βεβυσμένος. ‖Item Impleo: vnde νήματος ἀσκητοῖο βεβυσμένον, Hom. pro πεπληρωμένον. ‖Est etiam Tego, vt ostendit ἀκρόβυστος. ‖Ex Herodoto autem ἐβέβυστο τὸ σῶμα pro Os turgidum erat.

B Βύσμα, q. d. Obturamentum. Ex Poll. tamen annotatur pro genere quodam marsupii seu peræ. ET Βύστρα pro eodem.

dicendi facultatem. ‖Γλῶσσα, Sermo vnicuique genti peculiaris, vel potius sermonis forma, γλώσσης χαρακτήρ, Herodot. Latinè itidem Lingua. Gall. autem vel Langue vel Langage. Il. β, Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα πολυσπερέων ἀνθρώπων. Sic ἀγνωστοτάτην τὴν γλῶσσαν Thucyd. 3, Maximè ignoto sermone vtentes. Plut. De defectu oracul. γλώσσαις πολλαῖς δὲ ἤκηκο χρῆσθαι, πρὸς δ' ἐμὲ τὸ πλεῖστον ἐδωρίζεν. Sic autē & Latini linguā & plur. quoq; linguas dicunt. ‖Γλῶσσα, Peregrinum vocabulum, vel Vocabulum obsoletum, vt vult Gal. cui tamen in hac expositione nō assentior, vt nimis restringente huius vocabuli signif. Sed & à Polluce dissentio vt eam latius extendente, quum poetica vocabula nominari γλώττας tradit. alioqui enim bona pars Græcæ linguæ γλωττῶν appellatione comprehendi posset. Nec verò ex Aristoph. loco quem profert, illa expositio probari videtur. Sed & Aristoteles γλῶτταν esse dicit vocabulum ξενικὸν (id est peregrinum, vt interpretatus sum) De poet. 42, ξενικὸν δὲ λέγω γλῶτταν καὶ μεταφοράν. Sic & De Rhet. 172, & 185. Eidē verò in illo lib. De poet. 39, γλῶττα est vocabulum alicuius gentis seu populi proprium, quod alii vsurpando ad se transferunt. Affert enim hoc exemplum, Nomen istud σίγυνον, Cypriis quidem est proprium, at nobis est γλῶττα. Cæterùm multi (vt ex Athenæo discimus) libros περὶ γλωσσῶν scripserunt, ex quibus fuit Nicander Colophonius. Citatur ab eo & Diodorus quidā ἐν Ἰταλικαῖς γλώσσαις, & quidam Hermon ἐν Κρητικαῖς γλώτταις: sed & Philemon περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων ἢ γλωσσῶν. At Galenus magis peculiariter Hippocratem suas habere γλώσσας dixit, earum expositionem libello hunc titulū præferente complexus. Cæterùm Quintil. γλώσσας linguam secretiorem interpret. qui & glossemata eadem signif. dicit, interpretans Voces minus vsitatas. Quo posteriore vocabulo vsus est & Varro De lingua Latina lib. 6, Qui glossemata (inquit) interpretati sunt.

HINC Γλωσσογράφος, Qui de γλωσσῶν seu glossematum interpretatione scribit. vt apud Athen. lib. 3. ET Γλωσσηματικὸν vocabulum, Peregrinum vocabulum, &c. γλῶσσα, vt dictū modò fuit. Vtuntur autē hoc vocabulo non solùm Suidas & Aristophanis schol. verumetiam Dionys. Halic. in vita Lysiæ, item vbi de Thucydide agit. Pro quo apud Eustathiū legitur γλωσσηματικὸν cum ν, sicut & apud Moschop. Quanuis autem γλωσσηματικὸν tanquam à γλώσσημα formatum sit, & apud Latinos Glossema reperiatur, ex nullo tamen Græco scriptore γλώσσημα affertur.

Γλῶσσα αὐλοῦ, Lingua seu lingula, tibiæ. Theophr. & Diosc. alio nomine γλωσσὶς siue γλωττίς. ‖Γλῶσσαι præterea ab Isæo Socratico tributæ fuerunt ὑποδήμασι, vt scribit Pollux: γλώσσας autem ὑποδημάτων intelligi Calceamentorum vincula putat Camer.

C. Γλωσσογάστωρ seu Γλωττογάστωρ, ορος, ὁ, Qui lingua victum quærit, Qui linguæ ministerio ventrem alit. VNDE comp. Ἐγγλωττογάστωρ, ορος, ὁ, pro eodem: ea forma factum qua ἐγχειρογάστωρ. Aristoph. Auibus, Ἔστι δ' ἐν φαναῖσι πρὸς τῇ κλεψύδρᾳ πανοῦργον ἐγγλωττογαστόρων γένος, οἳ θερίζου-σί τε καὶ σπείρουσι καὶ τρυγῶσι ταῖς γλώτταισι, συκάζουσί τε.

C. Γλωττοποιέω, ῶ, F. ήσω, Fello, Lingua morigeror: eo sensu quo Suetonius dicit ore morigerari. γλωττοποιέω, λεσβιάζω.

C. Γλωσσοειδής, έος, ὁ καὶ ἡ, Lingulæ similis. Aristot. ἔχουσι δὲ προβοσκίδας ὥσπερ καὶ αἱ μυῖαι· τοῦτο δ' ἐστὶ γλωττοειδές. Bud.

C. Γλωσσοκάτοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Linguam continens. γλωσσοκάτοχον ὄργανον medici vocarunt comparatum ad linguam continendam. Camer.

C. Γλωσσοκηλόκομπης, ου, ὁ, Qui lingua & verbis iactuosis demulcet. ὁ γλώσσῃ κηλῶν καὶ κόμποις. Eustathius ex antiquis comicis.

C. Γλωσσόκομον, seu γλωττόκομον, ου, τὸ, propriè idem signif. quod γλωττοκομεῖον, id est arcula seu theca tibiarum lingulis reponēdis idonea. Gorræus ex Galeno de glossocomo instrumento tradens, scribit significare arculam in qua homines recondunt res pretiosas, & quam multiter facientes portant: esse autem oblongam & angustam. Huc referri potest illud Ioannis 12 de Iuda, κλέπτης ἦν καὶ γλωσσόκομον εἶχε. vbi marsupium seu nidulum Camerarius interpret. alii loculum. Videtur significare etiam Loculamentum seu cauerm aut tale quid apud Dionysium Longinū, quum scribit, γλωττόκομα ἐν οἷς οἱ πυγμαῖοι οἱ καλούμενοι νᾶνοι τρέφονται. Item, οὕτως ἄπασαν δουλείαν, κἂν ᾖ δικαιοτάτη, ψυχῆς γλωττόκομον, καὶ κοινὸν δή τις ἀποφήναιτο δεσμωτήριον. ‖Hesychio est etiam Σορὸς ξυλίνη τῶν λειψάνων, id est Loculus. (eo sensu quo Plinius quendam mortuum crematúmque, conditum loculo in templo dixit) Quò referendum est illud Theodor. in 3 Eccles. hist. ὀλίγων δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν ὁ τοῦ ἀλάστορος ἐκείνου θάνατος ἐμηνύθη, καὶ ἐν γλωσσοκόμῳ κείμενος ἐκομίσθη. ‖Demum est machina quædam chirurgica caua & oblonga, facta ad similitudinem arcæ, femoribus & cruribus fractis accommodata. de qua Orib. in lib. De machin. & Gorræus in suis Defin. med. γλωσσοκόμιον id etiam appellatur. VNDE Γλωσσοκομεῖον seu γλωσσοκόμιον, Ligularum vasculum, Cam. Vasculum ad recōdendas tibiarum lingulas seu ligulas. Pollux & Hesych. Item Arcula scriniúmque scriptorum, Galenus. ‖Est etiam Σωλὴν μηχανικὸς, id est, quiddam ad fracta ossa accommodatum, eo maximè tempore adhibēdum quo solidari illa incipiunt in ea quæ πώρωσις dicitur. Cuius descriptio, & quid inter illud ac σωλῆνα intersit, exponit Galen. in 2 comment. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν. Camer. Idē γλωσσόκομον paulo antè nominari dixi. ‖Item pro muliebri pudendo capitur, vt tradunt v. l. ex Epigr.

C. Γλωσσοκρατέω, ῶ, F. ήσω, Linguam coerceo, Taceo.

C. Γλωττοποιὸς, οῦ, ὁ, Qui lingulas tibiarum conficit, Lingularum fabricator. Camer. ex Polluce. AT Γλωττοποιέω, ῶ, Fut. ήσω, Lingua patro. αἰσχρουργῶ τῷ στόματι. Bud. ex Aristoph. Lingua morigeror. vt Suet. Ore morigerari dixit de simili αἰσχρουργίᾳ.

C. Γλωσσοστροφέω, seu γλωττοστροφέω, ῶ, Fut. ήσω, Linguam agiliter verso, Blatero. Aristoph. Neb. ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι, μὴ μαθὼν γλωττοστροφεῖν. id est, ποικίλον ἐν τῷ λέγειν καθεστηκέναι, περιλαλεῖν, στωμύλλεσθαι. de linguæ enim agilitate & versutia hoc vocabulum dicitur. Camer.

C. Γλωσσότμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui lingua amputata seu execta est.

C. Γλωσσοτομέω, ῶ, Fut. ήσω, Linguam alicui amputo. Accus. iungitur 2 Maccab. 7. Bud. Vnde & γλωττοτομηθῆναι apud Plut. Elinguatum esse, Plaut.

C. Γλωσσοχαριτέω, ῶ, F. ήσω, Linguam ad gratiam alicuius cōparo, Blandior. Prouerb. Salomonis 28, ὁ ἐλέγχων ἀνθρώπου ὁδοὺς χάριτας ἕξει μᾶλλον τοῦ γλωσσοχαριτοῦντος. QVOD Χαριτογλωττέω etiam inuerso ordine dicitur, id est Iucunda memoro, Camer. πρὸς χάριν λέγω, Ad gratiam & voluptatem loquor, ἡδυλογέω, ἡδυγλωττέω, vt Erasmus exponit. Athen. lib. 4, de cynicis loquens, οὐ γὰρ χαριτογλωσσεῖν ὑμᾶς θέμις. Quod (inquit Budæus) significare videtur lingua gratiam quærere, id est ἡδυλογία, vt parasiti faciunt. hoc enim ex præcedētibus colligitur. & ἡδυλογεῖν pro eodem statim accipit, id est assentari. Apud Æschylum verò Prom. vincto, Γνώσῃ πάλιν ὡς ἔτυμα τάδ', οὐδὲ γὰρ ματαίω χαριτογλωσσεῖν ἔνι μοι, sunt qui velint non ἡδυλογίαν significari secundum Athenæum & alios quosdam, sed linguæ gratiam fictam (quod appellarit Persius, — pictæ tectoria linguæ) notari. esse enim (vt exponat Comm. Æschyli) μέχρι γλώσσης χαρίζεσθαι, καὶ οὐκ ἔργοις, Non re factísque, sed lingua tantùm & verbo tenus gratiam gratificari, quo modo loquatur Sallustius: seu, Verbo tenus obsequiosum atque officiosum esse.

C. Γλωσσαλγία, ας, ἡ, ad verbum, Linguæ dolor seu morbus. Capitur verò pro Linguæ prurigine, vt quidam interpret. seu Petulantia verborum & loquaci maledicētia, vt Camer. in hoc Eurip. Med. loco exponit, Τὴν σὴν σόφρονα ζημίαν γλωσσαλγίαν. Philo De vita Mosis 3, γλωσσαλγία καὶ ἀχάλινον στόμα, Petulantia linguæ. Gregorius, τίς ἡ τοσαύτη περὶ τὸν λόγον φιλοτιμία καὶ γλωσσαλγία; Et Gal. pro Nugis. Bud. ET Γλωσσαλγέω, ῶ, F. ήσω, Lingua prurio, Linguæ venenum commoueo, vt quidam exponunt. Naz. orat. 2, ἀφειδῶς τινὲς γλωσσαλγήσωσι, Nugentur, vt vertit Bilibaldus.

C. Γλώσσαργος, ου, ὁ καὶ ἡ, Garrulus, Locutuleius, Blatero, Gell. Linguax, Nugo. στόμαργος, παχύγλωσσος, Hesych. VNDE Γλωσσαργία, ας, ἡ, Garrulitas, Loquacitas. Bud. ex

Athenæo, εἰς τὴν ἄκαιρόν σου γλωσσαργίαν. Apud Luc. autem Lexiph. σιωπὴν καὶ γλωτταργίαν ἡμῖν ἐπιβάλλει, Micyllus interpr. Linguæ ignauiam.

C. Γλωσσάσπις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, Qui se lingua vt clypeo defendit, Cui lingua clypeus est. Qui se facundia tuetur, Bud. ὁ γλώττῃ πολεμίζων, vt est in prouerb.

C. Ἄγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ. Linguam non habens, Elinguis. vt ἄγλωσσος λάλος apud Athen. lib. 10 dicitur ὁ περφκτός, Elinguis blatero. Sic κροκόδειλος Aristoteli ἄγλωσσος est, id est sine lingua. Camer. ‖ Item, Qui loqui non potest, Qui obmutuit. cuiusmodi est adespoton illud apud Suidam, Νῦν εἰς γᾶν ἄγλωσσος ἀναύδητός τε πεσοῦσα. id est, ἄναυδος, ἄφωνος. Eo sensu Cicero dixit, Conuicit & elinguem reddidit. ‖ Item, Dicendi imperitus, Camer. εἰπεῖν ἀδύνατος, apud Aristophanem. Item, Barbarus, ἀλλόγλωσσος, κακόγλωσσος. vt Soph. schol. in hoc Trach. loco exponit, — οὐθ' ὁ γηγενὴς Στρατὸς γιγάντων, οὔτε θήρειος βία, Οὔθ' Ἑλλάς, οὔτ' ἄγλωσσος, nec Græca, nec barbara. Ἄγλωσσος αὐλὸς etiam dicitur, Tibia lingulam non habens. A Polluce alibi ἔξαυλος dicitur, & φαῦλος, & cuius γλῶτται sunt ἐξηνλημέναι. HINC Ἀγλωττία, ας, ἡ, q.d. Elinguitas, Obmutescens taciturnitas. ἡσυχία, σιωπή. Suid. AT Ἀγλωσσέω, ῶ, Hesychio est δυσφημῶ.

C. Ἀδύγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Suauem & iucundam linguam habens. vnde ἀδύγλωσσος βοὰ κάρυκος, apud Pind. Olymp. ιγ, de iucundo præconio victoriæ. Cam. Est autem Doricum pro ἡδύγλωσσος.

C. Ἀθυρόγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, vel Ἀθυρόγλωττος, Atticè, Loquax, Garrulus. Cuius lingua nulla ianua coercetur, nullis foribus cohibetur. Effrænem linguam habens (vtendo alio metaphoræ genere) id est, habẽs linguam quæ nullo fræno compescitur. sic & ἀχάλινον στόμα dicunt. Euripides Oreste, Ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει, id est, ἀνήρ τις ᾧ θύρα οὐκ ἐπέκειτο τῇ γλώσσῃ. sic enim Theognis, Πολλοῖς ἀνθρώπων γλώσσῃ θύρα οὐκ ἐπίκειται, quasi compositũ nomen ἀθυρόγλωσσος dissoluens. quanquam non ex θύρα & γλῶσσα, sed ex ἄθυρος (quod à θύρα est) & γλῶσσα conflatum est: vt sit, Habens linguam ἄθυρον, id est ianua non coercitam, foribus non obstructam. HINC Ἀθυρογλωττία, ας, ἡ, Garrulitas, Linguæ licentia, Linguæ incontinentia. vt ἀθυρόγλωσσος exponitur ab Euripidis scholiaste ἀκρατόστομος, id est, ad verbum, Qui habet os incontinens, vel, Qui os non continet, Qui ori temperare non potest. A Suida ἀθυρογλωττία exponitur ἡ ἀχαλίνωτος γλῶσσα, id est effrænata lingua.

C. Ἀλλόγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Alia lingua vtens, seu diuersa, Externus, Peregrinus. nam peregrinorum alia est lingua quàm lingua regionis in qua sunt. Qui ab Hom. ἀλλόθροοι vocantur, à scholiastis exponuntur ἀλλόγλωσσοι.

C. Ἀμφοτερόγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vtranque linguam habens. Vocatur Zeno ἀμφοτερόγλωσσος à quodam poeta apud Plutarchũ in Pericle, id est (vt quidam exponunt) In vtranque partem disputans.

C. Ἀνθρωπόγλωττος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui humana lingua loquitur. Aristot. καὶ μιμητικὸν καὶ ἀνθρωπόγλωττον τὸ Ἰνδικὸν ὄρνεον ἡ ψιττάκη. Pro quo Plin. Super omnia humanas voces reddunt psittaci quidem etiam sermocinantes.

C. Βαθύγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Disertus, Cam. εὔγλωσσος, ἐλλόγιμος, Suid.

C. Βαρύγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius lingua grauis est. Maledicus. vulg. lex.

C. Βραδύγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius lingua tarda est, Tardiloquus, Senec. Et τὸ βραδύγλωσσον, Tarditas loquendi, Linguæ debilitas, Cic.

C. Δίγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Bilinguis, Duarum linguarum gnarus, Bud. Duarum linguarum peritus, vt Anacharsis Scytha, percepto sermone Græco. Camer. Thuc. lib. 8. Et Plut. Alex. ἡγεμὼν αὐτοῦ δίγλωσσος ἄνθρωπος. ‖ Item, Interpres, Bud. ex Plut. Themist. 36. ‖ Hesychio est etiã διχόθυμος, quo apud Latinos modo Bilinguis fallaciloquentiam notat.

C. Διττόγλωττος, ου, ὁ καὶ ἡ, Duplicis linguæ. διττόγλωττος παίδευσις, Budæus. VNDE Διττογλωττία, ας, ἡ, Duplex lingua.

C. Ἑτερόγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui alterius & diuersæ linguæ est. 1. Cor. 14, ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, per diuersæ linguæ homines.

C. Εὔγλωσσος, seu Εὔγλωττος, ου, ὁ καὶ ἡ, Disertus, Facundus, Camer. εὔστομος. Aristoph. θρασὺς, εὔγλωττος, τολμηρὸς, ψευδῶν συγκολλητής, εὑρεσιεπής. VNDE Εὐγλωττία, ας, ἡ, Rectè loquendi facilitas, Facundia, Suauitas sermonis, εὐέπεια, vt εὐστομία. Bud. ex Chrysost. εὐγλωττίαν ἐπιδεικνύμενος. ET Εὐγλωττέω, ῶ, Facundus seu disertus sum. εὐστομῶ.

C. Εὐθύγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, q.d. Rectilinguis. idem quod εὐθυρρήμων, quo Cicero vtitur, Verax & liber. Camer. ex Pind. Pyth. β.

C. Ἡδύγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, vide in Ἀδύγλωσσος paulo antè.

C. Θρασύγλωττος, ου, ὁ καὶ ἡ, q.d. Audacilinguis, Audax verbis. VNDE Θρασυγλωττία, ας, ἡ, Linguæ audacia. Audacia verborum, Camer.

C. Ἱερόγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sacram linguam habens. In Epigramm. exposito à Pausania Ἠλιακῶν β, est ἱερογλώσσων Κλυτιδᾶν γένος, Genus Clytidarum qui vates fuerunt. Camer.

C. Κακόγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Malæ & ominosæ linguæ. κακόγλωσσον βοάν, miserabiles querelarum clamores dixit Eurip. Hecuba. Camer.

C. Μελίγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mellitam linguam habens. μελίγλωσσον vocarunt eum cuius suauis esset oratio, quo cognomento appellatum fuisse Ælianum accepimus. Et μελιγλώσσων ἐπέων, Mellitorum carminum in Auibus Aristoph. Camer. Poetica mella dixit Horat.

C. Ὁμόγλωττος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui eiusdem linguæ est. Xenoph. Pæd. 1, τῶν ἐθνῶν ἦρξεν οὔτε ἑαυτῷ ὁμογλώττων ὄντων, οὔτ' ἀλλήλοις. Camer. VNDE Ὁμογλωττέω, ῶ, F. ήσω, Eadem lingua vtor. Bud.

C. Παγγλωσσία, ας, ἡ, Clamores. Camer. ex Pind. Olymp. β.

C. Παλίγγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui est abhorrente lingua, i. sermone, Pindaro Isthm. ς, οὐδ' ἔστιν οὕτω βάρβαρος οὔτε παλίγγλωσσος πόλις. Sed Nem. α, diuersum & contrarium notat, id est ἐναντιόφημον. Hæc Camer. Idem ex Polluce interpretatur Malè ominans, Leuis, Maledicus.

C. Περίγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Eloquens. Camer. ex Pindaro Pyth. α.

C. Πλατύγλωττος, ου, ὁ καὶ ἡ, Latam linguam habens. Aristot. ὀρνίθων τὰ μάλιστα φθεγγόμενοι πλατυγλωττότεροι τῶν ἄλλων εἰσί. Id est, Habent linguam latiorem, quæ hominis linguæ maximè est similis. Camer.

C. Πολύγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui multarum linguarum est. Plut. Sympos. τῆς καλῆς ταύτης καὶ ποικίλης καὶ πολυγλώσσου σοφίας, Sapientiæ huius præclaræ & multorum animalium sermocinatione distinctæ. Item, Multarum linguarum gnarus. Apud Sophoclem est πολυγλώσσου δρυός, de quercu Dodonea, in Trachin. Et πολύγλωσσος βοή, Electr. Multilinguis, si ita facere liceat vt sit elinguis. Camer. Item, Multiloquus.

C. Τανύγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Linguam extensam seu protẽsam habens. τανύγλωσσοι κορῶναι, quæ linguis prolixioribus sunt, Od. ε. Camer.

C. Ὑπογλώττιον, ου, τό, q.d. Sublinguium. Aristot. lib. 2 Anim. de ceruorum vermibus, τοῦ ὑπογλωττίου ὑποκάτω, Sub lingua, Gaza interpr. AT Ὑπόγλωττον Dioscorides nominari ab aliquibus laurum Alexandrinam autor est: pro quo apud Plinium lib. 15 cap. vlt. scribitur Hippoglottion. Idem tamen & hypoglossam agnoscit, lib. 27 cap. 11. quam scribit folia habere figura syluestris myrti, concaua, spinosa, & in his ceu linguas, folio paruo exeunte de foliis. Quæ à Dioscoride lib. 4 cap. 132, ἱππόγλωσσον vocatur. verba eius hæc sunt, ἱππόγλωσσον θαμνίσκος ἐστὶ μυρσίνῃ ἀγρίᾳ καὶ λεπτῇ τὰ φύλλα ὅμοιος. κόμην δὲ ἀκανθώδη ἔχει, καὶ ἐπ' ἄκρου ὥσπερ γλωσσίδια παρὰ τοῖς φύλλοις. Ita scriptura horum vocabulorum apud Plinium & Dioscoridem variat & inuersa est. Apud Galenum certè Simpl. lib. 8, ὑπόγλωσσον scribitur: quod ita nominatum tradit, ὅτι περιφύσεις ὑπ' ἄκροις ποιεῖται γλωσσαρίων. Obiter verò hoc addendum, in verbis Plinii pro Concaua, spinosa, legendum videri Coma spinosa, vt exprimatur illud Diosc. κόμην δὲ ἀκανθώδη ἔχει.

C. Ἐπιγλωσσίς, seu ἐπιγλωττίς, ίδος, ἡ, Lingula siue Ligula. Plin. lib. 21 cap. 37, Græcum hoc vocabulum minorem linguam

linguam interpretatur. Est autẽ ἐπιγλωττὶς Polluci (vt A Cam. interpr.) caruncula palato annexa interius iuxta radicẽ linguæ, similis folio hederæ: cuius acutior pars fauces versus sita, iter cibi impedit ne impetu quodam deferatur, & ne ad illud operculũ resultet. Gorræo est membrana cartilaginosa, rotunditatis oblongæ, laryngis meatui superposita. quæ eius definitio ex Gal. 7 De vsu partium petita videtur. Κλεῖθρον etiam ab Hippocr. eam appellari scribit Camer. & à Cic. operculum asperæ arteriæ. Macrob. Saturn. lib. 7 cap. 15, Hippocr. imitatus, scribit, impositam esse arte quadam & ope naturæ B quasi claustrum mutuum vtriusque fistulæ. De eius duplici officio scribit Plin. & Macrob. locis antè citatis, & Gorræus: quos consule.

Περιγλωττὶς, ίδος, ἡ, Inuolucrum linguæ, Camer. σκεπαστήριον τῆς γλώττης, Suid. Athen. lib. 1, Ρίθυλλον τὸν τένθην καλούμενον, ὃ περιγλωττίδα μόνον ὑμένινην φορεῖν, ἀλλὰ καὶ περισκυτίζειν τὴν γλῶτταν περὶ ταῖς ἀπολαύσεις, membraneum linguæ inuolucrum atque opertorium.

C. Προγλωσσὶς, ίδος, ἡ, Linguæ extrema pars acuta.

C. Ὑπογλωσσὶς, ίδος, ἡ, Intima lingua. i. ortus ac radix illius, C qua parte ad imã maxillam annectitur. Cam. ex Poll. ‖ Ὑπογλωσσὶς etiam morbi nomẽ est, i. (vt Pollux tradit) abscessus sub linguam. ‖ Item, genus arteriaci medicamenti, constans ferè iisdem ex quibus & arteriaca medicamẽta inflammationes arcentia. Hæc Gorræus, apud quem plura, inuenies. ‖ Et coronæ genus quoddam. Camer. ex Poll.

Γλωττικὸς, οῦ, ὁ, Ad linguam pertinens. γλωττικὸν κέντρον, Aculeus ad gustandum accommodatus. v. l.

Γλωσσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Lingulatus, Vitruu. Linguæ specie & D forma. ‖ Itẽ Linguax & loquutuleius, Gell. Lingulax, Bud. ex Ecclesi. cap. 8. Linguaculus, Cam. qui & lingulacam à Plauto vocari mulierem loquacem, annotat.

Γλωσσάριον, ου, τὸ, Lingula, seu ligula, Parua lingua.

Γλωσσὶς, seu Γλωττὶς, ίδος, ἡ, Lingula seu ligula tibiæ. Luc. Hermot. ἐμπνεῖν εἰς τὴν γλωσσίδα λεπτόν τι καὶ ἐμμελὲς, καὶ ὑποβάλλειν τοῖς δακτύλοις ἀκριβῶς. ‖ Γλωττίδας calceis etiam tribuerunt quidam, sed non sine reprehensione. ‖ Est etiam γλωττὶς, Lingulaca auis, dux coturnicum. v. l. ex Aristot. lib. 8. Anim. E

Γλωττισμὸς, οῦ, ὁ, Osculum quo linguæ basiantium se contingunt mutuò. quod Catull. oscula columbatim iuncta dixit. v. l. ex Epigr. Videtur esse q. à verbo Γλωττίζω. NAM Καταγλωττίζω etiam dicitur pro Suauior lingua ori inserta, vt testatur Pollux, Comicos καταγλωττίζειν de osculis dixisse scribens. Collabellare osculum, & Oscula iungere colũbatim, Laberius & Catull. id vocant. VNDE Καταγλώττισμα, ατος, τὸ, eiusmodi osculum. Aristoph. Nub. Ἡ δ' αὖ [ὄζουσα] μύρου, κρόκου, καταγλωττισμάτων. Vbi schol. καταγλώττισμα esse dicit ὅταν ἐν καιρῷ τῆς συνουσίας ὁ ἀνὴρ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τῷ τῆς γυναικὸς ἐμβάλλῃ στόματι. F quod γλυκυμὸν etiam nominari scribunt v. l. ET Καταγλωττισμὸς, οῦ, ὁ, pro eodem. ‖ Καταγλωττίζω est quoque Elinguẽ reddo, Cic. Obturo os, Camer. Aristoph. Equit. τὴν πόλιν πεποίηκας ὥστε νυνὶ ὑπὸ σοῦ μισθωτάτου καταγλωττισμένην σιωπᾶν, id est (B. interpr.) Loquacitate tua personantem plenámque tacere, & verbositate tua attonitam & perturbatam. Idem Acharn. διέβαλλε καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου, In me deblaterauit, eodẽ B. interpr. qui apud Greg. In Athanas. τὸ περιττὸν καὶ κατεγλωττισμένον τῆς θεολογίας καὶ ἔντεχνον appellari dicit disputationem G verba exornata fundentem, verbis non veritate nitentem, linguæ Atticæ veneres consectantem, Facundia exornatum & expolitum. VNDE Καταγλώττισμα, ατος, τὸ, quod idem Bud. exponit περιλάλημα, Obtundẽs loquacitas. CVI Ἐπιγλωττίζομαι simile est, quod Camer. interpr. Conuitium facio. Aristoph. Lysistr. περὶ τῶν Ἀθηνῶν δ' οὐκ ἐπιγλωττήσομαι, i. οὐ λοιδορήσομαι, vt Poll. exponit: seu, οὐ φλυαρήσω, οὐ βλασφημήσω, vt Suid. Apud quẽ ἐπιγλωττήσομαι per η bis scribitur, quasi ab ἐπιγλωττέομαι. Ἐπιγλωττώμενον etiam apud Pollucem reperitur, H quod itidem exponit conuitiandi verbo λοιδορουμένων. Quò pertinet & ἐπιγλωσσᾶσθαι apud Hesych. id est ἐπιλαλῆσαι, quasi ab ἐπιγλωσσάομαι. Cuiusmodi (in diuersa tamen signif.) est & ἐπιγλώσσω, quod idem Hesych. ex

Æschyl. Heraclidis citat, pro ἐπιβάλλω δὲ τῇ γλώττῃ.

ΓΛΑΥ'ΣΣΩ, Cerno, Intueor, θεωρῶ & αὐγάζω, Eustath. Hesych. autem est Splẽdeo, λάμπω, item ζαίνω. sed nullum affertur vllius harum signif. exemplum.

Γλαυκὸς, Glaucus, Cæsius. Sed Eustath. γλαυκὸς ab illo γλαύσσω deriuans (quod facit & Etymolog. addens exemplũ similis deriuationis, λευκὸς à λεύσσω) propriè vult γλαυκὸν esse τὸ ὑπόλευκον καὶ λαμπρόν. Aristot. de mantichora fera, τὸ δ' ὄμμα γλαυκὸν, τὸ δὲ χρῶμα κινναβαρικόν. pro quibus Plinius, Oculis glaucis, colore sanguineo. Dicitur etiam aliquis esse γλαυκὸς, pro oculis esse cæsiis. vt apud eundem in Probl. sect. 10, διὰ τί οἱ λευκοὶ αἱ ἵπποι καὶ οἱ ἵπποι ὡς ἐπίπολὺ γλαυκοί. Alioqui dicitur γλαυκὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς vel τὰ ὄμματα, vt apud Basil. pro quo & comp. γλαυκόφθαλμος & γλαυκόμματος. Vide γλαυκῶπις. ‖ Γλαυκὴ θάλασσα apud poetas Cæruleum mare. Sic autem vocatur (vt inquit Eustath.) ἡ τὸ χρῶμα γλαυκὸν παραυγάζουσα, illa videlicet eius pars quæ est ἀβαθὴς, & ἄμμον ὑποκειμένην ἔχουσα λευκήν. Quinetiam γλαυκὴν sine adiectione appellauit Hesiodus mare (sicut & ὑγρὴ dicitur) in Theog. οἳ γλαυκὴν διὰ πέμπελον ἐργάζονται. Sed & ἐλαίας γλαυκῆς & ἐλαίου γλαυκοῦ ab eo fit mentio.

C. Γλαυκόμματος (q. d. Cæsioculus) Cæsius. Plato in Phædro, de equo.

C. Γλαυκόφθαλμος, Idem apud Diosc.

C. Γλαυκῶπις, ιδος, ἡ, Minerua, apud Hom. passim, Cæsios oculos habens. Ita enim Cic. Cæsios oculos Mineruæ, cæruleos Neptuni. (Dixit tamen autor obscœni carminis, Minerua flauo lumine est, Venus pæto) Quidã de oculis terribilibus voluerũt intelligi, aut etiam terribilem ipsam significari; earum ferarum more quæ glaucos habent oculos, præsertim verò leonum & draconum. Sic & Hesychius dicit φοβερὰ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς: addens tamen & λαμπρόφθαλμος, item ὀξύφθαλμος. Diodorus autem ita dictam scribit ob cæli colorem glaucum. quod mihi videtur optimè cum etymo Latinæ vocis conuenire, quod Cæsium à Cælum deducit, vt Cæsium dicatur quasi Cælium. ET Γλαυκώψ, ῶπος, Cuius cæsii sunt oculi. vt γλαυκῶπες δράκοντες. ITEM Γλαυκώπειος, ὁ, idem. vt τὰ γλαυκώπια τῶν θηρίων, Eustathius. ET Γλαυκώπιον, antiqua appellatio arcis Athenarum, (aut etiam cuiusuis generaliter) propter Mineruam dictam γλαυκῶπιν. Eust.

C. Ἑτερόγλαυκος, Altero oculo cæsius, in v. l.

C. Ὑπόγλαυκος, Subglaucus, Aliquantum glaucus.

C. Γλαυκότης, ητος, ἡ, Glaucus color, seu cæsius. Aristot. γλαυκότης ὀμμάτων.

Γλαύκωμα, ατος, τὸ, SEV Γλαύκωσις, εως, ἡ, Glaucedo (vt vulgus vocat) Glaucoma Plinio, Vitium in oculo quum præter naturam glaucescit: Vel (vt alii definiunt) Trãsmutatio humoris crystallini in glauceum. Vide Gorr. ex Galeno, Rufo, Ægineta, &c. Dicitur & ὑπόγλαυκωσις.

C. Ἀπογλαυκόω, ῶ, Cæsium reddo. vnde passiuum Ἀπογλαυκοῦμαι. Plutarch. in Timol. ἀπογλαυκωθῆναι αὐτοῦ τὴν ὄψιν λέγει. ET Ἀπογλαύκωσις, Vide paulo antè in γλαύκωμα.

Γλαυκιάω, ῶ, Glaucis oculis terribiliter intueor: vt Hom. & Hesiodo γλαυκιόων leo, à Catullo dictus cæsius. Vide Hesychium & Eustathiũ. Ex Dionys. Alex. γλαυκιάω affertur pro Glaucesco.

Γλαύκιον, Auis à glaucis oculis nominata, Eustath. ‖ Item Herba quædam & eius succus eodem nomine, qui officinis mentha. HINC Διαγλαύκιον, Collyrium, Vide Gorr. Sciẽdum est autem pro herba inueniri potius γλαύκιον quàm γλαυκίον.

Γλαυκίσκος, Piscis quidam apud Athen. & Plinium.

¶ Γλαῦξ, Vlula, Noctua. vt in prouerb. γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, vel ἀθήναζε, Noctuas Athenas. ‖ Et genus numismatis noctuam impressam habẽtis. Sunt qui à Γλαύσσω, sunt qui à γλαυκὸς (quod ab illo γλαύσσω deduci diximus) deriuãdum putent. ‖ Et herba quædam apud Dioscor. Engalacton etiam dicta, quòd lactis copiam præbeat. ‖ Item Saltationis genus quoddam, Hesych.

Γλαυκώδης, εος, ὁ & ἡ, Noctuæ speciẽ gerens, Gaza interpr.

ΓΟΑ'Ω, Fut. ήσω, & Γοάσομαι, Gemo, Deploro, Defleo. Od. κ, ἑζόμενοι δὲ κατ' αὖθι γόων, τίλλοντό τε χαίτας. i.

ται. Et cum accusatiuo, Od. λ, σὸν πότμον γοόων. Sic Il. π, Ὃν πότμον γοόωσα. Verbum est poeticum: Xenophon tamē eo in voce pass. vsus est Pæd. 4, πολλὰ γοωμένη. Sed & significatione passiua γοηθεὶς affertur ex Epigr. pro Defletus. AT Γοήμεναι Il. ξ, vel tanquam à γοάινω, vel tanquam à γόημι. Esse autem à sono fictum verbum γοάω arbitror. A

Γοήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Gemebundus, Flebilis. in Epigr.

Γόος, Luctus. vt στυγερὸς γόος & κρυερὸς γόος apud Hom. Et μή μοι γόον ὄρνυθι, Od. ρ. In epigr. γόον στελάουσα.

C. Γοοπλανής, έος, ὁ & ἡ, q. d. Luctiuagus. Ex Nonno, γοοπλανέες Φαριστῆσι. B

C. Ὀρθρογόη χελιδών, Manè lugens hirundo, Hesiod.

Γοώδης, εος, ὁ & ἡ, Lugubris, Flebilis, Lamentabilis. ET Γοερός, idem, sed magis poeticum. quo tamen & Luc. vsus est, καὶ γοερόν τι μυκᾶσθαι.

ΓΟΗΣ, ητος, ὁ, Incantator, Præstigiator, Qui præstigiis aliisue malis & dolosis artibus imponit. Et generaliter etiam impostor. Herodot. in Melpom. de Neuris & Budinis loquens, κινδυνεύουσι δὲ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι γόητες εἶναι. Vbi γόητες sunt incātatores atque adeo qui magicis artibus vtuntur. C Addit enim illos se vertere in lupos. (vt legimus in Virg. Pharmac. His ego sæpe lupum fieri & se condere syluis Mœrim) Ab Æsch. in Ctes. μάγος & γόης copulantur. Demosth. Pro cor. δεινὸν καὶ γόητα καὶ σοφιστὴν καὶ τὰ τοιαῦτα ὀνομάζων. Vbi tamen malim abesse copulam καὶ inter δεινὸν & γόητα, vt legatur δεινὸν γόητα. quam meā coniecturam confirmat hic Plat. locus in Sympos. δεινὸς γόης καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστής. Latè denique pro quouis etiam impostore capitur, vti dixi. Interdum tamen copulantur ἀπατεὼν & γόης, vt à Plut. De Sibyll. orac. Quo D Plato modo γοητεύοντες cū ἐξαπατῶντες coniunxit Pol. 2. Cæterùm à γόος deriuo γόης cum Eustath. dicente γόητα esse τὸν μετὰ γόου ἐπάδοντα. cuius etymi rationē aptā reddere videtur ex Soph. Θροεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

Γοητικός, Incantatorius, Præstigiatorius, Ad incantandum seu decipiendum aptus.

Γοητεύω, Incanto, Fascino, Incantatione seu præstigiis decipio, Illicio, Pellicio. vt γοητεύειν τὴν σελήνην καὶ καθαιρεῖν, Plut. De def. orac. At Bud. interp. apud Plat. Stupore affectū decipere: apud quem plura vide p. 728. HINC Γοήτευμα, Incantamentum, Incantatio, Præstigiæ, Fallaciæ, Plat. in Phil. ὥστε καὶ τοῦτο αὐτῆς τὸ ἐπαγωγὸν, γοήτευμα, ἀλλ' οὐχ ἡδονὴ εἶναι. E ET Γοητεία, Idem, vel Ipsa actio incātandi & præstigiis decipiendi, &c. Plut. De prud. an. ἡδονῆς δὲ τὸ μὲν δι' ὤτων ὄνομα κήλησίς ἐστι, τὸ δὲ δι' ὀμμάτων, γοητεία. ET Ἀγοήτευτος, Qui fascinari non potest. ET Δυσγοήτευτος, Qui nō facilè fascinari potest. Et apud Plat. Qui non facilè vel illecebris vel stupore obligatur, B. ibidem. VERBA autē comp. Ἐκγοητεύω ET Καταγοητεύω, idē valēt quod γοητεύω, nisi quòd præp. sign. auget.

ΓΟΓΓΥΖΩ, Murmuro, Matth. Luc. Io. ET Διαγογγύζω, Luc. 15, Idem. F AT Καταγογγύζω, Murmuro aduersus [aliquem,] Obmurmuro.

Γογγύζειν, teste Poll. dicuntur & columbæ.

Γογγυσμός, Murmuratio. ET Γογγυστής, Murmurator. ET Γογγυστικός, Murmuratorius, Ad murmurationem propēsus, vt φθονερᾶς καὶ γογγυστικῆς φύσεως, Naz.

ΓΟΜΦΟΣ, Cuneus, Clauus. Od. ε, de naui, Γόμφοισιν δ' ἄρα τήν γε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρηρε. Aristot. Metaph. 9, pro clauo. μάλιστα δὲ εἴη φύσει τοιοῦτον καὶ μὴ βίᾳ, ὥσπερ ὅσα κόλλῃ ἢ γόμφῳ ἢ συνδέσμῳ. G Cic. apud Plat. in Tim. γόμφοις cuneolos vertit: vbi tamen (inquit Bud.) clauos potius signif. videtur, quum sic appellet δεσμοὺς τοῦ σώματος.

C. Γομφοπαγής, έος, ὁ καὶ ἡ, Cuneis seu clauis compactus. Et metaph. apud Aristoph. ῥήματα γομφοπαγῆ. ET Γομφότομος, Clauis traiectus, ex Nonno.

Γομφόω, ῶ, Clauis cōpingo. Item simpl. Cōpingo, Coagmēto. Epigr. lib. 2, nauis γομφωθεῖσα. Aristoph. Eq. γομφούμενά γε τὰ πάντα καὶ κολλώμενα. VNDE Γόμφωμα ET Γόμφωσις, Coagmentū, Coagmētatio, B. ex Plut. Exponitur H & Cōpages, Cōtabulatio. Itē γόμφωσις apud medicos species συναρθρώσεως, quū os ossi claui modo infigitur, vt inquit Gal. ET Γομφωτὴρ, Coāgmētator, Qui compingit [nauē.] ET Γομφωτὸς, Coagmētatus, Cōpactus. ET Γομφωτήριον, q. d. Coagmentatoriū. i. id quo fit coagmentatio. A Vnde exponitur & Clauus.

¶ Γομφίος, Molaris dens. Xen. anteriores dentes cibū dicit secare, at τοὺς γομφίους λεαίνειν. Ideo autē vocātur γομφίοι quòd clauorū modo genis infigantur. HINC Γομφιόδουπα χαλινὰ in Epigr. Circa molares dentes strepentia fræna. ET Γομφίασις, Morbus dentiū, vel gingiuarū. Molarium vel (secundū alios) maxillarū à dentitione dolor. Sunt & qui γομφίασιν de mobilitate dentium interpr. apud Diosc. vbi decoctū cornu ceruini dicit παρηγορεῖν τὰς γομφιάσεις, quòd Plin. scripserit, cornu ceruini cinerē dē- B tes mobiles cōfirmare. ET Γομφιασμὸς, Cōfractio dentium, vel Stupor dentium. Vide Hesych. & Suidam.

ΓΡΑΦΩ, Scribo, insculpendo literas (vel notas aliterarū loco) in lapidem aut lignū. Hom. Il. ζ, πόρεν δ' ὅγε σήματα λυγρὰ Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά. Vbi legūtur apud Eust. multa de antiqua inscribēdi. i. insculpēdi literas, cōsuetudine. Fortasse autē Exarare & Perarare (quæ Lat. de literis etiā dicūt) ad hoc γράφειν exprimendū cōmodiora fuerint. Sed apud eūdem C Hom. γράφειν dicitur & hasta corpori plagā infligens, quasi videlicet insculpendo. Quā significationis cōmunionē nō magis mirā existimo quàm est Incidere pro Insculpere: (vt quū dicitur Incidere in æs) alioqui tamē cōmunem ex parte habēs cum cæteris quæ à Cædo deriuantur, signif. Locus est Il. ρ, – γράψεν δέ οἱ ὀστέον ἄχρις Αἰχμὴ Πουλυδάμαντος. Vbi si illa signif. analogia spectanda non sit, existimo γράψε reddendū potius verbo Discerpsit, quàm Rasit, aut alio quoquā. (nam Conscribillare Catullianū habet quidē & ipsum inclusā insculpēdi si- D gnif. sed ita insculpendi vt cutis velut radatur duntaxat, nō autē in eā penetretur) Verùm vter istorū Hom. locorū primam ac propriā habeat verbi huius signif. aliis inuestigandū relinquo. Apud eius posteros saltem γράφειν generaliter pro Scribere in vsu fuit. vt ex locis seq. patebit. Æsch. in Ctes. πρὶν περὶ συμμαχίας μίαν μόνην συλλαβὴν γράψαι Δημοσθένη. X. Pæd. 8, γράψαντας δὲ καὶ κατασημηναμένους δοῦναι τὴν ἐπιστολὴν τῷ Κροίσου ἐπιτροπεύοντι φέρειν. Herodot. γράφειν εἰς διφθέρας. Dem. autē, γράφειν εἰς στήλην χαλκῆν. Plut. Sol. διὰ μέλανος τοὺς νόμους ἔγραφε. Diosc. 3, τὸ μέλαν ᾧ γράφομεν. Et γράφειν εἰς τάχος, ex Procopio pro Ce- E leriter scribere, vnde ταχυγράφος. quo dicitur modo & γράφειν εἰς κάλλος, vnde καλλιγράφος & καλλιγραφία. Apud Luc. γράμματα γράψασθαι. Dem. γραφεῖσα ἐπιστολή. Dicitur autē & γράφομαι pro γράφω: vnde & γέγραμμαι pro γέγραφα apud Dem. μᾶλλον δ' ἀναγνώσομαι ὑμῖν ἅπερ ἐμαυτῷ γέγραμμαι πάντα τὰ ὑπομνήματα. Sic γράφου pro γράφε, in his, γράφου δὲ φρενῶν ἔσω, quæ Eust. affert. Vbi obseruanda est metaph. qualis apud Æschyl. in Prom. (sed verbo cōposito vtentē) Ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν. Et apud Pind. Olymp. Od. 10 in princ. τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι F Ἀρχεστράτου παῖδα πόθι φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται. Sic Ter. Andria, Etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis. Cic. quoq; In animo inscribere orationē dixit. Apud eundē legimus, Acad. 4, Itaq; vt literis consignamus quæ monumētis mādare volumus, sic ille in animo res insculptas habebat. His autē velut opponitur ἐς τέφραν γράφειν, in cinerē scribere, & εἰς ὕδωρ γράφειν, de quibus lege Eras. ‖ Γράφειν apud Luc. pro Scribere literas. i. epistolā, Bud. Apud Isocr. ποιεῖν ἢ γράφειν, in orat. ad Nic. vbi ποιεῖν est carmen cōponere, at γράφειν so- G luta orat. aliquid scribere. Et γράφειν περί τινος, Aristot. De re aliqua scribere, pro De ea tractare. ‖ Γράφειν ex consequenti redditur & aliis verbis. vt γράφειν τὸν πόλεμον, Dem. Decernere bellum: & γράφειν πρεσβείαν, decernere legationē, apud eundē. Bud. γράψαι interpr. Decernere plebiscito in hoc Dinarchi loco in Dem. πρότερον τοῦτον οἴεσθε γράψαι Διφίλῳ τὴν ἐν πρυτανείῳ σίτησιν; Et cū infinit. γράψας αὐτὸν θανάτῳ ζημιῶσαι, Æsch. Apud Dem. autem γράφειν Bud. interpr. Ad populum ferre, in Mid. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων προήλω, σὺ ταῦτ' οὐκ ἂν ἔγραψας, vt enim H siquis illorum antehac damnatus esset, tu hæc ad populū nō tulisses. Et γράφειν νόμον, Legem ferre. Quod & passiuè apud Plutarchum in Solone, δεῖ δὲ πρὸς τὸ δυνατὸν γράφεσθαι τὸν νόμον. Sed & γράφειν per se Budæus apud Demosthenem in Aristocr. interpr. Legem ferre. Item in orat. Pro cor. γράφειν ψήφισμα, rogationem ferre.

Apud Hermog. γράφειν etiam simpliciter, pro eodem cum infinit. καὶ γράφει τις αὐτῷ καταγχν. Et γράφειν παράνομα apud Dem. Rogationem ad populum ferre legibus contrariam, vel, Contra legum interdicta aliquid promulgare. At διαδικασίαν γράφειν, apud Æsch. Iudiciũ dictare, Controuersiam constituere. Sic & γράφειν δίκην τινί, Iudicium dictare, Intendere actionem: &(vt Teret. interpr.) Dicam alicui scribere. Aristoph. passiuè, in Nub. εἴ σοι γράφοιτο πεντετάλαντός τις δίκη. Dicitur & γράψασθαι γραφήν, item γράφεσθαι. vt γράφεται ἡμᾶς γραφὴν ἀσεβείας ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος. Sed & γράφομαι sine adiectione pro Accuso frequentissimum est. γράφομαί σε παρανόμων ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος, Luc. Sic γράφομαί σε προδοσίας, Plut. Themist. γράφομαί σε τῆς αἰσχροκερδείας, Plato De leg. Sed & γράφειν actiua voce pro γράφεσθαι, Accusare, Bud. ex Synes. affert. Vnde & γράφεσθαι passiua vt voce, ita signif. Accusari. ἐγράφη παρανόμων τὸ ψήφισμα, Æsch. Et Dem. Pro cor. καὶ γραφεὶς τὸν ἀγῶνα τοῦτον παρανόμων.

Γράφειν, Adscribere, Annumerare. Xen. Pæd. 4. ἐμὲ μὲν οὖν, ἔφη, γράφε τῶν ἱππεύειν ἐπιθυμούντων.

Γράφειν, Describere, Lineam ducere. Item Pingere. Aristot. in Probl. διὰ τί ὁ μὲν κύλινδρος ὠσθεὶς εἰς εὐθὺ φέρεται, καὶ γράφει εὐθείας τοῖς ὁρίζουσιν αὐτὸν κύκλοις, id est, Describit lineas rectas, vel ducit, Bud. interpr. Pro Pingere autem, vt εἰκόνα γράφειν apud Herodian. vnde γεγραμμένη εἰκών. Apud Athen. comicus quidã dicit pictorem fuisse qui norat duntaxat χελιδόνας γράφειν. Plut. Ad præfect. imperitum, ὡς ἔνιοι πλάθουσιν ἑαυτοῖς καὶ γράφουσι: & in Pol. præc. διὸ μὴ δεῖσθαι γραφομένων ἡμῶν ἢ πλαττομένων ἢ χαλκοτυπουμένων.

Γραφέω, ῶ, (Atticè pro γράφω) vnde γεγράφηκα. Synes. καὶ τῷ πατρὶ Πρόκλῳ γεγράφηκα καὶ πέπομφα. Et ἐγγεγραφήκειν apud eundem. sic τυπτέω τυπτῶ, Atticè, à quo tempora sunt apud Aristoph.

¶Γράμμα, ατος, τό, Scriptũ, (substant. accipiendo) Liber. vt Callim. — ἀλλὰ Πλάτωνος Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος. Sic γράμματα Σιβύλλης, Plut. Libri Sibyllini. Et liber septimus cuiusdam operis, Galeno est ἕβδομον γράμμα.

‖Plurali autẽ numero γράμματα (& alicubi singul. etiã) id scripti genus quod epistola seu literæ appellatur. Vtroque numero hac in signif. Basil. vno eodémque in loco vsus est, scribens ad Eustathium, εἰ δὲ ἐμοὶ τὸ γράμμα, πόθεν δῆλον ὅτι τοῦτο τὸ νῦν σοι ἐμπεσὸν σύνταγμα, σύγχυσον τοῖς ἐμοῖς γράμμασι; Sic apud Thuc. πέμπειν γράμματα & ἐσπέμπειν. Et regis quoque γράμματα, Xen. Hell. 7. ὁ Πέρσης ὁ φέρων τὰ γράμματα, δείξας τὴν βασιλέως σφραγῖδα, ἀνέγνω τὰ γεγραμμένα. Herod. 4. ταῦτα τὰ γράμματα ἀποσημηνάμενος. Obseruaui autem γράμμα etiam dici magis peculiari signif. certam aliquam eorum quæ epistola aut alius generis scripto cõtinentur, partem. Thuc. 1.75. τοῦτο γὰρ τὸ γράμμα μάλιστα τὴν Πελοπόννησον διεθορύβει. (mea enim obseruationem proximè præcedentia illius verba confirmant) Pla. epist. 3, τῶν δ' ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γραμμάτων ἦρχεν. At Herodian. ἐπιστολὰς dixit inuẽtas inter γράμματα, latè extendens γραμμάτων significationem, vt quum dicimus *Parmi mes papiers*. Non minùs autem latè patere videtur apud Lat. Chartarũ appellatio, pro iis quæ in illis scripta sunt. Nisi quis scripta vocare malit. Aristot. γράμματα leges scriptas vocat Pol. 3, & alibi artem scriptam, vt docet Bud. 186. ‖Sed γράμμα alicubi non tam scriptum, quàm scriptionem, i. ipsam scribendi actionem significat: vt apud Basil. ἰδοὺ νῦν καὶ κατάρχομεν τοῦ γράμματος αὐτοί.

Γράμμα, Litera, vt quum Plut. στέργειν & στέγειν dicit differre ἑνὶ γράμματι. Et πίναξ ἔχων γράμματα παμπάλαια, apud Plut. Sic Luc. πινάκιον μεγάλοις γράμμασι λέγον. Ita dicuntur Ἑλληνικὰ γράμματα, sicut & Ῥωμαϊκά, &c. Ἀσσύρια γράμματα Thuc. & ἀμυδρὰ γράμματα apud eundẽ. ‖Γράμματα, Literæ, id est doctrina quæ literarum monumentis continetur. vt in hoc senario, Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα, Duplum vident (id est duplici videndi facultate præditi sunt) qui literas didicerunt. Hinc γραμματοδιδάσκαλος, Ludimagister: & ἀγράμματοι, Illiterati, qui & γραμμάτων ἄπειροι dicuntur à Plat. in Apol. ‖Γράμματα, Literæ & Acta publica, seu Tabulæ publicæ, & Tabellæ iudiciales. Item, Rationes argentariorum & similium hominum. Item, Exempla & ἀπογραφαί, id est Indices, quæ inuentoria & repertoria iurisc. vocantur. Hæc Bud. Qui & alibi δημόσια γράμματα pro actis publicis ex Æschine & Demosth. affert: & γράμματα τραπεζιτικά ex eodem Demosth. pro rationibus mensæ & argentariorum. Et δεῖξαι τὰ γράμματα pro Rationes edere. ‖Item γράμματα apud Aristoph. Pluto pro δικαστήρια vt annotat. in vulg. lex. quòd sortes per literas ducerentur de loco in quo quenque iudicia exercere oporteret. vnde ibidem esse, ἐν τῷ βραδυνῷ λαχὸν τὸ γράμμα σου δικάζειν. Item, ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι.

Γράμμα, Pictura. Gregor. καὶ πεπλασμένοις ὑφάσμασιν ἐν διαφόροις βαφαῖς καὶ γράμμασι. Sed in hac signif. multo frequentius est γραφή.

Γράμμα, Scrupulum in Hippiatria, B. Alii Scripulũ.

C. Γραμματοδιδάσκαλος, ου, ὁ, ἡ, Qui literas docet, Ludimagister. ET Γραμματοδιδασκαλίδης apud Timonem Phliasium. AT Γραμματοδιδασκαλεῖον, Ludus literarius, Plut. in Sympos. 876, & alibi. Et Luc. γραμματοδιδασκαλεῖον ἀνέῳξε.

C. Γραμματεισαγωγεύς, έως, ὁ, q. d. Ad literas introductor, vel Literarum introductor. γραμματεισαγωγεῖς LXX autem interpr. dixerunt pro voce Hebraica quam alii Magistros, alii Præfectos reddiderunt, Deut. 16.

C. Γραμματοκύφων, quo nomine Æschinem taxat Demosthenes, quasi scribã vocans, inquit Bud. γραμματοκύφων (inquit Camer.) appellatur per conuicium Æschines qui pueros literas docuisset in paterno ministerio. Hæc illi. Rationem autem huius appellationis esse putarem ab obstipo capite eorum qui vel scribunt, vel instituunt pueros, dum in librum ex quo illos docent caput inclinant, nisi Suidas exponens ταπεινὸν γραμματέα, ad lignum dictum κύφωνα referret.

C. Γραμματοφόρος, VEL Γραμματηφόρος, Literarum lator, Tabellarius. Polyb. Luc. Plut.

C. Γραμματοφυλάκιον, ου, τό, Vbi tabulæ & instrumenta publica monumentáque rerum gestarum actarúmque asseruantur. quod Tablinum Latinè appellatur. B. Pãd.

C. Ἀγράμματος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Illiteratus, Literarum rudis, aut indoctus, aut Qui ne ipsa quidem literarum elementa nouit. Apud Athen. 10, βοτὴρ δ' ἐστὶν ἀγράμματος. & ξυμάγειρος ἀγράμματος. Lucianus αὐλοῦσι τοῖς ἀναύλοις καὶ ἀγωνίσασθαι ἢ γράψαι τοῖς ἀγραμμάτοις γραμματικὸν τρόπον, ἀδύνατον. Vsus est hac voce & Vitruuius.

Ἀγράμματος ῥῆσις, Literis carens, Literis non cõstans, Athen. 10.

Ἀγράμματα ζῶα, Animalia quorum vox nullis exprimi literis valet, inquit Cæl. Rhod. autorẽ non proferẽs.

Ἀγραμματία, ας, ἡ, Literarum imperitia. aut, Literarum penuria, aut carentia, si Latinè dici posset. Vtitur Ælian.

C. Ἐγγράμματος, ου, ὁ καὶ ἡ, Scriptus. vt ἐγγράμματος φωνή.

C. Ἑπταγράμματος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui septem literarum est.

‖Ἑπταγράμματον Hesych. exponit & ὄργιλον, σκληρόν.

C. Πολυγράμματος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui multarum literarum est. Admodum literatus, ex Plut. Pericle.

C. Τετραγράμματος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui quatuor literarum est, Quatuor literis constans. Sic apud Iudæos dicebatur Dei nomen יהוה, quod exprimere religio illis erat.

C. Φιλογραμματέω, ῶ, F. ήσω, Literas amo. B. ex Plut.

Γραμματικός, οῦ, ὁ, q. d. Literarius. γραμματικὸν ποτήριον apud Athen. l. 11, est Literis insculptũ, B. Et γραμματική subau. τέχνη, Grammatica, Literatura, q. d. Literaria. Luc. Alc. γράψαι γραμματικὸν τρόπον, more grammatico. ‖Γραμματικός est etiã Qui literas docet, Literator, Grãmaticus. Plut. γραμματικὸς ἐπιπλήττων παιδὶ περὶ δέλτου καὶ γραφείου. VNDE Γραμματικῶς, Grãmaticè. Epigr. l. 2. ET Γραμματικεύομαι, F. εύσομαι, Grammaticum seu literatorem ago. Epigr.

Γραμματεύς, έως, ὁ, Scriba. Thucydides libro 7, ὁ δὲ γραμματεὺς τῆς πόλεως παρελθών, ἀνέγνω τοῖς Ἀθηναίοις. Demosthenes Pro corona, ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς. Æschines cõtra Ctesiph. ἀναγνώσεται ὁ γραμματεὺς τὸ ἐπίγραμμα. ‖Γραμματεῖς in nouo Testamẽto dicuntur (vt Beza annotat) Legis interpretes, quòd sicut scribæ publicarum tabularũ custodes erãt, sic penes istos, tanquã scoo. ii.

questres, libri legis essent velut depositi. ‖Γραμματεὺς vulg. lex. est & Literator, Literatus. Apud Phalar. autem in epist. Aretin. vertit librarium. VNDE A

Γραμματεῖον, ου, τὸ, Tabella, Libellus, Codicillus, Album, λεύκωμα. Plut. Lyc. ἔχοντες οὖν οἱ κατάκλειστοι γραμματεῖα, καθ᾽ ἕκαστον ἐπισημήναντο τῆς κραυγῆς τὸ μέγεθος. Γραμματεῖον (inquit Bud. Comm. p. 185) apud Demosthenem quodcunque volumen & libellum & tabellam significat, & quicquid scriptum est, vt tabularum apud Latinos latè significatio patet. γραμματεῖον χαλκοῦν Pla. de tabula ænea legum, in Minoe, 192. Et testamentum & testamenti exemplum sic appellatur à Demosth. ἀνοίγειν τὸ γραμματεῖον, Aperire tabulas testamenti. Alibi apud eundem pro tabella vel idiochiro testificationis. B
Γραμματεῖα significāt & acta publica & documēta literaria, & syngraphas, (vnde tabulæ nouæ dictæ) & tabellas iudicum. B. ibid. Γραμματεῖον idem B. exponit Chirographum, Cautionem, ex Pand. Item Rationes argentarii. Γραμματεῖον κοινὸν idē quod τὸ ληξιαρχικὸν, eidē B. ex Dem. περὶ Εὐβουλ. 216, Isæo 559. Γραμματεῖον ληξιαρχικὸν, idem quod γραμματεῖον κοινὸν, eidē B. ex Isæo 6. C
‖Γραμματεῖα in Syria τὰ κοινὰ τῶν συνδείπνων idē. B. ex Athen. 66. ‖Γραμματεῖον (inquit Poll.) Atticis dicebatur etiā in quo pecuniæ reponerentur, quod & γραμματεῖον βοιώτιον appellabant: recentiores autem ἀργυροθήκην.

‖Γραμματεῖον Suidæ est etiam διδασκαλεῖον, Ludus literarius, hoc in loco, προσηγόρευμένος ἀνελπίστως ἐκ τοῦ γραμματείου καὶ τῆς τοιαύτης διαθέσεως, πολὺς ἐπέπνει. (VNDE diminutiua forma Γραμματείδιον, ου, τὸ, quod Suidæ idē est cum γραμματεῖον in prima signif. Scribitur tamen pro eodē & γραμματίδιον.) ET Γραμματεύω, F. εύσω, Scribā ago. X. Hell. 5, ὃς ἐγραμμάτευε τοῖς περὶ Ἀρχίαν πολεμάρχοις. D
Dem. Pro cor. ἐγραμμάτευες, ἐγὼ δ᾽ ἐκκλησίαζον. ET Γραμματεία, ας, ἡ, Literatura, Ἐξαείμησις, vt Suid. in hoc Dauidis loco exponit, ὅτι οὐκ ἔγνων γραμματείας, ὅμως εἰσελεύσομαι ἐν δυναστείᾳ Κυρίου.

C. Ὑπογραμματεὺς, έως, ὁ, Scriba, in v. l. vt sit idē quod γραμματεύς. ET Ὑπογραμματεύω, Sū scriba, in iisdē v. l. Sūt tamē qui otiosam nolētes esse præpos. ὑπογραμματεὺς interpr. Qui scribæ velut administer est. B. autē ὑπογραμματεύω interpr. Facio scriptū (ex Liuio & Gell.) in hoc Antiph. loco, λαθόντες ὑπογραμματέων οἱ τούτοις ὑπεγραμμάτευον τοῖς βουλευταῖς. E

Γραμματίδιον, ου, τὸ, Epistoliū. Antipho, καίτοι τί ἔδει με γραμματίδιον πέμπειν, αὐτοῦ συνειδότος τοῦ τὸ γραμματίδιον φέροντος; Bud. ‖Dem. appellat συγγραφὴν τοῦ δανείσματος καὶ βιβλίδιον μικρὸν, κατὰ Διονυσοδώρου 202. Et alibi pro schedula testificantis. B. ‖Ponitur simpliciter etiam pro γραμματεῖον, 1. Tabella, Libellus. Plut. περὶ δαιμ. ad Apoll. ὀρέξαι οἱ γραμματίδιον. ἀνελίξαντα οὖν αὐτὸ, ἰδεῖν ἐγγεγραμμένα τεία ταῦτα. Γραμματίδιον etiam pro eodem scribitur per ει, apud Suid. de quo suprà. F

Γραμμάτιον, ου, τὸ, Literula, τὸ μικρὸν γράμμα, Suid. Item Epistolium, B. ex Luc.

Γραμματίζω etiā dictū fuisse videtur, pro Literas doceo, Literis imbuo: vnde est γεγραμματισμένος δοῦλος, Literatus seruus, quod ex Pand. citat B. ET Γραμματιστὴς, οῦ, ὁ, Grāmaticæ præceptor, Ludi literarii magister. Plut. αὐτὸς μὲν τοῖς παισὶ γραμματιστής, αὐτὸς νομοδιδάκτης. Dem. patrē Æschinis sic appellat, quia ludū puerilē obtinuerat. B. Et apud Suid. pro eo qui scribere docet. ἐγὼ ἄλλο οὐδὲν ἐς γραμματιστοῦ φοιτῶν ἔμαθεν, ὅτι μὴ γράμματα, καὶ ταῦτα κακῶς γράφειν. Hos literatores Martian. appellat. B. Idem B. apud Plat. Euthyd. ὁπότε ἀπεστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστὴς, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα, οἱ σοφοὶ ἢ οἱ ἀμαθεῖς; prælectorē & recitatorem exponit. ‖Plato in Philebo pro librario accipit vel scriba, 223. & B. γραμματιστὰ etiā exponit. VNDE Γραμματιστικὸς, οῦ, ὁ, Literatori⁹, Grāmatic⁹. Themist. 107, ῥητορικὰ καὶ γραμματιστικά. G

Γραμμάριον, ου, τὸ, Scripulū, seu Scrupulus, 1. 24 pars vnciæ.

¶ Γραπτὴρ, ῆρος, ὁ, Scriptor. Epigr.

Γραπτὸς, οῦ, ὁ, Scriptus. γραπτὸς λόγος, Alcid. γραπτὸς νόμος, Nazianz. VNDE comp. Ἄγραπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nō scriptus. At ἄγραπτος δίκη Polluci est ἡ ὑπὸ τῆς παραγραφῆς ἀναιρεθεῖσα καὶ διαγραφεῖσα. H

Γραπτὴς, ου, ὁ, Rugosus, ὁ ῥυσὸς καὶ ὡσανεὶ καταγεγραμμένος, ἤγουν γραμμάς τινας ἔχων ἐκ τῶν ῥυτίδων, Qui rugis inscriptus est, vt Plaut. dicit corpus vulneribus inscribere.

Γραπτῶς, aduerb. q. d. Scriptim, Depictim, Expressè, v. l.

Γραπτὺς, ύος, ἡ, Inscriptio, (eo videlicet sensu quo iā ex Plauto citaui, Corpus vulnerib⁹ inscribere) vel Laniatio, seu (vt Eust. explicat) ἡ ἐξ ἀκανθῶν ἢ ἀκανθωδῶν τινῶν, τῶν μὲν ὤν γραφὴ τουτέστιν ἀμυχὴ, ξυσμός. Od. ω, περὶ δὲ κνήμῃσι βοείας κνημῖδας ῥαπτὰς δέδετο, γραπτῦς ἀλεείνων.

¶ Γραφὴ, Scriptura, Scriptio. Luc. De hist. scrib. πρὸς τοὺς ἔπειτα μᾶλλον σύγγραφε, καὶ παρ᾽ ἐκείνων ἀπαίτει μισθὸν τῆς γραφῆς. Item Scriptum. Thuc. lib. 1, τοσαῦτα μὲν ἡ γραφὴ ἐδήλου, de epistola loquens. In Euangelicis & eccl. libris ἡ γραφὴ & αἱ γραφαὶ de sacris scriptis quæ vulgò sacræ scripturæ nomine appellantur. Sed γραφὴ peculiariter interdū in N. Test. de certo quopiā scripturæ loco dicitur. ‖Γραφὴ, Accusatio. vnde ἀποφέρειν γραφὴν, quod Terent. Dicā impingere: & γράφεσθαι γραφὴν. De quibus vide B. Item γραφὴν δοῦναι in v. l. Actionē dare, ex Dem. Et γραφὴν ἀργίας ἁλοὺς, otii damnatus. ‖Γραφὴ, Pictura. Item Picta tabula. Luc. De cal. ὑποδεῖξαι βούλομαι τῷ λόγῳ καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς. Herod. 3, τὰς μάχας τε καὶ τὰς νίκας δημοσίαις ἀνέθηκε γραφαῖς. Dicitur & de fucata facie, tanquā & ipsa picta sit. in qua signif. eleganter lusit Theophyl. ep. 2, μὴ καὶ γράψωμαί σε γήρως ἐπὶ τῇ τοῦ προσώπου γραφῇ.

Composita partim à γραφὴ, partim à γράφω.

C. Ἄγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἄγραπτος, Non scriptus. Aristot. Ethic. 8, δίκαιον ait esse duplex, vnum, ἄγραφον, alterum, κατὰ νόμον. Apud eūdem ἄγραφοι νόμοι, leges nō scriptæ: quibus opponuntur γεγραμμένοι. Poll. 6, τιθεμένοις δὲ τούτοις νόμοις τοῖς ἀγράφοις καὶ τοῖς γεγραμμένοις. Dicuntur & πάτριοι νόμοι, à Platone lib. De leg. 7, Leges patriæ, i. patrio more receptæ: πάτρια ἔθη. vt & Aristoteles Ethic. 3, facit νόμους τοὺς κατὰ τὰ γράμματα & τοὺς κατὰ τὰ ἔθη. Dem. ἄγραφα νόμιμα appellat ius non scriptū, sed quod est à natura inditum.

Ἄγραφος νόμος, Lex quæ publicè fixa non est. Bud. ex Andocide & Xenophonte.

Ἄγραφα ἀδικήματα, Crimina de quibus lex scripta nō est, vt ait Hesych. & Suid. apud quos malè distinguitur inter ἄγραφα & ἀδικήματα, quasi ἄγραφα per se significaret Crimina de quibus, &c. quæ expositio est & in v. l.

Ἄγραφα Iudæi vocabāt quædam quæ citra librorum monumenta per manus tradebant viua voce. Eadē appellabāt & traditiones. Hæc Erasmus ex Chrysostomo. Puto autē esse quæ apud Euseb. παράδοσις ἄγραφος dicūtur.

Ἀγράφιον, ου, τὸ, Substantiuum: vnde ἀγραφίου δίκη vt inquit Harpocration, Actio aduersus eos qui quum publico debitores essent, eóque in tabulas publicas inscripti essent, ante persolutionem tamen ex iis expūcti. Apud Suidam latius etiam explicatur. Vide Demosth. in oratione κατὰ Θεοκρίνου. Autor Etymologici addit dictam etiam fuisse ἀγραφίου δίκην aduersus eos qui inscribebāt eorum nomina qui nihil deberent. Hesychius autem dicit, Aduersus eos qui quū mulctam pecuniariam publico deberent, quia tamen gratiosi erant, inscripti nō essent. vel, gratia tamen qua valebāt, effecissent vt non inscriberentur. Nam Hesychii κατὰ χάριν ad verbum interpretari non possum.

C. Αὐτόγραφον, ου, τὸ, Scriptū manu propria exaratum. Plut. ad Col. αὐτόγραφον ἐξενεγκεῖν ἀμαθίας ἔλεγχον καθ᾽ αὑτοῦ.

C. Δικογράφος, ου, ὁ, Causarum scriptor. Budæo idem est quod δικορράφης. VNDE Δικογραφία, ας, ἡ, Causarum scriptio seu concinnatio. Isocr. περὶ ἀντιδόσ. εἰδὼς ἐνίους τῶν σοφιστῶν βλασφημοῦντας περὶ τῆς ἐμῆς διατριβῆς, καὶ λέγοντας ὡς ἔστι περὶ δικογραφίαν.

C. Δολιχογραφία, ας, ἡ, Scriptorum prolixitas. Epigr.

C. Ἔγγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Scriptus, Scripto constans, In literas relatus. contr. τῷ ἄγραφος. Plut. Pericle, ἔγγραφον μὲν οὖν οὐδὲν ἀπολέλοιπεν πλὴν τῶν ψηφισμάτων. ἔγγραφος νόμος apud eundem Lycurgo. Lucian. ἔγγραφος ἀναλγησία, scripto testata. Apud Naz. autem, ἔγγραφος ἡ τοῦ πνεύματος θεότης, est Sacris literis testata.

C. Εὐγραφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Bene seu pulchris literis scriptus aut pictus. ‖Item Bene scribens seu pingens. vt εὐγραφέων καλάμων, Epigr.

C. Ζωγράφος, ου, ὁ, Qui animalia depīgit, Pictor. Epigr. lib. 2.

Ζωγράφε ταῖς μορφαῖς κλέπτεις μόνον. Luc. ζωγράφον συγγεγράφαντα τὸν Ῥωξάνης καὶ Ἀλεξάνδρου γάμον. Plut. Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος ἀνθρώπων. VNDE Ζωγραφία, ας, ἡ, Pictura. Philostr. ep. 39, ζωγραφίαι παρειῶν καὶ χείλεων βαφαί. ET Ζωγραφικός, ή, όν, Pictorius. Et Ζωγραφική, s. τέχνη, Pictoria ars. Et τὰ ζωγραφικὰ, quæ pingi solent. ‖Ζωγραφικός est etiam Qui pingendi peritus est, Qui valet arte pingendi. Bud. ex Polyb. εἰ πλαστικὸς ἢ ζωγραφικὸς ἦν. ET Ζωγραφεῖον, ου, τὸ, Officina pictoris. ET Ζωγραφέω, ῶ, F. ήσω, Pingo. Plato, οἷον ζωγράφος ζωγραφήσῃ ἡμῖν σκυτοτόμον τέκτονα, τοὺς ἄλλους δημιουργούς. Ibid. γράφειν pro eodē dixit. B. Athen. lib. 13, ταῖς ὀφρῦς πυρρὰς ἔχει τις; ζωγραφοῦσιν ἀσβόλῳ. VNDE Ζωγράφημα, ατος, τὸ, Pictura, id est idipsū quod pictum est. εἰκών. Plato Phil. Et Plut. De def. orac. μύθου παλαιοῦ καθάπερ ζωγραφήματος ἀφῇ ἀποπειρώμενον, Qui fabulæ priscæ tanquam tabulæ pictæ manus adferebat. ET comp. Διαζωγραφέω, ῶ, F. ήσω, Depingo. Philo 3 De vita M. ὁ μὲν οὖν τύπος τῶν παραδειγμάτων ἐνεσφραγίζετο τῇ διανοίᾳ τοῦ προφήτου, διαζωγραφούμενος καὶ προδιαπλαττόμενος ἀφανῶς ἄνευ ὕλης ἀοράτοις εἴδεσι, Quæ expingebantur.

C. Ἰδιόγραφον, ου, τὸ, idem quod αὐτόγραφον. Gell. lib. 9, Qui scripserunt idiographum Virgilii sese inspexisse.

C. Καλλιγράφος, ου, ὁ, Qui eleganter scribit aut pingit. Gregorius, ἐγὼ τούτων οὐκ ἀφυὴς καλλιγράφος. VNDE Καλλιγραφία, ας, ἡ, Elegans scriptura, Scribendi pingendive elegantia. Plutarchus, λείπεται ἡ καλλιγραφία τῶν βασιλικῶν. ET Καλλιγραφέω, ῶ, Eleganter scribo, καλῶς γράφω, Pollux. Et Fuco, Bud. qui ex Laertio κεκαλλιγραφημένη λέξις interpretatur Oratio elegans & compta. Sic Iosephus 2 contra Ap. Platonis νόμους dicit κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν κεκαλλιγραφημένους. Phrynichus tamen hoc verbum Atticum esse negat: pro eo autem dici ait εἰς κάλλος γράφειν.

C. ΥΠΟδέομαι, quod Bud. ait significare vel Egeo, vel Rogo humiliter, in hoc Gregorii loco de Christo loquē-tis in carne, τὸ πεινῆν, τὸ κοπιᾶν, τὸ ἀγωνιᾶν, τὸ ὑποδέεσθαι. ET Ὑποδεής, Inferior. Sed vsitatius est in compar. ὑποδεέστερος, qua voce gaudet Thucyd. vt lib. 1. φαίνεται ἂν ὑποδεεστέρα ἡ πόλις. Et lib. 6, ὡς πολλῷ τινι ὑποδεέστερον πόλεμον. Et l. 3, καὶ ἐκ τῶν ὑποδεεστέρων κινδυνεύειν περὶ τοῦ πράγματος. Apud eū-dem, ὑποδεέστερος redditur imbecilliores lib. 3, ὅτι τε τοῖς B ὑποδεεστέροις πρόφασις ξυνέβη. Plato autem ἥττω cū ὑποδεέστερον copulauit in Phædro.

¶ Δεύομαι, poet. pro δέομαι, Egeo. Od. ξ. v. 510, Τῷ οὔτ' ἐσθῆτος δευήσεαι, οὔτε τευ ἄλλου Ὧν &c. Il. α, & alibi, οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης. Il. η, Οὐ μὲν γάρ τι νέον γε καὶ αὐτὴ δεύεται ἄλλης. ¶ Exponitur & Prior apud eūdem, vt quum mortuos esse dicit θυμοῦ δευομένους. Sed & Inferiorem esse, alicubi: vt Il. ψ, — δηΐά τε πάντα Δεύεαι Ἀργείων. Ex Apoll. autem affertur δεύεσθαι τετράκις εἰς ἑκατόν, pro Centū esse, dem- C ptis quatuor.

C. ΕΠΙδεύομαι, Idem. Iliad. β. — χρυσοῦ ἐπιδεύεαι: Ex Phocylide autem ἐπιδεύης affertur, vbi potius legendum ἐπιδευής. HINC Ἐπιδευής, Indigus. Od. — πυροῦ καὶ κρειῶν ἐπιδευής.

ΔΕΊΔΩ, F. είσω, (& δείσομαι poet.) Pr. δέδοικα (pro δέδιδα nimirū pro δέδοα, vt quidam volunt, vero) ex quo fit δέδια (item poet. δείδια, vnde particip. δειδιώς Hom.) plusquā-perf. ἐδεδοίκειν & ἐδεδίειν. Est autem Δείδω, Timeo, Metuo. Il. χ, — δηΐά μάλ' αἰνῶς δείδω μὴ πεδίον δὲ δίηται: deinde καταπαύσῃ. Sæpe & præt. δέδοικα siue δέδια (& δέδοικα ac δείδια apud poetas) præsentis signif. obtinet. vt Iliad. α, Νῦν δ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ φρένα μή σε παρείπῃ Ἀργυρόπεζα Θέτις. Et cum accusat. Il. σ, Νῦν δ' αἰνῶς δείδοικα ποδώκεα Πηλείωνα. In prosa autē hæc præterita (quæ potius in vsu sunt quàm præsens) non has solùm constructiones habent, sed & alias, vt exemplis docebo. Ac primùm cum μή, vt δέδοικα μή τι ἐνδείᾳ τῆς ἐπιτηδείων ἀπόληται. Et alicubi cum particula μή iuncta indicatiuo: vt Gregor. ταύτης τῆς ἐπινοίας δέδοικα μὴ καὶ αὐτὸς ἐξημαρτήκω παρέργον. Dicitur & δέδοικα μὴ οὐκ. vt Xen. δέδοικα μὴ οὐκ ἔχω ἱκανὴν τὴν σοφίαν. Sed obseruaui apud eundem scriptorem & δέδοικα ὡς οὐκ pro δέδοικα μὴ οὐκ, Pæd. 6, σφων δ' ἐνδεηθέντες, μὴ δείσητε ὡς οὐχ ἡδέως καθευδήσετε. Et cum infinit. Il. η, Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. Sic Greg. ἐδείσα παραδέξασθαι. Cum accusatiuo autem, vt Dem. Philip. 1, μισεῖ τις ἐκεῖνον καὶ δέδιε. Plutar. De superstit. ὁ δ' θεοὺς δεδιὼς, πάντα δέδιε, γῆν, θάλατταν, &c. Sæpe etiam cū genit. pers. & datiuo, sed interiectis præpos. illic περί, hìc vel περί vel ἀμφί. dicitur enim δέδοικα περὶ σοῦ & δέδοικα περὶ σοί vel ἀμφί σοι. Lat. autem dicitur vnico cō structionis genere, Metuo tibi. Xen. Pæd. 1, δείσας περί τε τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ Κύρου. Isocr. in Euag. περὶ Κύπρου δεδιὼς (hìc enim Κύπρου pro genit. personæ censetur.) Cum dat. Thuc. δείσας περὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις. Sic autem & Hom. loquutus est Il. ρ, Ὅσσον ἐμῇ κεφαλῇ περιδείδια, μή τι πάθῃσι, Καὶ σῇ. Cum ἀμφί eode sensu, Gal. ad Glauc. 1, δείσας ἀμφὶ τῷ μειρακίῳ.

Δεῖμα, ατος, τό, Metus, Terror. Il. ε, Δεῖμα φέρων Δαναοῖσι. Plato De rep. ὑποψίας καὶ δείματος μεστός. Plut. De superstit. προσεμφορῶν αὐτῷ δείματα καὶ φόβους καὶ ὑποψίας καὶ ταραχάς. ¶ Item, Terriculamentum, φόβητρον, Hesych. ¶ Exponitur & Periculum, metus enim nōnisi periculi est. Apoll. Arg. ἐμπεδοι ἀργαλέοις ἐν δείμασι. ET Δειμός, οῦ, ὁ, itidem, Metus, Terror. Il. περὶ δ' ἄρ Δεῖμός τε Φόβος τε. Hesiod. Theog. — αὐτὰρ Ἄρηϊ ῥινοτόρῳ Κυθέρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν.

Δειμαλέος, ου, ὁ, Timidus. Item, Terribilis & Timorem incutiens. Nam Hesych. exponit etiam εὐλαβής, φοβερός, Suid. δειλίας καὶ φόβου ἐμποιητικός. Epigr. Κέρβερε δειμαλέον ὑλακὴν νεκύεσσιν ἀλλων. Sic δειμαλέος κεραυνὸς dicitur id est Terrificus.

Δειματοπιστος, Timidus, Pauidus. Epigr.

Δειμήνης, εος, ὁ καὶ ἡ, Terribilis, Terrificus. φοβερός, Hes.

Δειμήσεις, ὁ καὶ ἡ, idem. Erotian.

A Δειμαίνω, Timeo, Terreor. Plato lib. 1 De rep. ἐκ τῶν ὕπνων ὥσπερ οἱ παῖδες ἐγειρόμενος δειμαίνει. Herodot. δειμαίνω περὶ τῷ Ξέρξῃ, Xerxi metuo, De Xerxe sum solicitus. Apud Suidam ex Procop. δειμαίνουσα δέος. Apud eundem, δειμαίνοντες τῆς ἀνοίας Εὐσεβίου τὴν ἀκοὴν, ἐξεπλήσσοντο. Et, ἀμφὶ τῷ περὶ ὅλα δειμαίνοντες. HINC Ἀδείμαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, Impauidus, Intrepidus, ἄφοβος, ἄτρεστος. Item, Terriculamentorum expers, Spectris liber, ex Eurip. ¶ Est & nomen proprium. ET Ἄδειμος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, itidem Impauidus, Intrepidus: ἄφοβος, Hesych. & Suid. ITEM ΠΡΟδειμαίνω, Prior metuo. Metum præsumo. ET ΥΠΕΡδειμαίνω, Metuo, seu potius Supra modum metuo. ET ΥΠΟδειμαίνω, Subuereor, Aliquātulū metuo.

Δειματόω, ῶ, F. ώσω, Terrifico, Perterrefacio. Herodot. ἐδειμάτου τοὺς Ἴωνας. Aristoph. Ran. μή μ' ἔκπληττε μηδὲ δειμάτου. Et in pass. Metuo, Timeo. Plato in Axiocho pseudepigrapho, ἵνα δ' ἐπιτρέπεις σαυτὸν, δειματούμενος στερήσεσθαι τῆς ψυχῆς, Veritus ne spolieris anima. Et δειματωθεὶς, Metu perculsa, apud Eurip. ET comp. ΕΚδειματόω, ῶ, Exterreo. Plato De rep. 2, μηδὲ μητέρες τὰ παιδία ἐκδειματού- C τωσαν, neque filiolos terrent matres.

Δειμαίομαι, ῶμαι, Metuo. φοβοῦμαι, Hesych.

C. Δεισιδαίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Qui dæmonas seu deos esse metu adactus credit. sic enim à Plut. περὶ δεισιδαιμ. accipi videtur quum ait, οὐκ οἴεται θεοὺς εἶναι ὁ ἄθεος, ὁ δὲ δεισιδαίμων οὐ βούλεται, πιστεύει δὲ ἄκων. ἀποθανεῖν γὰρ οὐ βούλεται. ¶ Et generalius Qui meticulosè dæmones seu deos colit Superstitiosus. Nazianz. δεισιδαίμονα πλάνην. HINC Δεισιδαιμονία, ας, ἡ, Dæmonum deorúmve metus superstitiosus. (pass. metus) Plut. Alex. δεινὸν μὲν ἀπιστία πρὸς τὰ D θεῖα καὶ καταφρόνησις αὐτῶν, δεινὴ δ' αὖθις ἡ δεισιδαιμονία. Idem περὶ δεισιδ. φόβων δὲ πάντων ἀπρακτότατος καὶ ἀπορώτατος ὁ τῆς δεισιδαιμονίας. Ibidem, ὦ βάρβαρα ἐξευρόντες Ἕλληνες κακὰ τῇ δεισιδαιμονίᾳ, πηλώσεις, καταβορβορώσεις, σαββατισμοὺς, ῥίψεις ἐπὶ πρόσωπον, αἰσχρὰς προκαθίσεις, ἀλλοκότους προσκυνήσεις. Budæo est etiam Religio. apud Athen. enim δεισιδαιμονίᾳ περιέχεσθαι interpr. Religione teneri. Et apud Plut. δεισιδαιμονία ἥπτετο τῆς πόλεως, Religio ciuitatem inuasit. Idē quod Cicero dicit, Omnium officiorum obstringi religione, Græcè reddit ἁπάντων τῶν καθηκόντων δεισιδαιμονίᾳ ἔνοχον εἶναι. Sic quod apud eundem E Cicer. est, Religione noua se obligare, &, Nouam religionem suscipere, vertit δεισιδαιμονίαν αἱρεῖσθαι. ET Δεισιδαιμονέω, Deorum metu superstitioso teneor. vnde apud Suid. ὁρῶν δὲ τοὺς στρατιώτας δεισιδαιμονοῦντας ἐπὶ τοῖς σημείοις, ἐφιλοτιμεῖτο διὰ τῆς ἰδίας ἐπινοίας καὶ στρατηγίας μεταθεῖναι ταῖς τῶν πλήθους εὐλαβείας.

C. Δεισίθεος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod δεισιδαίμων.

Δείτης, vide ἴτης.

C. ΚΑΤΑδείδω, Pertimesco. vnde καταδείσαι, Formidare, F B. ex Andocide. Demosth. in Mid. καταδείσαντες τόν τε καὶ τὸ τούτου θράσος.

C. ΠΕΡΙδείδω, Pertimesco. q. Vndiquaque metuo. Autor Batrach. Πλεῖον δὲ γαλέην περιδείδια.

C. ΠΡΟδείδω, Prior metuo, Metum præsumo. vnde προδείσαι quod ex Soph. citatur, & exponitur ἔμφοβος.

C. ΥΠΟδείδω, Subuereor, Subtimeo, Aliquantulum metuo. Vel simpliciter pro Metuo. Il. α, Τὸν δ' ὑπέδεισαν μάκαρες θεοί. Od. ρ, Ἀλλὰ μενοινήων χαλεπὸν ὑποδείδια ὅμιλον.

Δειδήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Timidus, Meticulosus. εὐλαβής. Il. γ, Ἀλλὰ μάλα Τρῶες δειδήμονες.

G Δειδίσκομαι, Metuo. φοβοῦμαι, Eust.

Δειδίζω, item Δειδίζομαι, Timeo. φοβοῦμαι, Hesych. VNDE comp. ὑποδειδίσσ' apud Hom. Il. ε, Οὔτε βίας Τρώων ὑπεδείδισαν οὔτε ἰωκάς. ET Δειδία, ας, ἡ, Nox, quæ obscuritate sua metum & terrorem facilè incutit. Annotatur à Suida & Eust. AT Δεδίεια Hesychio est δειλία.

Δειδίττω seu Δειδίττομαι, F. ίξομαι, Terreo, Terrifico. Lucian. τοὺς δὲ πειρῶντας ἀποδιδράσκειν ὑλακτῶν καὶ τῷ χάσματι δεδιττόμενος. Et apud Suid. ἦχον ἐγεῖραι συμμιγῆ τε καὶ ἄγριον, καὶ σὺν τῷ ἀλαλάγματι ἐπιδεδυνῆσαι τοῖς τυμπάνοις, ὡς καταπλῆξαι καὶ H δεδίξεσθαι τὸ Ῥωμαϊκόν. ¶ Item, Metuo. vnde δεδιξάμενοι, quod exponitur φοβηθέντες. Notandum verò Eustathium non à δείδω sed à δίω hoc vocabulum deducere: cui assentire videtur Suidas, qui & ipse διώκω exponit. ET Δειδίσσομαι (seu Δειδίττομαι Atticè) poe-

ticè per epenthesin literæ ι, itidem pro Terreo, Terrefacio, Metuere facio. Il. υ, Πηλείδη μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε, νηπύτιον ὥς, ἔλπεο δειδίξεσθαι. Il. ο, Χερσὶ δὲ μή τι με πάγχυ κακὸν ὣς δειδίσσεο. ‖ Item pro Metuo, apud Homeri posteros, teste Eust.

Δίω, Timeo. vnde δίε, Il. ι, περὶ γὰρ δίε νηυσὶν Ἀχαιῶν. Ita Eustath. qui & δεδιέναι inde deducit per anadiplasiasmũ. Sed alii δέδια (vnde δεδιέναι) à δέδοικα deriuant. Hinc & ἐδείδισαν, Il. ζ, interiecto ι: Il. ε, Μήτε σύ γ' Ἄρηα τόνδε δείδιθι, μήτε τιν' ἄλλον ἀθανάτων. Il. υ, Τρῶες ὑπὲρ θυμὸν μὴ δείδιτε Πηλείωνα.

Δεῖσθαι etiam reperitur. vt apud Plut. Apophth. δεῖσθαι περὶ βίου οὐ φοβεῖσθαι, De vita vereri, non metuere, vt interpr. vertit. Apud eundem alibi, δεῖσθαι περὶ τοῦ βίου μὴ φοβεῖσθαι μελετᾶν. ET Δεδίσαι apud Hesych. ἐκλαβεῖσθαι, φοβεῖσθαι. ITEM, Δεδίσαι actiua signif. apud eundem pro φοβῆσαι. AT Δέδιε apud Hesych. φοβοῦ. HVC Δεδίεικτος etiam referri potest quod Hesych. exponit ἀεὶ φοβούμενος, semper timens.

¶ Δέος, εος, τό, Metus. Il. θ, Θάμβησαν, καὶ πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλεν. Thuc. lib. 4, οἱ Ἀθηναῖοι ἐς μέγα δέος κατέστησαν. Herodian. lib. 3, ἐν φροντίσι καὶ δέει διαγρηγορήσαντες, Curis pauoribúsque. Δέος δεδιέναι, Plato Sympos. & θανάτου δέος horror mortis in Axiocho. Herodot. lib. 2, οὐδέ τι δέος ἀπὸ Βρεττανίας, nullo iam ex Britannia impendente metu. At Δέος μὴ Latinè redditur Periculum est ne, Metuẽdum est ne. Demosth. Olynth. 1, ὡς δεῖ μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, τρέψηται καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων. ET Δείος, poeticè inserto ι propter metrum, pro eodẽ. κραταιὸν ἀπὸ δείους.

C. Ἀδεής, ὁ καὶ ἡ, Metu carens, Metus expers, Liber omni metu, Qui non timet. vt παῖδες ἀδεεῖς, Metu vacui, apud Luc. in Tyrann. Sic, περὶ τῆς πατρίδος ἀδεὴς καὶ ἀκίνδυνος γίνομαι. ‖ Ἀδεὴς βίος passiuè, Vita extra metũ posita, Periculo carens. Alciphr. in 3 epist. Halieuticis, γεωργία δὲ συντραφῆναι καὶ τὸν ἀσφαλῆ καὶ ἀδεᾶ βίον ἀσπάσασθαι. Ἀδεὲς δέος δεδιέναι, Plato Symposio, pro Timere de nihilo, Omnia tuta timere, vt poeta loquitur. Prouerbiale est.

Ἀδεής, Intrepidus, Audax. Nõnunquam Impudens. vt apud Homerum sæpe κύον ἀδδεές. vt Odyss. τ, Πάντως θαρσαλέη, κύον ἀδδεές, οὔτι με λήθεις &c. Vbi Eustathius ait ἀδεὴς hic non simpliciter significare intrepidam & imperterritam, sed impudentem: & geminari δ in hoc vocatiuo, vt in ἔδδεισε pro ἔδεισε. Nonnulli ἀδδεὲς apud Homerum in modò citato loco, sicut & in aliis, exposuerunt Contumax, Temeraria, aut Temerariè.

Ἀδεέστερος, comp. grad. Metu liberior, Securior, Minus periculosus.

Ἀδειής pro ἀδεής, inserto ι, poeticé. vt in Εἴπερ ἀδειής ἐστιν, Iliad. η.

Ἀδεῶς, aduerb. Absque metu, Securè, Tutò. Dem. Olynth. 1, καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην ἀδεῶς καρπούμενοι. Item Impunè, apud Aristot.

Ἄδεια, ας, ἡ, Metus vacuitas, Securitas, Fiducia. Demosth. ἡ ἀπὸ Θηβαίων ἄδεια ὑπῆρχεν ἡμῖν, Nullus à Thebanis nobis erat metus. Hinc ἐπ' ἀδείας, pro Securè, ἀδεῶς. Et ἄδειαν ποιοῦμαι, Fiduciam sumo aliquid faciendi. vt ἄδειαν ποιησάμενον σῶσαι τὴν πόλιν. Herodot. 1, ἐν ἀδείῃ οὐ ποιεύμενοι λέγειν, Haud pro tuto habentes, Haud tutum existimantes proferre. Nonnunquam cum genitiuo, vt ἄδειαν ἔχει τῶν πληγῶν, A plagis est tutus, vel, A plagis nõ timet.

Ἄδεια, Libertas, Immunitas, Licentia. vt παρέχειν ἄδειαν apud Plut. Sic δοῦναι ἄδειαν, Libertatem dare aliquid faciendi, Potestatem facere. Bud. in post. ann. in Pandectas, Ἄδειαν ψηφίσασθαι dixit Andocides orator, plebiscito potestatem facere impunitate permissa. Paus. ἄδειαν διδόναι. Politianus ἄδειαν impunitatem transfert apud Herodianum, qui ἄδειαν & ἀμνηστίαν nonnunquã copulat: vt ἄδειάν τε καὶ ἀμνηστίαν ἐνόρκως ὑπισχνεῖται.

Ἄδεια exponitur etiam ἀργία ab Hesychio. i. vacatio. sic ἄδεια τῶν ἔργων, vacatio ab operibus.

C. Περιδεής, έος, ὁ καὶ ἡ, Meticulosus, Pauidus. Isocr. Paneg. τὰς δὲ ψυχὰς ἔχει τὰς μοναρχίας ταπεινὰς καὶ περιδεεῖς ἔχοντες.

A In hac signif. iungitur & genit. Thuc. lib. 3, οἱ δὲ πράξαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, μάλιστα τῶν Μιτυληναίων περιδεεῖς ὄντες. Plato epist. 7, οὐ δὴ περιδεὴς ὁ Διονύσιος γιγνόμενος, Quod pertimescens Dionysius, Quo territus Dionysius. Et περιδεές, neutro gen. Timiditas, Timor. ‖ Item, Formidolosus. i. Qui timorem adfert aliis, Bud. ex Isocr. ad Nicoclem, μὴ βούλου περιδεὴς εἶναι τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσι. VNDE Περιδεῶς, aduerb. Meticulosè, Pauidè. Thuc. lib. 6, τοὺς περιδεῶς ὑποπτεύσαντάς τι. Et lib. 7, & τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς ξυνταπεινούμενοι. Et

B apud Isocr. Euag. πρὸς δὲ τούτων οὕτως ἐκ πολλοῦ περιδεῶς ἔχειν. ET Περιδέεια, ας, ἡ, Nimius timor. περιδεὴς φόβος apud Suid.

C. Ὑπερδεής, έος, ὁ καὶ ἡ, Metu superior, Qui nullo metu superatur aut frangitur, ἀδείμαντος καὶ ὑπερκείμενος δέους, vt Eustath. explicat. Il. ρ, Κάρτεΐ τε σθένεΐ τε πεποιθότας, ἠνορέῃ τε, Γλαῦκ' ἔτι τε σφετέρῳ, καὶ ὑπερδέα δῆμον ἔχοντας. vbi idem Eustath. syncopen esse tradit pro ὑπερδεέα.

C. Ὑποδεής, έος, ὁ καὶ ἡ, Subtimidus, ὑπόφοβος, Hesych.

C ΔΕΙΛΟΣ, Timidus, Ignauus. (nam respiciendo etymũ, cogor ab hac signif. auspicari) Il. ν, Ἔνθ' ὅ, τε δειλὸς ἀνὴρ ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη. Et versu sequente κακὸν appellat quem hîc δειλόν. Aristot. Ethic. 2, ὁ γὰρ ἀνδρεῖος πρὸς μὲν τὸν δειλὸν θρασὺς φαίνεται, πρὸς δὲ τὸν θρασὺν δειλός. Plut. De fort. Rom. ἀλκὴν δὲ καὶ θράσος δειλοῖς ἐνθεῖσα. Dicitur & de alia timiditate: interdúmque cum πρός. vt apud eundem Plut. δειλὸς πρὸς τὰ αἰσχρὰ καὶ ἄτολμος, in lib. περὶ δυσωπίας. Sed & cu[illegible] nit [illegible] τῆς αἰδοῦς affertur ex Plat. ‖ Δειλός, Miser. Od. ξ, v. 253, [illegible] δειλὰ κακὰ μήδετο μητίετα Ζεύς. Sic δειλὴ misera, Il. τ, v. 287, Πάτροκλέ μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ. Idem generaliter

D omnes mortales δειλοὺς βροτοὺς vocare solet, eo modo quo dixit Virgil. Mortalibus ægris. At vbi genitiuo iungit hanc vocem Homerus, pro superlatiuo ponit, videlicet δειλὲ ξείνων pro δειλότατε ξένων, id est δειλαιότατε, miserrime. Sic Odyss. ξ, v. 361, Ἆ δειλὲ ξείνων. Alibi autem sine genitiuo, vt Od. φ, v. 86, Ἆ δειλώ, τί νυ δάκρυ κατείβετον; ‖ Δειλὸς exponitur etiam Debilis, Infirmus: ac certè Hesych. vult δειλὸν inter alia significare etiam ἀσθενῆ: sed δειλὸν γῆρας apud Hesiod. malim aut miseram

E senectutem, aut certè, cum Latinis poetis, ægram senectutem (sicut Virgilium dixi ægros mortales appellare quos Homerus δειλοὺς βροτούς) quàm debilem seu infirmam senectutem interpretari. ‖ Δειλός, Malus, Improbus. vt in hoc versu multi vertũt, Odyss. θ, v. 350, Δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι. Sic vtũtur & alii poetæ interdum: sed nullus frequentius (quantum memini nisse possum) vel potius nullus tam frequenter quàm Theognis. Dicitur & de rebus: vt Pythag. carm. λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοί. Huius autẽ significationis occa-

F sionem inde sumptam existimo quòd ignaui pro hominibus nequam haberi soleant: ac certè videmus vice versa & κακὸς pro δειλὸς in timiditatis significatione poni, vt & paulo antè admonui: vicissimque ἀγαθὸς pro strenuo vsurpari, vt suo loco dictum à me fuit.

C. Δειλακρός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Extremè timidus aut miser. Aristoph. Pluto, subantem anum deridens, ἐγὼ δὲ κατακέκνισμαι δειλάκρα. ET Δειλακρίων, ωνος, ὁ, pro eodem apud Aristophanem Auibus, Ὦ δειλακρίων σύ, τῶν κακῶν οἵων ἐρᾷς. ‖ Δειλακρίων item Mercurius dicebatur

G veluti λίχνος, ὅτι κρεαδίων ἕνεκα δεικνυμένων αὐτῷ, κατῆρχε τούτοις. Suid.

C. Δειλανδρία, ας, ἡ, Timiditas, quasi à δείλανδρος, quod Timidum, seu (ad verbi m[illegible]) T midum virum significaret. ET Δειλανδρέω, ῶ, F. ήσω, Terreor, Paueo, Bud. ex 2 Maccab. οἱ δειλανδροῦντες δεδιδρακον καὶ ἐξετόπιζον ἑαυτούς.

C. Θρασύδειλος, ου, ὁ καὶ ἡ, In quo audacia cum timiditate coniuncta est, seu (vt Bud. vertit) Qui temeritate præditus est, non ab animi tamen fiducia, Audaciæ ostentator idem & timidus. Aristot. Ethic. 3, διὸ καί εἰσιν οἱ

H πολλοὶ αὐτῶν [θρασέων καὶ ἀλαζόνων] θρασύδειλοι. ἐν τούτοις γὰρ θρασυνόμενοι τὰ φοβερὰ οὐχ ὑπομένουσι.

Δείλαιος, ου, idem quod δειλός, αια κλκὴς, Hesych. Soph. autem scholiastes exponit δειλοποιὸς in Trach. θρώσκει δειλαία διολοῦσ' ἡμᾶς ἀποτίβατος ἀγρία νόσος. ‖ Item Miser,

Infortunatus, vt Aristoph. schol. exponit in Nub. Ἀλλ' ὡς δυνάμαι ζείραος ζῆν, δακρύομος ὑπὸ δαπάνης. A

Δειλήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Timidus. Hesychio est etiam εἰδήμων: nisi fortè pro eo δειδήμων legendum quis censeat.

Δειμαίνω & Δειμαίνομαι, Timidus sum, Timidum me præsto.

Δειλόομαι, οῦμαι, Timeo, Paueo. καὶ δειλωθεὶς, Territus, identidem in lib. Maccab. vt annotat B.

Δειλία, ας, ἡ, Timiditas, inter quod vitium & θρασύτητα ἀνδρία medium locum occupat, οὐ ψυχῆς καὶ πολυτελείας ἔγγονος, ἀλλὰ μοχθηρᾶς φύσεως καὶ αἰσχυνοῦς, δόξαις πονηραῖς ἐπομένης, vt Plut. in Artox. tradit. Thuc. lib. 3, τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος, ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη· μέλλησις δὲ προμηθὴς, δειλία εὐπρεπής. Demosth. in Mid. δειλίας καὶ ἀνανδρίας ἕνεκα. Herodot. lib. 7, διὰ δειλίαν καὶ φαυλότητα. Et apud Lys. δειλίας ἁλῶναι, & Æsch. δειλίας γραφή. Ex Plat. autē afferitur epist. 7, ὑπὸ δειλίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονὰς ἡττημένος. B

Δειλιάω, ῶ, F. άσω, Ob ignauiam & timiditatem refugio detrectóque periculum, Timido animo sum. VNDE

Δειλίασις, εως, ἡ, Pauor, Formido. Plut. Fab. ἡ πρὸς τοῦτο μέλλησις αὐτοῦ καὶ δειλίασις. C

C. ἈΠΟδειλιάω, ῶ, Præ timore refugio, Reformido. Luc. πρὸς θάνατον ἀποδειλιᾷς; Sic ἀποδειλιᾶσαι πρὸς κίνδυνον. Et apud Platon. 2 De rep. οὐκ ἀποδειλιατέον ὅσον ἂν δυνάμις παρείκοι.

C. ΚΑΤΑδειλιάω, ῶ, Timidè & ignauè succūbo, Extimesco. Herodian. lib. 2, οὐδέν τι κατεπτη[...]τος οὐδὲ καταδειλιάσαντος καὶ ἱκετεύοντος [...]μα ἐν [...]μ ος, Nihil pauidum aut obnoxi[...], nihil denique supplice dignum præ se ferens.

Δειλιάζω, idem quod δειλιάω, v. l. D

Δειλιαίνω, Terrefacio, Timorem incutio. Deuteron. 20, ἵνα μὴ δειλιάνῃ τὴν καρδίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

Δεινὴ etiam apud Hesychium reperitur, quod exponit φοβερά. ET Δειλάσαι quod exponit δειλιάσαι. sed suspecta hæc videri possunt.

ΔΕΙΝΟ'Σ, ού, ὁ, Terribilis, Horribilis, Formidabilis, vt Homerus Il. ν, ὡς φάτ' Ἀπόλλωνος δεινὸς θεός. id est φοβερός. Et δεινὴ θεὸς Calypso, Odyss. η. ‖ Interdum verò δεινὸν esse aliquem dicit aspectu. vt Od. γ, — δεινὸς δ' εἰς ὦπα ἰδέσθαι. Et Il. γ, Δεινὸν δέρκομαι θάμβος δ' ἔχεν εἰσορόωντας. Obserua autem hic δεινὸν aduerbialiter positum, sicut & quum dicitur δεινὸν ἰδὼν. & apud Hes. in Aspide, Γλαυκιόων δ' ὄσσοις δεινόν. Apoll. 2, δεινὸν λαμπομένας κόρυθας. vbi δεινὸν aduerbiis redditur Horribiliter, vel Horrendum in modum, Truculentè, Immaniter. Item, Torue, in δεινὸν ἰδών. (dixit autē & Plut. δεινὸν βλέπειν) Hesiodus tamen cum δεινὰ posito itidem aduerbialiter, ὑπόδρα iunxit, Δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδοῦσα. Quin & ipsi oculi δεινοὶ Il. α, — δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν. Obseruaui autem apud eundem poetam aliquoties coniuncta hæc duo δεινὸς & αἰδοῖος: vt Od. ξ, Δεινός τ' αἰδοῖός τε μετ' Κρήτεσσι τετύχμην. Et Od. θ, circa principium, Ὥς κεν Φαιήκεσσι φίλος πάντεσσι γένοιτο, Δεινός τ' αἰδοῖός τε. vbi δεινὸς redditur Grauis: ego malim Formidabilis, q. d. vt illum Phæaces & vererentur & reuererentur. At in v. l. illud δεινός τ' αἰδοῖός τε μετ' Κρήτεσσι, redditur Magnus & potens, quo nihil esse potest ineptius. Dicit autem δεινὸς Homerus & de rebus inanimatis. vt Il. α, Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο. Posui autem hîc δεινὸς, sequendo Etym. qui scribit à δέος fieri δεέινος, & per crasin δεινός. E F G

Cæterū in soluta oratione hæc vox de eo potiꝰ quod horrendum sit quàm de eo qui horrendus seu terribilis, vsurpatur. vt δεινὴ ἀγγελία apud Xen. & δεινὴ μάχη apud eundem: (dixit tamen δεινὸν & de persona Isocr. ei opponens πρᾶον: & à B. δεινὸς exponitur etiam Atrox, Seuerus, Rigidus) Sic dicunt δεινὰ πάσχειν, horrendis contumeliis affici, vel Graui iniuria affici (redditur & Indigna pati) Et apud Demosth. δεινότατα πάσχειν. Aristoph. Vesp. is, ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ καὶ τυραννὶς ἐστιν ἐμφανής; Et vt δεινὰ πάσχειν, sic & δεινὰ ποιεῖν. Demosth. Pro cor. πῶς οὐ δεινὰ ποιεῖ μᾶλλον δ' ὁ δ' ὅσια. vbi Bud. interpr. Indignè agere. Alioqui tamen δεινὰ ποιεῖν vel ποιεῖσθαι dicitur etiam qui rem aliquam pro indigna & iniuriosa seu cōtumeliosa habet, atque adeo de ea tanquam tali queri- H

tur. vt Luc. 236, ἐβόα δὲ ὁ Δημήτριος, καὶ δεινὰ ἐποίει ἀδικεῖσθαι φάσκων οὐ μικρά. Idem alibi, δεινὰ ποιεῖν & ἀγανακτεῖν iunxit. Vtuntur autem & singul. dicuntque δεινὸν ποιεῖσθαι eadē signif. quod redditur Indignum ducere (id est δεινὸν ἡγεῖσθαι, quo & Plur. vtitur) item Iniquū iudicare, Iniquo animo ferre, Grauiter ferre, Grauiter queri, vel Indignari. Thuc. lib. 1, καὶ δεινὸν ποιούμενοι, καὶ οὐκ ἀξιοῦντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων τοῦτο παθεῖν. Idem lib. 6, ei sequente, δεινὸν ποιούμενοι εἰ μὴ εἴσονται. (Dicitur autem & ἐν δεινῷ ποιεῖσθαι eadem signif.) Sæpe etiam dicunt δεινόν ἐστι, pro Res est indigna, Indignum est. Sic πάντων δὲ δεινότατον, Thuc. 3. Pluraliter autem δεινὰ sæpe & simpliciter sumitur pro Mala, Res aduersæ, Calamitates, Ærumnæ. Demosth. Olynth. 3, ἰδεῖν ἐγγύθεν βούλεται τὰ δεινὰ οὐκ ἀκούειν ἄλλοθι γιγνόμενα. Et in singul. interdum, vt Pæd. 2, εἰς Πέρσας τὸ δεινὸν ἥξει. Sed τὸ δεινὸν sæpe periculum sonat, & τὰ δεινὰ pericula. qua in signif. apud Thuc. frequens est. Plutarchum certè animaduerti de vna eadémque re & in eadem historia dixisse in Artoxerxe ἐν τοῖς κινδύνοις, quod in Apophth. ἐν τοῖς δεινοῖς. Demosth. verò ἐν τοῖς δεινοῖς & ἐν τοῖς φοβεροῖς in orat. Pro cor. in eadem signif. posuisse. Hinc fit vt sæpe post δεινὸν addatur μὴ, pro Metuendū est ne, vel Periculum est ne. Thuc. δεινὸν γὰρ ἦν μὴ οὐκ ἀντίσχωσιν. Sic οὐδὲν δεινὸν μὴ, Nihil est periculi ne, Minimè timendum est ne. Plato De rep. 5, οὐδὲν δεινὸν μή ποτε ἡ ἄλλη πόλις πρὸς τούτους διχοστατήσῃ. Sic & in Phædone pag. 44. Hanc autem vocabuli huius signif. primam esse arbitror, si eius deriuatio spectetur. nā à δέος deduci, (pro quo & δεῖος apud Hom. vel à δεῖμος (vtroque timorem signif.) persuasum habeo. Est porro opera[...] πρέ[...]gere quæ de hac voce scripta sunt in Pla[...] [...]δεισιδαιμονία. vbi δεινὸν scribit esse [...]κακόν, quòd dicatur [...] [...] πόλεμος, & δεινὴ πενία, at non contrà δεινὴ ὑγεία, & δεινὴ εἰρήνη, & δεινὸς πλοῦτος. Obseruandum est autem, in illorum trium locorum interpret. vocem Grauis locū habere. sic enim grauem morbum, & graue bellum, & grauem paupertatem sæpe dicunt Latini. Sic dixit & δειναὶ συμφοραὶ Isocrat. Graues calamitates: & δεινότεραι gradu comparat. in Archidamo. Et δεινόταται ἀνάγκαι, ibidem.

Δεινὸς, Acri ingenio præditus, Solers, Vafer, Callidus, Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνὴρ, Plato in Prot. (quod tamen loquendigenus ibidem improprium iudicatur) δεινοὶ καὶ ὀξεῖς, Plato in Apol. & δεινοὶ oppositi ἰδιώταις, Demosth. Plut. autem in Cor. ἀνὴρ δεινὸς ἐφάνη καὶ πολεμικὸς, καὶ τὸ φρονεῖν καὶ τὸ μανθάνειν πρὸς ἄλλος. Sed & de re dicitur: vt δεινὸν πάλαισμα apud Xen. redditur Vafrum commētum. Nonnunquam verò δεινὸς in bonampartem pro Prudens: vt δεινὸς στρατηγὸς apud Isocr. exponitur imperator prudens. Potest verò & Solers reddi, vel Peritus, sicut & ῥήτωρ δεινὸς, peritus orator, ex Cic. (reddit verò rationem Aristot. Probl. p. 63, cur ῥήτωρ & χρηματιστὴς & στρατηγὸς dicatur δεινὸς, non item αὐλητὴς aut ὑποκριτὴς δεινός.) Sic & schol. Thuc. δεινοὶ ἄνθρωποι exponit συνετοί. Videtur autem inde hæc manasse significatio quòd magis nobis metuamus ab iis qui callidi sunt, vel citra etiam calliditatem prudentes, quàm ab aliis. Sed hanc significationem latius fines suos extendisse sciendum est, & varia constructione δεινὸν simpliciter pro gnaro seu perito poni. Ac primùm dicitur δεινὸς τοῦτο vel περὶ τοῦτο. vt δεινὸς ταύτην τὴν τέχνην, & δεινὸς τὰ τοιαῦτα, ex Xenoph. Et δεινὸς περὶ τὴν νομοθεσίαν, Aristot. Pol. Et δεινὸς εἰς τὰ πάντα, Aristoph. Ingenio valens ad omnia. Cum infinitiuo autē vsitatius. vt δεινὸς γράφειν Plato in Prot. quod B. interpr. Peritus scribēdi, vel, Qui nouit facilè scribere. Et δεινὸς λέγειν, Qui arte dicendi valet, Soph. & Plato. Sic in iambico prouerbiali, Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι. Apud Plut. autem δεινὸς ὀρειβατεῖν vertitur Aptus ad montes superandos. Xen. Pæd. 2, ἡ δ' ἀρετὴ οὐ πάνυ δεινή ἐστιν ἐν τῷ παραυτίκα εἰκῇ ξυμπεσόντας, id est (B. interpr.) Non magnopere pollet acrimonia ad sibi asciscendos homines primore aspectu & qualibet illecebra. At δεινοφαγεῖν apud Aristoph. Qui arte edendi pollet, pro Edacissimus. Sic & δειναὶ πιεῖν apud Athenæum quædam mulieres, id est bibacissimæ. ‖ Quoniam

autem quæ à callidis hominibus aut alioqui peritis artificibus proficiscuntur, admirationem mouent, & magni fiũt, hinc factum arbitror vt δεινὸν ponatur etiã pro miro, item pro magno, id est eo quod magnam vim & efficaciam habeat. Soph. Aiace, δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῆς θανών, r̃m dixisti miram. Æschyl. Prometh. p. 7, Τὸ συγγενές τοι δεινὸν, ἥ θ' ὁμιλία. vbi schol. exponit ἰσχυρὸν καὶ βίαιον. Eurip. Med. δεινὸν τὸ τίκτειν. COMPAR. est δεινότερος, superlat. δεινότατος. A

C. Πάνδεινος, Omnino siue omnibus modis grauis, Grauissimus. vt πάνδεινα πεπονθέναι, Grauissimis iniuriis affectũ esse vel atrocissimis. B

C. Ὑπέρδεινος, Supra modum grauis, seu atrox.

C. Δεινολογέω, ῶ, vel potius Δεινολογέομαι, οῦμαι, Crimen amplifico dicẽdo, Crimẽ exaggero. Plutarch. ἀγανακτούντων δὲ τῶν συναυτοῦ, καὶ δεινολογουμένων, εἰ &c. Vide B. 303. In hoc autem Herodoti loco, lib. 1, ὁ δὲ Κροῖσος τῷ θανάτῳ τοῦ παιδὸς συντεταραγμένος, ἐδεινολογέετο, vult δεινολογεῖσθαι esse Conqueri, Dei hominũmq; fidem implorare. Imò verò & in illo Plut. loco ita exponit, p. 802. sed eodem vtraque interpretatio redit.

Δεινολογία, vide in Δείνωσις. C

C. Δεινοπαθέω, ῶ, (q. d. Indigna seu indignè patior, vt Cic. imitãdo dixit) Grauiter afficior, Ægrè fero, Lamẽtabili voce queror. Ita Bud. p. 819, vbi tamen exemplum non addit: sed id suppeditabit hic Plutarchi locus, Ἀνάξαρχος μὲν οὖν ἐπὶ τῷ Κλείτου φόνῳ δεινοπαθοῦντα Ἀλέξανδρον παραμυθούμενος. ET Δεινοπαθής, Qui queritur lamẽtabili voce. ET Δεινοπάθεια, Querimonia lamentabili voce.

C. Δεινοποιέω, ῶ, id. ~m quod δεινοπαθῶ, Crimen amplifico. Bud. 20? D

C. Δεινοπροσωπέω, ῶ, Sum vultu truci seu truculento.

C. Δεινωπὸς, οῦ, ὁ & ἡ, Qui truci est vultu, Toruus. Hesiod. Aspide. ET Δεινῶψ, ωπὸς, vnde δεινῶπες Eumenides, Soph. Œdip. Colon.

Δεινῶς, Terribiliter, Horrendè, Horrendum in modum. Item, Mirum in modum, Mirè. Plut. Lyc. αὐτός τε δεινῶς διετέθη περὶ τὸν ἄνδρα, Miro quodam affectu præditus fuit erga illum. Quidam autem δεινῶς pro Vehementer dixit apud Athen. lib. 9, νῦν δὲ πεινῶν, δεινῶς πως εἰμὶ ἐπιλήσμων. Sic & δεινῶς Hom. pro λίαν. In v. autem l. ex Euripide affertur, δεινῶς ἔχει με ταῦτα τολμῆσαι, pro Arduum est me hæc audere efficere. Et δεινῶς ἔχω pro δεινοπαθῶ. E

Δεινότης, Atrocitas. Thuc. 3, μὴ ὧν πεισόμεθα μόνον δεινότητα καταινοοῦντες. Et δεινότης νόμων ibidem vertitur Acerbitas legum. ‖ Δεινότης (inquit Bud.) Acrimonia mentis, Perspicacitas & solertia. Aristot. Eth. 6, p. 53, ἔστι δή τις δύναμις ἣν καλοῦσι δεινότητα. αὕτη δέ ἐστι τοιαύτη &c. Demosth. in orat. Pro cor. δεινότητα & ἐμπειρίαν pro eodem ponit. quo fortasse modo exponi possit δεινότης πολιτική. F

‖ Rursum Aristot. scribit πανουργίαν esse δεινότητα οὐκ ἐπαινετήν. Quò pertinet & illa significatio qua pro calliditate & vafritie capitur: vt quidam exponunt in hoc Dem. loco Pro cor. καὶ ὅσῃ δεινότης ἦν ἐν τῷ Φιλίππῳ θεάσασθε. ‖ Δεινότης appellatur etiam facultas dicendi, Eloquentia. Thucyd. 3, μὴ δεινότητι καὶ ξυνέσεως ἀγῶνι ἐπαιρομένους. Et alibi, διὰ δόξαν δεινότητος. Interdum verò dicitur ἡ περὶ λόγους δεινότης, vel δεινότης ἡ ἐν τοῖς λόγοις, vt apud Isocratẽ. ‖ Δεινότητα etiam habere dicitur oratio quæ assurgit.

Δεινόω, ῶ, (sicut δεινοποιῶ) q. d. Graue seu atrox reddo, Exaspero, Exaggero, Amplifico. Thuc. 8, ἐπὶ τὸ μεῖζον πάντα δεινώσας τὰ ἐκ τῶν Ἀθηναίων. Sic Plut. Per. δεινῶσαι τὰς τῆς πατρίδος συμφοράς. HINC Δείνωσις, (quæ & δεινολογία) Exaggeratio huiusmodi. Sed peculiariter appellatur δείνωσις oratio quæ (vt scribit Fab.) rebus asperis indignis, inuidiosis vim addit. Idem alibi, Præcipua tamen δείνωσις in exaggerãda indignitate, & in cæteris altitudo quædam. Hoc nomine quidam & epilogi partem peculiariter appellarunt. ET Δεινωτικῶς, Exaggeratoriè, Cum exaggeratione. G

Δεινάζω, Ægrè fero, Indignor. B. ex Maccab. lib. 2, cap. 13, in fine. H

ΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ seu Δεικνύω, F. δείξω, Pr. ἔδειχα (tanquã à δείκω) Ostẽdo, Monstro. Od. μ, αὐτὰρ ἐγὼ δείξω ὁδὸν ἠδὲ ἕκαστα σημανέω. Thuc. 6, ἐκέλευσεν αὐτοὺς, δείξας τι χωρίον, ἀπελθεῖν ἐς αὐτό. Rursum apud Hom. Od. ω, φάρος ἔδειξεν, Eust. exponit εἰς φῶς ἤγαγεν. Est etiam Ostendo, id est Declaro, Manifestum facio. Xen. δεικνὺς ἑαυτὸν οἷος ἦν. Dem. Pro cor. ἐγὼ ῥαδίως πολλαχόθεν δείξω. Et Phil. 1, ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω καὶ δείξω. ‖ Sæpe cum particip. vt idem in Mid. δείξω πολλῶν θανάτων οὐχ ἑνὸς ὄντα ἄξιον. Tale est apud Plat. δείξω ταῦτα οὕτως ἔχοντα. Thuc. addit ἐν φανερῷ lib. 4, ἐπειδή γε ἐν φανερῷ ἔδειξαν ἑτοῖμοι ὄντες ἀμύνεσθαι. Δείκνυμαι, Ostẽdor, Monstror. Item, Manifestus fio, sequendo signific. actiui. Isocr. autem dixit δέδεικται pro Exploratum est. q. d. Certis indiciis compertum est. ‖ At Homerus δεικνύμενος dixit pro ἐπιδεικνύμενος, id est φιλοτιμούμενος, φιλενδεικτῶν, Ostentans se, & gloriam aucupans. Δεικνύμενος autem (itidem Homericum) pro δεξιούμενος, vide in Δέχομαι.

Δεῖγμα, Indicium, Documentum, Specimen. A Bud. exponitur Nota & specimen in hoc Isocr. περὶ ἀντιδόσεως loco, vbi de orationibus suis loquitur, quarum locos quosdam citat, ὥσπερ ἂν τῶν καρπῶν ἐξενεγκεῖν ἑκάστου δεῖγμα πειράσομαι. μικρὸν γὰρ μέρος ἀκούσαντες, ῥᾳδίως τό μὲν ἦθος γνώσεσθε. Itidem Gall. dicitur La monstre. q. d. Monstramẽtum. nam monstrer est monstrare, δεικνύειν. Idem Isocr. alibi, δεῖγμα μὲν τῆς Ἱππονίκου φύσεως ἦν ἐξενηνόχαμεν, specimen præbuimus. Luc. de Solone, οὗτος σοι ὁ Ἑλληνικὸς κανών, τοῦτο δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀττικῆς. Erasmus alicubi δείγματος ἕνεκα vertit Quo degustamentum homini præberem. ‖ Δεῖγμα in Atheniensi foro vocabatur locus quidam in quo merciũ specimina proponebatur. Vide Etymol. & schol. Aristoph. Hinc Δειγματίζω de quo vide in Παραδειγματίζω.

Δεῖξις, Ostensio, vel potius Ostentatio. Herodian. 1, ἀκοντίας μᾶλλον ἢ ἀνδρείας παρέχοιτο δεῖξιν. id est (Poll. interpr.) Iaculandi potius scientiam quàm fortitudinem ostẽtaret. Est etiã Indicium, Argumentum, vt apud eundẽ lib. 2, ἀλλὰ δεῖξιν καὶ πίστιν εὐνοίας. ‖ Δοῦναι δεῖξιν κατά τινος, (sicut δοῦναι φάσιν) Instituere accusationem contra aliquem, & eum deferre Bud. pag. 227.

Δείκτης, Ostensor, Demonstrator. vt δείκτης θηρῶν, ferarũ demonstratoribus, in v. l. ET Δεικτικὸς, Ostensiuus, Demõstratiuus. δεικτικὸς δάκτυλος, Digitus quo ostendimus. Lat. Index. VNDE Δεικτικῶς, Demonstratiuè. δεικτικαὶ ἀντωνυμίαι exponitur αἱ δεικτικῶς προφερόμεναι. ET Δεικτήριον, Locus quidam apud Samũ ita dictus ab ostendendo. Vide Etymol.

C. ἈΝΑδείκνυμι vel Ἀναδεικνύω, Demonstro, Ostendo. pro simplici δείκνυμι. ‖ Ἀναδείκνυμι, Designo, Creo, inquit Bud. Plut. in Cæsare, ὕπατον ἀναδείξας ἑαυτὸν καὶ Γ. σαυίλλιον. ‖ Item, Edo, vt ἀποδεικνύω. vnde ἀνεδείχθη, Editus est, vide paulo pòst ἀναδείκνυμαι. ‖ Ἀναδείκνυμι, Dico, Consecro. ait idem B. Strabo, ἱερὸν ἀναδειχθὲν Καίσαρι τῷ σεβαστῷ, Templum dicatum Cæsari augusto. ‖ Ἀναδείκνυμι, Instituo, Constituo. vide passiuam vocẽ ἀναδείκνυμαι. ‖ Ἀναδεικνύαι πύλας ex Soph. citatur pro pandere portas.

Ἀναδείκνυμαι, Demonstror, Ostendor. pro simplici δείκνυμαι. ‖ Ἀναδείκνυμαι, Designor, Creor. Greg. de Iuliano, ὁμοῦ τε αὐτοκράτωρ ἀναδείκνυται. Designati autem consules vel prætores sunt ἀναδεδειγμένοι & ἀποδεδειγμένοι, inquit in prior. annot. B. Item in posterioribus, Designantur enim magistratus tum quum creati renuntiantur: túmque ἀναδεικνύμενοι & μέλλοντες dicuntur. Ineunt autem magistratus demum quum insignia magistratus cum imperio assumunt, & εἰς τὰς ἀρχὰς εἰσιέναι dicuntur.

Ἀναδείκνυμαι, Edor. Greg. εἰς τὴν καινὴν πυελακίαν, Εἰ ὁ πλουτοῦμος ὁ ἄνθρωπος ἀνεδείχθη.

Ἀναδείκνυμαι, Instituor, vel Constituor, Gazæ, qui quod Cicero dixit in Catone maiore, Sodalitates autẽ me quæstore constitutæ sunt, reddit, συσσίτια δὲ ταμίου ὄντος ἐμοῦ ἀναδέδεικται.

Ἀνάδειξις, εως, ἡ, Demonstratio. ‖ Item, Designatio, Creatio. ‖ Item, Dicatio, Consecratio.

C. ἈΠΟδείκνυμι, Demonstro, Ostendo, Rationibus seu argumentis demonstro, seu probo, vt apud Aristoph,

in Nubib.quum dixisset Strepsiades, — ὦ μιαρώτατε καὶ πῶς φήσ' ἂν πατέρα τύπτειν ἐν δίκῃ; respondet Philippides, Ἔγωγ' ἀποδείξω, καί σε νικήσω λέγων. Hinc ἀπόδειξις, Demonstratio, Probatio. ‖Exponitur etiam ἀποδείκνυμι interdum Planum facio. vt ἀποδεικνύουσι τῷ λόγῳ, apud Herodotum in Terpsichore. A

Ἀποδείκνυμι, pro Repræsento seu exprimo, citatur ex hoc Platonis loco, epist.4, παρασκευάζου τὸν Λυκοῦργον ἀποδείξων. Quæ significatio affinis est primæ: nã quod repræsentamus seu exprimimus, id veluti ostendimus in nobis.

Ἀποδεικνύω, Efficio, Reddo, ἀποτελῶ, apud X. Pæd.l. 1, βελτίστους ἀποδεικνύωσι & βελτίστους παρέχειν pro eodẽ. Plato epist.4, ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσῆν ἀπέδειξαν τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν. Luc. εἶτα οὐκ ἐδεδοίκεις μὴ καὶ σύ που τῆς θαλάσσης πεσὼν, Μενίππειόν τι πέλαγος ἡμῖν, ὥσπερ τὸ Ἰκάριον, ἀποδείξῃς ἐπὶ τῷ σεαυτοῦ ὀνόματι; Synes. ἔστιν ὅστις τὸν Σύρον τρυφῇ ἢ καὶ συγγενῶν ἢ φίλων ἐπιλήσμονας ἀποδείκνυσι. Plato in Gorgia, ἢ οὐ δοκεῖ σοι κακὸς εἶναι ἐπιμελητὴς ὁστισοῦν ὁτουοῦν ζώου ὃς ἂν παραλαβὼν ἡμερώτερον, ἀποδείξῃ ἀγριώτερον ἢ παρέλαβε; Paulo pòst verbo ἀποφαίνειν eodem sensu. Sic Designo Latinè accipitur, vt in prioribus Annot.in Pand. docet B. Citatur autem hoc verbum ἀποδείκνυμι in hac signific. participio etiam iunctum ex Xen. ἀποδείκνυμι τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντας τοὺς στρατιώτας, pro Facio seu efficio vt habeant. ‖Potest autem ἀποδεικνύω exponi Facio in hoc quoque Pausaniæ loco, & similibus, οὐδὲν ἀποδείξας ἔργον λαμπρὸν, id est Quum nihil splendidum fecisset. Redditur tamen verbo Edere elegantius, à Budæo, Nullo edito claro facinore. Simile est apud Herodotum ἀποδεξάμενοι μεγάλα ἔργα. Item, ἀπεδέξατο ἐς τοὺς Ἰωνικοὺς εὐεργεσίας μεγάλας. Apud Pausaniam legitur etiam ἐπιδείκνυμαι hoc sensu. B C D

Ἀποδείκνυμι (vt & ἀναδείκνυμι) Creo & designo. Synesius, ὁ ἀποδείξας σε περίεδρον δήμου. Plutarch.in Rom. ἀπέδειξαν ἱερείας τῆς Ἑστίας. Strabo, ἀπὸ στρατηγοὺς τινὰς καὶ νομάρχας ἀποδείξαντες.

Ἀποδείκνυμι, Designo, Constituo. id est ἀποτάσσω, Statũm & fixum facio. Demosth. aduersus Timocratem, μετὰ ταῦτα δὲ αὖ χειροτονήσητε εἰ δοκεῖ, οὐκ ἄλλως πως ἐκείνου περὶ τάξαν, ἀλλὰ τὴν τελευταίαν ἀπέδειξαν ἐκκλησίαν, sed tertiam cõtionem constituerunt & præfinierunt. E

Ἀποδείκνυμι, Edo, Pario, vt ἀποδείκνυμι παῖδας. Isocrat. ἄλλοις τε χρῶμαι ξυνοικῶν, ὁπόσαι ἔνιαι καὶ παῖδας μὰ ἀπέδειξαν ἃ ἐκεῖνος οὐδὲ τὸ τότε γνησίας ἐνόμισε.

Passiua etiam vox actiuè vsurpatur Ἀποδείκνυμαι pro ἀποδείκνυμι. Xen.in 4, καί ἃ δοκεῖ μοι δίκαια εἶναι, οὐδὲν παύομαι ἀποδεικνύμενος. Idem, εἰ μὴ λόγῳ ἀλλ' ἔργῳ ἀποδεικνύμενος. Et sic sæpe passiuam vocem actiua significatione vsurpat. ἀποδείκνυμαι γνώμην, idem quod ἀποφαίνομαι γνώμην, apud eundem. Item apud Thuc. pro Clarè sententiam dico. F

Passiua vox Ἀποδείκνυμαι, passiuam simul habens significationem, pro Ostendor, Demonstror ratiocinibus, Isocr. περὶ μὲν οὖν αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαί μοι νομίζω. id est, De ipsa re igitur satis superque demonstratum esse à me existimo. id est, demonstrationes satis à me esse factas.

Ἀποδείκνυμαι, pro Designor, duobus modis. nã aut pro Creor (vt quũ dicitur aliquis designari cõsul) aut pro Constituor, Præfinior. Pausanias, Κριτόλαος στρατηγεῖν Ἀχαιοῖς ἀποδειχθείς. Et Synesio ἀποδεδειγμένη καθέδρα, Designatus episcopatus alicui. Item ἀποδεδειγμένος δεσπότης τοῦ χωρίου, Designatus dominus, vel Factus dominus. Pausanias in Laconicis, τῷ δὲ στρατηγοῦντι ἐπὶ θαλάσσῃ τοῦτο οἰκητήριον ἀποδέδεικτο, καθάπερ καὶ αὐτῷ βασιλεῖ Σούσα, Designatum erat, id est constitutum, præfinitũ. Isocrates, οὔτε οὕτω δρίων αὐτοῖς οὔτε χρόνων ἀποδεδειγμένων, Nec locis consiliorum nec temporibus statutis. G

Ἀπόδειξις, εως, ἡ, Demonstratio Declaratio, Probatio. Demosth.in Epitaphio, (aut quicũque est eius autor) ὅπερ γνώμης ὅσι ἀπόδειξις εὖ φρονούσης. Et ἀπόδειξιν ποιεῖσθαι, Demonstrare, Declarare, Planum facere, Probare. Æschines in Ctesiphontem, ἐνταῦθ' ἡμῖν ἀπόδειξιν ποίησαι ὦ ἀνιαρὸς ὅς ποτ' ἦν ἃ ἔπραξας, καὶ τί ποτ' ἦν ἃ ἔλεγες. H

Budæus apud Areopagitam ἀπόδειξιν ποιεῖσθαι interpretatur Argumentum sumere, Cõiecturã capere. Demosth. Pro cor. ἐὰν αἱ τούτων ἀποδείξεις; ἐναργεῖς καὶ φανεραί. Idem in eadem oratione, ἐπάγειν δὴ πάλιν ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις ὡς τὰ τούτων δωροδοκήματα καὶ ἀδικήματα τῶν νυνὶ παρόντων πραγμάτων γέγονεν αἴτια. Perinde acsi dixisset, ἐπάγειν ἐπὶ τὸ ἀποδεικνύειν ὡς &c. Dicitur etiã aliquid ἀπόδειξιν ἔχειν per quod aliquid demonstratur seu probatur, apud Thucydidem. Interdũ verò dicitur sine vlla adiectione ἀπόδειξις δὲ, eadem forma qua σημεῖον δὲ, item τεκμήριον δὲ: subaudiendo ἐστὶ, vel ἐστὶν αὐτ. Gregorius De theologia, vbi de sole loquitur, πλέον ἐστὶν ἄλλοις ἀστέρας ἀποκρύπτων φαιδρότητι, ἢ τινες ἐκείνων ἑτέρους. ἀπόδειξις δὲ, οἱ μὲν ἀντιλάμπουσιν, ὁ δ' ὑπερλάμπει. ‖Est etiam ἀπόδειξις in hac significatione, vocabulum dialecticorum, item mathematicorum. Sed & quædam est ῥητορικὴ ἀπόδειξις apud Aristotelem. Est autem ἀπόδειξις (secundum Aristotelem in 1 Post. Anal.) syllogismus ἐπιστημονικὸς, id est scientiæ efficiens. Ἀπόδειξις tamẽ ab eodem Aristotele interdum latius dicitur & communius πᾶσα ἁπλῶς δεῖξις ἀληθὴς καὶ ἐξ ἀληθῶν προτάσεων. Hæc & plura Budæus in suis commentariis, de significatione huius vocis apud dialecticos, vbi & de differentia ἀποδείξεως à syllogismo dialectico. At verò ἀπόδειξις ῥητορικὴ (autore Aristotele Rhet.1,) est ἐνθύμημα. Quintilianus autem libri 1 cap.18, enthymema rhetoricum ait esse syllogismum. Ibidem & ἀποδείξεων γραμμικῶν meminit, quæ quidem sunt mathematicorum. vbi & ἀποδείξεις interpretatur probationes. Eius verba sunt, de oratore loquẽtis, Nã & syllogismis, si res poscet, vtetur: & certè enthymemate, qui rhetoricus est syllogismus. Denique probationum, quæ sunt potentissimæ, γραμμικαὶ ἀποδείξεις vulgò dicuntur. In fine autem capitis rursus lineares probationes appellat. Gellius libri 17 capite 5 de rhetorico quodam sophista loquens, dque ἀπόδειξιν vocari dicebat quũ ea quæ dubia aut obscura sunt, per ea quæ ambigua non sunt illustrantur.

Ἀπόδειξις, Specimen. vt ἀπόδειξιν δοῦναι, Specimen dare vel edere, apud Plut. Citatur autem ex Phalaridis epistolis pro Periculum facere.

Ἀπόδειξις, Designatio seu creatio magistratus. B.

Ἀποδεικτὸς, ὁ, ὁ ἡ, Demonstrabilis, Qui demonstrari potest, vel demonstrationibus probari. Cui opponitur ἀναπόδεικτος. Philoponus, λογικὰ λέγει τινὰ τῶν ἐπιχειρημάτων εἰρημένων, οὐχ ὅτι πιθανὰ μὲν, οὐκ ἀληθῆ δὲ ἀλλ' ἐπειδὴ μὲν κοινὰ πρὸς δὲ καὶ οὐκ ἐπὶ μόνων τῶν ἀποδεικτῶν ἁρμόζοντα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἑτέρων τινῶν.

Ἀποδεικτικὸς, ἡ, ὁ, Demonstratiuus, Demonstratorius, Ad demonstrandum accommodatus, Demonstrandi vim habens, seu probandi demõstrationibus aut argumentis. vt ἀποδεικτικὰ epicheremata apud Hermogenem. & ἀποδεικτικὸς λόγος apud Aristotelem initio libri 1 Rhetoricorum, ἀνάγκη μὴ μόνον πρὸς τὸν λόγον ὁρᾶν, ὅπως ἀποδεικτικὸς ἔσται καὶ πιστός. Gellius libri 17, cap.5, Rhetoricus quidam sophista vsum esse existimabat argumento M.Tullium non probo, neque ἀποδεικτικῷ, sed eiusdem quæstionis cuius esset ea ipsa res de qua quæreretur.

C. ΔΙΑδείκνυμι, Ostendo, Do documentum & specimen, Bud. ex hoc Plutar. loco, καὶ μάλιστα ἡλικίας δείκνυσι τὴν ἐν Ἰλίῳ διαδεχθεῖσαν ἀλκὴν τοῦ Ἀχιλλέως.

C. ΕΝδείκνυμι & Ἐνδείκνυμαι, Ostendo, Indico, Demõstro. Item, Præ me fero. Plato Apol. ἐνδείκνυμαι ὅτι οὐκ ἔστι σοφός. Sæpe cum accus. vt Isocr. Areop. πολλὴν ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην ἐν τῷ βίῳ ἐνδεδειγμένοις. Et in princ. Axiochi, νῦν ὁ καιρὸς ἐνδείξασθαι τὴν ἀεὶ θρυλλουμένην πρὸς σοῦ σοφίαν, documentum dare seu specimen edere tuæ illius sapientiæ. Aristoph. Pluto, ἐνδεικνύμενοι ἕκαστος εὔνοιάν τινα, præ se ferentes. Polit. tamen in simili Herodiani loco lib.2, πάντα ἐνδεικνύντο προθυμίαν καὶ σπουδὴν, interpr. Pollicebantur. quod minime probo. Bud. ait posse & Doceo verti apud Plat. in Gorgia, ἀλλ' ἱκανῶς ἐνδεῖξαι τί δεῖ πῶς τὸ ἐπιτήδειόν μοι. ‖Ἐνδείκνυμαι, Ostento me, Vendito, Plausum capto. Plut. τοῖς συνωμόταις ἐνδεικνύμενος, Coniuratis se venditans, Plausum à coniuratis captãs.

ptas. Et Æschin. ἐνδεικνύμενος Ἀλεξάνδρῳ, pro Operã Alexãdro vẽditans, B. interpr. quem vide p. 684 & 685. Ex Isocr. autem ad Nic. affertur ἐνδείκνυσο περὶ τὰ μέγιστα σπουδάζων, pro Palam te exhibe quum in maximis rebus verlaris. sed poteſt fortaſſe ἐνδείκνυσο iungi cum participio. ‖ Apud Homerum autem Πηλείδῃ μὲν ἔγων ἐνδείξομαι, Il. τ. Euſtath. exponit πρὸς αὐτὸν ἀπερείσω τὸν λόγον: at Heſych. ἐνδείξομαι (neſcio an hinc ſumptum) explicat ἀπολογήσομαι.

Ἐνδείκνυμι, Defero, Accuſo, Poſtulo in iudicio. Et ἐνδείκνυμαι, Deferor, Cauſam dico quòd circa publica ſeqius aliquid admiſerim. Bud. Sic Plato Apol. καὶ ἑτοίμων ὄντων ἐνδεικνύναι με καὶ ἀπάγειν τῶν ῥητόρων. Et paſſ. ἐνδειχθέντα δικάζειν, vide apud Bud. 685. Voce media dixit Ioſ. πολλοὺς ἐνδείξασθαι τοῖς αἰτίοις. Hinc & Galli ſuum *enditer* mutuati ſunt.

Ἔνδειγμα, Indicium, Documentum. Dem. καὶ τὰ νῦν συμβεβηκότα παύτης δαιμονίας τινὸς ἀνοίας ἔνδειγμα γεγονέναι τῇ πόλει ἡγοῦμαι.

Ἔνδειξις, Oſtenſio, Indicatio. Et peculiariter interdũ apud medicos Indicatio rei præuertendæ medico & in primis animaduertendæ. B. ‖ Ἔνδειξις, Oſtentatio, Venditatio. Syn. ep. 23, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἔνδειξιν καὶ φιλοπονίαν ὑπαγορεύειν ἐπιστολάς. Sic Æſchin. 80 pro Oſtentatione & ſui cõmendatione per aliquod factum. B. ‖ Ἔνδειξις, Delatio. vnde ἐνδείξεις ἐνδεικνύναι, ſicut φάσεις φαίνειν & γραφὰς γράφεσθαι.

Ἐνδείκτης, Delator, Quadruplator. Syn. ἔργον ἡγεῖται συκοφαντῶν, ἐνδεικτῶν. ΑΤ φιλενδεικτέω, ῶ, ſignificat Euſt. Lubenter me vendito ſeu oſtento, vbi δεικνύμενος Δαναοῖσι apud Hom. exponit φιλοτιμούμενος & φιλενδεικτῶν.

Ἐνδεικτικός, q. d. Oſtentatorius. ET Ἐνδεικτικῶς, Oſtentatoriè, Oſtentabundè, Cum oſtentatione. Sed apud Gal. ad Glauc. 2, ἐνδεικτικῶς vertitur Per indicationem, ἐνδεικτικῶς μὲν εἴρηται, σαφῶς δ' οὐδέπω.

c. 2. Ἀντενδείκνυμαι, Contrà indico, Cõtrariam indicationẽ habeo, apud medicos. (CONTR. Συνενδείκνυμαι, Coĩdũctã indicationẽ habeo, Indicationi confero. q. d. Simul indico. Gal. Therap. 9, ἀλλ' ἔγωγε δή που τὰ μὲν συνενδείκνυσ τὴν φλεβοτομίαν, τὰ δ' ἀντενδείκνυσ) ET Ἀντένδειξις eſt (vt ita dicam) Obnuntiatio. i. rei apparatæ diſcuſſio, Conſilii capti & agitati diremptio: vt comitia olim dirimebantur obnuntiatione augurũ, & auſpicia occentu ſoricũ.

c. 2. Παρενδείκνυμαι, Oſtentabundè in mediũ prodeo. B. 684.

C. ἘΠΙδείκνυμι, vel Ἐπιδείκνυμαι, item Ἐπιδεικνύω, Oſtendo, Monſtro. Item, Demõſtro, Probo, Manifeſtum reddo. Ariſtoph. Nub. quum dixiſſet vnus ſe γνώμην τόκου ἀποστερητικὴν habere, reſpondit alter, Ἐπίδειξον αὐτήν. Iſocr. ἐπιδείξειν αὐτὸν ἐν τούτοις πολὺ θαυμασιώτερον. Xen. Pæd. 4, φιλίαν ἐπιδεικνύμενος. Dicitur autem aliquis ἐπιδείκνυσθαι etiã quod vitioſum eſt. vt Iſocr. ἐπιδεδειγμένος τὴν πονηρίαν. Pl. Amat. narr. ὠμότητα καὶ παρανομίαν ἐπιδείξαντο πολλήν. Xẽ. cum infinit. ἐπιδείξεις φιλάδελφος εἶναι. Iungitur & partic. apud Iſocr. in Areop. ἐπιδεῖξαι βουλόμενος ἐπιθυμοῦντα. Sic aũt in primo illo eiuſdem loco poſt θαυμασιώτερον ſubaudiri põteſt partic. ὄντα. Xen. μωραίνοντας ἐπεδείκνυε. ‖ Alicubi autẽ eſt non ſimpliciter Oſtendo, ſed Oſtento, Specimen aut documentum præbeo. Iſocr. τῆς ἑαυτῶν δόξης ἂν ἐπιδεδειγμένοις. Et Naz. μάλιστα τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν ἐπιδείκνυσ. ‖ Ἐπιδείκνυσθαι θεάματα, Luc. Edere ſpectacula, B. ‖ Ἐπιδείκνυμαι, vel ἐπιδείκνυμι λόγον, Recito orationem, ad dandum ſpecimen meæ doctrinæ. B. ex Plat. Dicitur & ἐπιδείκνυμαι περὶ τούτων, itẽ ἐπιδείκνυμαι ſine adiectione. vt Athen. 12, μεθ' οὓς ἐπεδείξατο Ἄλεξις. Vide B. p. 683.

Ἐπίδειγμα, Indicium, Documentum. Demoſth. ad Lept. δικαιοσύνης, ἀρετῆς, μεγαλοψυχίας ἐπιδείγματα. Xenoph. Pæd. 8, καλὸν δὲ ἐπίδειγμα καὶ τοῦτο λέγεται Κῦρος ἐπιδεῖξαι Κροίσῳ. Item ἐπίδειγμα Xen. Symp. Quod ad oſtentandam artem fit.

Ἐπίδειξις, Oſtentatio, Specimen. Thuc. 6, p. 207, καὶ ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐπίδειξιν μᾶλλον εἰκασθῆναι τῆς δυνάμεως καὶ ἐξουσίας. Idem 3, ἐπίδειξίν τε ἐποιοῦντο, ſe oſtentabant. Plato de Gorgia loquens, ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος. vbi de alio oſtẽtationis genere quàm Thuc. loquitur. Frequenter autem additur genit. vt ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι τῆς σοφίας, Ariſtor. Polit. Sapientiam oſtẽtare, Sapientiæ ſpecimẽ edere. Sed Æſchin. συμφορᾶς etiã ἐπίδειξιν dixit. ‖ Ἐπί-

A δειξις, Sophiſtica recitatio, & Oratio ad oſtentationem comparata, Plato. Vide Bud. 683.

Ἐπιδεικτικός, Demonſtratiuus. Item, Ad oſtentationem comparatus, & q. d. Oſtentatorius. ἐπιδεικτικὸν εἶδος λόγου ex Quintil. exponitur Demonſtratiuũ & oſtentationi natum. Gell. lib. 2, cap. 22, Quaſi fieret à me ἀκρόασις ἐπιδεικτική. ET Ἐπιδεικτικῶς, Cum oſtentatione, Oſtentatoriè.

c. 2. Ἀντεπιδείκνυμι, Viciſſim oſtendo. Et Ἀντεπιδείκνυμαι, Viciſſim oſtento.

B c. 2. Παρεπιδείκνυμαι, Oſtentabundè profero. Plut. De Cic. ἐμπειρίαν τινὰ γραμμάτων παρεπιδείκνυσθαι βουλόμενος. Hìc enim quum iungatur accuſatiuo, non video quomodo poſſit ſignificare quod ſcribit B. p. 684, hunc tamen & ipſe locum afferens. Sed hoc addo, παρὰ fortaſſe hîc ſignificare Obiter.

C. ΚΑΤΑδείκνυμι, Oſtendo. Item, Inſtituo. Syneſ. πάλαι καταδεδειγμένον τοῦτο ποιεῖν. Et καταδειχθῆναι ἔργον apud Demoſth. pro Edi, B. interpr. τίνος ἕνεκα ἐφ' ἡμῶν ὥσπερ τὸν καταδειχθέντα τοῦτον ἔργον;

C C. ΠΑΡΑδείκνυμι, q. d. Iuxta oſtendo: vt id quodcum alio cõferre volumus, oſtendimus iuxta illud, id eſt illi admotum. vnde & Confero exponitur. Iſocr. 91, ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὸν χρυσὸν θεωροῦμεν καὶ δοκιμάζομεν ἕτερα παραδεικνύοντες τῶν καὶ τὴν ὄψιν ὁμοίαν ἐχόντων. Syneſius epiſt. 154, καὶ παραδεικνύωσί τι τῆς ἀρχαίας χειρὸς· ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀνδριάντων λέγειν εἰώθαμεν. ‖ Παραδεικνύω in vulg. l. ſimpliciter Indico, ex Epigr. ‖ At Xen. nouè pro Aſſignare ſeu attribuere vſus eſt (vt ſcribit Bud.) Hell. 2, ὁ δὲ Κῦρος παρέδειξεν αὐτῷ πάντας τοὺς φόρους τοὺς ἐκ τῶν πόλεων. Et, τῶν φόρων οὓς αὐτῷ Κῦρος παρέδειξεν.

D C. Παράδειγμα, Exemplar. Cic. interpr. apud Plat. in Tim. πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο. At vel Exẽplar vel Exemplũ verti poteſt in hoc Thuc. loco, περισκέψασθε καὶ ὅπῃ νῦν μὴ παράδειγμα τοῖς πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἀνδραγαθίας νομίζεσθε. Eadẽ forma loquẽdi vſurpatur in vituperatione, vt quũ dicit Iſocr. παράδειγμα ἀδικίας & πονηρίας, in Paragr. τίς ἂν εὑρεῖν ἔχοι παράδειγμα μείζον ἀδικίας καὶ συκοφαντίας καὶ πονηρίας; vbi exẽplũ improbitatis vocari ſcribit B. ſummã improbitatẽ. Alicubi autẽ παράδειγμα non ſolùm Exemplum ſed & Documentum reddi poteſt: vt Thuc. 3, παράδειγμα δὲ αὐτοῖς

E οὔτε αἱ τῶν πέλας ξυμφοραὶ ἐγένοντο, exemplo, vel documento non fuerunt. Sic alibi παραδείγμασι χρώμενοι. Dicitur & is qui punitur ſtatui aliis παράδειγμα, id eſt exemplum: (quò & pertinet Latina phraſis Exempla edere, vt quidam eam exponunt: & Gall. *peine exemplaire*) Thuc. 3, κολάσατε δὲ ἀξίως τούτους τε καὶ τοῖς ἄλλοις συμμάχοις παράδειγμα σαφὲς καταστήσατε, ὡς ἂν ἀφίστηται, θανάτῳ ζημιωσόμενον. Dem. παράδειγμα ποιήσατε. Vide & Plat. apud Gell. lib. 6,

F c. 14. ‖ Παράδειγμα, Exemplum, id quod adhibetur ad probandum, vel illuſtrandum quod dicimus. quo ſenſu dicitur Exempli cauſa, vel Exempli gratia. Plutar. De def. orac. παράδειγμα τῷ λόγῳ Ξενοκράτης μὲν ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος ἐποιήσατο τὸ τῶν τριγώνων. Duo παραδείγματος genera vide apud Ariſtot. Rhet. vide & Quintil. Sunt qui & παραβολὴν ſub παραδείγματος appellatione comprehendi voluerint: differentiã tamen docet Ammonius. HINC Παραδειγματικὸς συλλογισμὸς, Ab exemplis ductus ſyllogiſmus. & παραδειγματικὸν ἐνθύμημα, ex ſchol. Hermog. Apud Phil. autẽ παραδειγματικαὶ ἰδέαι exponitur Exemplares formæ. SIC autẽ & Παραδειγματώδης,

G Exemplaris, in v. l. ET VERB. Παραδειγματίζω, Exẽplo aliis eſſe facio, puniendo vel aliter infamando, Exẽplum ignominioſum in aliquem edo. Polyb. l. 2, παραγενόμενον δ' εἰς τὴν Πελοπόννησον καὶ μετὰ τιμωρίας παραδειγματιζόμενον, οὕτως ἐκλιπεῖν τὸ ζῆν. Exponitur παραδειγματίζειν & vno verbo Traducere, vel Traducere palàm. vt apud Matth. c. 1, v. 19, & μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι. vbi tamen B. vertit, Exemplari traductione infamare. Quidã Ignominiæ exponere. Sũt & qui reddi poſſe exiſtimẽt,

H In eam exemplum ſtatuere, (pro quo Auguſt. ad verbũ dixit Exẽplare) vt παραδειγματίζειν Num. 25 Græcus interpr. de capitali ſupplicio vſurpat. Greg. autẽ dixit παραδειγματίσαι τὴν ἀμαθίαν θριαμβεύσας, ὡς ἀξίαν ὕβρεως. Plutarchus ſimpliciter pro Infamare vſus eſt hoc ver-

verbo in l.De curios.quũ dixit Archilochũ obscœnis A
versibus seipsum παραδειγματίζειν.i.infamẽ reddere,seu
infamiæ aut ignominiæ exponere.Habetur hoc verbũ
& epist.ad Hebr.c.6,ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ
παραδειγματίζοντας.vbi Vet.interpr.verti Ostentui ha-
bentes. Sic autẽ & δειγματίζειν in epist.ad Col.c.2 ver-
titur Traducere.

C.ΠΡΟδείκνυμι,Præmõstro. A Bud.redditur Protẽdo
in hoc Luc.loco, in Herc.καὶ τὸ τόξον ἐντεταμένον ἡ ἀριστερὰ
προδείκνυσι. Apud Thuc.aũt vertitur Denũtio l.3,προ-
δειξάντων ὑμῶν τὴν αὐτὴν ζημίαν τοῖς παραδικοῦσιν ὁμοίως κεῖσθαι. B

C.ΥΠΟδείκνυμι,Submõstro,Subostẽdo,adverbũ.vnde red
ditur etiãSuggero,Subiicio,Submoneo.Matth.3,v.7,τίς
ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;vbi Erasm.Submõ
strauit,quod exponit Clãculũ indicauit: at vet.interpr.
Demõstrauit:sed magis recepta est tertia interpr.Præ-
mõstrauit. Sic B.vult esse Præmõstro apud Isocr.in or.
ad Phil.ὑπέδειξε τοῖς ἐπιγιγνομένοις μεθ' ὧν χρὴ καὶ πρὸς οὓς δεῖ
τοὺς πολέμους ἐκφέρειν. At pro simpliciter Mõstro seu Ostẽ
do,in Nic.πολλὰ γὰρ τῶν συγγραμμάτων ἐπιτελέστερα καὶ τοῖς ἄλλοις C
ὑποδειχθέντα. Sic Act.Ap.c.9, ὑποδείξω αὐτῷ exponitur
simpliciter Ostendã ei. Vbi tamen malim Docebo eũ.
nam & apud ipsum Isocr.&Xen.accipi ὑποδείκνυμι pro
Doceo tanquam præceptor. annotauit Bud.

Ὑπόδειγμα,Documentũ.(sicut & ὑποδεικνύναι pro Doce-
re)X.De arte eq.ταῦτα γὰρ ὑποδείγματα ἑαυτῷ πωλοδάμνῃ
ὧν δεῖ ἐπιμεληθῆναι.Itẽ,Exẽplũ.Polyb.de Annib.loquens,
ὑπόδειγμα τοῖς πλήθεσι τιθεὶς αὑτὸν,καὶ γινόμενος αὐτουργὸς τῶν ἐν τοῖς ἔρ
γοις ταλαιπωρίας. Apud Laert.ὑπόδειγμα pro exẽplari,
ὅτι καὶ τὸ ὑπόδειγμα ἐν ᾧ ἀφ' οὗ αὐτὸ ἐδημιούργησε. de mũdi D
creatione loquens,ex Plat. Phrynichus tamen ὑπόδει
γμα pro παράδειγμα, Atticum esse negat.

C.ἈΡΙΔΕΊΚΕΤΟΣ,(q.d.Qui multum ostenditur)In-
Ἀποδημέω, ῶ, F. ήσω, Absum domo, seu patria, Sum peregrè, Peregrinor à domo seu patria. vt Cicero dixit Peregrinatus diu ab oculis fori & curiæ. Propriè sonat Ab- F sum à populo seu à publico: sicut ἐπιδημῶ (quod est ei contrarium) versor in populo, seu in publico, vel In publicum prodeo. Vtroque autem vsus est Xenoph. Pæd. 7, εἴτ' ἐπιδημῶν αὐτὸς τυγχάνει, εἴτε καὶ ἀποδημῶν. Idem in Symposio, ὡς ἐλευθέρῳ τε ἔξεστί μοι καὶ ἀποδημεῖν καὶ ἐπιδημεῖν. Interdum iungitur cum ἀπό, vt ἀποδημεῖν ἀπὸ τῆς πατρίδος, Peregrinor à patria. id est Absum à patria, & sum peregrè, vel Dego peregrè. Sic enim potius exponendū est quàm vt vulgo, Procul à patria absum. quasi G ἀπό idem valeat quod μακράν. quod vsurpat Synesius cum hoc verbo, vbi scribit μακρὰν τῶν ἀνθρώπων ἀποδημῶ ἕβδομον ἤδη μῆνα. atque hìc Bud. ἀποδημῶ interpret. Sum in secessu. Aliquando autem (& quidem sæpe) significat motum ad locū, & capitur pro Peregrè abeo, vel proficiscor. nonnunquam sine adiectione, nonnunquam cum præpositione εἰς, aut aduerbio motum ad locum significante. Isocr. in quadam epistola, εἰ προῃρημένος τὸν ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν ἄγειν, ἐπὶ γήρως ἀποδημεῖν ἐπιχειροίην. Aristoph. in Ranis, ποῖ γῆς ἀποδημεῖς; Plato epistol. 5, δεῦρο ἀποδημεῖν, huc venire, peregrè proficiscentem, vel profectum. Idem in Apologia, cum aduerbio è H loco & cum εἰς præpositione ad locum, verbum hoc iūxit, εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον. quod Cicero interpretatur, mortem esse migrationem: fortasse eo quòd ipsemet Plato antea dixisset, με-

ποίκησις τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον. A

Ἀποδημητὴς, οῦ, ὁ, Peregrinator, Cui moris est peregrinari, vel peregrè abesse. Thucydid. lib. 1, καὶ μὴν καὶ ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελληταὶ καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους.

Ἀποδημητικὸς, ὁς, ὁ, ad verbum Peregrinatiuus. id est peregrinari solitus. vt inter aues solēt grues & hirundines. Ex Xenophonte autem citatur ἀποδημητικοὺς ποιεῖσθαι pro A populo seu extra populum amandare, & ad peregrinationem amittere, seu in peregrinas regiones aut externas.

c. 2. Συναπόδημος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui simul peregrinatur, Qui γνὰ [cum alio] à populo seu gente sua abest. B

ET Συναποδημέω, ῶ, Fut. ήσω, Simul peregrinor, Peregrinationis socius sum, Comitor eum qui è populo suo peregrè proficiscitur.

C. Ἔκδημος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui à populo dissitus & remotus est, Qui extra populi alicuius fines est. Dicitúrque & de re aliqua & de persona. De persona, vt Xen. Pæd. 8, ὅταν δὲ αὐτὸς ἔκδημοι ἦ, Quum verò peregrè abfuerit. Sic ἔκδημος ξένος, Qui peregrè degit. Interdum verò & genitiuus additur, significátque simpliciter Absens. vt apud Eurip. ἔκδημος τῆσδε χθονὸς, Absēs ab hoc solo. & ἔκδημος ὢν δωμάτων, Procul à penatibus foris agens, apud eundem. C
De re, vt apud Thucyd. lib. 2, τά τε ἐπιτήδεια, οἷα εἰκὸς ἐπὶ ἔξοδον ἔκδημον, ad longinquam expeditionem. Idem l. 1, ἐκδήμους στρατείας πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν, Longinqua bella procul domo. Sic ἔκδημος πόλεμος, Exterum & longinquū bellum, Bud. ex Plut. Et ἔκδημος ἔρως apud Euripidem.

HINC comp. Συνέκδημος, ου, ὁ καὶ ἡ, Peregrinationis seu discessus è populo suo socius. Et simpliciter συνοδοιπόρος Hesychio. id est comes. Plut. Oth. καταλιπὼν τῶν ἐν τέλει τοῖς συνεκδήμοις. Sic Act. Apost. 19, συνεκδήμους Παύλου, comites Pauli. Et metaph. apud Greg. θεωρίαν συνέκδημον πρὸς τὸ ἐκεῖθεν ποιούμεθα, καὶ πρᾶξιν θεωρίας. apud quē καὶ τὸ τέλος ἐμακαρίσθησαν ὡς ἐκείνῳ συνέκδημοι, Bud. interpr. Simul è vita excedentes. D

ET Deriuat. Ἐκδημία, ας, ἡ, Discessus seu abitus è populo, Peregrinatio, seu simpliciter Discessus. Greg. de Basilio discedente Athenis loquens & à se distracto, παρὼν ἡ τῆς ἐκδημίας ἡ-[illegible] καὶ [illegible] ἐκ τῆς ἐκδημίας. Ἐκδημία peculiariter dicitur etiam de discessu ex hac vita. Greg. δεινὸν ὑστεροβουλία, καὶ τὸ ζημίας αἰσθάνεσθαι μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν, post obitum. E

ET Ἐκδημέω, ῶ, F. ήσω, E populo seu gente mea peregrè abeo, Peregrinor. vt in Hist. ecclesf. καὶ τὴν ἐσχάτην Ἰνδίαν ἱστορῆσαι ποθήσας, μετὰ τοῖς δύο μειρακίοις ἐξεδήμησε. Sic ἐξεδήμησεν ἐς τὴν Ἑλλάδα. Et apud Naz. ἐκδημήσωμεν πρὸς θεόν.

VNDE Ἀνεκδήμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Peregrinationibus carens. vt ἀνεκδήμητος ἡμέρα, Dies qua peregrinari consuetudo aut fas non est. Pl. in Pr. Rom. τὸ μετὰ καλάνδας ἡμέραν καὶ νόννας καὶ εἰδοὺς ἀνέξοδον καὶ ἀνεκδήμητον τίθεσθαι. F

C. Ἔνδημος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui in populo seu intra populi fines est. vel (vt Bud. exponit) Qui est in ciuitate & domi, Qui peregrè non it. Et interdū idem quod Ciceroni Domesticus. Hesiod. Ergois, οἳ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσιν ἰθείας. Æsch. contra Tim. ex verbis legis, μηδὲ ἀρχέτω ἀρχὴν μηδεμίαν, μήτ' ἔνδημον μήθ' ὑπερόριον. Thuc. lib. 1, καὶ μὴν καὶ ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελληταὶ, καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους. Et ἔνδημοι πράξεις apud Aristot. Ciuiles & domesticæ administrationes, respectu earum quæ foris & peregrè fiunt. Sic ἔνδημοι ἀρχαὶ & ἐπιδημοῦντες ἄρχοντες apud Thucydidis scholiasten. G

HINC Ἐνδημία, ας, ἡ, Quum quis intra populi sui fines seu domi est, nec peregrè abest. Præsentia, παρουσία. Hesych.

ET Ἐνδημέω, ῶ, Domi seu apud populum meum dego. oppositum τῷ ἐκδημέω & ἀποδημέω. Theodor. in 4 Hist. ecclesf. τῶν γὰρ Ἀθανασίου συμμετέχει ἱδρώτων, καὶ ἐνδημοῦντι καὶ ἀποδημοῦντι συνῆν. Sic ἐνδημεῖν ἐν τῇ πόλει.

Ἐνδήμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, vt ἐνδήμιος νόσος, vide in proximè sequente Ἐπιδήμιος.

C. Ἐπίδημος, SEV Ἐπιδήμιος, Versans in populo. vt ἐπίδαμος φάτις Soph. (Doricè pro ἐπίδημος) Rumor qui est in populo, Rumor qui vagatur per populum. Sic ἐπιδήμιος, Qui versatur in populo, & domi: cui videlicet opponitur is qui peregrè abest: Od. α, — ὄφρ' ἐπὶ κεῖνος ἀνὴρ ἐπιδήμιος ἦεν. Ibidem tamen ἐπιδήμιον ἦλθ' σὸν πατέρα, Eust. non vult esse simpliciter Qui domi agit, sed Qui peregrè reuersus domi agit. Nonn. autem ἐπιδήμιος ἀνὴρ, Qui est è populo, Ciuis: pro quo ἔνδημος apud Hesiodum. Dicitur & ἐπιδήμιος πόλεμος, Bellū quod geritur inter populares, Bellum ciuile. (Quod & domesticum ac intestinū bellū appellatur) Item, ἁρπακτῆρες ἐπιδήμιοι ἀρπακτῆρες, Il. ω, pro Raptores è publico. Vulgò interpr. publici raptores. Vt autem hic ἁρπακτῆρες ἐπιδήμιοι ἀρνῶν idem valet ac ἁρπακτῆρες τοῦ δήμου ἀρνῶν, sic apud Apollon. ἐπιδήμιος αἰδὼς videtur esse ἡ τοῦ δήμου, Arg. 2, de Mosynœcis, Οὐδ' εὐνῆς αἰδὼς ἐπιδήμιος. vt sit, Neque est vlla publica verecundia concubitus: pro eo quod est, Populus sine vlla verecundia in propatulo concumbit. In vsu est & apud medicos hoc vocabulū, vocantes ἐπιδήμιον νόσον, aut ἐπίδημον (VEL ἐπιδημικὴν, secundum quosdam) morbum communē quidem & à communi causa natum, non tamen patrium & familiarem, sed potius externum & aduentitium: quum cōtrà ἐνδήμιος dicatur qui alicui regioni familiaris est & quodammodo vernaculus.

ET Ἐπιδημία, ας, ἡ, Aduentus. Greg. ἑορτάζομεν σήμερον ἐπιδημίαν θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, ἵνα πρὸς αὐτὸν ἐκδημήσωμεν, de natali Domini. Alibi, ἑορτάζομεν ἐπιδημίαν τοῦ πνεύματος, de pentecoste loquens. Herod. lib. 3, οἱ δὲ Βρεταγοὶ τῇ τοῦ βασιλέως ἐκπλαγέντες αἰφνιδίῳ ἐπιδημίᾳ. Et quod in Pand. legitur de officio proconsulis, Hoc etiam obseruare oportet, vt per eā partē prouinciā ingrediatur per quā ingredi moris est, & quas Græci ἐπιδημίας appellāt siue κατάπλουν obseruare: B. interpr. Accessus ad ciuitatē aliquā.

ET Ἐπιδημέω, F. ήσω, idē quod ἐνδημῶ, Adsū in vrbe, Domi in vrbe sum, Domi sum. X. Pæd. 7, εἴτ' ἐπιδημῶν αὐτὸς τυγχάνει, εἴτε καὶ ἀποδημῶν. Æschin. contra Ctesiph. οὐκ ἐπιδημοῦντος ἐν Μακεδονίᾳ Φιλίππου, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ Ἑλλάδι παρόντος, ἀλλ' ἐν Σκύθαις μακρὰν ἀπόντος. Sic apud Thuc. l. 1, οὐκ ἔτυχον ἐπιδημῶν. Et simpliciter Præsens sum. vt apud Synes. epist. 149, ἡμῖν ἀεὶ καὶ ἀπὼν ἐπιδημεῖς τῇ μνήμῃ. ‖ Item In populo grassor, seu Populatim grassor, Bud. vt ἐπιδημοῦν νόσημα, Gal. ad Glauc. idem Therap. 14, κατὰ δὲ τοὺς ἐπιδημήσαντας ἄνθρακας ἐν τῇ Ἀσίᾳ. ‖ Itē Publico me committo, In publicum prodeo, In medium prodeo. vt Bud. exp. illud Demosth. cōtra Mid. οὐκ ἔχων πρότερον λαβεῖν αὐτὸν, ὡς ἔφη, τοῖς μυστηρίοις ἐπιδημοῦντος ἐπελάβετο. ‖ Itē Peregrè domum aduenio. Demosth. ἐπεδήμησεν ἐκ τῆς ἀποδημίας, Peregrè rediit. Æschin. ἐπιδημῶ εἰς τὴν πόλιν. Syn. τῇ πατρίδι δ' ἐπιδημήσας ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, posteaquam veni in patriā ex Ægypto. Item Peregrè aduenio. Strabo, ξένοι δ' οὐκ ἐπιδημοῦσι ῥᾳδίως, Peregrini verò eò non facilè veniunt. Herod. lib. 8, ἐνθεν πολὺ τι πλῆθος ἐπεδήμει, οὐ πολιτῶν μόνον ἀλλὰ ξένων τε καὶ ἐμπόρων. Seu simpliciter Aduenio. Plato Ione, πόθεν τανῦν ἡμῖν ἐπιδεδήμηκας; ἢ οἴκοθεν, ἢ ἐξ Ἐφέσου; ‖ Item Peregrè ago in aliquo loco, Bud. ex Athen. ἐπιδημῶν ταῖς Ἀθήναις. Xen. τοὺς ἐπιδημοῦντας ἐν Λακεδαίμονι ξένους ἐδείπνιζε. ‖ Item Accedo, vt Bud. apud Luc. interpr. ἔοικας οὐκ ἐπιδεδημηκέναι τῇ Ἀσεβείᾳ. Huc referri potest illud Naz. de Spiritu sancto, τοῖς μαθηταῖς κατὰ μέρος ἐπιδημεῖ. nam exponitur Adit, Obtingit.

HINC Ἐπιδήμησις, εως, ἡ, Aduentus, peregrè videlicet. Plato epist. 7, ὁ πρὸ τοῦ τῆς δὴ χρόνος τῆς εἰς Σικελίαν ἐμῆς ἐπιδημήσεως.

ET Ἐπιδημητικὸς, οῦ, ὁ, Domi & quasi intra populi sui fines manere solitus, aut manere amans, vel lubenter manens. ab ea τοῦ ἐπιδημέω signif. qua pro ἐνδημέω capitur. vt ἐπιδημητικοὶ ὄρνιθες καὶ ἐγχώριοι apud Basilium, quos opponi τοῖς ἀποδημητικοῖς scribit B.

ET bicomp. Εἰσεπιδημέω, ῶ, F. ήσω, Peregrè veniens aliquò diuerto. Pla. De l. 12, ὁ μὲν οὖν ἐκδημῶν, οὕτω καὶ τοιοῦτος ὢν ἐκδημείτω. τὸν δ' εἰσεπιδημήσαντα μετὰ τοῦτον χρὴ φιλοφρονεῖσθαι.

ITEM Παρεπίδημος ET Παρεπιδημέω. Est autem Παρεπίδημος, Qui peregrè aduenit, πάροικος (vt Hesych. exponit) Peregrinus. Bud. ex Greg. de piis actionibus loquēte, εἰ ξένος προσέπεσεν ἄοικος παρεπίδημος, ὑποδέξαι διὰ τούτου τὸν διὰ σὲ ξενιτεύσαντα, id est Christum. Alibi in Basiliū μήτε ταύτην ἔχων ἣν οἰκῶ νῦν, τὸ πᾶσαν ἐμὴν εἰς ἣν ἂν ῥιφῶ, μᾶλλον δὲ θεοῦ πᾶσαν, ἧς πάροικος ἐγὼ καὶ παρεπίδημος. quæ verba sunt Basilii de suo exilio loquentis, p. 260. Παρεπιδημέω verò, Peregrè aduenio, seu (vt Bud. vertit) Ho-

spes & aduena sum. Plut. Symp. φιλοσοφῶ δὲ παρεπιδημοῦντι Πυθαγορικῷ προσελθόντα, Qui in vrbem peregrè aduenerat. Athen. lib. 12, συμπαρέλαβε δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τὰς πρεσβείας καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας. AT Παρεπιδημία, ας, ἡ, Peregrinatio. Plato in Axiocho pseudepigr. παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος. ITEM Προσεπιδημέω, idem quod εἰσεπιδημέω, Peregrè aliquò diuertor, seu appello. SED ET Ἐπιδημεύω pro ἐπιδημέω apud poetas dicitur, in ea signif. qua pro ἐνδημέω ponitur. i. Domi & in vrbe mea versor. Odyss. π, Οὐ μὲν γάρ τι ἀγρὸν ἐπέρχεαι οὐδὲ νομῆας, Ἀλλ' ἐπιδημεύεις. i. ἐν πόλει διατρίβεις, Eust.

C. Μεταδήμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἐνδήμιος, vt tradit Eustath. Qui in populo est aut versatur. Od ν, — μή τι κακὸν μεταδήμιον εἴη. quemadmodum ἐνδήμιον & ἐπιδήμιον νόσημα dicitur. ‖ Item, Qui præsens in populo est, oppositum τῷ ἀπόδημος & ἔκδημος. Od. θ, Οὐ γὰρ ἔθ' Ἥφαιστος μεταδήμιος, ἀλλά που ἤδη Οἴχεται εἰς Λῆμνον.

¶ Δημόσιος, Publicus. Cui opponitur ἴδιος, & interdum ἰδιωτικός. Herod. 1, ὅθεν ὀλοφύροντο κοινῇ μὲν πάντες τὰ δημόσια, ἑκάστος δὲ τὰ ἴδια αὐτοῦ. Idem 7, χρημάτων ἰδιωτικῶν καὶ δημοσίων ἀρπαγῆς. Thucydid. δημόσιος πλοῦτος, Publicæ opes. Et δημόσιος ἀγὼν, Æschin. Publici & solennes ludi. Item δημόσια ἀδικήματα, Hermog. Publica crimina. ‖ Interdum verò sine adiectione, sicut Lat. Publicū. vt εἰς τὸ δημόσιον προϊέναι vel προελθεῖν, in publicum prodire. At ἐν τῷ δημοσίῳ τρέφειν, per aduerb. Publicè alere. Cū genit. autem ἐκ δημοσίου, Publico sumptu. Item τὰ δημόσια πράττειν, Publica negotia administrare, vel Rempubl. ‖ Dicebant autem δημόσιον γίνεσθαι quod publicum fiebat, id est quod fisco dabatur, seu ærario. Nā δημόσιον substantiuè interdum vocabatur ipsum ærarium: vt εἰς τὸ δημόσιον ἀποτίνειν δύο δραχμάς. Sic ὀφείλων τῷ δημοσίῳ, Demosth. Et ἐν τῷ δημοσίῳ κείμενα γράμματα, ex eodem. Bud. autem & fiscum in Pand. δημόσιον vocari scribit. ‖ Sæpe apud eundem, interdum & apud Æschinem, δημόσιον vocatur Respublica. ‖ Δημόσιον & pro carcere ex Thuc. affertur. Quinetiam δημόσιοι lib. 2 Epigrammat. à nonnullis exponitur itidem Præfecti carceris: verùm ab aliis simpliciter Ministri publici. A Demosthene autē δημόσιον vocari τὸν ἀντιγραφέα scribit Bud. afferens hunc locum ex p. 158, ἐν τοῖς κοινοῖς γράμμασιν ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος τέτακται. Vide & p. 257. ET Δημοσίᾳ aduer. Publicè, cui opponitur ἰδίᾳ, Thuc. & Dem. ET Δημοσίως, itidem Publicè.

Δημοσιώτερος, Magis publicus. Synes. De insomn. ἡλίου οὔτε θεαματικώτερον ἐν τοῖς ὁρωμένοις οὐδὲν, οὔτε δημοσιώτερον.

C. Δημοσιώνης, ου, ὁ, Plebeius, Vilis, quasi è populari fæce emptus. ἀτελής, vt exponit Suidas hoc in loco, οἱ μὲν ἄλλοι ἀποδοχῆς ἐτύγχανον ὅσοι δὲ δοκοῦσιν εἶναι δημοσιῶναι, παρεθεωροῦντο. AT Δημοσιώνιον, ου, τὸ, exponitur Publicus prouentus. Plut. Polit. præceptis, ὁ τὸ ταμιεῖον φυλαξάμενος καὶ τὸ δημοσιώνιον.

C. Ἐκδημόσιος, ου. Pollux lib. 8, σὺν θηματαίοις δὲ στεφάνοις εἰρήκεν Ἀισχύλος τοὺς ἠργολαβημένους, οὓς οἱ νῦν ἐκδημοσίους λέγουσι.

Δημοσιακὸς, Publicus. idem quod δημόσιος. vt δημοσιακοὶ θησαυροὶ apud Herodian. lib. 2, id est Ærarium publicum, Polit. interprete.

Δημοσιόω, ῶ, F. ώσω, Publico. Thuc. lib. 3, τὴν δὲ γῆν δημοσιώσαντες ἀπεμίσθωσαν ἐπὶ δέκα ἔτη, Agrum publicatum, mercede elocarunt. ‖ Item Diuulgo. Plutar. περὶ ἀδολεσχ. τὸ γὰρ ἀπόρρητον ἐκ τῆς ἐμῆς οἰκίας προφέρεται δεδημοσιωμένον. ET Δημοσιόομαι, actiuè pro eodem. Synes. epist. 137, ὁ τὸ πρᾶγμα ἥκιστα δημοσιεύων, καὶ πλεῖστοις μὲν συνὼν φιλοσοφίαν δὲ ἐν ἀρρήτοις ἀρρητοτάτην ἔχων. Apud eundem in passiuo προκάθαιρει μεταιος δημοσιευθεῖσα, publica seu publicè facta. Aristot. Rhet. 2, δεῖ δὲ γνώμας λέγειν καὶ παρὰ τὰ δεδημοσιευμένα. λέγω δὲ δεδημοσιευμένα, οἷον τὸ Γνῶθι σεαυτόν. id est Peruulgata. Item Publicè edo. vt οἱ τὰ παλαίσματα δημοσιεύοντες apud Naz. In v. l. ponitur etiam δημοσιεύειν τὴν πολιτείαν, pro Remp. componere, & ad meliorem statum redigere. ‖ Item neutraliter sumptū, Publica ciuitatis negotia gero, seu (vt Bud. ex Plat. exponit) πράττω τὰ τῆς πόλεως πράγματα, idem ferè quod πολιτεύομαι, Publica persona fungor, & reip. operā præsto. Plato Apol. ἀναγκαῖον ἐστὶ τῷ ὄντι μαχούμενον ὑπὲρ τοῦ δικαίου, καὶ εἰ μέλλει ὀλίγον χρόνον σωθήσεσθαι, ἰδιωτεύειν ἀλλὰ μὴ δημοσιεύειν. Et in Gor. ἐπιχειρήσαντες δημοσιεύειν, παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους, ὡς ἱκανοὶ ἰατροὶ ὄντες. pro quo paulo antèdicit, ἐπιχειρεῖν τοῖς δημοσίοις ἔργοις. Idem, εἴπω τις τῶν δημοσιευόντων ἰατρῶν ἱκανὸς συμβουλεύειν. ἰδιωτεύων αὐτός. Suidas verò δημοσιεύω exponit δωρεὰν ἐργάζομαι, quoniam οἱ δημοσίᾳ χειροτονούμενοι ἰατροὶ προῖκα ἐθεράπευον: adferens ex Aristoph. Ἀλλ' ὦ πόνηρ', οὐ δημοσιεύων τυγχάνω, addénsque illi suæ oppositioni hæc verba, quæ nō satis emendata esse videtur, εἶναι κοινὴ ἐπιστήμη, ἀλλ' ἐμαυτῷ καὶ μόνῳ καὶ ἀμισθὶ οὐ μεταδίδωμί σοι. Apud Phil. autē De vita Mosis lib. 1, ταῖς οὖν προκαλλεστάταις ἐὰν ἐπιτρέψῃς μισθαρνεῖν καὶ δημοσιεύειν, Turn. vertit Quæstum facere prostareq;.

¶ Δημότης, ου, ὁ, Homo plebeius, Popularis. Item Municeps, Tribulis. Xen. οἱ μὲν πένητες, καὶ οἱ δημόται, καὶ οἱ χείρους. Isocr. Panath. τοὺς προκριθέντας ὑπὸ τῶν συμφυλετῶν καὶ τῶν δημοτῶν. Demosth. pro cor. ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφης. Aristoph. Neb. ποῦ Κικυννεῖς εἰσιν οἱ ἐμοὶ δημόται; mei tribules?

Δημοτικὸς, ή, ὸν, Plebeius, Popularis. Xen. contra Mid. καί τις ὑμῶν τῶν πολλῶν καὶ δημοτικῶν ἀνθρώπων. Item, Popularis status amans, seu Ad popularem statū conferens, de re aliqua intellectum. Isocr. De pace, δημοτικοὶ καὶ ὀλιγαρχικοί. Æsch. contra Ctes. τοὺς μὲν ὀλιγαρχικοὺς ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας διεληλεγμένους ἥκειν πρὸς τὸ τοῦ κατηγόρου βῆμα, τοὺς δὲ δημοτικοὺς πρὸς τὸ τοῦ φεύγοντος. Aristoph. τὸ γὰρ σόφισμα δημοτικὸν καὶ χρήσιμον. ‖ Item Popularis, hoc est Popularium amans, Plebicola. Xen. δημοτικὸς καὶ φιλάνθρωπος. Plut. Oth. σχῆμα δημοτικός. Et superl. δημοτικώτατος, apud Æschin. vt & δημοτικώτερος comparat. apud Phil. Neutro genere τὸ δημοτικὸν, Popularitas. vt τὸ δημοτικὸν αὐτοῦ Popularitas eius, vel Populare eius ingenium. Et τοῦ δημοτικοῦ ἐξίστατο, apud Plurarch. Rom. HINC Φιλοδημοτικὸς, οῦ, ὁ, Popularium amans, seu Popularis status amās. ET aduerb. Δημοτικῶς, Populariter.

Δημότεροι, Plebeii, Populares. vnde apud Apollon. δημότεραι γυναῖκες.

Δημοτεύομαι, Fut. εύσομαι, Popularis sum, Municeps sum. μετέχω δήμου καὶ πολιτείας κατὰ νόμον, Hesych. Item, οὐδέ τινος δήμου κοινωνῶ καὶ χρηματίζω ἀπ' αὐτοῦ, vt Suid. exponit, qui ex Demosth. citat δημοτευόμενος ἐκ τῶν δημοτῶν.

¶ Δημώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Plebeius, Popularis. Herodian. lib. 1, πλὴν ἀνδρείας καὶ ἀλογίας παρὰ τοῖς δημώδεσιν εἶχέ τινα χάριν. Eodem libro, πᾶν τε τὸ παρὸν στρατιωτικὸν καὶ τὸ δημῶδες πλῆθος. Dion. Long. κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι. ‖ Item παιδιώδης, Hesych. HINC comp. Νεοδαμώδης, id est ὁ νεωστὶ δημοποίητος γεγενημένος, Qui recèns in popularium numerum ascitus est. Sic apud Lacedæmones dicebantur qui ex εἱλώτων numero libertate donati essent, vt tradit Hesychius. Thucydid. lib. 7, Λακεδαιμόνιοι ἡγεμόνα Σπαρτιάτην παρεχόμενοι, νεοδαμώδεις δὲ τοὺς ἄλλους καὶ εἵλωτας. δύναται δὲ τὸ νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι.

Δημόθεν, E populo. Odyss. τ, Καὶ οἱ τοῖς ἄλλοις ἑτάροις οἱ ἅμ' αὐτῷ ἕποντο, Δημόθεν ἄλφιτα δῶκα καὶ αἴθοπα οἶνον ἀγείρας. vbi Eustath. dicit fuisse moris ξενίζεσθαι δημοσίᾳ τοὺς ἀξίους. & sic Alcinoum, quique cum eo erant optimates, Vlyssi munera dedisse ἀθρακάς, ὕστερον ἀγειρομένους κατὰ δῆμον.

Δημόομαι, οῦμαι, idē quod δημοκοπέομαι, Suid. At Hesych. est & ἀφραίνομαι, ἀθυμοῦμαι δημοσίᾳ, παίζω, θωπεύω. VNDE Δημώματα eidem Hesychio παίγνια.

¶ Δήμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Publicus. Od. γ, — πρῆξις δ' ἥδ' ἰδίη, οὐ δήμιος, ἣν ἀγορεύσω. Od. υ, ἐπεί τοι δήμιός ἐστιν Οἶκος ὅδ', ἀλλ' Ὀδυσῆος. Sic Antiphon dicit μεγάλους εἶναι τοὺς δημίους ἀγῶνας. vbi Bud. vertit, Actiones populares. Et δήμιος ἑσμὸς apud Nonnum pro plebeia multitudine. ‖ Substātiuè capitur pro carnifice seu tortore. Æschin. De falsa legatione, παρέσται δὲ ἤδη ὁ δήμιος, καὶ βασανιεῖ ἂν κελεύητε. Herodian. lib. 3, φονεὺς καὶ δήμιος. Naz. ὁ δήμιος ὑπαράτητος. ‖ Et δημίη, ης, ἡ, Scortum, videlicet publicum, apud Cyprios. Hesych.

Δημιόπρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui publicè emitur, Qui publicatur. Plut. Crasso, τὰ δημιόπρατα τοῦ Σύλλα, Bona publicata. Bud. interpr.

C. Δημιεργὸς, οῦ, ὁ, ET Δημιοεργὸς, poeticè, q. d. Qui publicè operatur,

operatur, vel Opifex publicus, Is cuius opificia publice prostant. Odyss. ρ, ἄλλον γ᾽ εἰ μὴ τῶν οἳ δημιοεργοὶ ἔασιν, Μάντιν, ἢ ἰητῆρα κακῶν, ἢ τέκτονα δούρων, &c. Sed Homeri posteri hos δημιοεργοὺς seu δημιουργοὺς, appellarunt potius χειροτέχνας & χειρώνακτας aliisque nonnullis nominibus: at vocem δημιουργὸς, generaliter de quouis artifice dixerunt, genitiuum ei sæpe addentes: adeo vt & Deus ipse δημιουργὸς appelletur, interdum addito genitiuo τοῦ κόσμου, interdum sine adiectione. (vide Cicer. Lex.) De Deo certè (vt Platonis locos omittam) dicit Xenophon, ἔοικε ταῦτα σοφοῦ τινος δημιουργοῦ καὶ φιλοζώου τεχνήματι. Apud Lucianum, δημιουργὸς τοῦ ταύρου, artifex tauri. Item Nazianz. sol est ἡμέρας δημιουργὸς, diei artifex seu effector. At δημιουργοὶ τῶν νόμων Aristot. Polit. 2, redditur Conditores legum. Dicitur item δεινὸς δημιουργὸς λόγων ab Æschine. Et sine genitiuo δημιουργὸς ἰατρὸς, medicus qui medelas conficit. id est practicus, in v. lex. ‖ Δημιουργὸς, Mulier, Prostibulum publicum, quæ & δήμιος, vt paulo antè dictum est. ‖ Item, Quæ in nuptiis dulciaria cæteraque bellaria conficit. Item, Nuptiarum conciliatrix, Pronuba. Vide Athen. Polluc. & Eustathium.

Δημιουργοὶ apud Peloponnenses (vel Dores, vt alii) dicebantur qui populo præerant, & res eius administrabant. Demosth. Hesych. Eustath. ET Συνδημιουργὸς ex Platone affertur pro eo qui in fungendo hoc munere est administer. ET Δημιουργία, Functio huius magistratus. Plato Apolog. ἀμελήσας στρατηγιῶν καὶ δημιουργιῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν. Aristot. Polit. 5, τὸ γὰρ ἀρχαῖον οἱ δῆμοι καθίστασαν πολυχρονίους τὰς δημιουργίας καὶ τὰς θεωρίας. AT Ἐπιδημιουργοὺς Thucydidis schol. exponit ἄρχοντας πεμπομένους, φυλάρχων τάξιν ἔχοντας. Item, Quibus murorum reficiēdorum cura commissa esset, addens & ex Asclepio, præpositionem ἐπὶ superuacaneam esse. Thucyd. lib. 1, ὁμήρους δοῦναι, τούς τε ἐπιδημιουργοὺς ἐκπέμπειν, καὶ τὸ λοιπὸν μὴ δέχεσθαι οὓς κατ᾽ ἔτος ἕκαστον Κορίνθιοι ἔπεμπον.

Δημιουργεῖον, Officina. χαλκεῖον, ἐργαστήριον, Hesych.

Δημιουργέω, ῶ, Sum opifex, Opificium aliquod exerceo. Item generalius pro Fabricor, Compingo, Condo. Item Efficio, seu Conficio. vt κόσμος δεδημιουργῆσθαι dicitur à Plat. id est effectus, vel factus, Cic. interpr. A QVO Δημιούργημα, ατος, τὸ, Opificium, Fabricatio.

Δημιουργικὸς, Ad opificem seu opifices pertinens, Fabrilis. δημιουργικὰ τεχνήματα, Plato Artificia illiberalia & sordida. ‖ Δημιουργικοὶ autem λόγοι dictæ sunt ideæ à quibusdam qui eas tuebantur, vt refert Bud. ex Philopono in Post. 2. ET Δημιουργικῶς, Opificum more, Fabriliter.

C. Κοινοδήμιος, ου, τὸ, Publicum. τὸ τῷ δημοσίῳ κοινὸν, Suidas. δημόσιον, item δικαστήριον, Hesych. ET Κοινοδημεί, aduerb. Vulgò, Publicè. v. l.

C. Πανδήμιος, ου, ὁ, Publicus. vt πανδήμιον ἦμαρ apud Nōn. exponitur Dies publicus & festus. Item, Qui per totum populum versatur. Il. σ, Ἦλθε δ᾽ ἐπὶ πτωχὸς πανδήμιος. pro quo paraphrasten Demosthenem Eustathius refert dixisse, κακόν τι πανδήμιον, οἷος ἐσθίων ῥαγῆναι δι᾽ ἡμέρας, καὶ πολλῷ ἄκρατον ἐκπιεῖν. At πανδήμιος ἄγρη lib. 1 Epigr. redditur Vniuersalis piscatio. ‖ Eust. tradit vocabulū hoc posse aliquando εἰσκαίρως ἀντὶ ἔξω τοῦ κοινὸν ζημιωτὴν, deducendo à δήμιος pro carnifice.

¶ Δημεύω, F. εύσω, Publico. Thuc. l. 5, τά τε βιβλία χρήματα ἐδήμευσαν αὐτοῦ. Herodian. lib. 3, τάς τε οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσας. Dion. Hal. l. 6, δημεύουσιν ἡμῶν τοὺς ἀγρούς. Et in pass. apud Demosth. οἱ γὰρ ἐκ προνοίας [ἀνδροφόνων ἐξεληλυθότων] δεδήμευνται τὰ ὄντα, bona publicata sunt. Chrysost. δημευθεὶς τὴν οὐσίαν, Bonorum proscriptione & publicatione multatus. VNDE Δήμευσις, εως, ἡ, Publicatio. Synes. ep. 67, εἰ τρόπος ἐπινοηθείη δημεύσεως. Plut. Ad præf. ind. ποιοῦσα τὴν ὀργὴν, φόνον τὸν ἔρωτα, μοιχείαν πλεονεξίαν, δήμευσιν. ET Δημευσία, ας, ἡ, pro eodem ex Plut.

Δημίζω, F. ίσω, Populum decipio, vt Aristoph. schol. explicat in Vespis, Σκέψαι τοίνυν γ᾽ ὡς ἐξὸν σοι πλουτεῖν καὶ τοῖσιν ἅπασιν Ὑπὸ τῶν ἀεὶ δημιζόντων.

Δημίδιον, ου, τὸ, Popellus. B. ex Aristoph. ἔξελθ᾽ ὦ δημίδιον φίλτατον.

ΔΙΑ, CVM GENIT. Per. vt Od. κ, — ἢ δὲ δι᾽ αὐτῶν Ἐρχομένη, προὔβαλλέ μοι ἑκάστῳ φάρμακον ἐσθλόν, Per illos incedens. id est Per medium illorum. Il. γ, Διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς ὄβριμον ἔγχος, Καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο, Transiit per clypeum, vel Penetrauit clypeum, & per thoracem fixa est. Et apud Hes. in Op. Καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος οὐ διάησιν, videlicet ἴς ἀνέμου βορέου, virginem non perflat. accipiendo Per pro Gall. A trauers. Ad verbum, Non perflat per virginem. Sed ipse quoque præpositionem cum verbo tantùm posuerat paulo antè, — διὰ νυ καὶ τῶν ψυχρὸς ἐὼν διάησι δασυστέρνων περ ἐόντων. Eandémq; mox seorsum tantùm posuerat, non adiungens verbo, sed illi dans accus. Καί τε δι᾽ αἶγα ἄησι ταναίτεχα, πῶεα δ᾽ οὔτι. vbi si dicamus esse δι᾽ αἶγα ἄησι pro διάησι αἶγα, habebimus constructionem Latinam, Perflat capram. In prosa quoque iungitur genit. hac in significatione, δι᾽ ἀμφοτέρων τὸ ξίφος ὤσῃ, Exige gladium per ambos, vel Ambos gladio transadige. Homerus dicit δι᾽ αὐτῶν ἐρχομένη, sic Xen. διὰ πυρὸς ἰέναι, in Symposio. Et Pæd. 1, διὰ πάντων τῶν καλῶν ἐληλυθότες. Plato Axiocho, ὅσοις δὲ τὸ ζῆν διὰ κακουργημάτων ἠλάθη. Synes. epist. 40, ὁ διὰ πάντων ἥκων ὀφθαλμὸς Θεοῦ. Idē ep. eadem, τὸ μὴ διὰ πάσης ἐλθεῖν βασάνου. Nonnunquā verò cū eodem aut alio eiusdem generis verbo iunctū, aliis modis interpretamur. (quod & de præced. exemplorū nōnullis dici potest) vt διὰ μάχης ἐλθὼν Δαναΐδαισι, pro Præliatus, apud Eurip. Itidem apud Luc. διὰ μάχης ἐλθεῖν τινι, prælio aggredi, B. Et Thuc. ὥστε χρὴ καὶ πάνυ ἐλπίζειν διὰ μάχης ἰέναι αὐτοῖς, id est In prælium exire, Bud. interpr. Qui & apud Plut. διὰ λόγων ἐλθεῖν vertit, Venisse ad colloquium. Et apud Isocr. p. 68, διὰ μιᾶς γνώμης γίνεσθαι, In concordiam & vnanimitatem venire, ὅταν τὰ τῶν βαρβάρων κατασχῇ καὶ διὰ μιᾶς γένηται γνώμης. Nōnunquā autē à poetis omittitur διὰ signi. Per: vt Il. β, Ἐσχον πεδίοιο μαχησόμενοι προτὶ ἄστυ, pro διὰ πεδίοιο. In hac verò signif. poetas διὰ iūgere etiā accus. docebitur postea. Itē διὰ, Per, quū de eo dicitur quod vicem instrumenti præbet. vt Dem. Epitaph. διὰ τῶν ἰδίων κινδύνων κοινῆς σωτηρίας πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν αἴτιοι κατέστησαν. Et Isocr. Archidamo, διὰ τούτων οἶμαι πᾶσιν εἶναι φανερόν. quod dici etiam posset ἐκ τούτων.

Διὰ, Per, sed subaudiendum relinquens πᾶν, aut ὅλον, aut πᾶν, quod ponatur pro ὅλον. Homerus Odyss. ι, Κεῖτ᾽ ἔντοσθ᾽ ἄντροιο, τανυσσάμενος διὰ μήλων, pro διὰ πάντων τῶν μήλων, quo dicitur modo διὰ νυκτὸς, pro δι᾽ ὅλης νυκτὸς: vt Athenæus initio libri 7 & Eustathius docent. Sed possunt huic exemplo addi & ista, διὰ βίου pro δι᾽ ὅλου τοῦ βίου, Per totam vitam. Plutarch. Δικτάτωρα μὲν αὐτὸν ἀπέδειξαν διὰ βίου. Sic δι᾽ ἐνιαυτοῦ dicitur pro δι᾽ ὅλου ἐνιαυτοῦ. Et δι᾽ ἔτους pro δι᾽ ὅλου ἔτους, apud Plut. ἔφη δέ τις εὑρεθήσεσθαι παρὰ Λευκόλλῳ δι᾽ ἔτους τρεφομένας. Et vt διὰ νυκτὸς pro δι᾽ ὅλης νυκτὸς, sic δι᾽ ἡμέρας pro δι᾽ ὅλης ἡμέρας, per totam diem, apud Aristophanem. Sic apud Herodotum, δι᾽ ἡμέρας δικάζειν. Sed διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, interdum accipitur simpliciter pro νυκτὸς καὶ ἡμέρας, nocte & die, & ita exponitur apud Plat. σκοπεῖν διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, nocte & die considerare. Sic autem διὰ σκότους, Per tenebras, In tenebris. Plut. ἐν κεφ. Ρωμ. Διατί τῇ νύμφῃ παραδοῦν οὐκ ἐντυγχάνει μετὰ φωτὸς ὁ ἀνὴρ, ἀλλὰ διὰ σκότους. Itidem διὰ πένθους τὸ γῆρας διάγων, Xen. Pæd. 4, in luctu senectutem transigens. ‖ Διὰ itidem de tēpore dictum cum genitiuo αἰῶνος, redditur præpositione In. est enim δι᾽ αἰῶνος quod dicimus In æuum, vel In æternum. At διὰ παντὸς, (quod & διαπαντὸς coniunctim scribitur) In perpetuum, Perpetuò, Sēper. vide in Πᾶς. Διὰ τέλους autem significat Vsque ad finem. interdum & Semper.

Διὰ redditur præpositione IN, his etiam in phrasibus, διὰ χειρὸς ἔχειν, Lucian. Sic Plutarch. in Numa, διὰ χειρὸς ἔχειν τὰς ὠλένας, habenas in manu habere, vel tenere. Et διὰ χειρῶν ἔχειν, quod exponitur etiam Præ manibus habere. Sic διὰ στόματος ἔχειν, in ore habere. vt apud Lucianum, διὰ στόματος ἔχειν τὸν Ἀριστοτέλην: itidem verò διὰ στόματος εἶναι, in ore esse: vide in Στόμα. Et διὰ μνήμης ἔχειν, in memoria habere. quod & διὰ μνήμης φέρειν, apud Herodianum, οἱ τὴν πεῖραν αὐτοῦ τῶν ἔργων φέροντες διὰ μνήμης. Sic διὰ τιμῆς ἔχειν, In honore

habere, apud eundem Herodianum, quod & διὰ τιμῆς ἄγειν dicitur. A Idem verò eodem in loco διὰ θαύματος ἔχειν dicit In admiratione habere, vel potius Admirationi habere: τὴν ἐπάρχοντα τοσούτων ἐθνῶν ἀεὶ διὰ τιμῆς τε καὶ θαύματος ἔχει. Apud eundem διὰ φρουρᾶς ἔχειν, in custodia habere. Sed διὰ constructionem eandem habens, non semper reddi potest præpositione In, sed sæpe διὰ cum genitiuo & verbo per vnicum Latinum verbum interpretamur, aut verbum cum nomine: nonnunquam & aliter. vt δι' ἐλπίδος ἔχειν, sperare, apud eundem Herodian. & διὰ φροντίδος ἔχειν, pro Accurare, Procurare, apud eundem. B Hunc enim autorem obseruaui his loquendi generibus cum præpos. διὰ supra quemuis alium delectari. Vt autem διὰ φροντίδος ἔχειν, sic & δι' ἐπιμελείας ἔχειν dicitur, quibus affine est apud Thucyd. διὰ φυλακῆς ἔχειν, pro Obseruare, vel Excubias agere. Apud eũdem δι' αἰτίας ἔχειν, pro Accusare, αἰτιᾶσθαι. Et δι' ὀργῆς ἔχειν τινὰ, Irasci alicui, vel potius Iratum esse alicui, siue intensum. Sic dicitur δι' ὑποψίας ἔχειν, suspectum habere: quod vide in Ὑποψία. Et δι' ἡσυχίας ἔχειν, vide in Ἡσυχία. Apud Herodianum, δι' ἡδονῆς ἔχω, ex eo voluptatem ca- C pio, πᾶν ὅ,τι περ ἐκεῖνος δι' ἡδονῆς ἔχοι θέαμα. ‖ Interdum cum verbo γίνεσθαι, actiua etiam signif. vt apud Plat. De legibus 7, διὰ φόβων ἐθίζοντο γίγνεσθαι, In metu versari: vel (vt Bud. interpretatur) Timidi esse. ‖ Cum ἐστὶ etiam sæpe ponitur διὰ suum genitiuum habens, vbi verbo Esse interpretamur, cum adiectiuo nomine, vel participio, aut verbo passiuo. vt δι' ὄχλου εἶναι, Molestum esse, vel odiosum, apud Aristoph. vide Ὄχλος. Sic δι' ἔθους εἶναι, assuetum esse, Galen. vide Ἔθος. Sic διὰ σπουδῆς εἶναι, pro σπουδάζεσθαι, In pretio esse, vel magno studio exo- D ptari, vt Bud. interpretatur. Sic διὰ στόματος εἶναι, In ore esse, Celebrari: cui affinem significationem habet διὰ μνήμης εἶναι: vide in Μνήμη. ‖ Διὰ itidem pro In, quum dicitur ὁ διὰ μέσου χρόνος, Interiectum tempus. Ad verbum, Tempus quod in medio est, ὁ ἐν μέσῳ χρόνος. Sic etiam ἐν τῷ διὰ μέσου apud Plutar. pro Interim. Ponitur sic & in aliis nonnullis loquendi generibus, cuiusmodi est hoc, διὰ μέθης πιέσθαι τὴν συνουσίαν, Plato in Symp. Sic διὰ πλειόνων, διὰ βραχέων, δι' ὀλίγων: in E quibus tamen exprimẽdis Latini præpositionẽ omittunt, dicentes, Pluribus, Paucis: vt Docere paucis, apud Virgilium. Galli præpositionem In addunt, dicentes, *En peu de parolles*. Vide in Πλείων, & in cæteris. Apud Athen. autem δι' εἰκοσῆς ἱστοριῶν, pro In vicesimo libro, vel Vicesimo libro, omissa præpos. In.

Διὰ, inter. vt διὰ πάντων ἄξιος θέας, Herodot. Inter omnia spectatu dignus. Sic διὰ νήσων, Inter insulas.

Διὰ & ἐκ pro eodem in nonnullis loquendi generibus. vt apud Athenæum, χορεῖα, βρώματα διὰ γάλακτος καὶ μέλιτος γινόμενα. Sic alibi, ἴτριον, πεμμάτιον λεπτὸν, διὰ F σησάμου καὶ μέλιτος γινόμενον, & sic identidem. Interdum verò pro διὰ ponit ἐκ, dicens, ἐκ σησάμου καὶ μέλιτος, & similia, vt annotat Bud. Sic δι' ἀλφίτου πεποιημένος citatur ex Plutarcho in Numa, pro Ex farina compositus. Ex ex Galeno δι' ἐλαίου τρίψεσι χρῆσθαι, ex oleo frictionibus vti. Sciendum est autem ita vsitatam esse medicis hanc præpositionem in hac significatione, vt etiam in nominandis quibusdam pharmacis eam nominibus agglutinauerint, immutata illorum termi- G natione. vt quum pro διὰ ῥόδων κολλούριον dixerunt διάρροδον κολλούριον, id est collyrium ex rosis compositum: & διάκροκον κολλούριον, pro διὰ κρόκου, Ex croco compositũ, vel Ex croco constans. quod quidam appellat, τὸ ξηρίον τὸ διὰ κρόκου καλούμενον. Non memini tamen me apud vetustiores medicos talem præpos. διὰ vsum (id est ita agglutinatæ) reperire: adeo vt medicis, & iis quidẽ recentioribus, peculiarẽ esse putem. Sed hoc quoque sciendum est, interdum genitiuum cui adhæret, integrum seruari: vt in διαχυλῶν. ‖ Itidem verò apud musicos in harmoniarum appellationibus sunt qui διὰ ac- H cipiant pro ἐκ. vt διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε. Sic διὰ πασῶν, harmonia ex omnibus. ‖ Διὰ pro ἐκ citatur & in hoc Aristotelis loco, διὰ ποταμῶν ἀναθυμιάσεις ἀναφέρονται: vt sit, Ex fluuiis subuehuntur exhalationes. Item, quum dicitur ἡ διὰ τῶν χρημάτων ἡδονή, præpositio διὰ exponitur per ἐκ, vt sit, Voluptas quæ ex nummis percipitur. At verò αἱ διὰ τοῦ σώματος ἡδοναὶ apud Xen. exponitur Voluptates corporis: & πάντα διὰ σώματος ἡδέα, apud eundem, Omnia quæ orisunt grata.

Διὰ adhibetur etiã significando interuallo loci vel temporis. DE interuallo loci dicitur, vt in his locis: Theophr. De caus. plant. lib. 3, καί τινες ἅπαντα κελεύουσι διὰ πολλοῦ φυτεύειν, ὅπως μὴ &c. hic διὰ πολλοῦ signif. Longis interuallis, Longis interstitiis. Thuc. 3, οἰκεῖ δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, καὶ ταύτας διὰ πολλοῦ, Magno interuallo, vel Magno locorum interuallo, vel Longa inter se intercapedine distantes, interpr. Bud. Idem ibidem, ἐκ δὲ τῶν πύργων ὄντων δι' ὀλίγου, Ex turribus quæ propè distabant. Ad verbum, Quæ erant ex paruo, sub. interuallo. Idem lib. 6, τά γε διὰ πλείστου πάντες ἴσμεν θαυμαζόμενα, Quæ à nobis longissime absunt, Quæ à nobis remotissima sunt. Et paulo antè, διὰ πολλοῦ γε, καὶ πολλῶν ὄντων. vbi schol. subaudit διαστήματος. Idem Thuc. ἐβούλετο δὲ τὴν φυλακὴν τοῖς Ἀθηναίοις δι' ἐλάσσονος καὶ μὴ ἀπὸ Βουδόρου εἶναι. id est (inquit B.) Propius, Breuiore via. Idem lib. 2, εἰκὸς δὲ καὶ τὸ κῆδος Πανδίονα ξυνάψασθαι τῆς θυγατρὸς διὰ τοσούτου, ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ πρὸς ἀλλήλους, μᾶλλον ἢ διὰ πολλῶν ἡμερῶν ἐς Ὀδρύσας ὁδοῦ. Strabo lib. 2 Anth. epigr. — διὰ δώδεκα δ' ὄργυια πηχῶν, Φθίεσκ' ἀπὸ ποταμῶν καὶ δύο δερκόμενον, A duodecim cubitis, Ex interuallo duodecim cubitorũ. In quibusdã autem eiusdem generis phrasibus significatio præpos. διὰ redditur aliter. vt apud eundem Thuc. 3, διὰ δέκα δὲ ἐπάλξεων πύργοι ἦσαν μεγάλοι, Post decimam quanque pinna. Na & schol annotat διὰ hîc accipi pro μετά. Valla tamen interpr. Ad decimam quanque pinnam. Sed quum διὰ in præced. & in sequent. loquendi generibus interiectum loci vel temporis spatium declaret, posse & ita verti existimo, (eodem tamen sensu) Turres etiã erant magnæ quarum vnaquæque interiectas decem pinnas habebat. DE interuallo autem temporis vsurpatur διὰ, cum his & similibus genitiuis: cum πολλοῦ vel μακροῦ, & cũm contrario ὀλίγου: item cum χρόνου, & interdum πολλοῦ χρόνου. Lucian. δόξαν μοι διὰ πολλοῦ προσειπεῖν. Arr. καὶ τοῖς Μακεδόνας ἡδέως τὸν κισσὸν ἰδόντας, οἷα διὰ μακροῦ ὀφθέντα, Vt longo interuallo visam, vel Longo temporis interuallo visam. Inuenitur & Longo interiecto interuallo, apud Ciceronem. Gal. λύειν δὲ τὴν ἐπίδεσιν διὰ πλείονος, Longiore interuallo, id est rarius. Sic αἱ διὰ χρόνου πράξεις, rara negotia, pag. 46 mei lex. Ciceroniani. Porro vt Latini quũ dicunt Longo interuallo, subaudiunt genitiuum Temporis, ita Græcos cũ πολλοῦ, μακροῦ, & cæteris huiusmodi adiectiuis, subaudire χρόνου certũ est: sed χρόνου ab iis dici subaudito vicissim πολλοῦ, vel μακροῦ, animaduertendum est. Plat. De rep. lib. 1, καὶ μάλα πρεσβύτης μοι ἔδοξεν εἶναι. διὰ χρόνου γὰρ καὶ ἑωράκειν αὐτόν, Longo enim interuallo eum viderã (sicut Cicero dixit, Vt te tãto interuallo viderem) vel Diu enim erat quum eum videram. Lys. ὡς ἂν ἀσμένη με ἑωρακυῖα ἥκοντα διὰ χρόνου. Dicunt & διὰ πολλοῦ χρόνου: vt apud Herodotum, εἰωθὼς διὰ πολλοῦ χρόνου ἐπιφαίνεσθαι. Sic Aristoph. Pluto, ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑωρακέναι. Inuenitur & διὰ μακρῶν χρόνων apud Plat. in Timæo, τῶν περὶ γῆν καὶ κατ' οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις, & διὰ μακρῶν χρόνων γιγνομένη τῶν ἐπὶ γῆς πυρὶ φθορά, multorum annorum interuallo rediens conflagratio, Bud. Sed διὰ χρόνου interdum etiam poni existimo simpliciter pro Interiecto aliquo temporis interuallo: (vt & διὰ χρόνου λέγειν citatur ex Æschine pro διαλειπόντως) & ex hac ambigua significatione captatam esse illam iocandi occasionẽ Xen. Pæd. l. 1, pag. 13, ἀλλὰ μὰ Δία φάναι, ἀλλ' ἥκω διὰ χρόνου. καὶ τὸν Κῦρον εἰπεῖν, νὴ Δί' ὦ συγγενὲς, δι' ὀλίγου γε. Vt autem διὰ de interiecto tẽpore dicitur, cũ χρόνου, & cũ πολλοῦ, ac cæteris, ita & cum ἔτους vel ἐτῶν, & similibus, cum ἡμέρας vel ἡμερῶν, & nomine numerali: vt δι' ἔτους πέμπτου vel δι' ἐτῶν πέντε: sic δι' ἡμέρας πέμπτης, & δι' ἡμερῶν πέντε. In his autem reddendis vtimur aduerbio Post, vel nomine Quoq;, præcedente nomine numerali, vt Tertio quoq;, Quarto quoq;. Sic apud Aristot. διὰ τρίτης (sub. ἡμέρας) pro Tertio quoque die. Sic διὰ πεμπταίους

pro Tertio quoque anno: quod & κτ' τριετηρίδα, vt κτ' τριετηρίδα ἤγετο τὰ Διονύσια. Sic ex Aristoph.citatur, δι' ἔτους πέμπτου ξυνάγειν, pro Congregare quinto quoque anno. Item ex Luciano, διὰ πέντε ὅλων ἐτῶν, pro Quinto quoque anno: sed ita interpretãdo vacaret ὅλων: quare malim, Post quinque annos integros: vel Post totos quinque annos: aut, Interiectis quinque annis integris. Isocr. Archidamo, ταύτην δὲ διὰ τριακοσίων ἐτῶν καπηλίζουσιν, Post annos trecentos. Sic Plut. Cimone, δι' ἐτῶν ὀγδοήκοντα τριακοσίων. Dioscor. διὰ δυεῖν ἡμερῶν ἀποχέοντες τὸ πρότερον ὕδωρ, ἄλλο ἐπιχέουσι, Post duos dies, Exacto biduo. Item B hic innominati cuiusdam autoris locus, δι' ἔτους ἑνὸς καὶ ἡμίσεος τοῦτον ἐπισκεψόμεθα, exponitur in vulg.l. Hunc visurus quem à duodeuiginti mensibus non videram. Quæ verba posse & sic exponi arbitror, Post duodeuiginti menses hunc inuisurus, vel potius, reuisurus. Apud Marcum autem cap.2, δι' ἡμερῶν ponitur non adiecto dierum numero, vbi subaudiri solet τινῶν, vt sit Interiectis aliquot diebus. Sic Theophrast. De hist.plãt.lib.4, c.4, δι' ἡμερῶν τινῶν dixit, ἄλλως τε καὶ δι' ἡμερῶν τινῶν πίνουσι. ¶ Apud Thucyd.lib.1, obseruaui διὰ cum genitiuo ὀλίγου C aliter quàm in præcedentibus exemplis positum, εἴπερ οἷα καὶ τότε πρὸς τὸν Μῆδον δι' ὀλίγου γενόμενοι ἀπεδείξατε, ὅμοια καὶ νῦν γνώσεσθε. hìc enim διὰ non de interiecto tẽpore dicitur, sed respondet potius (vt opinor) Latinæ præpos. Per, in ea quidẽ signif. positæ quam habet quũ dicitur Per decem dies, vel Per tres menses, aut Per tres annos. Ego locum illum ita interpretatus sum in mea editione, Si qualia edidistis breui eo tempore quo aduersus Medum Græciæ præfuistis, eadem & nunc edenda censeretis. Potuissem autem & ita inter- D pretari, Per illud breue tempus. Apud Lucianum quoque in dialogo Mercurii & Solis, διὰ μακροῦ crediderim hanc interpretationem admittere, σὺ δὲ σβέσον τὸ πῦρ, καὶ ἀνάπαυε διὰ μακροῦ σεαυτόν. Fateor tamen alteram quoque interpret. commodam esse, q.d. Fruere quiete qua iampridem frui desiisti. Vel, Repete quietem post tam longum temporis interuallum.

Διὰ cum genit. interdum per ablat. Latinum redditur, vt διὰ μέλανος γράφειν τοὺς νόμους, Plut. Solone, Atramento leges scribere. Ibidem, διὰ ποιήματος ἐξενεγκεῖν εἰς E τοὺς Ἕλληνας λόγον, poemate. Sic Gal. διὰ τε πλεονάζειν χυλοῦ καὶ τῶν διὰ χόνδρου ῥοφημάτων θρέψαι. vbi simul duplex vsus huius particulæ habetur.

Διὰ iuncta genit. nonnunquam aduerbio Latino redditur: vt δι' ἀκριβείας λέγειν apud Thucyd. pro ἀκριβῶς, Accurate, Exquisite. Sic διὰ τάχους, & διὰ ταχέων, Celeriter: quæ & coniunctim scribuntur διατάχους & διαταχέων. Vide Ταχύς.

Διὰ cvm accvs. apud poetas, pro κτ', itidem vt διὰ cum genit. vt Odyss. κ, Πῆ δ' αὖτ' ὦ δύστηνε δι' ἄκριας F ἔρχεαι οἶος, Χώρου ἄϊδρις ἐών; id est κτ' τὰς ἄκρας τῶν ὀρῶν. Sic Odyss. η, αὐτὰρ ὁ βῆ διὰ δῶμα πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς. vbi annotat Eust. inusitatum esse posteris Homeri εἰπεῖν διὰ δῶμα pro κτ' δῶμα. illos enĩ dicere διὰ δώματος, sicut δι' ἀγορᾶς aut διὰ μέσης πόλεως. vbi tamen quod de Homeri posteris dicit, ad prosæ scriptores restringo: nam poetæ qui Homero successerunt, eum in hac constructione, sicut & in aliis, imitati sunt.

Διὰ cum accusat. in soluta oratione, Propter, Ob. vt διὰ τοῦτο & διὰ ταῦτα, quæ passim sunt obuia, Propter G hoc, Propter hæc. quæ & aduerbiis sæpe reddũtur, Ideo, Propterea, Quocirca. Verùm & vna voce scriptum inuenitur, διαταῦτα, sicut μεταταῦτα: velut Lat. Propterea & Postea coniunctim. Dicunt & δι' ὅ, ac δι' ἅ (quo vtitur Plato) pro Quamobrem, Quocirca. Et δι' ὃ δή, item δι' ὃ καί, item δι' ὅπερ: sed scribitur potius διό, & διὸ δή, item διὸ καί, & διόπερ. Quinetiam διότι hinc factum est pro Quia. Sic interrog. διὰ τί, vel διατί, Quamobrem? Thucydides lib 1, διὰ τόδε ὅτι, ideo quòd. Iungunt διὰ & articulo τὸ cum infinit. præsent. vel præter. seu aor. vt H διὰ τὸ ποιεῖν, vel πεποιηκέναι, aut ποιῆσαι. Sic Thucydid. διὰ τὸ ἀσθενεῖς αὐτοὺς εἶναι. Iungitur denique διὰ variis accusatiuis. Idem Thucyd. lib.2, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκείνου μέλλησιν, nisi ob illius cunctationem. Cicero apud Platonem δι' ἀρετὴν interpretatur Propter virtutem: & διὰ ταῦτα,

Idcirco, item Ob has causas: quæ & alia huc pertinentia, vide in lex. Ciceroniano. Illud certè δι' ἀρετὴν redditur etiam Virtutis ergò: sicut δι' ἀνδρείαν, Fortitudinis ergo. vt quum dicitur aliquis corona donatus esse, δι' ἀνδρείαν, quod & ἀνδρείας ἕνεκα dici potest. Æschines in Ctesiphontem, διὰ ποίας εὐεργεσίας ἀξιοῖ Δημοσθένην στεφανῶσαι; quorum beneficiorum ergò? Item διὰ σὲ interdum vertitur Tua causa, vel Tua culpa. Demosth. ἐδεῖτο μηδὲν δι' ἐμὲ τοιοῦτον πρᾶξαι, deprecari cœpi nequid tale mea causa facerent. Thucydides lib.3, καὶ τὴν νῦν ἐναντίαν δι' ἑαυτοὺς ἔχουσι, Sua culpa, vel Suapte culpa. ¶ Διὰ ponitur pro ἕνεκα & in hoc loquendi genere, Demosth. Pro cor. ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπωλώλατε, pro Nam quantum in vobis fuit, iamdiu perijssetis. De quo lege B.p.985.

Διὰ sæpe apud Atticos accusat. pro genitiuo habet, ideóque redditur Per, non Propter. Dem. διὰ τοὺς θεοὺς ἐσώθην, pro διὰ τῶν θεῶν. Sic Pro cor. καὶ διὰ τοὺς πολλοὺς τούτων ὑμεῖς ἐσώθητε. In quibus locis διὰ τοὺς θεοὺς redditur etiã, Deorũ opera, vel Deorũ benignitate, seu beneficio. Sic διὰ τὴν τύχην μέγας γέγονε. Itidem apud Hesiodum initio Ἔργων διὰ accusat. pro genitiuo habere censetur, Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε: atque ita locum & hìc ablatiui illi habent: vt sit, Iouis beneficio seu benignitate, aut etiam Iouis munere. Atque hæc sunt quæ ab aliis proponi solent exempla. Sed hoc addo, in aliis etiam locis, & quidem qui valde à præcedẽtibus diuersi sint, habere διὰ accus. pro genit. vbi ablatiuis illis non itidem vti possumus. vt Dem. Olynth. 1, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον δι' ὃν μέγας γέγονεν ἀσθενὴς ὢν τὸ κατ' ἀρχὰς Φίλιππος.

Διὰ autem quam vim vel potius quàm multiplicẽ vim in comp. habeat, ex verbis quibuscum cõponitur, cognoscẽdũ est. Interdũ certè respõdet particulæ Lat. Dis: vt συμφωνεῖν, cõsonare, cõcordare: διαφωνεῖν, dissonare discordare. Item σκεδάζειν, spargere: διασκεδάζειν, disper gere. In quibusdam autem verbis sonat. q.d. Per medium, vt διεκπλεῖν, per mediã classem hostiũ erũpere: sic διεξελαύνειν &c. Interdũ vehementiam duntaxat addit. Διὰ πρὸ vel Διαπρὸ, Penitus. Il. ο, διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε. i. ita vt traiecerit. Sic διαμπὰξ διελαύνεσθαι Luc.

ΔΙΑΙΤΑ, Vitæ seu viuendi institutum, Viuendi mos, Vitæ genus. Thucyd. 1, ξυνήθη τὴν δίαιταν μεθ' ὅπλων ἐποιήσαντο. Idem lib.2, δίαιταν μεταβάλλειν. Vide & pag.202 quendam eius locum. Vide & Xenoph. apud Bud. p.751. Sic Synes. epist.148, ὧν μὴ κρείσσων οἱ διεζηκότες τὴν δίαιταν. ¶ Δίαιτα, Victus. (Sed latius interdum pro certa quadã vitam instituendi ratione quod ad victum & cultum corporis attinet) Xenoph. ἦ τὴν δίαιτάν μου φαυλίζεις, ὡς ἧττον μὲν ὑγιεινὰ ἐσθίοντος ἐμοῦ ἢ σοῦ, ἧττον δὲ ἰσχὺν παρέχοντα; Herodian. 4, ἐπεὶ γὰρ ἤκουεν αὐτὸν καὶ δίαιτῃ ἐλευθερίᾳ χαίροντα, ἔτι ἐπὶ τὰ φαῦλα καὶ ἐπερριμμένα τῶν ἐνδυμάτων καὶ πόρρω μυσαττόμενον. Plutar. in Apophth. de Epaminonda, οὕτω δὲ ἦν ἀπλῆς περὶ τὴν δίαιταν, ὥστε κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον &c. Lucian in Macr. διαίτῃ τῇ ἐπιτηδειοτάτῃ πρὸς ὑγίειαν. Apud eundem in Hermot. δίαιτα κεκολασμένη, & σκληρὰ δίαιτα (vt apud Herodian. τὸ σκληρὸν τῆς διαίτης) & ἀκριβὴς δίαιτα Plut. & ἁπλῆ δίαιτα, Xen. quibus opponitur δίαιτα ἐλευθέριος apud Herodian. & ἡ τρυφὴ τῆς διαίτης Plut. & ἡ πολυτελὴς δίαιτα. Sed & dicitur aliquis esse ἁπλῆς περὶ τὴν δίαιταν à Plut. itẽ σώφρων καὶ μέτριος περὶ τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν ab Æschine. Dicunt etiã τὰ ἀμφὶ vel περὶ τὴν δίαιταν interdum pro δίαιτα. Luc. in Vit. auct. τὰ δ' ἀμφὶ τὴν δίαιταν ὁποῖός τις εἶ; ad quã interrogationẽ respondet alter qui bus cibis vescatur, & à quibus abstineat. Plut. Pericle, εἶτα τῶν ἀναγκαίων ἕκαστον ἐξ ἀγορᾶς ὠνούμενος, διῴκει τὸν βίον καὶ τὰ περὶ τὴν δίαιταν. Animaduertendũ est autẽ, his omnibus in locis ad victum restringi δίαιταν, nõ itẽ ad cultũ corporis pertinere. ac certè Herodian. vtrunque signif. volens addidit σκευήν: Xenophon autem pag.5, ἐσθῆτας φαυλοτέρας & διαίτας ἀπελεστέρας dixit. Memini tamen me obseruare in nonnullis locis quod dixi, nimirum δίαιταν de ipso etiam corporis cultu dictum: ac fortasse apud Plut. in Alcib. sic accipi potest, vbi πολλὴν τὴν τρυφὴν τῆς διαίτης scribit. Plato certè epist. vbi τὴν τῆς σώφρονος

δίαιταν dicit, videtur addito hoc genitiuo velut genera liorem huius nominis signif. restringere. HINC (id est ab hac τῆς δίαιτα significatione) sunt quæ sequuntur composita. A

C. Ἁβροδίαιτα, ης, ἡ, Vita delicata, Vita mollis, Vitæ mollities seu lautitia, Delicata siue lauta victus ratio. Apud Suidam ἁβροδιαίτη pro ἁβροδίαιτα. ET Ἁβροδίαιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vitam mollem agens, Molliter viuens, Delicata seu lauta victus ratione vtens. ὁ πλουσίως ζῶν, Suidas. i. opulentè viuens. Æschylus Persis, Ἁβροδιαίτων δ' ἕπονται Λυδῶν ὄχλος. ‖ Interdum ponitur τὸ ἁβροδίαιτον substãtiuè pro ἁβροδίαιτα, vt in hoc loco quem citat Suidas, autore non nominato, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις οὐκ ἐς τὸ ἁβροδίαιτον ὁ βίος, ἄλλως δὲ ὡς φιλοπόλεμοί τε εἰσὶ καὶ φερέπονοι. Sic Thucydides. Vtitur & Athenæus lib. 12, in superlatiuo gradu, τὸ ἁβροδιαιτότατον τῶν Φαιάκων. Quos Phæaces Plutarchus vocat ἁβροβίους. ET Ἁβροδιαιτάομαι, ῶμαι, Vitam mollem & delicatam ago, Delicata victus ratione vtor. B

C. Εὐδίαιτος, Qui victu parabili est contentus, Homo frugi. Cui opponitur πολυδάπανος. Ex Xen. Apol. affertur.

C. Ἰσοδίαιτα, Æqualitas vict⁹, seu similitudo in victu. ET Ἰσοδίαιτος, æquali, seu pari cum alio vel aliis victu vtens: aut, Simili vitæ genere vtens. C

C. Ὀλιγοδίαιτος, Modico contentus circa victum, seu in victu: vt Bud. interpr. apud Athen. 228, γεγονέναι δὲ ὀλιγοδίαιτον καὶ τρυφῆς ἀλλότριον.

C. Ὁμοδίαιτος, Qui eodem victu seu eodem vitæ genere vtitur. vt ὁμοδίαιτος ἅπασι apud Luc. exponitur Qui cõmuni cum aliis omnibus viuendi ratione vtitur. Redditur & Conuictor, vt idem sit quod ὁμοτράπεζος. ‖ Item, Contubernalis. A Budæo autem & Sodalis, apud Gregor. vbi hæc tria iungit, ὁμόσκηνοι, ὁμοδίαιτοι, συμφυεῖς. D

Δίαιτα apud Thucyd. alicubi non Victus, sed potius Quæ ad victum requiruntur. Ita enim accipi puto pag. 262, καὶ μὴ ἀποδιδόναι μηδένα, μήτε βιαίως, μήτε δεσμοῖς, μήτε τῆς ἀναγκαιοτάτης ἐνδείᾳ διαίτης.

Δίαιτα, Victus ratio à medicis præscripta. Sub hac autem comprehenduntur non tantùm cibus & potio, verumetiam exercitatio, somnus, vigilia, & cætera quorum moderatus vsus ad valetudinem confert. Sunt autem διαίτης varia genera. alia enim λεπτὴ (vnde & λεπτοδιαιτᾶν) alia ἐσχάτως λεπτὴ, alia ἀκριβὴς, alia nomine alio appellatur. Est item δίαιτα θεραπευτική, & δίαιτα ἀναληπτική. quæ omnia sæpe apud Gal. occurrũt. Videtur autẽ Hieron. ad hanc medicinalẽ (vt ita loquar) nominis δίαιτα signif. respexisse, quũ interpretaretur victũ castigatum seu victus castigationem. Cæterùm, Galli hanc nominis δίαιτα significationem mutuati diete & ipsi dicunt, & faire diete, sed περὶ τῆς λεπτῆς seu λεπτυνούσης διαίτης potissimùm intelligentes. E

Δίαιτα, Habitatio, Domicilium. Andocides, ἐπιθυμία τῆς μεθ' ὑμῶν πολιτείας καὶ διαίτης. Vbi Budæus Habitationem vel Vitam significare ait: sed malè Habitationem seu Domicilium. Vbi tamen dicitur δίαιταν ἔχειν vel ποιεῖσθαι, possumus non solùm Habitare, sed & Vitam degere interpretari, vel potius Degere, sine adiectione, aut Agitare. Thuc. 1, καὶ ἔχων δίαιταν μὲν ἐν Ἄργει, ἐπιφοιτῶν δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Πελοπόννησον. Sic loquutus est antè Thucydid. & Herodotus: & post vtrunque Plutar. in Camillo, ἐστι ἐκ νέου παρὰ τῷ Ἄρρωνι δίαιταν εἶχε. Sic δίαιταν ποιεῖσθαι apud eundem, pro Habitare. q. d. Habitationem facere. At verò apud Xenophontem Pæd. 8, in eodem loquendi genere δίαιτα est potius quod vulgò habitaculi appellatione intelligitur: locus videlicet in quo habitatur. sed Latinos in hoc etiam sensu Habitationem dixisse compertu est. Est autem ille X. locus Pæd. 8, p. 138, αὐτὸς δὲ ἐν μέσῳ τούτων τὴν δίαιταν ποιησάμενος, τὸν μὲν ἀμφὶ τὸν χειμῶνα χρόνον διῆγεν ἐν Βαβυλῶνι ἑπτὰ μῆνας &c. Latini hac in significatione sedem etiam dicunt adeo, vt ibi non malè vertatur, Quum sibi in medio sedem statuisset. Magis etiam particulari (vt ita dicam) significatione apud Plutarchum in Publicola, ἐν οἰκίᾳ Δομιτιανοῦ ἴδεν ἢ σοαὶ ἢ βασιλικὴν, ἢ βαλανεῖον, ἢ παλλακίδων δίαιταν. Idẽ Symp. 4, ὡς κατεσκευασμένον οἴκησιν ἢ διαίταις, κοινὸν οἰκητήριον ἀπο- F G H

δέδεικται τῆς Ἑλλάδος. Athen. 5, ἡ δὲ ναυκληρικὴ δίαιτα κλινῶν μὲν ἦν πεντεκαίδεκα &c. vbi Bud. vertit nauclericum conclaue. Dicuntur autem & bruta suam habere δίαιταν. Aristot. De mundo, τὸ νηκτὸν ζῷον ἀλλόμενον, εἰς τὴν ἑαυτοῦ δίαιταν ὀκνήσεται. Hinc τὰ καθ' ὕδατος διαιτώμενα ζῷα. ‖ Ex Strab. autem affertur δίαιτα pro immoratione, lib. 1, ἀλλὰ ταῦτα μὲν μακροτέρας ἐστὶ διαίτης. ‖ Apud Latinos verò semper Diæta est certa pars domus. vt Plin. in Epist. Ex triclinio in diætam siue cœnatiunculã trãsitus. Mirũ est verò Varronem huic voci tanquam apud Latinos natæ etymum Latinum dedisse, quũ diætam vocatam dixit quòd in ea per diem edatur.

Δίαιτα, Arbitrium, vt δίαιταν ἐπιτρέψαι, Demosth. Et ἐπιτρέπεσθαι τὴν δίαιταν, Luc. Item, ἀπωθοῦμαι τὴν δίαιταν apud eundem in Dearum iudicio, Non accipio delatũ arbitriũ, Arbiter esse nolo. Vide Bud. p. 151, & 155. Sed quid habet commune cum præcedẽtibus hæc significatio? vel cum eo quod huic vocabulo datur etymo, à δαὶς, δαιτὸς? De hoc certè tacent omnes: ego verò (si mihi vni tã incerta de re rumpere silẽtium fas est) dico tanquam diuinans, δίαιταν arbitrium appellari, quòd vt medici ægrotis δίαιταν i. certã victus rationẽ & legem præscribunt ex qua sanitati restituatur, sic illi quibus δίαιτα id est arbitrium permittitur, certas litigantibus conditiones tãquã leges proponant, quibus illi obsequentes ad concordiam redeant. Vndecunque certè ad hãc signif. migrauerit nomẽ δίαιτα, eam quoque ex parte nostrates mutuati sunt, quum celebres illos Germanicorum principum conuentus appellant dietes. HINC Διαιτάω, ῶ, Arbitror, Sum arbiter. Plut. in Cam. ἀποδούσης τῆς βουλῆς ἐκείνῳ τὸ κρῖναι καὶ διαιτῆσαι ταῦτα. Et cum dat. personæ. Demosth. διαιτῶν ἡμῖν ὁ Στράτων, qui nobis arbiter erat controuersiæ, Bud. interpr. Interdũ verò διαιτᾶν pro Conciliare & cõponere discordiam, itidem cum datiuo. B. pag. 150, ex aliquot Appiani locis. ET Διαιτητής, Arbiter, Aristot. & Demosth. ET Διαιτήσιμος, Arbitrarius, ex Isæo. ITEM Ἀποδιαιτῶ ET Καταδιαιτῶ. Dicitur autem arbiter ἀποδιαιτᾶν absoluere, vt contrà καταδιαιτᾶν condemnare. Demosthenes, ὅτε ἀπεδιῄτησέ μου ὁ διαιτητής. Idem, ἀποδιαιτῆσαί μου τὰς δίκας τὸν διαιτητήν, absoluisse me controuersiis. Bud. p. 13 & 165. Καταδιαιτᾶν autem dicitur arbiter quum condemnatur. Demosth. in Mid. τὴν δίκην ἣν καταδεδιῄτηκεν, ταύτην ἀποδεδιῃτημένην ἀποφαίνειν, vt arbitrium illud damnatorium in absolutorium verteret. Et ἐρήμην καταδιῄτησεν αὐτοῦ. Et Καταδιαιτᾶσθαι pro Obtinere & vincere arbitrium. Vide Bud. p. 152, item 201 & 202. DICITVR & Εὐδιαίτητος AC Δυσδιαίτητος, quæ cõtraria sunt. Nam Εὐδιαίτητος est Facilis arbitratu: vt Budæus interpr. Strabo lib. 8, τὰ μὲν οὖν τῶν ἄλλων, εὐδιαίτητα· τὰ δὲ Ὁμήρου, σκέψεως δεῖται κριτικῆς. At Δυσδιαίτητος est Arbitratu difficilis.

Ἐνδόσιμον, ου, τὸ, Carminis vel orationis vel cantionis exordiũ, Auspicatus rhythmi vel melodiæ, & præscriptum quod datur ab ipso chorodidascalo, cui accinere chorũ oportebat. Quo edito quoniam chorus incitabatur ad cantum, ideo factum est vt ἐνδόσιμον pro Inuitamento & occasione data ponatur. Hæc Bud. pag. 874. Ibidem τοῦ μέλους τὸ ἐνδόσιμον interpretatur Incentiuum melos. Et apud Aristotelem Polit.8, ἵνα ὥσπερ ἐνδόσιμον γίνηται τοῖς λόγοις, reddit, Vt vel exordium & præludium sit & prouocatio disputationis. Vnde autem ἐνδόσιμον hanc significationem acceperit, docet idem Budæus pag.875. Turnebus apud Plut. De psychog. ὥσπερ ἐνδόσιμον ὑμῖν παρέξειν, vertit, Quendam nobis tanquam orsum esse præbitura. Ego autẽ ἐνδόσιμον dixerim prima significatione esse occasionem alicuius rei velut in manus traditã, seu ansam datã (vt Latini metaph. loquuntur) vnde & verti Incitamentum vel inuitamentum, Suscitabulum: item Impulsum seu Impulsionem, aut Impultricem vim. quarum significationũ exempla vide apud B. pag.874. & 875. Sciendum est autem & verbum ἐνδιδόναι accipi pro ἐνδόσιμον ordiri & auspicari ab Aristotele Rhet. 1, vt idem Budæus ibidẽ docet. ‖ Ἐνδόσιμον est etiam τὸ συγχωρητικὸν Gregorio, dicenti de Deo, εἰ γὰρ ἀποκλίνει διὰ φιλανθρωπίαν ἐκ τοῦ ἀποτόμου πρὸς τὸ ἐνδόσιμον. vbi Budæus συγχωρητικοῦ exponit, Latinam interpretationem non addens: ego indulgentiam reddi posse arbitror. Sic autem ἐνδιδόναι pro Indulgentem se præbere, vel Exorabilem se præbere, Flecti precibus & quasi cedere: Chrysipp. διαφέρον ἐστὶ καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις, μηδὲ προσίεσθαι μήτε

τοῖς ἐπιεικεῖς λόγους, μήτε παραίτησιν καὶ δέησιν, μήτε κολακείαν. Pro quibus Gellius, Iudicē oportet esse incorruptū, inadulabilē, contráque improbos nocētésque immisericordem atque inexorabilem.

c.2. Ἀνένδοτος, Non remissus nec languidus, vel In quo non est remissio nec languor. ‖ Item, Rigidus, Non exorabilis: ab ea verbi ἐνδοῦναι significatione de qua modò dixi. ET Ἀνενδότως, Non remissè, Non languidè. Item, ἀνενδότως aliquid facere, pro Bona fide facere, id est enixè & toto opere, non perfunctoriè, & translatiuè, Bud. in Annot. pr. sed sine exemplo.

c.2. Συνενδίδωμι, Vnà cedo. ea significatione qua dicitur Cedo pro Non obnitor.

c.2. Ὑπενδίδωμι, Paulatim cedo, vel Clam cedo. Ex Thuc. autem affertur ὑπενδιδόναι pro Terga vertere.

C. ΕΠΙδίδωμι, Do insuper, Præterea do seu dono. Hesiod. Erg. — ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω, Οὐδ' ἐπιμετρήσω. Demosth. ὥστε τὰ ἀφαιρεθέντα ἀποδοῦναι αὐτῷ, καὶ ἐκ τῶν οἰκείων ἄλλα ἐπιδοῦναι. Bud. à Demosth. poni tradit pro Dare liberaliter, vbi de muris à se refectis loquitur. Et de eo quod datur in publicum: ἐπιδοὺς τριήρη, in Mid. 236. Item μεγάλας ἐπιδόσεις ἐπιδιδόναι ex pag. 118, q.d. Magnas largitiones largiri. ‖ Ἐπιδίδωμι ἐμαυτόν, Me trado, seu dedo alicui, seu alicuius potestati. Luc. in Herm. ὡς οὐ ῥάδιον ἐπιδόντα ἑαυτόν, καὶ πιπάσαντα τὴν ὁδὸν, ἀναδραμεῖν αὖθις. vbi subaudiendus datiuus. Synes. οὐ γὰρ ἂν ἐπιδοίην ἐμαυτὸν ἐπὶ τούτων τινί. Idem, καὶ σαυτὸν ἐπίδος τῷ δικαστῇ. Sæpe & cum datiuo rei, vt Herodian. ἐπιδίδωσιν αὐτὸν τῇ τῆς βασιλείας ἐλπίδι, q.d. Animū suū illa spe duci sinit. Ita enim interpretandum ibi censeo. Sed & cum πρὸς habente suum accusatiuum, lib. 2, εἰς στρατείαν καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ κινδυνον ἐπιδώσειν αὐτόν. Sed alicubi ἐπιδίδωμι redditur simpliciter Do: vt ἐπιδιδόναι ἑαυτὸν ταῖς ἡδοναῖς dixit Gaza quod Cic. Dare se voluptatibus. At Bud. quod Athen. dicit pag. 216 de Ephesiis, ἐπιδόντα, εἰς τρυφὴν, vertit, Prorsus deditos delitiis, & Effusos in delicias. Affert & ex alio eiusdem loco, de Pausania, τὰ τῆς Σπάρτης ὑπερελθὼν νόμιμα καὶ εἰς ὑπερηφανίαν ἐπιδούς.

Ἐπιδίδωμι, Proficio, Cresco, Incrementum capio, Augeor. Cum εἰς vel πρὸς, seq. accusatiuo. Plato, ὡς φοιτῶντες πλέον αὖ εἰς ἀρετὴν ἐπιδιδοῖεν. Philo De vita Mosis, 2, πάλιν τοῦ χρόνου συναυξηθέντος, καὶ εἰς πολυανθρωπίαν ἐπιδόντος. Cum πρὸς Plato rursus, ἐπιδιδόναι πρὸς φιλοσοφίαν: vt & Isocrates, ἐπιδιδόναι πρὸς εὐδαιμονίαν. Itē in malam partem, Plato Epist. διεφθείροντο καὶ ἐπεδίδου θαυμαστὸν ὅσον. Thuc. 8, καὶ ἐς τὸ μισεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἐπιδεδωκέναι. Herodian. ἐπεδίδοσαν εἰς τὸ χεῖρον.

ἐπίδομα, ατος, τό, Additamentum, ἐπίμετρον. Athen. lib. 8 circa finem. ἐπιδόσιμά τινα δεῖπνα ἃ παρ' Ἀλεξανδρεῖς λέγουσιν ἐξ ἐπιδομάτων.

Ἐπίδοσις, Quod insuper datur, Accessio, Additamentum. qua in significatione à Xenophonte accipi testatur Budæus. Interdum ἐπίδοσις est simpliciter Quod datur, Largitio, vt idem interpr. Et in Comm. pag. 853. φιλοτιμία (inquit) apud Demosthenem est etiam Erogatio publicè facta, quæ & ἐπίδοσις dicitur: vt donatiuū & congiarium, quæ λαμπραὶ ἐπιδόσεις καὶ μεγαλόφρονες dicuntur ab Herodiano. ‖ Ἐπίδοσις, Incrementum. Lesbonax, παντὸς γὰρ πράγματος ἐπιδόσεις ἐπιεῖς ἂν τέλος ἔχῃ. HINC Ἐπιδόσιμος, Addititius, & qui ex additamento vel accremento est, Bud. Ex accessione seu additamento proueniens. Vnde & ἐπιδόσιμα δεῖπνα apud Athen. circa finem libri 8. QVAE ἐξ ἐπιδομάτων vocari ab Alexandrinis scribit. Idem lib. 4, αὐτὶ λαβόντες ἐπιδόσιμον, ἰχθὺν ἢ λαγὼν ἢ φάτταν.

Ἐπιδοτικός, ἡ, ό, Ad superaddendum seu supererogandum propensus. Ammonius à μεταδοτικὸς ita distinguit, vt ἐπιδοτικὸς sit ὁ τοῖς δεομένοις ἐπιδιδούς: at μεταδοτικὸς ὁ τοῖς φίλοις, Qui amicis libenter impertit, Qui amicos libenter participat.

c.2. Ἀνεπίδοτος, Non proficiēs, Incrementum non capiēs. vt ἀναυξές τε καὶ ἀνεπίδοτον, ex Theophr. De caus. plant. lib. 4, cap. 7.

C. ΚΑΤΑδίδωμι, Indo. Accipitur (sicut ἐκδίδωμι) pro Influo. Herodot. καταδιδοῖ ἐς ποταμόν. Et Plut. in Fab. ἔνθα τὰ ἕλη καταδίδωσι.

A C. ΜΕΤΑδίδωμι, Dono partem, Impertior, Participo, Cōmunico. Cū accusatiuo rei & datiuo personæ apud Herodotum, μεταδιδοῖ Εὐρυβιάδῃ πέντε τάλαντα, Eurybiadi quinque talenta impertit. Sic Aristophanes in Vespis, οὐδὲν μετέδωκεν οὐδὲ τῶν κοινῶν γ' ἐμοί. Sic & Plato epist. 7, Sed & Luc. μεταδιδόασι δωρεάς. Vsitatius tamen apud Herodoti posteros cum eodem quidem datiuo, sed cū genitiuo rei, vt μεταδιδόναι τῶν κινδύνων τοῖς πολλοῖς, Thucyd. Sic, χρὴ τῶν βάρους μεταδιδόναι τοῖς φίλοις, Xen. HINC Μετάδοσις, Communicatio & q.d. Impertitio. μετάδοσις τῶν καρπῶν, Aristid. Item Erogatio, vt Bud. interpr. in
B hoc Plut. loco, ἄλλως τε καὶ πρὸς τὰς μεταδόσεις ἐλευθέριος. Sic & apud Greg. μετάδοσις τῶν δεομένων interpr. Erogatio, & Eleemosynæ. ET Μεταδοτικός, Communicatiuus, Qui lubenter communicat, seu impertitur. Item Qui libenter erogat, Erogatorius, Bud. Idem ex grammaticis affert, μεταδοτικὰ verba esse, vt ἀξιῶ, μεταδίδωμι: quibus respondere μετουσιαστικά, vt κοινωνῶ, μετέχω. In vulg. lex. exponitur & Contagiosus. Vide & in Ἐπιδοτικός paulo antè.

C c.2. Ἀμετάδοτος, Qui nihil impertitur, Immunificus Plauto. Vnde & Auarus exponitur in vulg. lex. ET Ἀμεταδότως, Nemini quicquam impertiendo. ITEM Εὐμετάδοτος ET Δυσμετάδοτος, Qui facilè impertitur & libenter. Et contr. Qui difficilè & non libenter impertitur. Qui ægrè impertitur, in v.l.

C. ΠΑΡΑδίδωμι, Trado, Dedo. Herodot. Terps. παρέδοσαν σφέας ἑωυτοὺς τοῖσι Πέρσῃσι. Plutarchus de Pompeio loquens, ὁ δὲ ἐγκαλυψάμενος παρέδωκεν ἑαυτόν. Item παραδιδόναι τὸν δοῦλον seu τὸν παῖδα (vt ἐκδιδόναι) Tradere vel
D dedere ad quæstionem & offerre. Sic Act. Apost. cap. 15, παραδεδωκόσι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ, Qui tradidit animam suam. Vel, Qui exposuit. (Sed & in propria exponendi significatione accipitur: vnde partic. pass. παραδιδόμενος ἡλίῳ apud Theophr. Soli expositus) At verò apud Chrysost. νόσῳ παρεδόθης χαλεπῇ, potius Traditus es morbo, quàm Expositus es. q.d. Traditus es potestati morbi. Iungitur & datiuo in tradendi significatione: vt λήθῃ παραδιδόναι, Luc. Obliuioni tradere. Item γραφῇ παραδοῦναι Greg. 292. vt Lat. Tradere literis, &
E Tradere monumētis: & παραδοῦναι τῇ διαδοχῇ τοῦ χρόνου, Synes. vt tradere posteritati: quod & prodere memoriæ. (pro quo Gaza apud Ciceronem παραδιδόναι εἰς μνήμην) Sed παραδίδωμι per se quoque significat Per successionem seu per manus posteris trado: Plato De rep. 2, γηραιοὶ τελευτῶντες ἄλλον τοιοῦτον βίον τοῖς ἐκγόνοις παραδώσουσι. Sic παραδεδομένος μῦθος apud eundem in epist. Et apud Aristot. quoque Physic. 4, pag. 37, παραδεδομένον, A maioribus traditum, Proditum. Talem autem παρὰ significationem & in παραλαμβάνω aliisque nonnullis verbis habet. Apud Euangelistas de Iuda Iscariote dicitur παραδιδόναι pro προδιδόναι prodere. At Mar-
F ci cap. 4, v. 29, ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπός, multo magis nouum est, pro Quum exeruerit se fructus, vel (vt quidā) Quum prodiderit se fructus. Possumus fortasse & verbo neutro reddere (vt neutrius vicem & ipsum ibi obtinet) Quum emerserit, aut alio huiusmodi. Erasmus vertit pass. Quum productus fuerit. Non abs re certè suspecta fuisse videtur hæc scriptura παραδῷ.

Παράδοσις, εως, ἡ, Deditio, Traditio. Thucyd. lib. 3, τὴν μὲν
G παράδοσιν τῆς πόλεως, πιστεύσαντες ὑμῖν, ἐποιησάμεθα. ‖ Item Traditio, vt Gellius vocat, hoc est doctrina quæ ore traditur. Latinè Institutum quidam exponunt. Erasm. in nouo Testamento vertit Ritum traditum, Constitutionem. Marci 7, ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν ᾗ παρεδώκατε. Epist. ad Gal. c. 1, ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. 1 Cor. 11, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις, κατέχετε. Et παράδοσιν ποιεῖσθαι apud Porphyrium Tradere: sicut διδασκαλίαν ποιεῖσθαι, & διδαχὴν ποιεῖσθαι apud Thucydidem Docere. HINC
H Παραδόσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui veluti per manus tradi potest. Polyb. γνώριμος δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ παραδόσιμος τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἡ τῶν εὐεργετησάντων τὴν πατρίδα γίνεται δόξα. ET Παραδωσείω q.d. Traditurio, id est Tradere cupio, seu Dedere cupio. Thuc. lib. 5, τοῖς δὲ τῶν ὄντων παραδωσείουσι, ἀνεχώρει.

A ΠΡΟδίδωμι, Prodo. vt προδιδόναι πόλιν. Xen. Hellen. 1. Interdum & datiuus personæ additur. vt Paus. προδοῦναι Σαλαμῖνα Ἀθηναίοις. Nonnunquam verò solus personæ accus. vt Aristoph. Vespis, οὐχὶ προδώσειν ἡμᾶς φασί. Demosth. τὸν δὲ καιρὸν τῶν πραγμάτων ἐάν τις ἑκὼν καθυφῇ καὶ προῶται τοῖς ἐναντίοις, id est Occasiones autem rerum bene gerendarum siquis aduersariis condonarit & prodiderit, Bud. interpr. pag. 25. Et προδιδόναι δίκην, Causam prodere, id est præuaricari, ibidem. Dicitur & προδιδόναι interdum sine adiectione, vt Xen. p. 99. Sæpe au-

B tem accipitur & pro Deserere, Destituere suo auxilio. Thuc. 3. καὶ προδοῦναι αὐτοὺς οὐκέτ' ἦν καλόν. Bud. προδοῦναι interpr. Deserere & Destituere in hoc etiam loco Demosthenis in Mid. κἂν μὴ ἀφῶ τοῦτον ἐγὼ, καὶ προδῶ τὴν ὑμετέραν καταχειροτονίαν, οὐδέν, ὡς ἔοικεν, ἀδικῶ: de populi præiudicio loquens qui contra Midiam in theatro reclamauerat. hoc enim dicit ironicè. Bud. Itē προδιδόναι τὰς ἐλπίδας Aristoph. Frustrari spem: & προδιδόναι τὰ καθήκοντα Luc. Officiū deserere, Officio deesse. In v. l.

C προδίδωμι exponitur non solùm Desero, sed & Negligo. Miram verò quandam deferendi signif. habet in hoc Xenoph. loco verbum προδίδωμι, Hell. 5, βρεχομένων δὲ τῶν κάτω πλίνθων καὶ προδιδουσῶν τὰς ἄνω. sed nostro *laisser* in simili loquendi forma vtimur. at interpres ineptissimè, Quum superiores lateres pōdere murum degrauarent. ‖Προδιδόναι τὸν ὀφθαλμὸν Demosth. πρὸς Καλλ. 185 pro Perdere, nisi sit mendosus locus. Ita quidem Bud. tanquam dubitans: at ego προδιδόναι pro Amittere poni apertè existimo in hoc Plutarchi loco in Pericle, οὐ μὴν ἀπεῖπεν, οὐδὲ προὔδωκε τὸ φρόνημα καὶ τὸ

D μέγεθος τῆς ψυχῆς ὑπὸ τῶν συμφορῶν.

Προδιδόναι neutraliter pro Deficere, vt Bud. interpretatur apud Herodot. Polymn. προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν ἐνίων.

Προδίδωμι, Prius do, vel Prior do. Xenophonti certè προδιδόναι puto esse Prius dare, id est ante tempus: & quod Gall. dicitur *auancer*: Hellen. 1, καὶ τόν τε προσοφειλόμενον ἀπέδωκε, καὶ ἔτι μηνὸς προέδωκεν. Aristot. autem Œcon. 2, προεδεδώκει τεσσάρων μηνῶν σιταρκίαν δωρεὰν αὐτοῖς διδόναι, stipendium antè datum. At pro Prior do, Paulus ad

E Rom. cap. 11, v. penult. ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; Aut quis prior dedit ei? Aptius quàm Prius dedit: licet qui prior dat, etiam prius det.

Πρόδοσις, εως, ἡ, q. d. Antedatio, aut Elargitio aut erogatio. Demosth. πρὸς Πολυκλ. ἑτέρους ἐμισθωσάμην ναύτας, δωρεὰς καὶ προδόσεις αὐτοῖς διδοὺς μεγάλας. AT Προδοσία, ας, ἡ, Proditio. Thucyd. lib. 1, προδοσίᾳ ληφθεὶς ἐσταυρώθη. Plut. De Herodot. αἱρεῖται μὴ ἀπαὶς αὐτοῖς προδοσίας σημεῖον. Luc. De cal. ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς Ἑλλάδος ὑπόπτοις γενομένοις. Plut. Alcib. οἱ Ἀθηναῖοι, δίκης γενομένης, τοῦ μὲν Φρυνίχου προδοσίαν κατεψηφίσαντο τεθνηκότος. HINC Προδοσίκομπος, ου,

F ὁ, vocabulum antiquum. quod Eustathio significat ὁ εἰς μάτην ὑποσχετικός, ὁ τὰς ἑαυτοῦ ὑποσχέσεις ἐν οὐδενὶ τιθέμενος, ἀλλὰ προδιδούς. quæ expositio apud Suidam quoq; est. idem propè quod κενεαυχὴς siue αὐχῶν κενεά, apud Homerum, eodem Eust. teste.

Προδότης, ου, ὁ, Proditor. Thucyd. lib. 4, ὅτι οὐ δίκαιον εἴη τοὺς πράξαντας πρὸς αὐτὸν τὴν λῆψιν τῆς πόλεως, χείρους οὐδὲ προδότας ἡγεῖσθαι. Isocrates ad Demonicum, τῆς τύχης εἶ προδότας. Plut. De garr. ὁ δὲ ἀδόλεσχος ἄμισθός ἐστι προδό-

G της καὶ αὐτεπάγγελτος, οὐχ ἵππους οὐδὲ τείχη προδιδοὺς, ἀλλὰ λόγους ἐκφέρων ἀπορρήτους. ET FOEM. Προδότις, Proditrix, apud Eurip. HINC comp. Παλιμπροδότης. Appian. de Metrodoro qui rursus ad Pompeium ab Octauio transiit, ὢν φύσει παλιμπροδότης. ET Προδοτικός, ή, όν, Proditorius. Luc. De cal. τὸν πλούσιον ἤ, ὡς τύραννον· τὸν τυραννικὸν δέ, ὡς προδοτικὸν [διαβάλλουσι.] Plut. Sympos. 4, ἐκ τῆς προδοτικοῦ χειρίου τῆρνας καὶ ἰχθῦς ἀγοράζειν. A QVO Προδοτικῶς aduerb. (q. d. Proditoriè) Proditorum more. Luc. οὕτως ἀπίστως καὶ προδοτικῶς.

H Πρόδοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Proditus. vt ἔνδοτος.

C. 2. Καταπροδίδωμι (vt καταπροΐεμαι) idem propè quod προδίδωμι. Thuc. lib. 3, τοὺς πάντας Ἕλληνας καταπροδοῦναι. Idem, ὡς καταπροδόντες τὸ ἑαυτῶν. Idem, νομίσας καταπροδίδοσθαι σφᾶς, ratus se proditos esse. Luc. Cauc. τἀμαυτοῦ μόνα σκοπῶ, τὰ κοινὰ δὲ καταπροδίδωμι καὶ ἐλάττω ποιῶ.

A C. ΠΡΟΣδίδωμι, Insuper do, Participo. Xenophon, δεόμενοι προσδοῦναι καὶ ταῦτα μηδενὸς ἀγαθοῦ, se participem insuper facere, idque boni nullius. Luc. Macrob. καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην, καὶ σὺν πολλῷ καὶ ἀθρόῳ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ [παρεσκευασμένα Φιλήμονι σῦκα κατεσθίοντι] ἀκράτου ῥοφεῖν.

C. ΣΥΝδίδωμι, q. d. Do simul, Do vnum in locum. Vnde pro Cōgrego accipitur: sicut B. pass. συνδίδοσθαι exponit Congregari in hoc Bas. loco, in Hexaem 30, ἀλλὰ τότε τῆς

B ἀρυχωρείας τῷ προστάγματι τοῦ Θεοῦ δημιουργηθείσης, ἐπ' αὐτὴν συνεδόθη τῶν ὑδάτων τὰ πλήθη. Alibi ex eodem affert συνδιδόμενον ὕδωρ & διαδιδόμενον vt contraria.

Συνδίδωμι (inquit Bud.) pro ἐνδίδωμι accipi videtur id est Langueo, vel (vt vertit Theodorus) pro Subsido, Consido, in hoc Aristot. loco, Probl. sect. 4 διὰ τί τῶν πλεῖστον ἀφροδισίοις χρωμένων ἐπιδηλότατα συνδίδωσι τὰ ὄμματα καὶ τὰ ἰσχία. Exponit etiā λεπτύνομαι, & hanc expos. ex eodem loco confirmari scribit.

ΔΩΡΟΝ, ου, τὸ, Donum, Munus. Vocabulum poetis &

C oratoribus commune. Plato 3 Polit. Δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας. Eurip. Med. πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος, Χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς. Quò respexit Ouidius quum cecinit, Munera (crede mihi) placant homines que deósque: Placatur donis Iupiter ipse datis. Et ἀγλαὰ δῶρα apud Hom. Il. α. Apud eundem, δῶρον δέξασθαι, & δῶρον ποτιδέγμενος, & δῶρον ἕλοντο, & ὑποσχόμενος μέγα δῶρον, & δῶρα οἰσέμεναι, & δῶρα παρὲξ Ἀχιλῆος ἔχεσθαι: & δῶρα δοῦναι, & δῶρα πόρωσιν, & δῶρ' ἀποπέμψω. Apud Hesiodum, δῶρον ἐδωρήσαντο. Apud oratores & prosæ scriptores δῶρα λαβεῖν καὶ διδόναι, & δῶρα ἄγειν, auferre: & δῶ-

D ρα πέμψαι. Xenoph. Pæd. 3, ἐν δὲ δῶρον ἄπειμι ἔχων παρὰ σοῦ. At δώρων γραφὴ est Crimen sordium, seu munerū acceptorum. idem quod δωροδοκίας γραφὴ, seu δωροδοκία simpliciter. Æsch. κἂν τοῖς δικαστηρίοις τὰς τῶν δώρων γραφὰς ἁλισκομένους ἀτιμοῦτε, Qui sordium manifesti sunt, vt Bud. interpr. id est ὁπότε τις δόξαν ἔχοι τῶν πολιτευομένων δῶρα λαβεῖν, vt Harpocrat. exponit (vt Poll.) κατ' ἐπὶ δώροις δικάζοντες. PRO QVO Δωρογραφὴ perperam vna voce apud Suidam scribitur. Apud Plut. tamē Pericle δώρων δίωξις exponitur Actio ambitus: vbi de pecuniis

E in ambitu magistratus datis intelligendum foret.

C. Δωροβόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Donuorus, Qui dona quasi vorat. (idem quod δωροφάγος & δωροδόκος) Ex Hesiodo.

C. Δωροδόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui munera capit, Qui muneribus acceptis corrumpi se patitur, Sordidus. Dion. Long. ἀνάγκη γὰρ τῷ δωροδόκῳ τὰ οἰκεῖα μὴ φαίνεσθαι καλὰ καὶ δίκαια. Et apud Aristoph. δωροδόκοις πράγμασι, Rebus numariis & sordidis.

Δωροδοκία, ας, ἡ, Munerum acceptio, Sordes. (eo sensu quo Vlpianus dicit, Si per gratiam aut sordes magistratus

F ius non dixerit) Æschin. contra Ctesiph. τούτων ἀπεστερήθη τε διὰ Δημοσθένην καὶ Φιλοκράτην, καὶ τὰς τούτων δωροδοκίας ἃς ἐδωροδόκησαν. Dinar. contra Demosth. πότερον εἰσαγωγίμους τὰς τῶν ἄλλων δωροδοκίας ποιήσετε, ἢ ἀνέδην ἐξέσται δῶρα λαμβάνειν καθ' ὑμῶν, Sordes magistratuum, vt Bud. vertit. Plut. Artox. Τιμαγόρου μὲν οὖν διὰ τὴν δωροδοκίαν Ἀθηναῖοι θάνατον κατέγνωσαν. ‖Δωροδοκία est etiam crimen & iudicium contra iudices numarios & sordidos apud Lysiam. B. Comm. ‖Δωροδοκία Ammonio est nō solùm δώρων λῆψις, sed etiā δώρων δόσις: quomodo δωρο-

G δοκεῖν accipi mox videbis.

Δωροδοκεὶ vide in Δωρεά.

Δωροδοκέω, ῶ, F. ήσω, Munera capio, Accipio munera corrumpentia & sordida. Demosthenes Pro corona, τῶν μὲν ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν δωροδοκούντων καὶ διεφθαρμένων ἐπὶ χρήμασι. Idem De falsa leg. οἱ δωροδοκοῦντες καὶ χρήματα λαμβάνοντες. Idem, δωροδοκεῖ ἐπ' αὐτοφώρῳ, Manifestè deprehenditur corruptus esse, vt B. interpr. Æschin. δωροδοκῶ παρὰ σοῦ. Et apud Herodot. ἐδωροδόκησεν ἀργύριον πολὺ, Multum pecuniæ per corruptelam dono ac-

H cepit. Luc. de Demosthene, πολὺ μᾶλλον ἔτι φυλακτέον μοι. μὴ τὴν ψυχὴν αὐτὴν παρ' Ἀντιπάτρου δεδωροδοκηκέναι, id est, Ne animam & salutem pro mercede libertatis proditæ & prostitutæ accepisse videar. Sic Aristophanes Vespis, καθ' οὗτοι μὲν δωροδοκοῦσι κατὰ πεντήκοντα τάλαντα ἀπὸ τῶν πόλεων. ‖Δωροδοκέω est etiam δεκάζω, Muneribus corrumpo.

corrumpo. Laert. in Xenocr. τοῖς μὲν γὰρ ἤδη ἐδωροδόκησεν ὁ A
Φίλιππος· ἐμὲ δὲ μηδενὶ λόγῳ ἐπηγάγετο. Bud. Δωροδοκοῦ-
μαι idem quod δεκάζομαι, Accipio munera corrumpen
tia & ſordida, Munera ſuſcipio corruptoria. Budæus ex
Demoſth. De falſa leg. ὅτι δὲ ταῦθ' ἁπλῶς δεδωροδόκηνται,
id eſt Hæc ſupradicta Philippo condonarunt ab eo mu
neribus corrupti. Dinarch. contra Demoſth. δωροδοκού-
μενον vocat Quod ſordidè acceptum eſt, Per corruptio-
nem acceptum, τὸ δεδωροδοκημένον χρυσίον. Et apud Æſch.
τὰ δωροδοκηθέντα σοι, Quæ muneribus corruptus feciſti.
Et apud Demoſth. δεδωροδόκηνται ταῦτα, hæc ſordidis B
corrupti muneribus fecerunt.
Δωροδόκημα, ατος, τὸ, Quod ſordidè acceptum eſt, Per cor-
ruptionem acceptum, Munus quod ſordidè accipitur.
Demoſth. Pro cor. κλέμμα μὲν Φιλίππου, δωροδόκημα δὲ τῶν
ἀδίκων τούτων ἀνθρώπων. Æſch. contra Cteſ. καὶ τόκον λαβεῖν
Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος, δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως
τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. Ibidem, τοῖς κοινωνοῖς τῶν δωροδοκημά
των αὐτοῦ.
C.2. Ἀδωροδόκητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui munera ſordida non acce-
pit, Qui largitionibus & muneribus ſe corrumpi pa- C
ſſus non eſt, Incorruptus. Æſchines contra Cteſiphon-
tem, παρεκάλουν ἐπὶ τὸ βῆμα, τὸν μόνον ἀδωροδόκητον ὀνομά-
ζοντες τῇ πόλει. VNDE Ἀδωροδοκήτως, Sine mune-
rum ſordidorũ acceptione, Incorruptè, Integrè. Demo-
ſthenes Pro corona, δικαίως καὶ ἀδωροδοκήτως πάντα πε-
πρᾶχθαί μοι προσομολογεῖτε.
C.2. Καταδωροδοκέω, ῶ, F. ήσω, Corrumpo ſordidis muneri-
bus. Bud. Comm. pag. 745. Item Sordida munera ac-
cipio. Ariſtoph. Veſpis, Τοιοῦτον ἰδὼν τέρας, οὔ φησι δεῖσαι
δωροδοκῆσαι, Negat ſe veritum munera cepiſſe. Et in D
paſſiuo pro eodem apud eundem Ranis, ἡ τῆς πόλεως
χειμαζομένης ἄρχων καταδωροδοκεῖται.
C. Δωροκοπέω, ῶ, F. ήσω, Munera praua offero. ſic enim Eccle
ſiaſtici cap. 33 exponi tradunt v.l. Maccab. autem lib. 3,
cap. 1, δεδωροκοπημένοις τῆς μηχανῆς τῆς ἐκφυγῆς vertitur,
Corrupti moliendæ fugæ gratia.
C. Δωρολήπτης, ου, ὁ, Qui munera accipit. δωροδόκος. Prouer-
biorum 15.
C. Δωροξενία, ας, ἡ, Quum quis peregrinitatis accuſatus,
dona offerens calumnias effugit. Ariſtot. in Athen. re- E
pub. εἰσὶ δὲ γραφαὶ πρὸς αὐτοὺς ὧν παράστασις τίθεται ξενίας, ἢ
δωροξενίας, ἄν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ συκοφαντίαν. Vnde a-
pud Pollucem ξενίας καὶ δωροξενίας γραφὴ καὶ δίκη κατὰ τῶν
παρεγγεγραμμένων, ἂν διαφθείρωσι τοὺς δικάζοντας, ſeu εἴ τις ξε
νίας κρινόμενος, δῶρα δοὺς ἀποφύγοι. Et δωροξενίας νόμος a-
pud Hyperidem.
C. Δωροφάγος, ου, ὁ, Doniuorus. idem quod δωροβόρος. Heſio
dus Erg. Τῆς δὲ δίκης ῥόθος ἑλκομένης [τρέχει] ᾗ κ' ἄνδρες ἄ-
γωσι Δωροφάγοι, σκολιαῖς δὲ δίκαις κρίνωσι θέμιστας. Et pau
lo pòſt, Ταῦτα φυλασσόμενοι βασιλῆες ἰθύνετε μύθους Δωροφά- F
γοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπὶ πάγχυ λάθεσθε.
C. Δωροφόρος, ου, ὁ, Dona ferens. ‖ Maryandeni autẽ apud
Euphorionẽ Δωροφόροι καλέονται ὑποφρίσσοντες ἄνακτας,
quoniam quum ipſi ſibi præeſſe non poſſent, Hera-
cleotis ſe ſubiecerunt, polliciti perpetuò ſe eis θητεύσειν
ſi neceſſaria ſibi ab eis ſuppeditarentur: vt refert Athe
næus lib. 6 ex Poſidonio. Calliſtratus autem apud eun-
dem δωροφόρους vocatos eos ſcribit ad mitigandum acer
biuſculum οἰκετῶν nomen: ſicut Spartiatæ ἐπὶ τῶν Εἰλώ-
των fecerint, Theſſali ἐπὶ τῶν Πενεστῶν, Cretenſes ἐπὶ τῶν G
Κλαρωτῶν. HINC Δωροφορία, ας, ἡ, Munerum obla-
tio. ET Δωροφορέω, Munera fero ſeu offero. Grego
rius in genethlia Chriſti, καὶ μετὰ μάγων δωροφόρησον χρυσὸν
καὶ λίβανον καὶ σμύρναν. Idem de luxu loquens, μὴ γῆ καὶ θά
λασσα τὴν τιμίαν ὑμῶν κόπρον δωροφορείτωσαν.
Compoſita partim à δῶρον, partim à δωρέομαι.
C. Ἄδωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Donorum expers, Qui munera non ac-
cepit, Cui munus nullum datum eſt. Plut. Pericle ἀνὴρ
ἀδωρότατος. Cũ genit. Thuc. χρημάτων δὲ διαφανῶς ἀδωρό-
τατος γενόμενος, Pecunia planè incorruptiſſimus. ſeu ἀ- H
δωρόληπτος, vt ſchol. exponit. ‖ Ἄδωρος eſt etiam Qui nõ
dat. Bud. ex Plat. Sympoſ. de amore, πρᾳότητα μὲν πορίζων,
ἀγριότητα δὲ ἐξορίζων. φιλόδωρος εὐμενείας, ἄδωρος δυσμενείας,
Qui dat beneuolentiam & non dat maleuolentiam, vel
Qui reſpuit maleuolentiæ dona. ‖ Apud Soph. autem

A Aiace, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα, exponunt κακό-
δωρα. quaſi dona ab hoſtibus accepta, dona non ſint,
aut inauſpicata & exitioſa dona. vnde apud Virg. — ti-
meo Danaos & dona ferẽtes. HINC Ἀδώρως, idẽ quod
Ἀδωροδοκήτως. Pollux. ET Ἀδωρία, ας ἡ, i. ἀδωροδοκία, Quũ
quis donis corrumpi ſe non ſinit. apud eundem.
C. Ἀντίδωρον, ου, τὸ, Donum dono relatum. ἀντευεργέτημα. v.l.
‖ Ἀντίδωρος autem nomen proprium.
C. Ἠπιόδωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mitia donans. Il. ζ, Ἔνθα οἱ ἠπιόδωρος
ἐναντίη ἤλυθε μήτηρ. id eſt πραϋντικὰ δωρουμένη κατὰ τὴν παι-
B δοτροφίαν, vt ſchol. exponit.
C. Μεγαλόδωρον, ου, τὸ, Splendidum & magnificum munus.
v.l. ex Herodiano: AT Μεγαλόδωρος, ET Μεγάδωρος
poeticè, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui magna donat, Valde munificus.
Plut. Symp. ἐὰν δέ που κατίδω πλούσιον μεγαλόδωρον. Opp.
μεγάδωρος ἄρουρα. VNDE Μεγαλοδωρία, ας, ἡ, Mu-
nificẽtia, ſeu Donorum magnorũ erogatio. Herodian.
lib. 2, μεγαλοδωρίᾳ ἅπαντας ὑπερβαλεῖν. vbi Polit. vertit
Largitione. Idem lib. 6, τούς τε στρατιώτας ἐφ' οἷς ἐλελύπητο,
παρεμυθεῖτο μεγαλοδωρίᾳ χρημάτων, Magnis pecuniarum
C muneribus. vel Pecuniis elargiendis, vt Polit. vertit: vel
Donatiuis, vt Bud.
C. Πανδώρα, Virginis nomen quam dii cum dolio omni-
bus malis referto ad Epimetheum, vt Promethei fra-
tris dolos vlciſcerẽtur, miſerunt: dicta (vt tradit Heſiod.
Erg.) ὅτι πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες Δῶρον ἐδώρησαν. ‖ Ac
cipitur & pro terra, quòd omnia ad vitam neceſſaria
nobis ſuppeditet. Ariſtoph. Auibus, πρῶτον πανδώρᾳ θῦ-
σαι, id eſt τῇ γῇ, ἐπειδὴ πάντα κατὰ τὸ ζῆν δωρεῖται, vt docet
ſchol. Vnde & ζείδωρος ἄρουρα & ἀνησιδώρα dicitur. NAM
D Ζείδωρος vocatur quaſi δωρουμένη τὸ ζῆν, verſo η in ει, vt
tradit Euſt. quòd vitã & ad vitã neceſſaria donet mor-
talibus. Et ζείδωρον ὕδωρ apud Nonn. pro aqua viuifica.
Quanquã Plin. ἀπὸ τῆς ζειᾶς (id eſt ſpelta) nominatã tra-
dit, nõ (vt aliqui arbitrantur) quòd vitã donaret. AT
Ἀνησιδώρα appellata eſt ab emittẽdis ex viſceribus ſuis
donis, ſeu (vt Heſych. ſpecialius exponit) διὰ τὸ τοὺς καρ-
ποὺς ἀνιέναι. PRO QVO & Ἀνησίδανος ſcribitur, eodem
ſenſu. δάνος enim pro munere accipi ſuprà oſtẽſum eſt.
C. Πολύδωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Multa donans. Il. ζ, Ἔνθ' ἄλοχος πολύ-
E δωρος ἐναντίη ἦλθε θέουσα Ἀνδρομάχη. id eſt πολύπροικος, vt
Euſt. exponit. quòd multis muneribus ſeu ampla do-
te maritum locupletaſſet. ‖ Eſt & nomen proprium.
VNDE Πολυδωρία, ας, ἡ, Multorum donatio, Munificẽ-
tia multa elargiens. Xen. Pæd. 8, διαμένει δὲ ἔτι καὶ νῦν τοῖς
βασιλεῦσιν ἡ πολυδωρία.
C. Φιλόδωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui donare amat, Munificus, Libe-
ralis. Syneſ. epiſt. 101, φιλανθρωπότατός τε εἴης καὶ τῶν ἐγκω-
μίων φιλοδωρότατος, & aliorũ laudis liberaliſſimus. Aliud
exemplum ex Plat. habes ſuprà in ἄδωρος. De re etiã
F aliqua (vt apud Latinos Liberalis) dicitur. Demoſth.
Pro cor. ὥστε τὸν δόντα τι τῶν ἰδίων καὶ ποιήσαντα πρᾶγμα φι-
λάνθρωπον καὶ φιλόδωρον. HINC Φιλοδωρία, ας, ἡ, Donan-
di amor, Liberalitas, Munificentia. ſeu (vt Suidas expo
nit) ἡ μετὰ προθυμίας δωρεά.
Δωρείτης, ου, ὁ, Munerarius, (adiectiuè ſumptum) Munera-
lis. Plutarchus Polit. præc. οὐκ ἀργυρίτην οὐδὲ δωρείτην
ἀγῶνα πολιτείας ἀγωνιζομένοις, ἀλλὰ ἱερὸν ὡς ἀληθῶς καὶ στε-
φανίτην.
¶ Δωρεά, ᾶς, ἡ, Donum, Munus. Iſocr. τῆς μεγίστης δωρεᾶς παρ'
G Ἑλλήνων τυχεῖν. Demoſthenes contra Midiam, ἐν χάριτος
μέρει καὶ δωρεᾶς παρεῖχον. Apud eũdem δωρεὰς ἔλαβον Ἁρ
μόδιος καὶ Ἀριστογείτων ὅτι τοὺς ὑβρίζοντας ἔπαυσαν. Et apud
Æſchinem, δωρεὰς εἴς τινα ἀποθέσθαι. apud Plutarchum,
ἐπαγγείλασθαι δωρεάς. apud Athenæum, ἐδίδου δωρεὰς ἀ-
προσδοκήτους. Et cum duplici accuſatiuo, datiuo perſo-
næ adiecto apud Plut. ἑκατὸν τάλαντα δωρεὰν αὐτῷ πέμ-
ψαντος. quod Latini per datiuum proferunt Muneri da-
re, Dono dare, Muneri mittere, Dono mittere. vt apud
Catullum, Sudaria Sætaba ex Iberis miſerunt mihi
H muneri. Apud Demoſthenem autem contra Mi-
diam, οὐδενὶ τούτων πώποτε ἐδώκατε τὴν δωρεὰν ταύτην, οὐδ'
ἂν δοίητε, ἐξεῖναι τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς ὑβρίζειν αὐτῶν ἑκάστῳ ὁπότ'
ἂν βούληται, prærogatiuam ſignificat. ‖ Δωρεάν, εἰς τὴν
δωρεάν, & κατὰ δωρεάν, Dono, Gratis.
C. Ἀντιδωρεά, ᾶς, ἡ, Remuneratio, B. ex Ariſt. Eth. 4, καὶ περὶ
uu. i.

ξένων δὲ ὑποδοχὰς καὶ ἀποστολὰς καὶ δωρεὰς καὶ ἀντιδωρεάς.

Μεγαλοδωρεά, ᾶς, ἡ, Donatio magnifica, ſeu Largitio, Munificentia, vt Budæus interpretatur. Lucianus, φιλοτιμούμενοι ἐπὶ τῇ μεγαλοδωρεᾷ, Exultātes, gaudentes & elati munificentia. Herodianus lib. 2, ταῖς τῆς τυραννίδος ἀκρίτοις καὶ ἀφειδέσι μεγαλοδωρεαῖς, enormibus tyrannorū atque immenſis largitionibus, vt vertit Polit.

¶ Δωρέω, ῶ, Fut. ήσω, Dono. Heſiodus Erg. de Pandora, ὅτι πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες Δῶρον ἐδώρησαν. Et in paſſ. apud Sophoclem Aiace, Ἕκτωρ μὲν, ᾧ δὴ τοῦδ' ἐδωρήθη πάρα, Ζωστῆρι πρισθεὶς, Baltheo quo ab iſto donatus fuerat. Pla. epiſt. μετρίως κεχρῆσθαί τε αὐτοῖς καὶ δεδωρῆσθαι δοκεῖς. Videris humane ipſis eſſe vſus ac muneribus ab eis donatus. Plato, οὔ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν, Quod Cicero ita reddidit, Quo bono nullum optabilius, nullum præſtantius neque datum eſt mortalium generi, deorum conceſſu atque munere, neque dabitur. ‖ Vox autem media apud proſæ ſcriptores vſitatior eſt: conſtruitúrque interdum cum datiuo perſonæ & rei accuſatiuo, interdum cum accuſatiuo perſonæ & datiuo rei. Xenophon Pædiæ 8, τὸν δὲ Ὑρκάνιον ἵππῳ καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ ἐδωρήσατο. Herodotus, δωρέομαί σε τούτοισι, His te dono. Et apud Plut. Oth. δωρούμενος ἅπαντας κατ' ἄνδρα χιλίαις δραχμαῖς. At Eur. p. δωρέομαί σε τόδε, vt in vulg. l. citatur.

Δώρημα, ατος, τὸ, Quod donatum eſt, Donum, Munus. Ariſtot. Eth. 1, c. 9, εἰ μὲν οὖν ἄλλο τι θεῶν ἐστὶ δώρημα ἀνθρώποις, εὔλογον καὶ τὴν εὐδαιμονίαν θεόσδοτον εἶναι. Sic Dionyſ. Lōg. θεόπεμπτά τινα δωρήματα dixit. VNDE Δωρηματικὸς, οῦ, ὁ, Munificus.

Δωρητὸς, οῦ, ὁ, Muneribus placabilis, Qui muneribus demulceri poteſt. Il. 1, Δωρητοί τ' ἐπέλοντο παραρρητοί τ' ἐπέεσσι, id eſt δώροις ὑπήκοοι, vt Euſtath. exponit. ‖ Item, Donatus, Dono datus. Plutarch. Caio, οὗτος ἧκεν εἰς Ῥώμην ... αὐτῆς ὤνητος ἐξ Ἰταλίας, οὐκ ἐλάττων δὲ δωρητὸς ἐκ Συρακουσῶν. Dionyſ. Long. εἰ καὶ δωρητὸν τὸ πρᾶγμα μᾶλλον ἢ κτητόν. VNDE Ἀδώρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Indonatus. Theocritus Idyll. 16, Ἡ μετέρας χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ Ἀσπασίως, οὐδ' αὖθις ἀδωρήτους ἀποπέμψει.

C. ANTIδωρέομαι, οῦμαι, Viciſſim dono, Aliud pro alio dono. Ariſtot. Ethic. 8, οὐ γὰρ τυγχάνει τις ἐνδεὴς ὢν οὗ τούτου ἐφίεται, ἀντιδωρεῖται ἄλλο. Xen. ἔς τ' ἄν με ἴδῃς ἔχοντα, ὥστε σου μὴ ἡττᾶσθαι ἀντιδωρούμενον.

¶ Δῶρον, ου, τὸ, Palmus. quam ſignificationē licet Plinius primariam eſſe velit, nos tamen ſequuti grammaticos ſumus, δῶρον in priore illa ſignificatione à δίδωμι deriuantium, vt Donum à Do apud Latinos: niſi fortè & hoc δῶρον à δίδωμι quoque dictum velimus quoniam eo donemus id quod donamus. Plin. lib. 35, c. 14, Græci antiqui δῶρον palmum vocabant: & ideo δῶρα munera, quia manu darentur. Vitruu. nobiſcum facere videtur, qui lib. 2, cap. 3, Δῶρον autem (inquit) Græci appellāt palmum, quòd munerum datio Græcè δῶρον appellatur: id autem ſemper geritur per manus palmū. Nic. Ther. de baſiliſco, ἐπὶ τρία δῶρα φέρων μῆκός τε καὶ ἰθύν. Intelligi autem volunt palmum minorem qui quaternûm digitorum eſſet, idem quod παλαιστὴ ſeu παλαιστὴς, ſeu τρίτον σπιθαμῆς, vt tradit Euſtath. VNDE Δεκάδωρος, Qui decem palmorum eſt. vt δεκαδώρῳ ἀμάξῃ apud Heſiodum. (A QVO Ἑκκαιδεκάδωρος, qui ſedecim palmorum eſt. Il. δ, Τοῦ [ἰξάλου αἰγὸς ἀγρίου] κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει. quod de ambobus cornibus intelligi volunt, vt ambo ſimul ſint quinque ſpithamarum & palmi vnius: alterutrum verò duarum ſpithamarum cum dimidia & dimidio palmo. δῶρον enim tertiam ſpithamæ partem eſſe tradit Euſtath. Nec admittendum quod quidam hîc exponunt Cornua ſedecim ramos habentia. nam αἰγὸς cornua ramos non habere, nemo ignorat.) ET Δίδωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui duorum palmorum eſt. ET Πεντάδωρος, Qui quinque palmorum eſt. ET Τετράδωρος, qui quatuor palmorum eſt. Plin. loco antè citato, Genera eorum [laterū] tria. δίδωρον, quo vtimur, longum ſeſquipede, latum pede: alterum τετράδωρον, tertiū πεντάδωρον. Et item Vitruu. Fiunt autē laterū genera tria: vnum quod Græcè δίδωρον appellatur. id eſt quo noſtri vtūtur, longū pede, latū ſemipede: cæteris duobus Græcorū ædificia ſtruuntur. ex his vnum πεντάδωρον, alterum τετράδωρον dicitur.

ΔΙ'ΚΗ, Ius, Iuſtitia, Fas. Idem quod θέμις Homero, vt docet Euſt. Heſ. Erg. Καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν. Vbi δίκῃ βίαν illam opponit quā (vt opinor) tribuit illis quos χειροδίκας appellat, i. (vt Ouidianis vtar verbis) Qui ius enſe dicunt. Subiungit tamen aliquanto pòſt, δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς Οὐκ ἔσται. quia nimirū δίκη tam latè patet quam Lat. Ius, & Gall. *droit*. Sic vbi ſcribit, — ἐπεὶ κακὸν ἄνδρα δίκαιον Ἔμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἕξει, ſi iniqu⁹ plus iuris habebit, *ſi l'inique ha meilleur droit*. Hinc etiā fit vt Ouid. appellet ius, id quoque quod enſe dicitur, non autē ἰθύντατα, vt loquitur Hom. Il. σ, Τῷ δόμεν ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴποι, vbi putē δίκην εἴπῃ poſſe ad verbū reddi Ius diceret. Ex hac ſignif. vocabuli δίκη manarūt hæc quæ aduerbialiter ponūtur, δίκῃ, ἐν δίκῃ, σὺν δίκῃ, κατὰ δίκην, pro Iure, Meritó: quibus opponitur παρὰ δίκην, & interdum μὴ κατὰ δίκην, Contra ius & æquum, Immeritó. Cic. δίκῃ apud Plat. Iure, & ἐν δίκῃ apud eundē Iuſtè: vt viciſſim ἀδικίᾳ, Iniuſtè, interpr. vt habes p. 31 & 33 Cic. lex. Apud Thuc. 3, παρὰ δίκην γιγνώσκειν pro Contra ius fāſque. ‖ Δίκη fuit etiam habita pro dea iuſtitiæ præſidē, quæ & filia Iouis eſt Heſiodo. eam certè deum comitari tradidit Ariſtot. De mundo. ‖ Δίκη apud Hom. exponitur etiam Ritus, Mos, Conſuetudo: ac certè Euſt. vult in hoc loco, Od. ξ, ἡ γὰρ δμώων δίκη ἐστὶ, &c. δίκην eſſe θέμιν, ſeu νόμον, aut τρόπον, aut ἔθος: at ego δίκην & hîc & in aliis pleriſque eius locis non ſimpliciter morem eſſe dico, ſed morem iure receptum: atque adeo alicubi officioſam quandam (vt ita loquar) conſuetudinē, ſic appellari puto. HINC Δίκην aduerbialiter ponitur (ſub. κατὰ) pro More, Inſtar. Ariſt. De mūdo, καὶ ῥέουσι πολλάκις ποταμῶν δίκην, Fluminum more, vel modo. Vel, Fluminū inſtar.

Δίκη, Dica, (Plaut. & Ter. Dicā ſcribere, & Impingere) Iudicium, Cauſa, Actio, Lis. ex quibus vocabulis alia aliis, in quibuſdā loquendi generibus, cōueniētiora ſunt. λαγχάνω δίκην, Bud. interpr. Dicto iudiciū, vel Litem intēdo, vel Edo iudiciū & actionem, vel Subſcribo iudicium: & ἀντιλαγχάνω, Viciſſim litem intendo. Idem ἐπάγω δίκην ſeu γραφὴν interpr. Litem vel crimen vel Dicam impingo. Quæ omnia vide apud Bud. in Cōm. itidémq; δίκην εἰπεῖν Xen. quod ad verbū redditur Cauſam dicere. Vide & δίκην εἰσάγειν, & δίκην ἀποφέρειν vel ἐκφέρειν: necnon δίκην ἀναδέχεσθαι, & ἐγγυᾶσθαι & ὀφλεῖν, & φεύγειν, eique oppoſitum ἀποφεύγειν, atque alia nōnulla. Itē δίκη ἔρημος, & δίκη οὐκ οὖσα, & δίκη ἀνάδικος: & δίκη βλάβης, δίκη αἰκίας, δίκη παρανοίας. De his inquā & B. & hoc ipſum opus vide, ſingula aut ſaltē eorum plurima ſuis quærens locis. Sed occurrunt & alia loquendi genera apud autores à δίκη ducta præter illa quæ B. commemorauit. vt διὰ δίκης ἐλθεῖν, Thuc. 6, itē δίκῃ κρίνεσθαι, & δίκῃ διαλύεσθαι περὶ τῶν ἐγκλημάτων. Eſt verò in vſu & δίκην δικάζειν, quod eſt iudicis litē dirimentis & diiudicātis ex Heſiodo ſumptū in Erg. Apud quē legitur & δίκαι σκολιαὶ, praua iudicia, ſeu ſententiæ: quib⁹ opponūtur ἰθεῖαι. Sic & vbi dicit Ἄλλῃ παρκλίνοντες δίκας σκολιαῖς ἐνέποντες.

Δίκη, Supplicium, Pœna. (ſicut Hebraico loquendi genere iudicium poni videmus pro pœna quæ ex iudicio ſequitur) vt δίκην vel δίκας διδόναι, quod Latinè itidem, Pœnas dare. Interdum etiam addito datiuo perſonæ, vt Ariſtophanes Nubibus, δίκην τοῖς κόρεσι δώσω τήμερον. Et cum genitiuo rei, δώσεις δίκην τούτων, idem Ariſtophanes. Sic δοῦναι δίκην τῶν ἀδικημάτων. Dicitur & τίνειν δίκην, (quod non ſolùm Pœnas pendere, ſeu luere, ſed interdum etiam, ſicut & ἀποτίνειν δίκην, redditur Mulctari.) Item δίκας ἔχειν pro Pœnas ſubire, ex Platonis epiſt. item ὑπέχειν, item alicubi παρέχειν. Et δίκας ἀπαιτεῖν τοῦ φόνου Pauſanias, quod ex Liuio vertitur Pœnas expetere. Et δίκην ἐπιθεῖναι ex Luciano pro Pœnam irrogare. Sed quod ad primum illud genus loquendi attinet δίκην δοῦναι vel δίκας δοῦναι, in eo δίκας interdum non pœnas ſed iudicia verte: vt apud Thucydidem lib. 1, δίκας ἤθελον [οἱ Κερκυραῖοι] δοῦναι, Iudicium ſubire volebant, Diſceptare volebant. Sic eodem libro, δίκας τῶν διαφόρων ἀλλήλοις διδόναι καὶ δέχεσθαι. q. d. Iudicia de controuerſiis dare viciſſimque accipere.

‖ Sciendum eſt item δίκην ἔχειν non tantùm dici eum

qui dat pœnas (qua in significatione affertur ex Platonis epist. 7) sed & eum cui ab alio dante pœnas satisfit.q.d. Habere satisfactionem, aut vltionem. vel Obtinere ius suum. Citatur verò ex eodem Platone in hac quoque significatione, εἰ φῂς μὴ εἰρηκέναι, εἰσηκὼς ταῦτα, ἔχω δίκην. Sed & ex Herodoto, ἔχω ἀξίαν παρὰ σοῦ πᾶσαν δίκην. Additurque hic Ciceronis locus De legibus lib.2, tanquam similis, Plus pœnarum habeo quàm petiui. At illud δίκην ἔχειν apud Hesiodū, in loco quem initio protuli, accedit potius ad Latinū illud Ius suum obtinere. A B

C. Δικογράφος, ου, ὁ, Causarum scriptor seu consarcinator. Hyperides. VNDE Δικογραφία, ας, ἡ, Causarum scriptio, seu (vt Budæus interpretatur) Actionum forensium scriptio. Isocr. ET Δικογραφικῶς, More eorū qui actiones forenses scribunt. Pollux ex Isocr.

C. Δικοδοσία, ας, ἡ, Causæ dictio, vulg. lex. ex Polyb. lib.4, pag. 68, οὐδ' ἀπολογίας ἐπὶ κατηξίουν τοὺς ἐγκαλοῦντας, ἀλλὰ καὶ προσεχλεύαζον εἴτις αὐτοῖς εἰς δικοδοσίας προσκαλεῖτο περὶ τῶν γεγονότων. quo in loco δικαιοδοσία etiam scribitur. de quo postea dicetur. C

C. Δικολέκτης, ου, ὁ, Causidicus. In Epigr.

C. Δικολόγος, ου, ὁ, Causidicus, Causarum orator. Plut. De frat. charit. καὶ τῶν πολιτευομένων οἱ στρατηγοῦντες τοῖς δημαγωγοῦσιν οὐ πάνυ φθονοῦσιν, οὐδέ γε τῶν ῥητόρων οἱ δικολόγοι τοῖς σοφισταῖς. VNDE Δικολογέω, ῶ, F. ήσω, Causas dico. seu (vt vulg. lex. ex Aristotele Rhet.) Iudiciales præceptiones trado.

C. Δικορράφος, ου, ὁ, Causarum cōcinnator, (vt Bud. exponit) seu consarcinator, vt Ammianus loquitur. VNDE Δικορραφέω, ῶ, F. ήσω, Causas concinno seu consarcino. Lites consarcino, Bud. ex Aristoph. Neb. Ὀρθῶς παραινεῖς, οὐκ ἐᾶν δικορραφεῖν, id est δίκας συρράπτειν, ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀναστρέφεσθαι, Suid. D

C. Δικασπόλος, ου, ὁ, Qui circa iura reddenda versatur, ὁ περὶ τὰς δίκας καὶ νόμους πολούμενος. Et idem interdum quod βασιλεὺς, vt tradit Eusth. Il. α. νῦν αὐτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν Ἐν παλάμαις φορέουσι δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας Πρὸς Διὸς εἰρύαται. Od. λ. Τηλέμαχος τεμένεα νέμεται, καὶ δαῖτας εἴσας Δαίνυται, ἃς ἐπέοικε δικασπόλον ἄνδρ' ἀλεγύνειν.

C. Ἄδικος, ου, ὁ καὶ ἡ, oppositum τῷ δίκαιος, Iniustus, Iniquus, Improbus, Iniurius. Demosth. Pro corona, τῶν ἀδίκων τούτων ἀνθρώπων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν, horum improborum hominum, & diis inuisorum. Dicitur nonnunquam ἄδικος εἴς τινα, item ἄδικος περί τινα, vt apud Xenoph. Pæd. 8, ἀδικωτέροις περὶ τοὺς ἄλλους. Præterea tam de re quàm de persona vsurpatur, vt apud Isocratem ad Demon. μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν ἢ πλοῦτον ἄδικον, Præfer iustam paupertatem iniustis diuitiis. προφάσεις ἄδικοι, Demosth. ad Philipp. Apud eundem Pro corona ἠτυχηκότας καὶ δίκαια opponuntur. Apud eundem contra Euergum, χεῖρες ἄδικοι, manus iniuriæ, manus iniuriam inferētes. vnde ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων. ‖ Ἄδικον substantiuè ponitur aliquando: vt Xen. Pæd. 8, ἐπὶ τὸ ἀσεβὲς καὶ ἄδικον τετραμμένοι εἰσὶ, pro ἐπὶ τὴν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν, ad impietatem & iniustitiam conuersi sunt: vel, se conuerterunt. Idem ibidem, ὧν δ' ἐξ ἀδίκου φανερῶς ἦ μεμηχανημένα. Plutar. in Pericle, ἀδίκου δίωξις, actio iniuriarum. Chrysipp. dicit legem esse κανόνα δικαίων τε καὶ ἀδίκων, id est (interpr. Cic.) iuris atque iniuriæ regulam. ‖ At Ἄδικον ἡμέραν dicere pro ἐν ᾗ μὴ δικάζουσι, oppositum τῇ ἐνδίκῳ ἡμέρᾳ, Pollux ait esse βίαιον. E F G

C. 2. Ἀδικοδοξία, ας, ἡ, Suidas exponit παράλογος λοιδορία. citans locum hunc adespoton, ὁ δὲ στρατηγὸς οὐ δυνάμενος ἐνεγκεῖν τὴν ἀδικοδοξίαν τῶν ταῦτα λεγόντων.

C. 2. Ἀδικοπραγέω, ῶ, Fut. ήσω. Præt. ηκα, Iniquè vel iniustè ago. Idem quod ἀδικῶ. nam Plutarchus δικαιοπραγεῖν (cui ex aduerso respondet ἀδικοπραγεῖν) opponit τῷ ἀδικεῖν, in Præc. de san. Fit ex πραγέω (quod in compositione vsurpatur pro πράττω) & ἄδικον.

C. 2. Μεγάδικος, idem quod μεγαλαδικητικός, vt videtur. in v. l. est Cui in magnis fit iniuria. H

Ἀδίκως, aduerbium, Iniustè, Iniquè, Per iniuriam, præter ius & æquum. Demosthenes aduersus Ctesiphontem, οὐδεὶς οὐδὲν οὐδ' ἀδίκως ἡμῖν ἐνεκάλεσε. ‖ Item Immeritò, Abs re, Iniuria. Idem Demosthenes, οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδίκως αὐτοῖς ὀργιζόμενοι, non absque ratione, nec abs re (vel Nec iniuria) ipsis succensentes. καὶ δικαίως κἀδίκως, Aristophanes in Pluto, Iure vel iniuria.

Ἀδικία, ας, ἡ, Iniustitia, Iniquitas, Improbitas. Aristoteles in Prædic. δικαιοσύνη ἀδικίᾳ ἐναντίον, id est, Contraria sunt δικαιοσύνη & ἀδικία. Plato Politicῶν 2, ἐσχάτη γὰρ ἀδικία, δοκεῖν δίκαιον εἶναι, μὴ ὄντα. Quæ verba Cicero interpretatur, Totius iniustitiæ nulla capitalior est quàm eorum qui tum quum maximè fallunt, id agunt vt viri boni esse videantur. δικαιοσύνη, inquit Aristoteles Rhetoricῶν 2, Virtus per quam sua singuli habent, secundum legis præscriptum: ἀδικία, per quam aliena, & contra legis præscriptum. Idem ἀδικίαν & ἀνισότητα copulat (Politicῶν 6, ἔχει δ' ἀμφότερα ἀνισότητα καὶ ἀδικίαν) vt Æschines ἄδικον καὶ οὐδαμῶς ἴσον, contra Ctesiph. Item ἐν δίκῃ & ἐν ἀδικίᾳ opponuntur apud Platonem in Timæo: pro Iustè & Iniustè interprete Cicerone. ‖ Ἀδικία Scelus, Iniusta seu iniqua & improba actio. Plutarchus Symp. 8, οὕτως ἐλαφεῖς πρὸς ἅπασαν ἀδικίαν ἦσαν.

Ἀδικέω, ῶ, Fut. ήσω, Præt. ηκα, Iniustè seu iniquè ago, Perperam ago, Contra ius fasque ago, Scelus admitto. Aristoteles Rhetor. ad The. 4, τὸ ἀδικεῖν ἐστι τὸ βλάπτειν ἑκόντα παρὰ τὸν νόμον. id est, ἀδικεῖν, est nocere scientem & prudentem præter legem. Cui definitioni congrua sunt quæ dicit Budæus, παρανομεῖν esse etiam τὸ ἀδικεῖν, & παρανομεῖσθαι, ἀδικεῖσθαι, contra leges & iura malis affici. Idē scribit, apud Demosthenem vbique ἀδικῶ poni pro Perperam & scelestè ago. Ol. 2, ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον. A Xenophonte opponūtur οἱ ἀδικοῦντες & οἱ δίκαια ποιοῦντες: adeò vt ἀδικοῦντες idem valeat quod ἄδικα ποιοῦντες. Idem opponit τοὺς ἀδικοῦντας & τοὺς ἀναιτίους, Hellenicῶν 1. Apud eundem initio Ἀπομνημον. 1, vbi formulam accusationis in Socratem profert, ἀδικεῖ videtur significare παρανομεῖ, contra leges & iura facit. Locus est hic, ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων. Cicero ἀδικεῖν interpretatur Violare ius: quum hos Euripidis versus in Phœnissis, Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν· τἆλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών, sic interpretatur, Nam si violandum est ius, regnandi gratia Violandum est: aliis rebus pietatem colas. Quem Euripidis locum adscripsi totum, vt obseruaretur, illum ἀδικεῖν & εὐσεβεῖν opponere, vt Xenophon ἀσεβὲς καὶ ἄδικον copulauit in loco quem modò citaui in Ἄδικος. Vide à me editum Ciceronianum lexicum Græcolatinum. Aristoteles Ethic. 5, ἀδικεῖν & ἄδικον εἶναι pro eodem ponit.

Ἀδικεῖν absolutè, id est sine casu, ponitur in superioribus exemplis: sæpe autem casum habet, accusatiuum videlicet, aut personæ aut rei: aliquando vtrunque simul. Exponitúrq; tum Iniuria afficio, Iniuriā infero, Contumelia afficio, Iniurius sum in aliquem. Lædo vertitur à Cicerone. Demosthenes, Τί Δημοσθένης ἀδικεῖ; Qua in re iniurius est Demosthenes? Quam iniuriam facit Demosthenes, vel In quo iniuriam, &c. Xenophon Pædiæ 3, Τί λαβὼν ἀδικοῦντα, διαφθείρειν αὐτὸν ἔφη ἐμέ; Quo in scelere deprehensum, Quod scelus admittentem, vel, Qua in re iniurium. Eiusdem Pædiæ 8, τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας συλλαμβάνοντες, comprehendentes eos qui nihil commeruerunt, vel nihil commeritos. Cum accusatiuo rei simul & personæ, apud Demosthenem, πάνθ' ὅσα ἠδίκησέ με, Quascunque mihi intulit iniurias. Aristophanes, τί σ' οὖν ἀδικούμεθα τοῦτό σε; Quæ igitur tibi fit à nobis iniuria hac in re? vbi accusatiuus τοῦτο regitur à κατὰ præpositione subaudita, vt sit τί ἀδικούμεθά σε κατὰ τοῦτο. Dicitur etiam ἀδικῶ σε εἰς τοῦτο: vt Aristoteles Politicῶν 5, ἀδικεῖν τοὺς πολλοὺς εἰς κέρδος, Iniurium esse in plebis lucra & commoda. vt Horatius dixit Peccare in commoda publica. Dicitur item ἀδικῶ τοῦτο περὶ σε, vt apud Platonem De legibus, ἀδικῶ περὶ τοὺς θεοὺς ἀδικίαν, In deos scelus admitto, Sceleratus sum in deos. Differt ἀδικῶ ab ἁμαρτάνω, quia

ἁμαρτάνειν est per errorem delinquere.

Ἀδικέομαι, οῦμαι. F. ήσομαι. P. ημαι, Afficior iniuria, Iniuriã accipio, vel patior, Lædor. Plut. in Cam. ἀδικούμενοι μέτρια, mediocres iniurias accipiẽtes. τὰ μέγιστα ἠδικημένος, atroci affectus iniuria. Aristoph. Pluto, ἐνέκραγες ἡμῖν οὐδὲν ἠδικημένη, nulla in re à nobis læsa. Æsch. aduersus Ctesiph. ἡ μὲν πόλις τὸ ἴσον ἀδίκημα ἀδικεῖται, ciuitas parem accipit iniuriam, vel pari afficitur iniuria. Isocr. Paneg. ὑπὲρ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπαμυνοῦσαν, ab omnibus Græcis iniuriam propulsantem.

Ἀδίκημα, ατος, τὸ, Iniusta actio, Iniuriæ illatio, Maleficium, Scelus. Xen. αἱ πόλεις ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι ζημίαν θάνατον πεποιήκασι, Ciuitates pœnam maximis sceleribus constituerunt mortem. Plut. Lyc. ἐξέπεσεν ἀδικημάτων γένη πολλὰ τῆς Λακεδαίμονος. τίς γὰρ ἢ κλέπτειν ἔμελλεν, ἢ δωροδοκεῖν; Itẽ ἀδίκημα, Crimen, Quod contra leges patriæ factum est, Facinus contra leges admissum & capitale, apud Dinarch. δημόσια ἀδικήματα, crimina publica.

c. 2. Εὐαδίκητος, Qui facilè iniuria affici potest, Iniuriæ opportunus, Iniuriæ obnoxius. Andocides, οὐδ' ἔρημος, οὐδ' εὐαδίκητος. Sic Lucianus, οὕτως ὑμῖν εὐκαταφρόνητος δοκεῖ ἡ πενία καὶ εὐαδίκητος. quia pauperibus potius inferri solet iniuria.

Ἀδικητικὸς, οῦ, ὁ, in vulg. lex. exponitur Iniurius, Qui iniuria afficit: sed ita ἀδικητικὸς nihil aliud esset quàm ὁ ἀδικῶν: at terminatio ipsa aliud præ se fert. Verto igitur ἀδικητικὸς, Pronus ad iniuriam inferendam, siue procliuis. Fortasse non malè & Iniuriosus exponeretur, melius saltem quàm Iniurius. Plutarchus περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θεί. βρ. τιμ. Ἀλλ' ἰάσεως ἕνεκα τὸν μοιχικὸν καὶ πλεονεκτικὸν καὶ ἀδικητικὸν κολάζει πολλάκις. VNDE Μεγαλαδικητικὸς, οῦ, ὁ, quod tamẽ Bud. interpr. Vehementer iniurius apud Aristotelẽ in Rhet. 2. CVI Μικραδικητικὸς oppositum est ibidem.

c. 2. Ἀνταδικέω, ῶ, Iniuriam illatam vlciscor, seu Vicissim iniuria afficio. Citat Pollux ex Demosth.

c. 2. Διαδικέω, Iniuria afficio: à cuius passiuo est διαδικηθεὶς Iniuria affectus apud Plat. teste Bud.

c. 2. Προαδικέω, Prior iniuria afficio, Iniuria lacesso. Dem. Pro cor. οὐδὲν προαδικηθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων.

c. 2. Συναδικέω, Iniuriæ inferendæ socius sum. Demosth. πρὸς Φορ. Σὺ δ' ἐπισκήπτῃ μαρτυρεῖ αὐτῷ τῷ συναδικοῦντι, id est (Budæo interprete) Qui tibi socius est iniuriæ & fraudis.

C. Ἀνάδικος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui iudicatus quidem iam est, sed iudicio irrito facto iterum iudicandus. Cuius hoc apud Suidam exemplũ est, ἀνάδικα τὰ δεδικασμένα ποιῶν, αἰσχροκερδείας νοσούμενος. Ἀνάδικοι (inquit Hesychius) dicebantur οἱ τὰ δίκαια εἰς ἀκεραίαν καθιστάμενοι, ἤτοι διὰ πολιτικὴν αἰτίαν, ἢ τῶν μαρτύρων ἁλόντων ψευδομαρτυριῶν. Sic Suidas ἀνάδικοι κρίσεις (sic enim pro κινήσεις Budæus ibi legit) exponit αἱ ἄνωθεν δικαζόμεναι, quæ reiudicantur ὅταν ἁλῶσιν οἱ μάρτυρες ψευδομαρτυριῶν. Et Bud. Comm. pag. 24 ἀνάδικον δίκην similem esse dicit τῇ μὴ οὔσῃ, id est iudicio nullo, iudicio irrito: & fortasse eãdẽ. Demosth. τὴν δίκην ταύτην περὶ ἧς νῦν δικάζομαι, ἀνάδικον ἐποίησεν, id est, Denuo iudicandam, & iudicium nullum. Aliud exemplum ibidem habes ex Andocide. Plato De leg. 11, τὴν κατὰ ταύτας ἁλοῦσαν δίκην, ἀνάδικον γίγνεσθαι. HINC Ἀναδικία, ας, ἡ, Lis seu iudicium de re quæ iudicata quidem fuit sed irrita facta est. Pollux ex Lysia.

C. Ἀντίδικος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aduersarius in lite, Litigans contra alium. Æschines in Ctesiphontem, καὶ τοὺς λόγους ἐκφέρων τοῖς ἀντιδίκοις. Sic apud Matth. cap. 5, ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ. At Petrus Apostolus videtur ἀντίδικον generaliter hostem dixisse quum diabolum appellat ἀντίδικον nostrum Epist. 1, cap. vlt.

Ἀντιδικέω, ῶ, Contra litigo, Aduersus aliquem litigo, Causam meam aduersus alium tueor in iudicio. A Budæo in Comm. exponitur ad causam occurro, Iudicio me sisto, Liti me offero. Ab eodem in Index. ex Pausania explicatur, E contrario respondeo in iudicio vt aduersarius. Apud Platonem De leg. lib. 12, ἀντιδικοῦντες ἑκάτεροι dicũtur actor & reus. Apud Aristophanem in Nub. ἀντιδικεῖν δίκην exponitur defendere causam. Apud Demosth. verò cum datiuo ἀντιδικεῖν διαβολαῖς dicitùr aduersarius, Respõdens ad calumnias. Cui significationi contrariam habet συνδικεῖν itidem iunctum datiuo.

Ἀντιδικία, ας, ἡ, Contrà litigatio, oppositio mutua inter se litigantium: sic dicitur vt συνδικία à συνδικεῖν.

C. Ἀποδικέω, ῶ, Causam dico, Causam meã defendo. ἀπολογοῦμαι δίκην, Hesych. Vtitur X. Hell. 5, ψήφισμα κελεύει, ἐάν τις τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον ἀδικῇ, δεδεμένον ἀποδικεῖν ἐν τῷ δήμῳ. i. Ex vinculis causam dicere apud populum.

C. Αὐτόδικος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui seipso iudice vtitur: vt populus aliquis aut ciuitas quæ ipsa de controuersia aliqua decernit, nec alius populi ciuitatis aut principis iudicio stare cogitur. Thucyd. l. 5, καὶ Δελφοὺς αὐτονόμους εἶναι καὶ αὐτοτελεῖς καὶ αὐτοδίκους, καὶ αὐτῶν, καὶ τῆς γῆς τῆς ἑαυτῶν, κατὰ τὰ πάτρια. vbi scholiastæ αὐτόδικοι dicuntur οἱ ἐν αὑτοῖς διαφορὰν δίκῃ λύοντες καὶ μὴ μετάγοντες εἰς ἑτέρους ἀνθρώπους. ET Αὐτοδίκη, ης, ἡ, apud Suidam, ὅταν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τις δικάζηται καὶ αὐτομαχῇ. ET Αὐτοδικεῖν apud eundem ex Dinarcho pro ἑαυτοῖς τὰ δίκαια ὁρίζειν. Itẽ αὐτοδικεῖ apud Hesych. αὐθεντεῖ, ὅταν αὐτὸς λέγῃ.

C. Διάδικος, ου, ὁ, Litigator. in Pand. ὅταν μηδεὶς διάδικος αὐτῷ παρενοχλήσῃ. & alibi itidem. Bud. VNDE Διαδικέω, ῶ, Iudicio contendo seu discepto, διαδικάζομαι. Plut. Apophth. ἀκουσόμενος τῶν διαδικούντων.

Διαδικέω autẽ pro Iniuria afficio. vide post Ἀδικέω, ῶ.

C. Ἔκδικος, ου, ὁ καὶ ἡ, Iniustus. ὁ ἔξω τοῦ δικαίου. Soph. — Θήβας σ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν. Οὐ γὰρ φιλοῦσιν ἄνδρας ἐκδίκους τρέφειν. Ælian. apud Suid. τετόλμηται μὲν αὐτῷ τὸ ἔκδικον ἐκεῖνο καὶ παράνομον ἔργον. Apud eundem, ὁ δὲ ἦν ἔκδικός τε καὶ ἐκνόμος. ‖Ἔκδικος substantiuè captũ, Vltor, Defensor. Herodian. lib. 7, εἴ τινες ἢ στρατιωτῶν, ἢ δημοτῶν αὐτοῖς ἐπίοιεν ἔκδικοι τοῦ γενομένου ἔργου. Bud. ex Cic. Epist. Legatos audio missos esse: sed malo ecdicos, vt aliquid confici possit. Quare peto à te vt eos & Alabandenses iubeas ecdicos Romam mittere. Interpretatur autẽ B. ἔκδικος, Vindex, Assertor. item Defensor ciuitatis, in l. Vt Perfectius, De annali exceptione. Ἔκδικοι (sicut & ἐκδικηταί) eidem Bud. sunt Persequutores: de quorum munere paulo pòst in ἐκδικητής. VNDE aduerb. Ἐκδίκως, Iniustè. Soph. Antig. Εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι, μὴ πλείω κακὰ Πάθοιεν ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ. Æsch. Prom. Παθόντες εὖ κακοῦσί μ' ἐκδίκως.

Ἐκδικία, ας, ἡ, Vltio. ‖Item Iuris cessio, Remissio debiti. v. l. ex Dione in Cæs. τοῖς δὲ ἰσοπολίταις, τὸ τριτημόριον σφίσι τῶν τελῶν ἀφεμένοι θῶνται, ἀφείς. πᾶσαι γὰρ τελωνίαι δι' αὐτῶν ἐγίγνοντο, καὶ πολλάκις τῆς βουλῆς δεηθέντες ὅπως ἐκδικίας τινὸς τύχωσιν, οὐχ εὕραντο. Sic Suet. in Cæs. Publicanos remissionem petentes, tertia mercedum parte releuauit. Hæc ἐκδικία concedebatur in labe, calamitate ac vi maiore, vt cum Vlpiano loquitur Plinius. Vide Appian. lib. 2, De Cæs. Hæc v. l.

Ἐκδικέω, ῶ, Vlciscor. Diciturque ἐκδικῶ σε pro Vlciscor te & scelus: & ἐκδικῶ ἐμαυτὸν, pro Vlciscor illatam mihi iniuriam, Tueor me. Chrysost. ad Rom. 3, ὅταν γὰρ ἐκδικῶμεν ἑαυτοὺς, ὁ θεὸς ἡμῖν οὐκ ἀμύνει. Et ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου, vt Lucas est loquutus cap. 18 Euang. pro Vindica te ab aduersario tuo. Et ἐκδικῆσαι τὸν φόνον Athenæus 234, in fine. Pass. autẽ Ἐκδικοῦμαι, Pœnam luo, Greg. ‖Ἐκδικεῖν, Vendicare, Actione in iudicium deducta petere. vt ἐκδικεῖν τὸ πρᾶγμα. & ἡ τὰ ἴδια ἐκδικοῦσα ἀγωγὴ, Rei vendicatio. Bud. ex Pand. HINC Ἐκδίκησις, Vltio, Lucæ Act. Apost. cap. 7. ET Ἐκδικητὴς, Vltor Greg. Item Ἐκδικητὴς Persequutor, Cuius munus est iudicio experiri contra eos qui aurum vel argentum vel pecuniam reip. debent. ET Ἀνεκδίκητος, Inultus.

c. 2. Διεκδικέω, ῶ, Tueor, Defendo: & quidem non solùm Defendo in iudicio, sed & Defendo armis. Vide exempla ex Pand. apud Bud. pag. 100. HINC Ἀδιεκδίκητος, Indefensus.

C.Ἐννέα cum aliis nominibus quàm numeralibus : vt ἐννεάβοιος,Hom. item ἐνναετής & ἐννεάπηχυς,Hesiod.vide in Βοῦς & in Ἔτος.sed ab hoc ἐνναέτηρος deducitur & ἐνναετὴς,inuenitúrque & ἐννετὴς pro eodem. ET Ἐννῆμαρ ex ἐννέα & ἦμαρ,pro Per nouem dies,Il.α.

B

Ἔνατος ET Ἔνατος,Nonus. Ab Homero vnico ν scribitur,Il.β,Ὀκτὼ ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν ἣ τέκε τέκνα. Sic ab Hesiodo,— ὀγδοάτη τ' ἐνάτη τε. Fuerunt autem qui veriorem putauerint hanc scripturam cum vnico ν,sicut à τέταρα,quod habet duplex τ,dicitur τέταρτος vnico τ. Sed & nonnulli ἔνατος quasi νέατος dici putarunt,id est ἔσχατος,vltimus:vtpote qui sit decimus vna monade excepta:ὡς οἷα παρὰ μονάδα δέκατος ὤν,inquit Eust. Quod ego etymum minimè probo, quum ipsi primitiuo ἐννέα(ad quod nobis respiciẽdum est)conuenire non possit.hoc tamẽ affirmo,me,dum scripta olim exemplaria cum typographicis conferrẽ, vtplurimum ἔνατος vnico ν apud ipsos etiam solutæ orationis scriptores reperisse. ‖ Τὰ ἔνατα vel τὰ ἔνατα,vnico ν, Nouendiale sacrum.Inferiæ.Bud.ex Isæo 66,vbi vnico ν scribitur:& ex Æschine 81,vbi cum νν habetur. Apud Poll. tamen 328 legitur ἔννατα,vbi & τρίτα eadem forma dicitur. HINC Ἐνναταῖος seu Ἐναταῖος.q.d.Nonanus, Cui transacti sunt nouem dies. Thuc.ἐφθείροντο οἱ πλεῖστοι ἐναταῖοι ἢ ἑβδομαῖοι. Et ἐνναταῖος πυρετὸς,Gal.Cuius iam est dies nonus.

C

D

Εἴνατος,Hom. idem quod ἔννατος,Iliad.β,Ἡμῖν δ' εἴνατός ἐστι περιτροπέων ἐνιαυτὸς Ἐνθάδε μιμνόντεσσι. SIC Εἰνὰς pro ἐννὰς,Nonarius numerus.(vt à δέκα dicitur δεκὰς,denarius numerus)Hesiodo autem εἰνὰς Nona mensis dies: VT Τετράς, Tertia nona, Tretzi & aliis ἡ κθ. ET Εἰνάκις(itidem pro ἐννάκις)Nouies.

E

ἐννεάς.Nonarius numerus,in quibusdam lex. ET Ἐννεαδικὸς,item pro Nonarius. ET Ἐννεάκις,Nouies. VNDE Ἐννεακισχίλιοι,(VEL Ἐννακισχίλιοι,vt quidam habent,tanquam ab ἐννὰς)Nouies mille,Nouem millia. ET Ἐννεάχιλοι apud Hom.pro eodem,Il.ε.

¶Ἐνενήκοντα,Nonaginta. ET Ἐνενηκοστὸς,Nonagesimus. ITEM Ἐνακόσιοι,Nongenti.

ἘΝΌΘΩ, F.όσω, Quatio, Concutio, Cõmoueo, Agito.Quod thema ponũt grammatici ab eo deducentesquæ sequuntur,exemplum tamẽ vsus eius nullum afferentes. Hesychius autem habet & ἐνοσέμεν,quod exponit ἐπιπλήσσειν. ET Ἔνοσις idẽ explicat κίνησις,Motio, Agitatio. Scribo autem ἐνοσέμεν & ἔνοσις vnico ν,non gemino,vt apud eum:quòd librarii errori id impute:q & ἐννοσίχθων ibidem scripsit, quũ alioqui ἐνοσίχθων passim reperiamus, & hanc scripturam metri ratio flagitet. Sed & quod ad ἔνοσις attinet, sic habetur in isto Hesiodi loco,in Theog.— ἔνοσις δ' ἀσβέστος ὀρώρει. Et in isto quoque ibidem, — ἔνοσις δ' ἵκανε βαρεῖα Τάρταρον ἠερόεντα. Fateor tamen,in ἐννοσίγαιος inueniri geminatum ν, sed ita vt alterum pro ascititio habeatur,ad fulciendum metrum.

F

C.Ἐννοσίγαιος,Quatiens terram, Concussor terræ.Neptuni epithetum, παρὰ τὸ ἐνόσαι τὴν γῆν,idque(secundũ quosdam) ob terræ motum qui fieri existimatur ab aquis. Il.ν,Ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ἐννοσίγαιος.Interdum verò nõ præfixo nomine proprio , vt Il.θ, — ἐννοσίγαι' εὐρυσθενές. Hesiod.— καὶ ταύρεος ἐννοσίγαιος.De geminatione autem literæ ν hac in voce, modò dictum fuit.

G

C.Ἐνοσίχθων,idem,παρὰ τὸ ἐνόσαι τὴν χθόνα. Odyss.γ,Ταύρους παμμέλανας ἐνοσίχθονι κυανοχαίτῃ. SED & Σεισίχθων AC Γαιήοχος eodem sensu idem Neptunus cognominatus fuit.

H

C.Ἐννοσίφυλλος ET Εἰνοσίφυλλος,(atque hoc potius quàm illud)Quatiens seu agitans frondes,vento videlicet flãte, Seu In quo frondes agitantur .De mõte dicitur ab Ho-

A mero,Il.β,— καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον. Ex consequente autẽ intelligi putatur,vel Frondosas arbores habẽs:vel Vẽto expositus,vtpote celsus.

ἙΞΗ͂Σ, Deinceps,Ordine,Serie perpetua.Interdum & Gradatim.Thucydides in præf.lib.1,γέγραπται δὲ ἑξῆς,ὡς ἕκαστα ἐγίγνετο κατὰ θέρος καὶ χειμῶνα.Nonnũquam ὁ ἑξῆς,Qui ordine sequitur,Qui ordine proximus est.Sed exponitur & simpliciter,Sequẽs, Proximus.SIC in v.l.ex Plat.τῷ ἑξῆς ἔτει,Sequente anno:& τῇ ἑξῆς,(sub. ἡμέρᾳ)ex cap.25 Act.Apost.Die sequenti. Ex Plat . autẽ De leg.τὸν ἑξῆς τόπον,proximum quenque locum. Ibidẽ τὸ ἑξῆς τῆς ὁδοῦ pro ἡ ἑξῆς ὁδὸς ex Naz. Quod sequitur viæ, Quod reliquum est viæ.Et in signif.temporis, τριῶν ἡμερῶν ἑξῆς,Tres perpetuos dies.

Ἑξῆς,cum genit.vt ἑξῆς τοῦ Πλούτωνος θρόνον λαμβάνειν ex Aristoph.Proximum à Plutone locum. Aristot.De mũdo,ἢ δὲ σύμπασα τοῦ ὑγροῦ φύσις ἑξῆς αὐτὴ τῆς ἀερίου μάλιστα φύσεως,Proxima sit, vel Finitima sit aëriæ naturæ. Et cum datiuo : ibidem ὁ ἑξῆς πνέων τῷ Ἀργέστῃ, Qui ab argeste deinceps spirat. Philo De mundo, ὁ μὲν ἑξῆς τῷ καικίᾳ,καλεῖται βορέας,Qui proximè sequitur cæcian.

AT Ἑξείης Hom.cæterique poetæ dicunt(pleonasmo diphthongi ει)pro Ordine.Iliad.ψ.Ἑξείης δ' ἵζοντο.

C.Ἐφεξῆς idem quod ἑξῆς.Iungiturq; itidem genitiuo interdum,vel datiuo.ἐφεξῆς δ' αὐτῶν,Gal.Et ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις,Aristot. A Budæo ἐφεξῆς exponitur Deinceps, itẽ Consequenter.

ἙΟΡΤΗ', ῆς,ἡ,Festum,Festus dies,Solennis dies.Itẽ Celebritas, hoc est Dies celebris , Bud.ex Quintil.Od.φ, Νῦν μὲν γὰρ κατὰ δῆμον ἑορτὴ τοῖο θεοῖο Ἁγνή. At lib.υ,ἑορτὴ nõ addito genitiuo,— ἐπεὶ καὶ πᾶσιν ἑορτή.Thucydides 1, νομίσας ἑορτήν τε τοῦ Διὸς μεγίστην εἶναι. Idem 2, τῇ θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι. Plut.in Rom.quæst. Ποσειδῶνι μὲν ἄγουσιν ἱππείῳ τὴν ἑορτήν. Apud eundem ἡ τῶν μυστηρίων ἑορτὴ,in Alex.Sic ἡ τῶν παναθηναίων καὶ ἡ τῶν διονυσίων ἑορτή, Dem.Phil.1. ‖ Ἑορτὴ,interdum simpliciter Feriæ, vt quũ dicit Theocritus pigris semper esse ἑορτήν. (sed ἑορτά ille habet Doricè) Quò pertinet iste Thucydidis locus lib.1.καὶ μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι.Sic à Plut.ἐνεργοὶ πράξεις & ἑορταὶ opponuntur.Non dubito autem quin posterior sit hæc signif. & orta ex feriis quæ diẽ festum cõsequebantur.vnde Eustath. in illum locum Od.φ,ἑορτὴ τοῖο θεοῖο Ἁγνή· Τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτ' ἀλλὰ ἕκηλοι &c. annotat,ὡς τῆς ἑορτῆς ἀργίαν ἐθελούσης. Voluerunt autem deriuari ἑορτὴ ab ἐρῶ,quia omnes αὐτῆς ἐρῶσι:at verò alii(vt habet index in Eustathiũ) παρὰ τὸ δι' αὐτῆς ἐᾶ(id est ἀγαθὰ) ὀρνυσθαι τοῖς ἀνθρώποις. ET Ὀρτὴ,Ionicè,eadem signif. ITEM Ἔροτις,Æolicè per metathesin,vt ibidem habetur.

Ἑόρτιος,ου,ὁ & ἡ, Ad festum pertinẽs,Solennis,ἑόρτιον δῶρον, Solenne donum,ex Naz.

C.Ἀνέορτος,Non festus.vt ἀνέορτος ἡμέρα.Et ἀνέορτος σεβασμὸς θεῶν ex Naz.pro Festi celebritatem non habens.Bud.ex eodem,καὶ δεῖ πᾶσαν ἑορτὴν ἀνέορτον εἶναι καὶ μεστὴν κατηφείας, Vbi interpr. Diem non celebratum,vel Non hilariter transactum.

C.Μεθέορτος ἡμέρα, Dies sequens festum.Bud.

C.Προεόρτιος,ου,ὁ & ἡ,Festum præcedens. vt προεόρτιος κάθαρσις & προεόρτιος εὐφροσύνη,Naz.

Ἑορτάζω,Festum celebro.Plut.νηφοντας ἑορτάζειν,ἀλλὰ μὴ μεθύοντας.Apud eundem cum accus. τὴν ἐν Μαραθῶνι νίκην ἑορτάζει. HINC Ἑορτάσιμος ἡμέρα, Dies quo feriæ solennes celebrantur,seu celebrari debent. Item τὰ ἑορτάσιμα,Res ad festum instructæ, in v.l. ET Ἑορταστικὸς,Ad festi celebrationem pertinens, Solẽnis, ex Plat. ITEM comp.Διεορτάζω,pro ἑορτάζω: ET Συνεορτάζω. Vnà festum celebro. VNDE Συνεορταστὴς,Qui festum vnà celebrat,ex Plat.

ἘΠΕΙ', Postquam,Ex quo.Od.α,in principio, — ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν.id est ἀφ' οὗ , inquit Eustathius.Ex quo tempore Troiam euertit. Pro quibus Flaccus, Captæ post tempora Troiæ. (Ferri verò & hîc potest aduerb.Postquam.) Et Odyss.π, οὐ σέ τ' ἔγωγε Ὄψεσθαι ἐφάμην ἐπεὶ ᾤχεο νηὶ Πύλονδε. Et cũ ἂν,pro Postquam, Quum , (vt ἐπειδ ἄν.)Il.ζ,ἐπεὶ ἂν σύγε πότμον ἐπίσπῃς.Sic Iliad.ι,— ἐπεὶ ἂν μάλα τοι κεχολώθη.Itidem in

soluta oratione, vt Athen. ἐπεί τις αὐτὸν ἤρετο. Plut. ἐπεὶ δ' ὤφθη πλησίον ὁ Σόλος. Interdum cum τάχιστα & cum πρῶτον, de quo vsu dicetur paulo pòst in Ἐπειδή. Et cum infinit. ex Herodoto, ἐπεὶ δὲ σφέας παραλαμβάνειν τοὺς Ἕλληνας. SED Ἐπὰν sæpe dicitur pro illo ἐπεὶ ἄν. Diosc. ἐπὰν πίῃ, ἀποθνήσκει, postquam biberit, moritur. Aphrod. ἐπὰν ἡ θυρὶς ἀνεῳχθῇ. DICITVR etiam Ἐπεὶ οὖν, vacante οὖν, vt Il. δ, Αἰτ' ἐπεὶ οὖν ἐκάμον &c. ET Ἐπειδὴ vacante itidem δή, sed iuncto per compos. vt Iliad. α, — ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν. In prosa autem iungitur & aliis aduerbiis: vt Xen. Hell. 3, ἐπειδὴ ἄλλως ἤδη ᾔσθοντο. Et alibi, ἐπειδὴ τάχιστα: quo vtitur & Demosth. At Latini non dicunt ad verbum Postquam citò, nec Quũ citò, aut Quum citissimè, sed Quum primùm, aut certè Simulatque. Sciendum est porro & ἐπεὶ per se eundẽ vsum interdum præstare. dicitur enim à Xen. ἐπεὶ τάχιστα ἐπελαύνων: ab Aristot. Polit. 135. ἐπεὶ θᾶττον. Sed ũgunt & infinitiuo, dicentes ἐπειδὴ ἀκοῦσαι pro ἐπειδὴ ἤκουσεν. Cuius cõstruct. exẽpla vide apud B. p. 1044. Nonnũquã verò particulã ἄν addunt: VNDE est Ἐπειδὰν, pro ἐπειδὴ ἄν. (vt suprà ἐπὰν pro ἐπεὶ ἄν) habet autem eandẽ signif. sed coniunctiuo iungi solet. Demosth. ἐπειδὰν δὲ θῆσθε τοὺς νόμους φυλάττειν χρή, Postquam posueritis, vel Quum posueritis. Dicitur tamen ἐπειδὰν ἴδωσι & pro Quum vidissent: de quo vsu lege Budæum pag. 946. INTERDVM & Ἐπείτοι, ITEM, Ἐπείτε pro Postquàm. quorum vtrunque non infrequens Pausaniæ. Et ἐπείτε γὰρ τάχιστα, pro ἐπεὶ γὰρ τάχιστα. in v. l.

Ἐπεί, Quandoquidem, Quoniam: Aut etiam Postquam, hic quoque: nam & ipsum alicubi hanc quoque significationem habere comperitur. Itidem verò & Gall. *Puisque* vtrunque declarat: ita tamen vt pro Postquam temporis aduerbio ferè præfigatur particula *de*, & dicatur *Depuisque*. Hom. Iliad. β, — ἐπεί μιν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἵκανεν. Idem Odyss. υ, v. 156, Ἀλλὰ μάλ' ἦρι νέονται· ἐπεὶ καὶ πᾶσιν ἑορτή. Idem alibi, — ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε. Plato in Apol. ἐπεὶ καὶ τοῦτό γέ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι. Idem De rep. 2, πολὺ γὰρ ἀμείνω ἄρα ὁ τοῦ ἀδίκου ἢ ὁ τοῦ δικαίου βίος. ὡς λέγουσιν. ἐπεὶ ἔμοιγε οὐ δοκεῖ οὕτως. Sed & cũ infinitiuo ex Xenophonte annotat Bud. ita scribente, ἐθαύμαζε δ' εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστὶν ὅτι ταῦτα οὐ δυνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν. ἐπεὶ καὶ τοὺς μέγιστον φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν, οὐ ταὐτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις. Sed ego minimè cum Budæo crediderim ἐπεὶ ad hunc infinitiuũ immediatè ferri, sed ad verbũ indicatiui modi subaudirũ. ‖Ἐπεὶ pro Alioqui, vel Sin minus. itẽ Quod nisi ita esset: vt exemplis aliquot abundè docet idem p. 992 & 993.

-ἘΠΕΙ'ΓΩ, Fut. ξω, Vrgeo, Impello. Odyss. λ, καπνεύσαντες ἡμεῖς Ἄκλαυσον καὶ ἄθαπτον, ἐπεὶ πόνος ἄλλος ἔπειγε. Od. τ, Πτωχεύω δ' ἀνὰ δῆμον. ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει. Herodian. lib. 2, ἐμὲ καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ συντόνως βοῶντες ἐπείγουσιν ὀρέξαι χεῖρα σωτήριον. Et sine infinitiuo apud eũdem Herodian. lib. 1, περιεργαζομένῳ ὄντα καὶ μᾶλλον ἐπείγοντα. Idem lib. 4, εἴη ἐπεῖγον εἴη, δηλαδὴ, aliquid magis vrgens, maioris momenti. ‖Ἐπείγειν dicitur etiam qui fugientem vrget & persequitur, qui fugientis ceruicibus incumbit. Il. κ, de duobus canibus in venationibus exercitatis, Ἠ' κεμάδ' ἠὲ λαγωὸν ἐπείγετον ἐμμενὲς αἰεὶ Χῶρον ἀν' ὑλήενθ' ὁ δὲ προθέῃσι μεμηκώς. ‖Itẽ Festino, Propero, Maturo. Idem Herodian. lib. 4, τὴν ὁδοιπορίαν ἔτι μᾶλλον ἤπειγον. Iter properare dicit Tacitus: Festinare fugam & Maturare fugã Virg. Idẽ Herod. l. 3, τὸν θάνατον ἐπεῖξαν τοῦ γέροντος. Properare mortem eo significatu dicit Tacitus. Legitur apud eundem Herodian. lib. 5, μεγάλη σπουδῇ τὰ ὀχήματα ἐπειγόντων. quo sensu Horat. dicit Esseda festinant. Volunt autem huic ἐπείγω ἀντιπαρακεῖσθαι τὸ οἴχεν: vt ἐπείγειν sit οἴχεν πινὰ ἰδίων ὁδῶν εἰς ἔργον.

« Ἐπείγομαι, Vrgeor, Impellor. Od. ν, de naui, Σπερχομένη. ποίον γὰρ ἐπείγετο χερσ' ἐρετάων. Od. ο, itidem de naui, — ἡ δὲ Φεὰς ἐπέβαλλεν ἐπειγομένη Διὸς οὔρῳ. Il. λ, - θάμνοι προρριζοι πίπτουσιν ἐπειγόμενοι πυρὸς ὁρμῇ. Dicitur etiam ἐπείγεσθαι ἐξιέναι, Il. ν. Herodian. lib. 4. ἐπειχθεὶς ὑπὸ τῆς γαστρός, Quum vrgeretur desidendi necessitate. ‖Item Festino, Propero, Festino gradu contendo. Il. ζ, Ἀλλὰ σύ γ' ὄρνυθι τοῦτον ἐπειγέσθω δὲ καὶ αὐτὸς, Festinet autem etiam ipse. Herodot. ἢν μὴ ἐπειχθῇς ναυμαχίην ποιεύμενος, Si pugnam naualem committere non festines, Si pugnam naualem non properes aut matures. Thucyd. lib. 3, ταύτης δὲ οὕτω πως ἐπειγομένης, festinãte, de naui. nisi passiuè intelligere malis, Festinis seu citis remis impulsa. Eodem lib. ἐλπίδας εἶναι ἐπειχθέντας ἐπιπεσεῖν ἄφνω, si properassent. Et l. 1, καὶ τινι πιστεύσαντας [χρὴ] ἀποδρασκούσῃς ἐπείχθῆναι, & quo fretis vel subnixis nobis properandum. Herod. lib. 6, εἰς τὰ ἔσω μέρη ἠπείγετο. Dicitur quoque ἐπείγομαι πρὸς τοῦτο, & ἐπὶ τοῦτο, Festino & propero eam rem, seu sedulò incumbo. Et ἐπείγομαι τὴν ταχίστην, Accelero & festino gradu contendo. Aliquand. additur infinitiuus vel genit. eius rei qua (seu ad quam) properatur. Il. ζ, — ἐπειγέσθω οἶκόνδε νέεσθαι. Odyss. α, Ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον, ἐπειγόμενός περ ὁδοῖο. Il. τ, — αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς Μιμνέτω αὐτόθι τέως γε ἐπειγόμενός περ Ἄρηος. In quibus genitiuis Eust. subintelligit ἐπί. Apud eundẽ Hom. Iliad. ψ, dicitur ἐπειγόμενοι περὶ νίκης, festino & citato cursu de victoria contendentes. In illo autem Il. ε, Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν Ὑγρὸν ἐόν, μάλα δ' ὦκα περιστρέφεται κυκόωντι, vel intelligitur coaguli quasi rei animatæ festinatio, vel (legendo ἐπειγόμενον, vt quidam antiqui) plius lactis coactio: vt ἐπείγεσθαι τὸ γάλα dicatur pro cogi & in caseum comprimi ὑπὸ τοῦ κυκῶντος.

‖Ἐπείγομαι signif. actiua, pro ἐπείγω, Vrgeo, Incumbo. Il. ε, Ἀνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ Κρίνει, ἐπειγομένων ἀνέμων, καρπόν τε καὶ ἄχνας, id est ἐπειγόντων καὶ συντόνως καὶ μετὰ βίας πνεόντων, vt scholiorum breuium autor exponit. suprà autẽ pass. signif. de naui dixit ἐπειγομένη Διὸς οὔρῳ. ‖Item Festino, Propero, Maturo. Thucyd. lib. 8 ἐπειγομένων αὐτῶν τὸν πλοῦν, Quum nauigationem properarent seu maturarent. Idẽ l. 6, τὸ καθ' αὑτοὺς περιτείχισιν ἐπειγόμενοι.

Ἐπειγωλή, ῆς, ἡ, Studium, Assidua, velut properãtis, rei alicuius maturatio. σπουδή, Etymol.

Ἐπειδὸς, έως, Qui summo studio rem aliquã properat & vrget. Est nomen proprium apud Homerum ab hoc ἐπείγω, vt à ἀπέρχομαι ἀπερχειός.

Ἔπειξις, εως, ἡ, Festinatio, Properatio. Herodianus lib. 8, ἐδοιπορήσαντες μετὰ πάσης ἐπείξεως, omni studio iter properantes.

Ἐπείκτης, ου, ὁ, Instigator, Inhortator, Qui ad rem aliquam properandam alium solicitat & inhortatur, Qui & ipse festinat & alium sedulò vrget. ὁ κατεπείγων, vt Suid. illud Pisidis exponit, ὅπως ὑφέξῃ τοῖς ἐπείκταις ἀγγέλοις τοὺς συλλογισμοὺς τῆς χρεῶν καὶ τόκων. ‖Ἐπείκτης eidem Suidæ dicitur etiam ὁ τῶν κοχλίων ἀπαιτής.

C. ΚΑΤεπείγω, Vrgeo, Adurgeo. Il. ψ, Achilles quũ eos qui cursu certarant, præmiis affecisset, dicit Nestori dare se ei phialam, etiamsi non cucurrerit, quoniam χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει, id est senectus eum vrgeat & premat, seu ei incumbat. Demosth. contra Apatur. οἱ δὲ χρήσαι κατήπειγον αὐτὸν ἀδίκως, creditores hominem iniquè vrgebãt. Polyb. ὅταν τὰ τῆς περιστάσεως κατεπείγῃ, quũ necessitas & inopia vrget, B. interpr. Thucyd. lib. 1, ξύμβασιν ποιησάμενοι καὶ ξυμμαχίαν ἀναγκαίαν πρὸς τὸν Περδίκκαν, ὡς αὐτοὺς κατήπειγεν ἡ Ποτίδαια καὶ ὁ Ἀρχεδίκης, quòd Potidæa eos vrgebat & maturare cogebat, Eis instabat. Isocr. ἐὰν κατεπείγῃ, Si res vrgeat. Vnde in particip. τὸ κατεπεῖγον, negotium vrgens. Luc. τάλαντον σοὶ κομίζω, ὅπως ἔχοις πρὸς τὰ κατεπείγοντα χρῆσθαι. Isocr. τὰ μάλιστα κατεπείγοντα, primo quoque tempore agenda. Et apud Plutar. Pericle, τὰ κατεπείγοντα ἔργα. Isocrates verò in Pan. dixit, τῶν ἐν ἐκείνῳ μὲν τῷ χρόνῳ πραχθέντων, ῥηθῆναι δὲ νῦν οὐ κατεπειγόντων, pro Quæ dicere necesse non est, Quæ vt dicantur non opus est. ad verbum, Quæ vt dicatur nõ vrgent. ‖Κατεπείγω exponitur etiã Instigo, Incito, Stimulo. Plato, ἡ φιλοτιμία κατήπειγεν αὐτόν, Honoris eum amor stimulabat. ‖Κατεπείγω, Festino, Propero, Maturo, Accelero. vt ἐπείγω. Plut. κατήπειξε τὴν μάχην. ‖Κατεπείγομαι, Festino, Propero, neutr. Greg. κατεπειγόμεθα ἀλλήλων, Certatim festinantes, Inuicem se trudentes ob festinationem. Bud. interpr. ‖Item Studiosus sum. Bud. ex Polyb. 5, ἐβουλόμην ἄν σε καὶ λίαν αὐτὸ τῆς ἵππων κινάδους ἀγχι καὶ σαμβύκας. οὗτος γὰρ ὁ νῦν βασιλεὺς κατεπείγεται.

ΕΠΙ', præpos.quæ prout huic vel illi casui iũgitur, hanc vel illam signific.habet. ‖Ἐπὶ CVM GENIT.Super. Hom.Od.τ,v.94. Εὐρυνόμη φέρε δὴ δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ.Idem ξ,— ἐπ' αἴγκῶνος κεφαλὴν σχέθε. Aristoph. Pluto, τὰς χύτρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε. Idem, ἐπὶ ξύλου καθεύδεις.i. ἐπὶ ξύλου καθήμενος. vt ἐπὶ χοίνικος μὴ καθῆσθαι, Plut.Super chœnice non sedendum,vel Chœnici non insidendum.Et ἐπὶ τῶν ἵππων καθήμενοι, Pæd.4. At ἐπὶ κόρρης παίειν, Gall.quidem est Frapper sur la ioue, (quod sur est Lat.super)dicitur tamẽ Lat.Cædere in maxillam. Interdum verò ὢν ἐπὶ cum genit.id significat quod Gallis, superintendent,Lat.autem Præfectus. vt Act. Apost.cap.8,ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς,qui præerat vniuersæ illius gazæ, id est vniuersis illius thesauris. Sic Gall.Superintendent des affaires. Curtium autem præpos.Super ita vsum esse docet Bud.p.489. Idem p.præc.ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων interpret.A secretis:& οἱ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν,Ab epistolis.(sicut etiam dicitur A cyathis,ὁ πρὸς ταῖς κύλιξι) affertur & ex Polybio in v.lex.Λεόντιος δ' ἐπὶ τῶν πελταστῶν, Μεγακλέας δ' ἐπὶ τοῦ γραμματείου. Et Ἀλέξανδρος δ' ἐπὶ τῆς θεραπείας.(vbi ἐπὶ significare officium annotatur.)Huiusmodi est & ἐπὶ τῶν φονικῶν καθεστῶτες. Lucianus autem vsus est hac construct.in eadem signif.cum verbo τάττεσθαι: vbi dicit Iupiter Ganymedi,ἐπὶ τοῦ νέκταρος τετάξῃ:quod Bud.vertit Eris à cyathis. Talẽ esse vsum huius præpositionis existimo & apud Demosth.vbi dicit διαφθείρειν τοὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων. Vt item Lat. Super cum ablat.ponitur interdum pro De, sic & ἐπὶ,quod cum genit.sæpe est Super,interdum sonat & De.vt ἐπὶ τοῦ καλοῦ λέγων παιδὸς,apud Plat.Charmide.Sic ἐπὶ πόλεων λέγεται,de vrbibus dicitur. ‖Ἐπὶ, Coram, Apud, vt ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων, Luc.Coram tot testibus.pro quo & ἐν μάρτυσι dici, docui antea in Ἐν. Plato De leg.lib.12,τούτων εἶναι γραφὰς ἐπὶ τῶν αὐτῶν, coram iisdem iudicibus.Sic Luc.γράψομαί σε παρανόμων ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος, Coram Rhadamanthe, vel potius Apud Rhadamanthem te accusabo.Sic autem vicissim dicitur ἀπολογεῖσθαι ἐπί τινος.vide Bud.p.15. Signif.autẽ Apud & in alio genere loquendi quod Bud.prætermisit, videlicet quum dicitur ἐφ' ἑαυτοῦ λογίζεσθαι,pro Apud se considerare.Sic γελᾶν ἐφ' ἑαυτοῦ, Pæd.1. ‖Ἐπὶ,In.vt initio Olynth.2,ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανερὰν γιγνομένην τῇ πόλει, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι. nam per ἐν dicit quod dixerat per ἐπί. (Tale est ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις αὐτὰ λεγόμενα. vbi tamen aliqui interpr. Per multa, vel Multis.) Dicitur etiã al...is ἐπὶ ξένης εἶναι,in peregrina regione esse. Sic autem ἐπὶ pro ἐν videtur sumi in ἐπὶ λογισμῶν εἶναι,Ratio nis compotem esse,vt sit pro ἐν τοῖς λογισμοῖς εἶναι. vide Λογισμός. Et ἐπὶ λέξεως, pro In verbis, vel Verbis tenus apud Thuc.(quum alioqui ἐπὶ λέξεως sit Ad verbũ.quo etiam modo dicitur ἐπ' ὀνόματος quod redditũr aduerbio Nominatim) Sed plerunq; ἐπὶ ponitur pro In habente accus.seu pro Ad,vbi videlicet motus indicatur. Tũc autẽ censetur positus geni .pro accusat.vt Il.γ, in princ.Κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων,pro ὠκεανοῖο ῥοάς. Sic ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν,Il.α Et Od.ο,—τόν κεν ἄγοιμ' ἐπὶ νηός.Et in Epigr.ἦν ἐπὶ γῆς φθίγγος. Herodot.ἐπὶ Συρίης φέρων.& ἐπ' Αἰγύπτου ῥέειν,(vbi redditur etiã Versus.)Thuc. ἐπὶ Θρᾴκης ἀφικνοῦνται. qualia plurima sunt. nõ apud hunc tantùm,sed & apud cæteros historicos. Est autem cum genit.οἴκου frequens hæc præpositio,itidem in motus signific.(vbi & Atticorum esse putatur)vt in ἐπ' οἴκου ἀπιέναι,vel ἐλαύνειν,Herodot. & ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν,Thuc. ‖Ἐπὶ, Sub,quũ tempus significatur.vt ἐπ' Ἀλεξάνδρου,Sub Alexandro,vt loquitur Fabius,id est tempore Alexãdri.Tale est ἐπὶ Κρόνου. Sic ἐπ' ἐμοῦ,mea ætate,Demosth. Et apud eundem passim ἐπὶ ἄρχοντος, adiecto ei⁹ nomine. ‖Ἐφ' ἑαυτοῦ, Per se, (vt dicitur aliquis per se, vel per se solus aliquid facere.) Thuc.2,καὶ εἴπου ἐπὶ σφῶν αὐτῶν αὐτόνομοι οἰκήσειαν. Apud eundem ἐφ' ἑαυτῶν πλεῖν exponitur καθ' ἑαυτούς. ‖Ἐπὶ cum suo genit.vbi præfixus est genitiuo articulus, redditur nomine adiectiuo:vt τὰ ἐπὶ μέρους,particularia,Bud.772. ‖Sed multo frequentius per aduerbium redditur, non præfixo articulo,vt ἐπ' εὐθείας εἶναι, Aristot.Directè stare. Vide in Εὐθύς.Sic ἐφ' ἑνὸς τεταγμένοι, vertitur aduerbio Sigillatim.Redditur verò & aliis modis,vbi ordinationis sign.habet: vt ἐπὶ τεσσάρων ταξάμενοι τὰς ναῦς,Thuc.Instructis ordinibus quaternûm nauium . Bud. autem apud Xenoph.οἱ δὲ Θηβαῖοι οὐκ ἔλαττον ἢ ἐπὶ πεντήκοντα ἀσπίδων συνεστραμμένοι ἦσαν,interpr.Non minus densa erat acies quàm vt introrsus quinquageni essent armati. Vide eundem Bud. p.632, de illo ἐφ' ἑνὸς τεταγμένοι: itémq; de δέκα ναυσὶν ἐπὶ μιᾶς τεταγμένοι. At de ἐπὶ κέρως ἄγειν & de ἐπὶ μετώπου ἰέναι(quæ huc & ipsa pertinent)lege eundem p.373. Ἐπὶ cum suo genitiuo interdum aduerbio redditur.vt quum illud ἐπ' ὀνόματος interpretamur Nominatim.Tale est autem ἐπὶ κεφαλαίων ἐπελθεῖν, quod B. vertit Sũmariè percurrere,addens ἀνακεφαλαίωσιν ποιεῖν, ex Demosth. 184.Sed & ἐπὶ στοίχου apud Paus. exponit στοιχηδὸν,item κατὰ στοῖχον.

Ἐπὶ CVM DATIVO, Super.Il.α, Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,Super terram. At Ἐπὶ κρηπῖδι ὁ τεῖχος ἑστήκει ἰσχυρᾷ, redditur potius per ablat. Super crepidine. Xenoph.autem dixit Pæd.5,Κῦρος μὲν ἐφ' ἵππῳ,quum alibi dicat ἐπὶ τῶν ἵππων καθήμενοι, sicut antea docui . Sed Lat.præpos.In potius hîc vtũtur quàm præpos. Super. Dicitur enim aliquis Sedere in equo,vel Insidere equo. Itidem verò ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,verti possit In terra lucẽ intuente. Significat & Super, eo ferè modo quo dicitur à Curtio Iuuenis super armamentariũ positus. Tale quid enim significare ἐπὶ puto in hoc versu Od. ο,Οὖρον ἰὼν κατέλειπον ἐπὶ κτεάτεσσιν ἐμοῖσι. Ἐπὶ, Vltra, vel Præter.Plutar.in Publ.νεκροὶ τριακόσιοι ἐπὶ χιλίοις καὶ μυρίοις.(Ideo autem hanc signif.subiungo illi, quòd itidem apud Latinos præpos. illa Super pro Præter seu Vltra interdum accipiatur) Ἐπὶ redditur Præter & in hoc Xen.loco,Pæd.1,p.4,ὅταν κάρδαμον μόνον ἔχωσιν[vel ἐσθίωσιν] ἐπὶ τῷ σίτῳ, sed alii ἐπὶ τῷ σίτῳ vertunt Cum pane.At Cicero dixit Adhibere nasturtium ad panem. ‖Ἐπὶ rursus apud Homerum in signif.motus.vt Iliad.β, Βομβυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.interpretor enim Prouolant ad flores,seu conuolant:ineptam esse existimãs vulgatam interpr.Volant in floribus . Item Iliad. α, & Od.δ,Ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.pro Egrediebãtur in littus maris.vt sit pro ἐπὶ ῥηγμῖνα.Cæterùm vult Eustathius in loco illo πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν, esse antiptosin pro πέτονται ἐπ' ἄνθεα.vt Iliad.δ, ἦλθεν ἐπὶ Κρήτεσσι pro ἐπὶ Κρῆτας:item ἦλθεν ἐπ' Αἰάντεσσιν pro ἐπ' Αἴαντας:& alibi ἐπὶ νηυσὶν ἐλαύνειν pro ἐπὶ τὰς ναῦς.His inquam aliisque in locis antiptosin esse putat : sed vt in istis atque aliis nonnullis videri potest poeta antiptosi vsus esse vt metro inseruiret,non itidem certè & in illo datiuo ῥηγμῖνι,quum versus ῥηγμῖνα etiã admitteret. Sed hoc addo,in prosa quoque habere ἐπὶ datiuum pro accus. quum dicitur ἐπὶ θανάτῳ συλλαβεῖν . si modò cũ B.apud Isocr.& Luc. vertamus Ad necẽ rapere.Idẽ verò apud Plut.ἐπὶ θανάτῳ φρουρούμενοι vertit Rei pœnæ capitalis. ‖Ἐπὶ apud eundem poetam (vt omnes qui apud eum extant huius præpos.vsus cum hoc casu, ordine persequar)pro κατὰ, Aduersus . vt ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι pro κατὰ Τρώων.Sic ἐπί σοι μεμαῶτε, & ἐπὶ Ἕκτορι ἀκοντίσαι, & ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν,& ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες . Sed admoneo posse iungi atque adeo iungendam esse multis in locis præpos.verbo:vt hîc Οἳ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισιν φέρον πολύδακρυν ἄρηα.nec enim dubium est quin ἐπέφερον ἀλλήλοισι commodius intelligatur.Idem & de isto loco dici potest ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες.Quid autem vetat & quin in modò citatis exemplis,& ἐπόρουσαν ἀλλήλοισιν,& ἐπιθορόντες ἀλλήλοισι intelligamus? Possumus autem in exemplũ huius vsus præpos.ἐπὶ cum datiuo pro κατὰ, afferre & titulum tragœdiæ Æschyli ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις.nec enim dubium est quin sit pro κατὰ Θηβῶν, subaudito etiã participio στρατεύσαντες,aut alio huiusmodi.Non ignoro tamẽ apud Eustathium legi ἐπὶ Θήβας,sed ab eo scriptum fuisse ἐπὶ Θήβαις suspicor. Sic verò & apud Thuc. ἐπὶ φίλοις pro κατὰ φίλων,& ἐφ' ἡμῖν pro καθ' ἡμῶν, aliáq; huiusmodi.

Ἐπὶ in prosa habet & aliam præpositionis Ad significationem apud vtrosque scriptores.ponitur enim interdum pro παρὰ id est Apud vel Iuxta:sicut Ad.veluti quum dicitur ἐπὶ ποταμῷ & ἐπὶ θαλάσσῃ à Thucydi-

de, pro περὶ ποταμὸν & περὶ θαλάσσῃ. (vnde & περιθαλάσσιος) Quale est apud eundem lib. 2, ἡ ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσος, pro Insula Locris finitima. At verò ἐπὶ θύρῃσι apud Homerum & ἐπὶ θύραις apud Aristoph. significat In foribus: licet reddatur etiā Ad fores. || Itē ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς Σικελίας, ex Plat. epist. 8, vt Lat. Ad cōseruationem Siciliæ, pro Siciliæ conseruandæ causa. || In hoc autem Thucydidis loco, lib. 8, ἐπὶ δ' οὖν τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι ναῦς τε εἴκοσιν ὅμως ἐπλήρουν, sic dici puto ἐπὶ τοῖς ἠγγελμένοις ναῦς ἐπλήρουν, vt Lat. dicimus aliquē ad hunc vel illum nuntiū obstupuisse. Ita enim malo quàm ἐπὶ accipere pro Propter. A B

Habet verò itidem diuersas præpositionis In significationes. Ac primùm quod ad vulgatam attinet, ἐπὶ χθονὶ dixi paulo antè non solùm Super terram, sed etiā In terra, posse verti: sicut & ἐφ' ἵππῳ apud Xen. In equo. Tale est autem apud Aristophanem Pluto, ἐπὶ τοῖσι κυρίοισι τῶν καθημένων. Et apud eundē ἐπὶ ταῖς θύραις, quod exposui In foribus. (potest verò reddi & Pro foribus) Sed & hæc exempla huius significationis afferūtur ex Isocr. ἐπὶ τοῖς οἰκειοτάτοις μάλιστα δηλῶσαι: & ἐπ' αὐτοφώρῳ ἑαλωκώς. Et ex Demosth. ἐπὶ τούτοις μὲν ἦν: item ex Xenoph. ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου γενόμενος (vbi tamen propinquā mortem potius quàm præsentem significari puto.) Sed & ex Homero, ἐπὶ φρεσὶ θῆκε. vbi tamen aliqui præpos. verbo iungere maluerunt. || Ἐπὶ iunctum datiuo ἀγαθῷ, aliisque huiusmodi, eadem præpos. In reddendum esse existimo. vt Pæd. 7, ἐπ' ἀγαθῷ τῷ Κύρου καὶ Περσῶν. Sic ἐπ' ὠφελείᾳ apud Isocratem. & illis opposita, ἐπὶ κακῷ & ἐπὶ βλάβῃ, apud eundem. Sic enim Lat. In rem meam vel tuam, & In meam vel tuam perniciem dicunt. Sed ἐπ' ἀγαθῷ possumus & datiuo solo reddere Latiné. ita enim Bono interdum poni cōstat. || Ἐπὶ denique, tū etiam quum potestatis significationem habet, præpos. In reddi potest. Thuc. 2, καὶ τὴν ἐπιχείρησιν ἐφ' ἑαυτοῖς τε ἐνόμιζον εἶναι. Sic Demosth. ἐφ' ὑμῖν ἐστι, In vobis est, pro In vestra est potestate, In arbitrio vestro situm est. Quod etiā dicitur, Penes vos est. Autor Axiochi, ἐπὶ τῇ τύχῃ γενόμενος. Synes. ἀλλὰ τό γε δόγμα τὸ περὶ τοῦ μηδὲν εἶναι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθῶν ἢ κακῶν. Vbi retinet Synes. philosophicum loquendi genus, quod attingit & Bud. p. 566. Dicitur etiam ἐπ' ἐμοὶ ἐστὶ vel γέγονε ποιεῖν τοῦτο. vt Isocr. in epist. ad Timoth. τὸ δὲ χρῆσθαι τούτοις καλῶς τε καὶ φιλανθρώπως, ἐπὶ σοὶ γέγονεν. Sed dicunt item κεῖται τοῦτο ἐπ' ἐμοί. Iungitur & verbo ποιεῖσθαι. estque ἐπί τινι ποιεῖσθαι, alicuius potestati permittere, apud Plut. in Amat. narr. Huc pertinet τόγε ἐφ' ἡμῖν pro Quantum quidem in nobis fuit, Synes. Interdum verò additur infinit. εἶναι, vt apud Lys. καὶ τό γε ἐπ' ἐκείνῳ εἶναι ἐσώθης. pro Quantum in eo fuit, seruatus es. vt Xen. viceuersa dixit Hell. 3, τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι ἀπολώλατε. Nonnunquā autem & ὅσον huic loquendi generi adhibetur. vt ὅσον ἦν ἐπ' ἐκείνῳ, ex Demosthene, pro Quantum in eo fuit. Sed affertur ὅσον ἐπὶ σοί, ex Luciano, pro Quantum ad te attinet. Sic certè accipitur ἐπὶ interdum & sine ὅσον. vt apud Synes. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ ταῖς μάστιξιν ἀπολώλασι, τὸ δὲ ἐπὶ τῇ τῶν σωμάτων ἰσχύϊ ζῶσιν ἔτι μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας. C D E F

Ἐπὶ, Propter. vt quum Cic. hæc Stoicorum verba, φθόνος, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, vertit, Inuidentia, est ægritudo suscepta propter alterius res secundas. Xen. ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει, Propter lucrum, vel Lucri causa. Sic ἐπὶ μικροῖς λήμμασι, apud Herodot. Propter paruos quæstus. Et ἐπὶ [illegible] Polyb. περιεποιήσαντο περὶ τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐπ' ἀρετῇ [illegible] id est (Bud. interpr.) Celebres ob virtutem esse cœperūt: vel Famam virtutis assequuti sunt. Idem Pol. τῶν ἐπ' ἀρετῇ δεδοξασμένων ἀνδρῶν εἰκόνες. Alicubi verò De locum hic habet: vt ἐπὶ μεγάλαις αἰτίαις, Magnis de causis, i. est Magnas ob causas. Sic & apud Thuc. lib. 1, ἔγνωσαν οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίονι λόγῳ ἀποπεμπόμενοι, non optima de causa se dimitti. || Aliquam verò cum hac signif. affinitatem habet ἐπὶ quū conditionem declarat, seu pactum. (qua affinitate deceptos alicubi quosdā interpr. animaduerti) Thuc. 4, αἱ μὲν Πάνδοι ἐπὶ τούτοις ἐγένοντο. X. Pæd. 3, ἐπὶ τούτοις ἔδοξε καὶ ἔλαβον πίστεις τὰ πιστὰ τὸ ἐλεύθερος μὲν ἀμφοτέροις ἀπ' ἀλλήλων εἶναι συνέθεντο. id est His cōditionib⁹. Plut. Alcib. ἐπὶ τούτοις G H

γὰρ οἱ ἄνδρες παρέδοσαν τὴν πόλιν, καὶ ταῦτα συνέθεντο. Vbi obserua addi verbum συντίθεσθαι, sicut & in proximè præcedente Xenoph. loco. Huc pertinent ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, & ἐπὶ ἴσοις καὶ ὁμοίοις, quæ habes apud Bud. p. 976. Interdum verò præcedit ἐπὶ τούτῳ, sequitur ἐφ' ᾧ, vel ἐφ' ᾧτε, cum verbo infinitiui modi, aliquando verò & indicatiui. Plato Apol. ἀφίεμέν σε ἐπὶ τούτῳ μέντοι ἐφ' ᾧτε μηκέτι ἐν ταύτῃ τῇ ζητήσει διατρίβειν, dimittimus te, sed ea tamen conditione (vel ea tamen lege) vt desinas &c. Apud Herodot. cum altera construct. ἐπὶ τούτῳ δὲ ὑπεξίσταμαι τῆς ἀρχῆς ἐφ' ᾧτε ὑπ' οὐδενὸς ὑμέων ἄρξομαι. Sed [illegible] dum etiam ἐφ' ᾧτε eandem signif. habet, non præcedente ἐπὶ τούτῳ. Menander apud Plut. in Consol. ad Apoll. εἰ γὰρ ἐγένου ἐφ' ᾧ γε διατελεῖν δίευτυχῶν ἀεί, pro Si enim e[illegible]ge natus es vt perpetua felicitate fruaris. Et cum futuro indic. Thuc. 4, σπονδὰς τά τε ὅπλα καὶ σφᾶς αὐτοὺς κελεύειν παραδοῦναι ἐφ' ᾧ φυλακῇ τῇ μετρίᾳ τηρήσονται. Alioqui ἐφ' ᾧτε capitur pro Vt, sequente infinit. vt ἐφ' ᾧτε πωλεῖν, Aristoph. Vt vendāt. Et ἐφ' ᾧτε μετέχειν eidē Aristoph. Apud Thuc. ἐφ' ᾧ schol. aliquot locis exponit οὗ χάριν: & apud eundem ἐφ' ᾧτε ἀξίωσιν, pro ἐπὶ τῷ ἀξιοῦν, Halicarnass. scribit esse eius idioma. Apud Synes. autem Budæus ἐφ' ᾧ Γεννάδιον ἔγραψεν, reddit Quare Gennadium detulit. addens & interpr. hanc, Ita vt Gennadium deferret. Apud eundem Bud. vide & alia exempla huius ἐφ' ᾧτε p. 954. quorum tamen maior pars illam conditionis significationem habere mihi videtur. Lege & de ἐπὶ ῥητοῖς ibidem. Sed addo quod nec ab illo, nec ab aliis annotatum reperi, videlicet quum ἐπὶ iungitur datiuo μισθῷ, aliisque nōnullis, conditionis itidem seu pacti significationem hac præpositione includi. vt Il. φ, Παρ' Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν Μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ. Sic & in plur. ἐπὶ μισθοῖς apud Herodianum, lib. 1, [illegible] ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐδέχετο. At in v. l. ἐπὶ μισθῷ apud Xenoph. redditur Pro mercede: nō Pacta mercede, aut Proposita certa mercede, vt ego vertendū censeo. Sic verò & cum datiuo δώροις seu δωρεαῖς. Hom. Il. κ, Τίς κέν μοι τόδε ἔργον ὑποσχόμενος τελέσειε Δώρῳ ἐπὶ μεγάλῳ; μισθὸς δέ οἱ ἄρκιος ἔσται Philo De vita M. l. 1, [illegible] ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς μεταπεμφθέντες.

Ἐπὶ, Post. vt ἐπὶ τούτοις apud Thuc. schol. exponit μετὰ ταῦτα. Sic apud Xen. habes cum alibi tum p. 70, ἐπὶ τούτοις & ἐπὶ τούτῳ, (pro quo & ἐκ τούτου.) Synes. καὶ ἥκει τις ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, παῖς ἐπ' ἀνδρί, καὶ αὖθις ἐπὶ παιδὶ φέρων ἀεί τι μοι ξένιον. || At verò Io. 4, v. 27, ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταί istud ἐπὶ τούτῳ sonat potius Interea (& quod Gall. dicitur Sur cela. q. d. Super hoc: vel Sur ces entref[illegible]) [illegible]quàm Postea: multo verò minus Continuò, vt Vet. interpres reddit.

Ἐπὶ, De. Thuc. 2, [illegible] ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα vbi videri possit ἐπ' αὐτῶν esse pro ἐπ' αὐτοῖς: nam ἐπὶ cum genitiuo hoc signifi[illegible]are, antè docui: at ἐπὶ cum datiuo hac in signif. hau[illegible] temere reperiri existimo. [illegible]ssit verò aliquis fort[illegible]sse & Super illis exponere, perinde videlicet acsi di[illegible]eret Super illorum sepulchris.

Ἐπὶ pro Cum accip[illegible] à nonnullis in hoc Xenoph. loco, ὅταν καρδάμον μόνον [illegible] ἐπὶ τῷ σίτῳ, suprà docui: (quod vnicū in v. l. exem[illegible]lum significat huius affertur) sed multo magis hanc interpret. conuenire existimo huic loco Homeri ex hymno in Mercur. — [illegible] Ἀγέρα πυκνὰς δ' ἐπὶ βουσὶ διαπρήσσοντα κέλευθον. item isti Thucydidis (ac similibus) lib. 6, πέμπειν αὐτὸν ἐπὶ τοσούτῳ στρατεύματι, Cum tanto exercitu. Id est Habentem tantum exercitum. lib. 2, ὑποσχόμενος ἀδελφὴν ἑαυτοῦ δώσειν, καὶ χρήματα ἐπ' αὐτῇ. Quale esse videtur apud Libanium, καὶ [illegible] παλλακὴν αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ γυναῖκα ἐπὶ προικί, Cum dote. Nisi quis malit ἐπὶ hic quoque pacti significationem habere, vt sit Pacta dote, vel Constituta dote. Sic verò & ἐπ' ἐλπίδι quod in aliquibus Testamenti noui locis redditur In spe, & Ob spem, & Sub spe, videtur & Cum spe verti posse. Sic autem & Herodianus dixit l. 3, ἐφ' ἑτέραις εἰσελθὼν ἐλπίσι. || Cæterùm quod de illo Thuc. loco, ἐπὶ τοσούτῳ στρατεύματι dixi reddi etiā posse Habentem tantum exercitum, idem certè & de his Herodiani dicendum videtur: lib. 3, ἐπὶ [illegible] νεανίας ἀνεπαύσατο: & lib. 4, [illegible] ἐπὶ [illegible]

σαντας. Bud. tamen apud Libanium ἐπὶ παισὶ δύο τελευ-τήσας exponit Decedens duobus relictis filiis. Sed eodem res redit. A

Ἐπὶ cum datiuo in signif. temporis, vt ἐπ' ἤματι apud Hesiodum in Erg. circa principium, Vno die. Sic autem exponitur & apud Homerū Il. τ. — ἐπ' ἤματι δακρύσαντας, Vno die, vel Per vnum diem. (Apoll. autem in hoc loco, — ὀνόσεσθαι ἐπ' ἤματι νύκτα φυλάσσω, accipit ἐπ' ἤματι pro Vltra diem, seu Post diem: ideóque ad præcedentia potius pertinet hoc exemplum.) Affertur in vl. & ἐφ' ἡμέρᾳ ex Aristide alio sensu. nam hæc eius verba, τοὺς τῶν ἄθλων γυμνασίοις οὐκ ἀχθόμεθα, ἐντυγχάνοντες ἐφ' ἡμέρᾳ, redduntur ita, Certaminum exercitationes nō grauatè ferimus diem de die producentes. At ego crediderim ἐφ' ἡμέρᾳ potius esse Per totum diem. In iisdem ἐπὶ κυνὶ vertitur Tempore caniculæ. B

Ἐπὶ sunt qui superuacaneum existiment in iis locis, qualis est hic Athenæi, vbi de Curio Romano scribit, ἐπὶ γογγυλίσι διεβίω πάντα τὸν χρόνον: & hic Synesii, ἀριστῶμεν δ' ἐπ' ἀλφίτοις, ἤδιστοις μὲν ἐμφαγεῖν, ἤδιστοις δ' ἐμπιεῖν: necnon iste eiusdem. τὰ δ' μειράκια ἐπὶ κοσκίνοις ζωχεῖ καὶ ἰούλοις. Bud. certè illum Athenæi vertit, Rapis viuebat, & Rapas semper esitabat pro pulmentario. Ego autem existimo, vel potius suspicor (nec enim ex tēpore quicquam pronuntiare ausim) ἐπὶ in huiusmodi locis tale quid significare quale Intra, quum dicitur Intra legem epulari, vt si dicā Epulor intra cibos lege præscriptos, vel Intra cibos pauperibus etiam concessos. C

Ἐπὶ cum accus. Ad, in motus signif. Aristophanis Pluto, ἐπὶ τὴν θύραν ἐβάδιζεν. Idem, ἐπὶ τὸ Κέρβερον ἦλθες. Lucianus, ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐπορεύετο. Plato epist. 7, ἔπεμψεν ἐπ' ἐμὲ τριήρη. Huc pertinet κλίνειν ἐπὶ δόρυ, vel ἐφ' ἡνίαν &c. item ἐπὶ δόρυ ἐπιστρέφειν, vel περισπᾶν. quæ vide in Δόρυ & Ἡνία. Item ἐπὶ θάτερα, ἐφ' ἑκάτερα, ἐπὶ τάδε, vide in singulis nominibus. Alicubi etiam cum verbis motum non signif. vt καθίζεσθαι ἐφ' ἑστίαν apud Thuc. vbi itidem seruari potest Ad. At verò in ἐφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι & in ποιεῖσθαι ἐπ' ἐξουσίαν, aliisque huiusmodi, non vertimus præpositione Ad, sed vertimus, In suam potestatem redigere, aut Suæ potestatis facere: de quibus vide in Ποιέω & in Ἐξουσία. ‖Ἐπὶ, Cōtra, Aduersus. vt ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν, Isocr. Et ἐφ' ὑμᾶς παρασκευάζεται, Demosth. ‖Ἐπὶ, Super, Supra. vel Per, (vt dicitur Per mare & per terrā vagari) in his ἐπὶ πόντον ἄγοντες. Hesiod. κ. εος εἶν ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν. Rursum Hom. Πλάζετ' ἐπ' ἀλλοθρόων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε. Idem, ἤδη πολλὴν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν. Vbi verò non est verbum motus, redditur etiam Inter vel Apud: vt Odyss. ξ, Οὕτω γάρ κέν μοι ἐϋκλείη τ' ἀρετή τε Εἴη ἐπ' ἀνθρώπους. ‖Ἐπὶ pro Vsque ad, ex Dione, νοσήσαντα δὲ ἐπὶ θάνατον. Cicero autem quod Aratus dixit ἀπὸ χειρὸς ἐπ' ἰξύν, vertit, Lumborum tenus à palma. D E F

Ἐπὶ in signific. temporis. vt ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον, & ἐφ' ὅσον χρόνον, Tandiu & Quandiu. pro quibus dicitur sæpius ἐπὶ τοσοῦτον & ἐφ' ὅσον, subaudito χρόνον. aut etiam accipiendo illa neutraliter, vt quum dicitur ἐπὶ πολύ, ἐπὶ πλεῖον. De quibus ac similibus vide in ipsis nominibus. Sic & de ἐφ' ἡμέραν, in Ἡμέρα: & de ἐπὶ χρόνον, pro Aliquādiu, in Χρόνος. Sed & ἐπὶ τὴν ἕω, pro Sub auroram, id est sub exortum auroræ, ex Thuc. affertur.

Ἐπὶ τρίς, Ter, vacante ἐπὶ. Act. Apost. c. 10, τοῦτο δ' ἐγένετο ἐπὶ τρίς. vt Gall. *Par trois fois* pro *Trois fois*. G

Ἔπι pro ἐπὶ, in anastrophe: vt Iliad. α, — ᾧ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα, pro ἐπὶ ᾧ, sed cuius loco dicitur ἐφ' ᾧ. ‖Item Ἔπι, pro ἔπεστι, ab ἔπειμι: vt ἔνι pro ἔνεστι. &c.

¶Ἔπι sine casu, Desuper, Supernè. Apoll. Arg. 2, ἐπὶ δὲ λόφοι ἐσσείοντο. Sed in huiusmodi locis possunt nonnunquam subaudiri genitiui.

ἘΠΕΚΕΙΝΑ, pro ἐπ' ἐκεῖνα, aduerb. & loci & temporis. Interdum verò Illic, vt Polit. apud Herod. lib. 6, πρὸς Ἀσσάκης λέγεται τὸ γένος Παρθυαῖος ἀναπεῖσαι τοὺς ἐπέκεινα βαρβάρους ἀποστῆναι Μακεδόνων, illarū regionum barbaris. Idem lib. 7, τό, τε στρατόπεδον πᾶν τὸ σὺν αὐτῷ, οἵ τε ἐπέκεινα πάντες ἄνθρωποι ἔγνωσαν, cuncti illius regionis mortales. Idē lib. 4, πᾶσαν ἀνατολὴν κεχειρῶσθαι, καὶ τῆς ἐπέκεινα βασιλείας πάντας αὐτοῦ παρακεχωρηκέναι, cūctos illi[9] regni H

mortales. Interdū Vltrà. Idē Herod. lib. 4, τῶν δὲ ἀπὸ μεσημβρίας ἐθνῶν, Μαυρουσίοις μὲν καὶ Νομάσι, Λίβυες τε τὰ παρακείμενα, Ἀντωνίνῳ παραδεδόσθαι· τὰ δὲ ἐπέκεινα μέχρι ἀνατολῆς, προσήκειν τῷ Γέτα, Quæ verò vltra eas partes extendantur, vsque ad orientem. In qua significatione nonnunquam casus additur, & præpos. vim obtinet. Idem Herodian. lib. 2, οἵ τε ἐπέκεινα Τίγρεδος καὶ Εὐφράτου σατράπαι, Satrapæ trās Euphraten Tigrimque habitantes. Arrian. in 6, καὶ τὰ ἐπέκεινα τοῦ κόλπου εἰς τοὺς Σκύθας. Cui oppositū EST Ἐπὶ τάδε, Citra: synonymū AVTEM ὑπέρκεινα, vt annotat Bud. Quò pertinet quod in vulg. lex. est, καὶ εἰ ἡλικία τῆς ἀκμῆς ἐπέκεινα, & si ætas vigorē excesserit. Ibidem illud Aristid. ἐν τοῖς ἐπέκεινα πάσης δημοκρατίας τῶπῳ, vertitur, Hæc sunt supra omnem democratiam. ‖Est verò etiam aduerbium temporis, vti dixi. Isocr. 147, ἐν γὰρ τοῖς ἐπέκεινα χρόνοις οὐδένες πώποτε κρείττονες ἡμῶν εἰς ταύτην τὴν χώραν εἰσέβαλλον, id est Bud. interpr. Ante illud tempus, Ante huius cladis tempora, Retro actis temporibus. Idem Helen. enc. ὥστε τὸν μὲν ἐπέκεινα χρόνον οἱ δυστυχοῦντες ἐν τοῖς βαρβάροις, τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἠξίουν ἄρχειν, Ante illud tempus, Ante bellum cum Troianis pro Helena recuperanda gestum. Vnde mox in redditione subiicit, μετ' ἐκεῖνον δὲ τὸν πόλεμον. &c.

ἘΠΙΚΟΥΡΟΣ, ὁ, ὁ & ἡ, Qui oppugnatis auxilio venit, Auxiliator: quēadmodum σύμμαχος, belli inferendi socius. Il. ζ, Τρῶες ὑπέρθυμοι, τηλέκλητοί τ' ἐπίκουροι. Hermipp. apud Athen. lib. 1, ἑκάστης πόλεως ἢ χώρας ἰδιώματα describēs, Ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας, ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους. Vnde Hellen. 7 apud Xenoph. quidam Arcadibus adulans, fortitudinis eorum τεκμήριον affert ὡς ἐπικούρων ὁπότε δεηθεῖέν τινες, οὐδένας αἱροῦνται ἀντ' Ἀρκάδων. Plut. Pericle, νεῶν ἐπικούρων τοῖς Σαμίοις προσφερομένων, Nauibus subsidium ferētibus Samiis. ‖Ἐπίκουροι apud Thucydidem lib. 6 pag. 216, dicuntur quos paulo antè δορυφόρους vocarat: ὁ δὲ τοῖς ἐπικούροις φέρειν τὰ ὅπλα ὑπολαβεῖν. sic etiā p. præcedēte; videlicet 215, ἐπικούρους schol. exponit φύλακας. vbi dicit τοῖς μὲν πολίταις φοβερόν, ἐς δὲ τοὺς ἐπικούρους ἀκριβές. ‖Ἐπίκουρος generaliter accipitur pro quouis auxiliatore & opitulatore. Vt apud Euripidem Orestes patrem apud inferos agentem rogat, ἐπίκουρον μολεῖν τοῖς δεομένοισι. Sic apud Thucydidem l. 3 dicitur, τὰς παλαιὰς ἀρετὰς debere τοῖς ἀδικουμένοις ἐπικούρους εἶναι. Apud Xenophōtem verò lib. 7 Pæd. de eunuchis dicitur, ἄδοξοι ὄντες παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις, καὶ διὰ τοῦτο δεσπότου ἐπικούρου προσδέονται. Apud eundem ἐπίκουρον ψύχους, ferēs auxilium & remedium contra frigus. De etymologia autem huius vocabuli vide in ἐπικουρέω. ‖Ἐπίκουροι Hesych. præter βοηθοὶ & σύμμαχοι, sunt etiam ἐπίσκοποι: item ἧλοι ξύλινοι. ¶Ἐπίκουρος est etiam philosophi nomen qui summum bonū in voluptate collocabat. VNDE Ἐπικούρειος, Epicureus, Qui Epicurum sequitur. Item adiectiuè de re aliqua dictū, vt ἐπικούρειον δόγμα, apud Plutarchum. & ἐπικούρεια ἄσθμα in Epigr.

Ἐπικουρία, ας, ἡ, Auxilium. Isocr. Busi. τοῖς σώμασιν ἰατρικὴν ἐξεῦρον ἐπικουρίαν. Xen. Hell. 6, ἐπικουρίας δεόμενοι. Et ἐπικουρίαν ποιήσασθαι apud Thucydidem lib. 1, pro Auxiliū ferre, βοηθεῖν. Apud eundem lib. 8, ἐπικουρίᾳ σωζόμενοι, Auxiliaribus copiis incolumes redditi. Auxilia etiam Lat. plur. num. appellant.

Ἐπικουρικός, ή, όν, Auxiliaris. Thucydides lib. 7, φθερεῖσθαι αὐτῶν τὰ πράγματα, ἐπικουρικὰ μᾶλλον ἢ δι' ἀνάγκης, ὥσπερ τὰ σφέτερα, ὄντα, Res eorum perituras, vt quæ magis auxiliari exercitu quàm militibus necessitate coactis starent. Et Ἐπικουρικὸν n. gen. Auxilia, Auxiliares copiæ. Thucydides lib. 4, μισθωσάμενοι ἐκ Πελοποννήσου ἐπικουρικόν.

Ἐπικούριος, ου, ὁ, Apollinis epitheton ab ope ferenda, Auxiliaris.

Ἐπικουρέω, ῶ, Auxilior, Auxilio venio, Suppetias fero, propriè iis qui bello petuntur. Iliad. ε, de Amphio, ἀλλά ἑ μοῖρα Ἦγ' ἐπικουρήσοντα μετὰ Πρίαμόν τε καὶ υἷας. Item generaliter. Opē fero, Auxilio venio. X. Pæd. 7, ἐγὼ δ' ἔρχομαι ὑμῖν ἐπικουρήσων. Idē νόσοις ἐπικουρῆσαι, dixit, Morbis auxiliaria adhibere remedia. Vult autem Etymolog. præpos. ἐπὶ in hoc vocabulo significare τὸ δέον καὶ τὸ πρέπον, quoniā κούροις, hoc est iuuenibus, decet

πολεμεῖν καὶ συμμαχεῖν. VNDE Ἐπικούρησις, εως, ἡ, Opitulatio, Auxilium. Eurip. Androm. εὑρεῖν ἐπικούρησιν κακῶν, malorum remedium. ET C. Δυσεπικούρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui difficulter auxilium ferri potest, Cui auxilio venire difficile est. Alcidam. δυσεπικούρητος ἀπορία.

ἘΠΙΠΟΛῆΣ, In superficie, In summitate. Plut. De solert. anim. loquens de hirundinibus, λίμνης ἢ θαλάττης ἐν χρῷ παραπετόμεναι, ψαύουσι τοῖς πτίλοις ἐπιπολῆς, extremis pinnis aquæ superficiem contingunt. Galen. ad Glauc. ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος, In summa cute. Sic Alex. Aphrodis. ἡ ψώρα ἐπιπολῆς οὖσα τοῦ δέρματος, in superficie cutis. Et τὸ ἐπιπολῆς, Quod in superficie est, Ipsa superficies corporis alicuius. ἐπιφάνειαν alio nomine dicũt. Idẽ Probl. διὰ τί τοῖς λυπουμένοις ὠχρὸν γίνεται τὸ ἐπιπολῆς, sũma cutis seu sũma corporis pars. Citatur ex eodem κατ' ἐπιπολῆς, per summas partes. (AT ἐξεπιπολῆς quo quidã vsi sunt, simile esse existimantes τῷ ἐξαίφνης, dicentes ἐξεπιπολῆς τοῦ παντὸς, Phrynichus ἄτοπον esse scribit: quemadmodum & apud Lucian. in Solœcista Socrates ὁ ἀπὸ Μόψου, quum quidam diceret ἐξεπιπολῆς, ipse dixit ἐκ τῆς ἐπιπολῆς, quasi deridens. Citatur tamen ex eodem Luc. de luctu, τὸ πρόσωπον ἐξεπιπολῆς ἀμύσσειν, faciem per summa laniare.) Exponitur etiam Suprà, ἄνω, ἐπάνω. Aristoph. τῆς γραὸς ἐπιπολῆς ἔνεισιν αἱ χύτραι, Super vetulam sunt. Et ἐπιπολῆς τινος εἶναι, est Editiorem & conspectiorem esse. VNDE Ἐπιπολαὶ Syracusis dicebatur pars ciuitatis editior & eminentior. Thuc. lib. 6, ἐὰν μὴ τῶν ἐπιπολῶν κρατήσωσιν Ἀθηναῖοι· χωρίου ἀποκρήμνου τε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως εὐθὺς κειμένου. Etymologiã verò paulo pòst his verbis subiungit, ἐξήρτηται γὰρ τὸ ἄλλο χωρίον, καὶ μέχρι τῆς πόλεως ἐπικλινές τε ἐστὶ καὶ ἐπιφανὲς πᾶν εἴσω· καὶ ὠνόμασται ὑπὸ τῶν Συρακουσίων, διὰ τὸ ἐπιπολῆς τοῦ ἄλλου εἶναι, ἐπιπολαί. vbi ἐπιφανὲς εἶναι & ἐπιπολῆς εἶναι, quasi synonyma sunt. Itidem Bud. apud Aristot. lib. 9 De histor. anim. ἡ τῶν μυρμήκων ἐργασία πᾶσίν ἐστι ἐπιπολῆς ἰδεῖν, interpr. Conspicua est omnibus & manifesta. Apud eundem ἐπιπολῆς ἰδεῖν interpr. In promptu est videre. C. p. 1057.

Ἐπιπόλαιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ET Ἐπιπολιαῖος, (in v. l.) Superficiarius, Qui in superficie tantùm corporis alicuius extat, non autem in ipsius corporis profundum penetrat. Vt ἐπιπόλαιος ὑγρότης, Alex. Aphrod. ἐπιπόλαιον τραῦμα, Lucian. ἐπιπόλαια ἕλκη, Diosc. lib. 1, cap. 87. ἐπιπολαίους λειχῆνας αἴρει, apud eundem lib. 1, cap. 177. ἐπιπολαίους λέπρας ἀφανίζει itidem apud eundem lib. 3. ἐπιπόλαιοι ἀμυχαί, Gal. ad Glauc. ‖ Vnde metaphoricè ἐπιπόλαιος dicitur Leuis, Non profundus, Nõ penetrans. Bud. oppositum esse dicit τῷ βαθεῖ, id est alto: vt ἔννοια βαθεῖα vel νόημα βαθὺ, sententia acuta & altæ intelligentiæ: cui ἐπιπόλαιος opponitur, quasi triuialis & ἡ τυχοῦσα, inanisque. Idem p. 1056 apud Hermog. ἐννοίας ἐπιπολαίους καὶ κενὰς exponit οὐ περινενοημένας καὶ βαθείας, sed inanes futilésq; & superficiarias, in quibus nihil est sensus reconditi. Suidas quoque illud, ὁ δὲ Σιλβανὸς, ἐπιεικὴς μὲν ἦν, καὶ τἄλλα ἱερὸς καὶ ἁπλούστερος τὰ ἤθη καὶ ἐπιπόλαιος, exponit οὐ βαθὺς, forsan pro Non vafer, & qui aliud in pectore clausum haberet, aliud in lingua promptum. Apud eũdem Suidam τὸ ἐπιπόλαιον ex quodam dialectico, esse dicitur πᾶν τὸ ἐκ βραχείας ἐπιστασίας ἐλεγχόμενον: cuiusmodi sunt quædam ἐρωτήσεις καὶ προτάσεις & συλλογισμοὶ, qui ἐπιπόλαιον habent τὸ πιθανόν. vbi argumenta quæ adferuntur, probabilia quidem tanquam in superficie apparent, at reuera & in se talia non sunt. ‖ Ἐπιπόλαιος, Extans, Nõ intus latens. Sic capitur illud Xen. Symp. οἱ μὲν σοὶ [ὀφθαλμοὶ] τὸ κατ' εὐθὺ μόνον ὁρῶσιν· οἱ δὲ ἐμοὶ, καὶ τὸ ἐκ πλαγίου, διὰ τὸ ἐπιπόλαιοι εἶναι, Quia sunt emissitii & extantes. ‖ Vnde metaph. capitur pro Euidẽs, Non obscurus, Perspicuus. Aristot. Rhet. 3, διὸ οὔτε τὰ ἐπιπόλαια τῶν ἐνθυμημάτων εὐδοκιμεῖ, οὔτε ὅσα εἰρημένα ἀγνοούμενά ἐστιν. ἐπιπόλαια γὰρ λέγομεν τὰ παντὶ δῆλα καὶ ἃ μηδὲν δεῖ ζητῆσαι. Ἐπιπόλαια enim (inquit Bud. p. 1057) ab ipsis Græcis dicũtur Quæ non intus latent, sed per summa apparent. Aristot. Polit. 3, ἢ τοῦτο ἐπιπόλαιον ψεῦδος; euidens mendacium. Et in eodem, ἐπιπολαιοτάτη τῆς ἀπορίας ζήτησις, facillima & maximè euidens quæstio. Sic 1 Ethic. cap. 5, φαίνεται ἐπιπολαιότερον εἶναι τοῦ ζητουμένου. VNDE Ἐπιπολαίως, In

A superficie, idem quod ἐπιπολῆς. Suid. ex Iosepho, τιτρώσκει αὐτὸν ἐπιπολαίως, In summa cute. ‖ Item Leuiter, Non vehementer, Bud. ex Aristot. Probl. καὶ ἡ χολὴ δὲ ἡ μέλαινα φύσει ψυχρὰ καὶ οὐκ ἐπιπολαίως οὖσα. Aristot. Ethic. 9, cap. 5, προσπαίως εὖνοι γίνονται καὶ ἐπιπολαίως στέργουσιν, leuiter. Q. d. in superficie pectoris amorem hærere, at non in ipso corde radices egisse. de quibus paulo antè dicit, εὖνοι μὲν γίνονται, καὶ συνθέλουσι, συμπράξαιεν δ' ἂν οὐθέν.

C. Ἐπιπολαιόρριζος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius radices per superficiem
B tantùm terræ sparsæ sunt, non in imam terram penetrant, Radices per summa agens, Radices habens summæ terræ adhærentes. Theophr. De hist. plant. lib. 1 cap. 31, ἐπιπολαιόρριζα, ἐλαία, ῥοιὰ, μηλέα, κυπάριττος. id est (vt Plin. interpr. lib. 16, cap. 31) Oleæ, malis & cupressis per summa cespitum descendit radix.

Ἐπιπολάζω, F. άσω, In superficie sum, Per summa feror, Exto, Existo, Bud. Innato, Fluito: idem quod ἐπικυματίζω & oppositum τῷ ὑφίσταμαι, id est Subsido. Aristot. ἀποθανοῦσαι δὲ αἱ ἔγχελεις, οὐκ ἐπιπολάζουσιν οὐδὲ φέρονται ἄνω, ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων. id est, Plin. interpr. Exanimes pi-
C scium solæ anguillæ non fluitant. Aristot. de testudinibus in summa pelagi euectis, πονοῦσι δὲ καὶ ἀπόλλυνται πολλάκις ὅταν ἐπιπολάζουσαι ὑπερξηρανθῶσιν. καταφέρεσθαι γὰρ οὐ δύνανται πάλιν ῥᾳδίως. id est (eodem Plin. interpr.) Ita vt solis vapore siccato cortice, non queant mergi, inuitæque fluitent. Geopon. ᾠῶν τὸ μὲν ἀποδέον, ἐπιπολάζει· τὸ δὲ πλῆρες, καταφέρεται κάτω. id est (vt Varro scribit) Ouum quod inane, natat: plenũ, desidit. Et quod Columella de humo repastinata dicit, eam, dum recens
rotarum cadi, ab hauriendo, sicut ἀντλία Lucr. lib. 5, Vt fluuios versare rotas atque haustra videmus. Bud. interpr. aquariam (ad rotam vel tympanum). A AT Ἀρυστήρ, ET Ἀρυσις, ET Ἀρύσιχος, Aristoph. schol. est vasculum aptum ad hauriendum: vt cotyla, cyathus, calix. Simonides apud Athenæum lib. 2, Ἔδωκεν οὐδεὶς οὐδ' ἀρυστῆρα τρυγός. Aristoph. Vesp. Ἐγὼ γὰρ εἶχον τούς δε τοὺς ἀρυσίχους. vbi schol. οἰνοχόους à quibusdam exponi annotat: (sicut Eustathius quoque ἀρύσιχον dicit esse κοτύλην οἰνοχόην: & οἴνου ἀρυστῆρα Hesychius κοτύλην) alio verò nomine illud δῖνος vocari ἔοικεν, vt testatur Athen. etiam, adducens Zenophanem. Phrynichus apud Athen. loco citato, κύλιξ' ἀρύσιχον. B SED Ἀρύσεις quod Hesychius ἀρυστῆρας & ἀρυσίχους vocari tradit, ab eodem exponitur quoque τὰς ἀπὸ βυθοῦ πόσεις: quæ expositio conuenit etiam vocabulo ἄμυσις. Scribitur verò apud eum ἀρυσεῖς. Apud Suidam est ETIAM Ἀρυσρίς. quod quidem nô exponit, sed sonat perinde acsi dicas Haustrix. Citat verò hoc hemistichium, Ζωμοῦ τ' ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἀρυσρίδα. Hesychio ζωμήρυσις est ζωμοῦ ἀρυσρίς. sed quid ἀρυσρίς sit, ab eo non annotatur. C Pertinet huc ET Ἀρύταινα, itidem ab ἀρύω deriuatum. est autem εἶδος πλεκανίδος, vt Eust. annotat: Athen. videtur facere synonymum superioribus. Aristoph. autem schol. dicit esse χαλκοῦν σκεῦος ᾧ τὸ ἔλαιον ἐγχέουσιν εἰς λύχνους, in isto Equitũ loco, καί μοι δοκεῖ ἡ θεὸς αὐτὴ τοῦ δήμου καταχεῖν ἀρυταίνη πλουθυγιείαν. Athen. lib. 11, de ὄλπη loquens, ἀρυταίνη μάλιστα ἐοικὸς, ὃ δὴ καλοῦμεν χοᾶ. Pollux l. 10, numerat inter vasa balnearia, ei apponens quasi synonymũ κατάχυτλον, & citans hunc ex Aristoph. versum, βαλανεὺς δ' ὦθει ταῖς ἀρυταίναις. D (VNDE Ἀρυταινοειδὴς dicitur vna è tribus laryngis cartilaginibus, [illegible] oilis & in angustum valde [illegible] desinens, cuius o superius illis vasorum osculis respõdet qui[illegible] [illegible] lauaturis affunditur: cuiusmodi vasa Græci ἀρυταίνας appe[illegible] [illegible]orræus ex Gal. lib. 7 De vsu part.) Sicut ET Ἀρύβαλλος a[illegible] eodẽ Polluce eodem loco inter vasa balnearia recensen[illegible], citante itidem ex Aristoph. Εἶτα καταπένδειν κατὰ τῆς κε[illegible]αλῆς ἀρυβάλλῳ ἀμβροσίαν κατὰ σοῦ. qui locus est in Equiti[illegible]. Ἀρύβαλλον tamen schol. ibi accipit pro marsupio, di[illegible]ens E esse πλεκτὸν ἢ βαλλάντιον, ὃ ἀπὸ ἑλκύθμον κλείεται καὶ ἀνοίγεται: dictum ab ἀρύειν & βάλλειν. quemadmodum itidem & Pollux lib. 10 ἀρυβάλλους (sic enim ibi scribitur) vsurpari annotat ἐπὶ τοῦ ἐπισπαστοῦ βαλλαντίου, citans Antiphanem & Stesich. autores. Eust. ex Athenæo duo huius vocabuli significata pon[illegible]t: nimirum βαλλάντιον συσπαστὸν, (sicque accipiẽdũ ait [illegible]stoph. locũ) & ποτήριον οὐ πόρρω ὂν ἀρυσίχου, κάτω μὲν εὐρύτερον, ἄνω δὲ συνηγμένον, ὡς F ῥηθὲν βαλλάντιον. VNDE Ἀρυβαλλίς, ίδος, ἡ, Etymologico & Hesychio idem quod λήκυθος, Doricè: item & μάρσυππον, idem quod ἀρύβαλλος seu ἀρύβαλος. Apud eundẽ Hesych. est ET Ἀρυβάσταλλον, quod exponit κοτύλη, ἢ φάσκων. esse autem αἰτφάσκων poculi genus. Addẽ dum ETIAM Ἀρυσάνη, ης, ἡ. nam & ipsum ab ἀρύσασθαι deriuatur. vt Athen. tradit ex Timone. videtur autem idem significare quod ἀρύταινα seu ἀρύσιχος.

C. ἈΝαρύτω, Haurio. Idem quod ἀρύτω. VNDE Ἀναρυστήρ, Vas in quod vinum hauritur. Hesychius enim ἀναρυστῆρα esse dicit ἐν ᾧ ὁ οἶνος ἀφύσσεται.

C. ἈΠαρύτω, VEL Ἀπαρύ[illegible], F. σω, Haurio ex. Non dico Exhaurio vno verbo quòd præpositio Ex in hoc cõ G posito aliud significet. ‖ Interdum metaphoricè pro Detraho, velut hauriendo, seu minuo. ἀπαρυστέον inquit Suidas, ἀφαιρετέον, ἀπὸ τοῦ ἀρύω. Plut. πῶς ἄν τις αἴσθ. &c. in principio, οὐδὲ γὰρ ἐν μουσικοῖς τις ἢ γραμματικοῖς ἐπιδιδοὺς γνοίη μηδὲν ἐντῷ μανθάνειν ἀπαρύτων τῆς περὶ ταῦτα ἀμαθίας. Sic apud eundem De tranquillitate animi, ἀπαρυτειν τοῦ πρὸς τὴν τύχην μεμψιμοίρου. id est Detrahere vel minuere de querelis. Est autem eadem ratio huius metaphoræ quæ & in verbo ἀπαντλεῖν, de quo alibi dictum est. Vsurpatur etiam interdum vox passiua Ἀπαρύομαι pro ἀπαρύω seu ἀπαρύτω.

C. ἘΞαρύω, Exhaurio. Item Exprimo. Bacchius enim apud Hippocratem ἐξαρύεται exponit ἐκθλίβεται, vt Erotianus annotat. Sic verò & ἐξαντλεῖται (quod eiusdem cum ἐξαρύεται significationis est) eidem Erotiano est ἐκπιέζεται. In Galeni autem Hippocr. vocab. lexico scribitur ἐξαρύαι. quod itidem exponit ἐκκενοῦται, ἐκθλίβεται: item (secundum alios) ἐξορμᾶται καὶ ἐξορμὴν ποιεῖ. VNDE Ἐξάρυσις, εως, ἡ, Exhaustio. ἀπάντλησις, Galeno in Lexico Hippocr.

C. ἘΠαρύω, ET Ἐπαρύτω, Haurio. Et passiua voce, signif. actiua, ἐπαρύομαι seu ἐπαρύτομαι pro eodem. VNDE Ἐπαρυστήρ, ῆρος, ὁ, idem quod ἀρυστήρ seu ἀρύταινα, Vasculum quo oleum lychno infunditur. Exodi 25, de cande B labro templi, καὶ τὸν ἐπαρυστῆρα αὐτῆς καὶ τὰ ὑποθέματα αὐτῆς. pro quib⁹ in Hebraici textus versione est, Emunctoria quoque & vbi ea quæ emuncta sunt, extinguãtur. ET Ἐπαρυστρὶς, ίδος, ἡ, idem Hesych. quod ἀντλητήρ, Vas aptum ad hauriendum: idem quod ἀρυστήρ & ἀρύταινα. Lib. 3, Regũ (inquit Budæus) in instrumẽto templi legitur hoc verbum pro hydria. Hesychio est etiam ἐλαιοχόης, Vas ad affundendum oleum paratum. quæ expositio tribuitur vocabulo ἀρύταινα ab Aristoph. scholiaste. Exod. cap. 37, de cãdelabro templi, C ἐποίησε τοὺς λύχνους αὐτῆς ἑπτὰ, καὶ τὰς λαβίδας αὐτῆς καὶ τὰς ἐπαρυστρίδας αὐτῆς, χρυσίου καθαροῦ. vbi Hebraici textus versio habet, Lucernas septem cum emunctoriis suis, & vasa vbi ea quæ emuncta sunt extinguantur. Num. cap. 4, itidem de candelabro templi, τοὺς λύχνους αὐτῆς, καὶ τὰς λαβίδας αὐτῆς καὶ πάντα τὰ ἀγγεῖα τοῦ ἐλαίου αὐτῆς. vbi in vulg. Hebraici textus versione est, Cum lucernis & forcipibus suis, & emunctoriis & cunctis vasis olei. Ita ἐπαρυστρὶς modò redditur (secundum eam versionem) Vas vbi ea quæ emũcta sunt, extinguuntur: modò Emunctorium. sed videtur conuenientior Hesychii expositio. Apud Zachariam verò prophetam exponitur Infu D sorium, vt annotatur in v. l.

ΡΥΩ, Fut. ύσω, idem quod ἐρύω, id est Traho: factúmque ex eo κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ε, vt Eustathius tradit: alibi tamẽ scribens ἐρύω ex ῥύω fieri pleonasmo τοῦ ε. Vnde passiua voce signif. act. Il. δ, Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἐρρύσαντο δὲ νεκρούς: id est Trahebant, εἵλκυσαν.

Ῥῦμα, ατος, τὸ, Tractus. ἕλκυσμα, vt Suidas accipit hunc Eunapii locum, πέδα δέ τις ἀπεσπασμένη εἰς τόξου ῥῦμα. Apud eundem εἰς τόξου ῥῦμα προσέπλεον τοῖς Ῥωμαίοις οἱ βάρβαροι, Circumnauigabant, tam propè accedentes vt teE li iactus inter eos distaret. ‖ Ῥῦμα, Funis ad remulco trahendum. Budæus ex Polybio lib. 1, pag. 7, ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπέσησαν τὰς ἱππηγοὺς, ῥύματα δόντες ἐξ αὐτῶν. Et apud Suidam, ἐκ τούτων ἀπήπτον τὰ ῥύματα λαμβάνοντες ἐκ τῶν κατ' ἄλληλα πλοίων. Ibidem, ῥύματα δὲ καὶ πλείω ταῖς σχεδίαις ἐνῆψαν, οἷς ἔμελλον οἱ λέμβοι ῥυμουλκοῦντες οὐκ ἐάσειν φέρεσθαι κατὰ τὸν ποταμοῦ. Remulcum Latini dicunt. Cæs. lib. 3 Belli ciuilis, Submersam nauem remulco multisF que contendens funibus eduxit. VNDE Ῥυμουλκέω, ῶ, id est ῥύμασιν ἕλκω, hoc est Loris funibúsque traho, Bayf. Latini dicunt Remulco trahere seu educere, Remulcando trahere. Polyb. loco citato, τῶν μὲν ῥυμουλκούντων τὰς ἱππηγοὺς. & rursus, ἐνέβαλλον τοῖς ῥυμουλκοῦσι τὰς ἱππηγούς. Strabo lib. 5, πλεῖται δ' ἡ διῶρυξ αὐτὴ μάλιστα νύκτωρ· ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡμέραν ῥυμουλκεῖται δι' ἡμιόνων. Diod. l. 20, ἐπακολουθεῖν δὲ τὰς στρατιωτικὰς καὶ τὰς ἱππηγοὺς ῥυμουλκουμένας ὑπὸ τῶν εἰρεσίαις χρωμένων, Remulco tractas ab iis G qui remigio vterentur, vt Bayf. interpret. Remulcãdo autẽ seu remulco nauis trahi dicitur quæ quum remis non vtatur, sed tantùm vento agatur, vento secũdo destituta, è minore scapha funibus annexa remis trahitur. Vide & locum è Suida in ῥῦμα citatum.

Ῥύσιον, ου, τὸ, Quod trahitur, in locũ videlicet alterius quod ereptum nobis fuerat, τὸ ἀντὶ τοῦ προαρπασθέντος ἀρπαζόμενον, Quod ex incursione hostili pro erepto nobis rapitur, & vt pignus retinetur. Hoc enim propriè significare volunt illud Iliad. de Nestore dictum, Ῥύσι' ἐλαυνόμενος, abigente videlicet boues Itymonei Eleensis, ἀνθαρπάγματα, ἤγουν ἐνέχυρα χρέους.

H Ῥυτήρ, ῆρος, ὁ, Tractor, Qui trahit. Ἡ μὲν ἀκοντιστὰς ἠδὲ ῥυτῆρας οἰστῶν, id est ἑλκυστὰς οἰστῶν, hoc est τοξότας. ‖ Item ἡνία, Poll. Habena seu lorum freni, eo enim equus huc & illuc trahitur. Soph. Aiace, ὀρθὸν ἄνω κίοι(?) δίφρας, μέγαν ἱπποβάτην ῥυτῆρα βαλὼν. Dionys. Halicarn. ἀπὸ ῥυτῆρος καὶ μετὰ μάστιγος ἐλαθεῖσι τοῖς ἵπποις, laxatis habenis & impulsis

flagello equis. Diod. ἀπὸ ῥυτῆρος ἤλαυνεν. Et metaph. apud Pl. De Socr. οὐχ ὑφ' ἡνίας οὐδὲ ῥυτῆρων ἀλλὰ λόγῳ διὰ συμβόλων ἀπευθύνοντες. ET Βρυτὴρ Æolicè pro eodem, vt βρόδον pro ῥόδον.

Ῥυτωρ, ορος, ὁ, idem quod ῥυτὴρ, in prima significatione. ῥύτωρ τόξου Cicero apud Aratum vertit Sagittipotens. pag. 81, lex. Cic.

Ῥυτὸς, οῦ, ὁ, Tractus. Od. ζ, — ἀγορὴ καλὸν Ποσιδήιον ἀμφὶς Ῥυτοῖσιν λάεσσι κατωρυχέεσσ' ἀραρυῖα. id est, tam magnis vt trahendi essent nec portari possent. vel, Extractis erutisque ex terra. AT Ῥυτὰ plur. num. Habena, vel Frenum, quo videlicet equi retrahuntur & inhibentur. Hesiod. Aspide, — ἐφίεσαν ὠκέας ἵππους, Ῥυτὰ χαλαίνοντες, habenas laxantes. id est τὰ χαλινά· κυρίως τὰ λεγόμενα ῥέτινα, vt schol. annotat. VNDE Ῥυταγωγεὺς, έως, ὁ, Lorum quod freno inseritur, & quo equus ducitur, Habena vel lorum equi. Xenoph. Hipparch. προσήκει μὲν εἶναι τὸν ῥυταγωγέα χρὴ ἐκ τῆς χαλινίδιας ἢ ἐκ τοῦ ψαλίου ἠρτημένον, ὅπως ἕτοιμον ᾖ, τὴν ἀριστερὰν χεῖρα λαβεῖν. Dicitur & simpliciter ἀγωγεύς.

Ῥυσμὸς, οῦ, ὁ, Tractus. Dionys. De situ orbis, Οὗτος μὲν Λιβύης ῥυσμὸς πέλει, Idem Libyæ tractus est, Eodem modo Libya trahitur & extenditur: vt ῥυσμὸς sit ἔκτασις, θέσις, διάστασις, seu σχῆμα, τύπος, vt Eust. ibi exponit. Idem eodē l. Σχῆμα δέ τοι Ἀσίης ῥυσμὸς πέλει ἀμφοτεράων Ἠπείρων, subiungens mox quasi etymon nominis exprimens, Ἑλκόμενον κατ' βαιὸν ἐπ' ἀνατολίης μυχά. Citat B. & ex Aristot. lib. 1 De anima, p. 216.

¶ Ῥυστάζω, Fut. ξω, Traho, (ea signific. qua ἑλκέω) vel potius Trahendo rapto. habet enim frequentatiui verbi formam. Odyss. ξ, — δμωάς τε γυναῖκας Ῥυστάζοντας ἀεικελίως, trahentes & vim inferentes mulieribus. Il. ω, de Achille Hectorem raptante, Πολλὰ ῥυστάζεσκεν ἑοῦ περὶ σήμ' ἑτάροιο. Fit autem à ῥύω, vt ἑλκυστάζω ab ἑλκύω: idémque significat quod ipsum ἑλκυστάζω. VNDE deducitur Ῥυσταζέσκω, idem significans. Eust.

Ῥύσταγμα, ατος, τὸ, Violēta tractio & vis mulieri illata, Violentus cum muliere coitus. Etym. ex Lycophr.

Ῥυστακτὺς, ύος, ἡ, Tractio violenta. idem quod ἑλκηθμός. Odyss. σ, — εἴ τις ξεῖνος ἐν ἡμετέροισι δόμοισιν Ἥσμος ὧδε πάθοι ῥυστακτύος ἐξ ἀλεγεινῆς. id est αἰκίας, βιαίου ἑλκυσμοῦ, vt Eustath. exponit.

ῬΥΜΗ, ης, ἡ, Vicus. id est Tractus ille viæ in vrbe vtrinque ædificiis septæ. nam à ῥύω deriuatur. Strigas etiam nōnulli appellāt. Est tamē propriè Striga linea seu sulcus protractus & extentus. Poll. idem est quod πλατεῖα: aliis autem idem quod Homericum ἀγυιά. Act. c. 9, ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην εὐθεῖαν, in vicum qui vocatur rectus. Laciades apud Poll. ὀρθὰς γε τὴν ῥύμην ὡδοιπορήκαμεν.

Ῥυμοτομία, ας, ἡ, Viarum vicorúmque sectio & metatio, Bud. Partitio in strigas. Polyb. de castris Romanorum, τὰ δὲ κατὰ μέρος εἴδη τῆς τε ῥυμοτομίας ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ καὶ τῆς ἄλλης οἰκονομίας, πόλει παραπλησίαν ἔχει τὴν διάθεσιν. Diodorus Siculus, εὐστοχίᾳ τῆς ῥυμοτομίας ποιήσας διαπνεῖσθαι τὴν πόλιν τοῖς ἐτησίοις ἀνέμοις, viarum vicorúmque strigis.

Ῥυμοτομέω, ῶ, F. ήσω, Per vicos partior & seco. seu (vt alii exponunt) Strio, vel Strigo, In strigas seco. Diodor. διαμετρήσας τὸν τόπον καὶ ῥυμοτομήσας φιλοτέχνως. Ioseph. De capt. ῥυμοτομοῦσι δὲ εὐδιαθέτως εἴσω τὸ στρατόπεδον, id est (vt in v. l. exponitur) castra rite distinctis spatiis partiūtur in strigas.

ῬΥΜΟΣ, οῦ, ὁ, Temo currus, Lignum illud longū quod inter equos medium est, & quo currus ipse trahitur. vnde & à ῥύειν dictum est. Il. ω, — ἔρξέσῳ ἐπὶ ῥυμῷ. Plut. Coriol. ξύλον ἁμάξης ᾧ τὸν ῥυμὸν ὑπερείδουσιν. Est autem ῥυμὸς in curru & rheda quod in aratro ἱστοβοεύς: quanuis Pollux ῥυμὸν etiam inter aratri pártes numeret.

C. Ἀκρορρύμιον, ου, τὸ, Extrema seu summa temonis pars, Sūmus temo, τὸ τοῦ ῥυμοῦ τέλος, τὸ ὑπὲρ τὴν ἐκδεδεμένον τοῦ ζυγοῦ, vt Poll. tradit.

C. Ὀκτάρυμος, seu Ὀκτάρρυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Octoiugis, Octo temones habens. vt ὀκτάρυμον ἅρμα, Xen. Pæd. 6, id est currus octoiugis. ἰδὼν τὸ τετράρυμον αὐτοῦ ἅρμα, κατενόησεν ὡς οἷόν τε εἴη καὶ ὀκτάρυμον ποιήσασθαι ὥστε ὀκτὼ ζεύγεσι βοῶν ἄγειν.

C. Τετράρυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Quadriiugis, Quatuor temones habens. Xen. Pæd. 6, συνεζεύξατο δὲ τὸ αὐτὸ ἅρμα τετράρυμόν τε καὶ ἐξ ἵππων ὀκτώ.

ῬΥΤΙΣ, ίδος, ἡ, Ruga. id est cutis in senili corpore in plicas & quasi sulcos contractio. vnde & ipsum à ῥύω deriuatur. Plato de Archeanassa meretrice, ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων πικρὸς ἔνεστιν ἔρως, vel (vt apud Suid. legitur, ὁ γλυκὺς ἕζετ' ἔρως.) Epig. lib. 2, tit. In anus, Οὐδὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκτανύσεις, genarum rugas. Metaphoricè etiam accipitur, vt vocabulum Latinum. Plut. ὥσπερ ῥυτίδας αὐροις ἢ πολιὰς ἐπαγαγεῖν τῇ ψυχῇ τὰς φροντίδας. Plato Symp. λεαίνοντες τὰς τῶν σκυτῶν ῥυτίδας, coria erugantes, seu coriorum rugas complanantes.

C. Ῥυτιδόφλοιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cortices rugosos habens. Epigr.

Ῥυτιδώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Rugosus.

Ῥυτιδόω, ῶ, F. ώσω, Rugo, Corrugo, In rugas contraho. Aristot. διὰ τί τὸ θερμὸν ὕδωρ ῥυτιδοῖ τὸ δὲ πῦρ θερμὸν ὄν, οὔ. Et in pass. apud eundem lib. 5 De gener. animal. τὸ ἄλλο δέρμα καὶ τὸ τοῦ ὄμματος, ῥυτιδοῦταί τε καὶ παχύτερον γίνεται γηράσκοντος. Theophr. lib. 3, cap. 4, ἐρρυτιδωμένα φύλλα, Rugata folia. Luc. τὴν ὄψιν ἐρρυτιδωμένος. VNDE Ῥυτίδωσις, εως, ἡ, Corrugatio. Medici pupillæ corrugationem sic vocant: quæ & ῥύσσωσις. ET Ἀρρυτίδωτος, ου, καὶ ἡ, (q. d. Irrugatus) Qui rugas non habet, Rugarum expers.

¶ Ῥυσσὸς, ET Ῥυσὸς, οῦ, ὁ, Rugosus. Iliad. ι, de Eumenidibus, Χωλαί τε ῥυσσαί τε παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ. Aristoph. Pluto, [πρεσβύτην] ῥυπῶντα, κυφὸν, ἄθλιον, ῥυσσὸν, μαδῶντα, νωδόν. Luc. ῥυσὸς δὲ τὸ δέρμα, καὶ διακεκαυμένος ἐς τὸ μελάντατον, obrugata cute, vietus, retorridus, Budæo interpr. Philostr. epist. 2. ῥυσσὴ δὲ [illegible] καὶ ἔξωρος. Et metaphoricè apud Athen. lib 6, ex Theopompo comico, δεσπότου Γενέσου ῥυσσὰ βουλευτήρια [illegible] Plutar. Symp. 8, τὰ περιόντα ἀκροδρύων ἰσχνὰ καὶ ῥυσσά. [illegible] AT Ῥυσσὰ VEL Ῥυσὴ, substant. à Suida [illegible] ἡ μαράνσις, ἡ γήρανσις.

C. Ῥυσσόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fructum rugosum ferens.

Ῥυσσότης, ητος, ἡ, Rugositas. Plutar. Galba, ἐπισκώπτων τὴν φαλακρότητα καὶ ῥυσσότητα, frontem rugosam, rugis sulcatam & exaratam.

Ῥυσσόω VEL Ῥυσόω, ῶ, F. ώσω, Rugo, Corrugo. idē quod ῥυτιδόω. vnde ῥυσῶσαι, corrugare, Bud. ex Hippiatr. Et ῥυσοῦμαι, rugor apud Dioscor. à quo præter. pass. ἐρρυσωμένος, Rugatus, Corrugatus, In rugas contractus. HINC Ῥύσσωσις, εως, ἡ, Rugatio seu Corrugatio, In rugas contractio. Idem quod ῥυτίδωσις.

Ῥυσσαλέος, ου, ὁ, Rugosus. idem quod ῥυσσός. Nicand. Alexiph. ὀπώρην Ῥυσσαλέην ἐλαιοῖο καὶ ἐκ ψιθίης ἐλίνοιο Κείροντες θλίβουσιν. i. ἐρρυσσωμένην, inquit schol. i. in rugas contractam. ex quo intelligimus maturam.

Ῥυσσαίνω, Rugo, Corrugo. vnde in pass. apud Nicand. Alexipharm. Τοῦ μὲν ὑπὸ γλήνας τε καὶ ἡ ῥυσσαίνεται οὖλα. id est ῥυσσοῦται.

Ῥύσσημα, ατος, τὸ, Ruga, Pellis in rugas contracta. ῥυσσήματα τὰ ἐπὶ τῶν ὄψεων τῶν γεγηρακότων αὐλώματα. Suid. i. (vt Gorræus habet) sordes ac rugæ quæ in senili facie cernuntur.

ἘΡΥ'Ω, F. ύσω, Custodio, Saluo, Saluum & incolumem præsto, Conseruo, Tueor, Defendo. Vnde pass. voce, signific. al. Καὶ τὸν μὲν μετὰ χερσὶν ἐρύσατο Φοῖβος Ἀπόλλων Κυανέῃ νεφέλῃ, custodiit, ἐφύλαξεν. Il. κ, [βουλῆς] Κερδαλέης ἥτις κεν ἐρύσσεται ἠδὲ σαώσει Ἀργείους καὶ νῆας. Iliad. α, — θέμιστας Πρὸς Διὸς εἰρύαται, id est φυλάττουσι, Conseruant, tuētur. Il. χ, de Hectore, Troiæ columine, Οἶος γάρ σφιν ἔρυσο πύλας καὶ τείχεα μακρά. quem locum citans Plato in Cratylo, subiungit, διὰ ταῦτα δὴ ὡς ἔοικεν ὀρθῶς εἶχε καλεῖν τὸν τοῦ σωτῆρος υἱὸν Ἀστυάνακτα: illo nimirum vocabulo σωτῆρος exponens Homericum ἔρυσο, vt sit ἔσωζες. Hesiod. Aspide, Ἥ τ' εἴρυτο κάρη Ἡρακλῆος θείοιο. Apoll. Arg. 2, de dracone aurei velleris custode, ὄφις περί τ' ἀμφί τ' ἔρυται. de quo alibi, κῶας ὄφις εἴρυτο δοκεύων, custodiebat obseruans. Opp. lib. 3 De venat. Εἰρυόμενη φίλα τέκνα, seruans charos pullos. ‖ Item Seruo, Obseruo, ea signif. qua legem aut mandatum seruare dicimur. id est φυλάττομαι, τηρῶ. Il. α, Χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε θεὰ ἔπος εἰρύσσασθαι. ‖ Ἐρύομαι, Libero, Redimo, E periculo eximo trahēdo ad me. Il. χ, Οὐδ' εἴ κεν σ' αὐτὸν χρυσῷ ἐρύσασθαι ἀνώγοι

αἰάχοι Δαρδανίδης Πρίαμος. ‖ Ἐρύομαι, Arceo, Depello, κωλύω. Odyss.ω, de galea, Ἡ δ' οὐκ ἔσχος ἔρυτο διαπρὸ δ' εἴσατο χαλκός, illa verò galea hastam non arcebat aut repellebat. ‖ Ἐρύομαι, Caueo, Effugio. φυλάττομαι, ἐκφεύγω. Iliad.β, de Ennomo augure, Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν.

C. Ἐρυσίπολις, εως, ἡ, Vrbium custos & seruatrix, Vrbium tutatrix & patrona. Mineruæ epitheton, quæ & πολιοῦχος eadem de causa dicebatur. Eustathius, περὶ σωτηρίας πόλεως χεῖρας ἀνέχοντες, ἐρυσίπολιν Ἀθηνᾶν ἐπεβοῶντο, ἤγουν φύλακα πόλεως. Iliad.ζ, Πότνι' Ἀθηναίη ἐρυσίπολι, δῖα θεάων. Sunt qui & ab ἐρύω, id est Traho deriuent: vt intelligatur vrbium vastatrix.

Ἔρυμα, ατος, τό, Tutamen, Tutamentum, Munimentum: quo videlicet nos tutamur & inimicos arcemus. Hesiodus Erg. Καὶ τότε ἔσσασθαι ἔρυμα χροὸς ὥς σε κελεύω, tutamentum corporis contra vim frigoris. Xenophon Pæd.4, θώρακας μὲν, ἐρύματα σωμάτων. ‖ Peculiariter verò ἔρυμα dicitur quo nos contra hostes tutamur: ideóque exponitur, Munimentum, Vallum, Murus, Præsidium. Soph. Aiace, ἰὼν πρὸς ἔρυμα Τρώων, ξυμπεσὼν μόνος μόνοις Καὶ δρῶν τι χρηστὸν, εἶτα λοίσθιον θάνω. id est τείχος, vt scholiastes exponit, Ad Troianorum mœnia. Thucydides lib.6, ταύτωμα ἔπηξαν, καὶ ἔρυμα λίθοις λογάδην καὶ ξύλοις διαταχέων ὤρθωσαν. id est φύλαγμα. Et lib.3, καὶ τῷ ἐρύματι περιβαλόντες, ἠνάγκασαν ὁμολογίᾳ τὴν ἀκρόπολιν παραδοῦναι. id est φρουρίῳ, munitione occupata. Xenophon Hellen.2, ἔρυμα τειχίζοντες. Idem, τὰς πόλεσιν ἐρύματα περιβάλλονται, munitionibus vrbes cinguntur. Herodianus lib.2, φρουρὰν καταλιπὼν τῷ ἐρύματος. Eodem libro, διαφεράντως ἐχυροῖς τε καὶ ἐρύμασι, valido muro munimentisque [illegible] struere. Philo, ἐν ἐρύμασι δυσαλώτοις, in munitioni[illegible] [illegible]missimis. ‖ Ἔρυμα, σπέρμα. Erot. apud H[illegible] ocr.

Ἐρυμνός, οῦ, ὁ, Munitus, Tutus. C[illegible] [illegible]achus hymno in Delum, Κεῖναι μὲν πύργοισι περισκέπεαι ἐρυμαῖς. Thucydides lib.5, χωρίον ἐρυμνὸν καὶ δυσπρόσοδον. Xenoph. in Pæd.1, ἐν δυσχωρίαις αὐτοὺς γιγνομένους ἐν ἐρυμνοῖς αὐτοὺς ὢν ὑποδέξη, in loco tuto & munito. Plutarch. Camillo, πόλις ἐρυμνή, tutissima vrbs. Gregorius. Εὐνὴ μοι στιβὰς ὅδε, αἱ ῥῆγμα σάκκος ἐρυμνός. Hesychio ἐρυμνὸς est ὑψηλός, μέγας, ὀχυρός, σκοτεινός.

C. Ἐρυμνόνωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Tergum habens munitum seu loricatum. Epigr.

Ἐρυμνότης, ητος, ἡ, Munitio (non intelligendo actum muniendi, sed, vt ita dicam, e[illegible]endi munitum.) Philo De vita Mosis lib.1, πρὸς δὲ τὴν [illegible] τῆς ἐρυμνότητα μηχανήμασι καὶ ταῖς ἑλεπόλεσι [φραξάμε]νοι, aduersus locorum munitionem. Xen. Pæd.6, ὅσα τε ἐρυμνότητος προσεδεῖτο, quæque munitione adhuc indigebant.

Ἐρυμνόω, ῶ, F. ώσω, Munio.

ΡΥ'Ω, F. ύσω, idem quod ἐρύω proximè præcedens: id est Custodio, Seruo, Tueor. Iliados ο, ἀλόχους καὶ νήπια τέκνα Προφρονέως ῥύοιτε. Odyss.ξ,— σὺ σπάσδε φυλάσσω τε ῥύομαί τε. Iliad.ο, Ἀλλά ἑ αὖτε θεῶν ἐρρύσατο καὶ ἐσάωσεν Ἕκτορ'. Hesiodus Aspide, Ὅς Θήβης κρήδεμνον ἔχει ῥύεταί τε πόληα. Idem, ῥυσόμεθα κράτος ὑμῶν, vestrum imperium defensabimus. Est verò vsitatum in hac significatione etiam in prosa. Herodianus lib.6, ῥύεσθαι τὰς Ῥωμαίων ὄχθας, tuendis Romano[r]um ripis. Idem eodem libro, ῥύεσθαι γὰρ αὐτοῖς τὰ σώματ' [illegible], οὐ μάχεσθαι, ἀγαπητόν, conseruare seu seruare corpora [illegible]a, nō pugnādo obiicere periculis. ‖ Item Libero, Redimo, Seruo seu conseruo ex periculo, Eximo & extraho è periculo. Vnde ῥύσαι apud Suidam, pro λυτρῶσαι. Passiua autem vox, actiua tamen significatione tam in prosa quàm apud poetas vsitatior. Odyss.μ, Οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπ' ἐκ κακοῦ οὐδ' ἐνοσίχθων, nec enim te exemerit & eripuerit è periculo. Euripides, ὃν θανεῖν ἐρυσάμην, quem morte liberaui. Soph. Aiace, Ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας ἐν ἑρκτῇ δορὸς Ἐρρύσατ' ἐλθὼν μόνος, Vos eripuit, septis videlicet quondam inclusos. Apoll. Arg.2, ῥύσασθε δυσάμμορον ἀνέρα λύμης, liberate calamitate, seruate ex interitu. Laert. in Archyta, οὗτος ἐστιν ὁ Πλάτωνα ῥυσάμενος δι' ἐπιστολῆς, παρὰ Διονυσίου μέλλοντα ἀναιρεθῆναι, Qui Platonem per epistolam à morte quā Dionysius ei parabat, liberauit, seu periculo mortis exemit. (Notandum tamen posse quædam huius ordinis exempla ad priorem etiam significationem referri.) Passiuè etiam sumptum reperitur. Vnde ῥυσθῆναι, pro Liberari citat Budæus ex Basilio. Sic Can.4 Concil. Neocæs. ἐρρύσθη ὑπὸ τῆς χάριτος, per gratiam Dei liberatus seu seruatus est. ‖ Apud Thucydidem verò lib.4, ἐξὸν γὰρ ἀγαθοῖς ῥύεσθαι τὰς αἰτίας, scholiast. exponit ἀπολύσιν. ‖ Ῥύω, seu ῥύομαι, Arceo, Depello, κωλύω, ἀπολύσιν, vt Eustathius exponit illud Od.ψ, Ἠῶ δ' αὖτε ῥύσατ' ἐπ' ὠκεανῷ.

Ῥῦμα, ατος, τό, idē quod ἔρυμα, Tutamen, Tutamentū, Munimentū, Propugnaculū. Soph. καί τοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς, σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται. i. φυλακή, inquit scholiast. Dubiū præsidium & tutamen. Sic remedia atque auxilia ῥύματα dixit Hippocrates. i. βοηθήματα, vt Gal. exponit. quippe quibus è mortis periculo conseruamur, quibus contra mortis vim nos tuemur. ET Ῥύμη pro eodem, apud Hesych. videlicet φυλακή.

Ῥύσις, εως, ἡ, Liberatio, Redēptio. Vtitur hoc vocab. Eust.

C. Ῥυσίπονος, ου, ὁ καὶ ἡ, A labore liberans, Laboris molestiā subleuans: Epigr.

Ῥύσιον, ου, τό, Quod pro redemptione & liberatione alicuius datur. λύτρον, λυτήριον, vt Hesych. & Suid. exponūt. Greg. de passione Domini, Ῥύσιον ἀρχεγόνων ἡμετέρων παθέων. ‖ Vnde & pro pignore accipitur, id est pro ἐνέχυρον, vt Suidas tradit, seu (vt Hesych.) τὸ ἕνεκα ἐνεχύρου κατεχόμενον, παρὰ τὸ ῥύεσθαι τὸ κατεχόμενον. In Ioseph. apud Suid. περὶ πην μὲν γ' ῥύσιοι τῶν πολεμίων ἄγειν. Apud Soph. etiam in Trach. Φόνον φόνου δὲ ῥύσιον πίσω τάλας, schol. exponit ἐνέχυρον seu ἀμοιβήν. dicit ibi Philoctetes se feris & auibus vicē redditurum è quarum captura viuebat, vt quas antè iaculis peteret ad se nutriendum, eæ iam suo vicissim corpore mortuo pascantur. ‖ Item quod datur diis pro restituta valetudine aut salute conseruata. i. σῶστρον, δῶρον σωτήριον. Dionys. De situ orbis, loquens de insulis Cycladibus, Ῥύσια δ' Ἀπόλλωνι χορεῖς ἀνάγουσιν ἅπασαι. Illud autem Eurip. ῥύσια ψυχῆς δῶρα, in v.l. exponitur, Dona quæ animæ prosint & sint salutaria. VNDE Ῥυσιάζω, Pignoris loco capio. ἐνέχυρα λαμβάνω, vt Suid. exp. hunc adespoton locum, φασὶ δὲ τὸν νεανίσκον ἀπελθεῖν καὶ τὴν πάλιν ῥυσιάζειν. ET Ἐρυσιάζω, pro eodem. Eust. exponens Homericum illud Od.λ, Ῥύσι' ἐλαυνόμενος, scribit ῥύσια ἐλαύνειν esse idem quod ἐρυσιάζειν καὶ λαμβάνειν ἀνταρπάγματα ἤγουν ἐνέχυρα [illegible].

Ῥυτήρ, ῆρος, ὁ, Custos. φύλαξ. Odyss.ρ, Αὐτὸς βουλοίμην σταθμῶν ῥυτῆρα γενέσθαι. Opp. De ven.l.3, Διὸς ῥυτῆρας ἀγαυοὺς, Iouis custodes: de Curetibus loquens. ET Ῥύτωρ, pro eodem, Suid. ex Epigr. Πανὶ ὀραίων ῥύτορι βουκολίων. item, Πορφύρεον χαίτας ῥύτορα κεκρύφαλον.

Ῥύτρον, ου, τό, Quod pro liberatione alicuius offertur. idem quod ῥύσιον. Hesych. ῥύτρα exp. λυτήρια, σωτήρια, σῶστρα.

Ῥύστης, ου, ὁ, Liberator, Seruator. σωτήρ, λυτρωτής.

C. ἈΝΑΡΡΎΩ, vel ἀναρρύομαι, Redimo, Libero captiuū, in Pand. & ἀνερρύσθη passiua sign. pro Redemptus est. (ITEM verbale ἀνάρρυσις, Redemptio.) Capitur ἀναρρύομαι etiam pro Reparo, Sarcio. [illegible] Dionys. Halic. l.5, ἀναρρύσασθαι τὴν προτέραν ἧτταν.

Ἀναρρύω, Iugulo, Macto, Sacrifico. quia sacrificantes ἀνέκρων τὰς τραχήλους τῶν θυομένων ἐπὶ τὰ ἄνω βλέποντες. vnde apud Hom. αὐέρυσαν. Etymol. ‖ HINC etiā ἀνάρρυσις, Sacrificiū. Est & nomen diei secundi ἀπατουρίων, vt ait Hes.

¶ Ῥύσκω seu Ῥύσκομαι, idem quod ῥύομαι. id est Tueor, E periculo conseruo. φυλάττω. Il.ω, Andromache de Hectore Troiæ propugnatore & seruatore, Ἦ γάρ ὄλωλας ἐπίσκοπος, ὅς τέ μιν αὐτὴν ῥύσκευ.

ἘΡΥ'ΚΩ, F. ξω, Inhibeo, Contineo. κατέχω, κρατέω. Iliados λ, vnusquisque suo aurigæ iubet Ἵππους εὖ κατὰ κόσμον ἐρυκέμεν αὖθ' ἐπὶ τάφρῳ, decenter continere seu retinere. Item Iliad.γ, Καὶ ῥ' ἵππους μὲν ἔρυξαν ἐπὶ στίχας, id est retrò inhibebant: Budæo interpr. seu (vt alii) Continebant in ordinibus. Itē Impedio, & quasi cursum alicuius inhibeo. Il.ζ, τίς δ' οὐ [illegible] ἀμὲν ἐρύξει, nō impediēt aut inhibebunt. Il.σ, Μηδέ μ' ἐρύκε μάχης, ne me à pugna reuoces, ne me ad pugnā properātē inhibeas & impedias.

Apollon. Argonauticῶν 2, — οὔτι θεοῖς λίτεσθαι ἐρύκω, A
non impedio, non prohibeo, κωλύω. Hesiodus Ergois, Μηδέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι, ab opere faciendo animum tibi inhibeat seu auocet, κωλύσῃ ἀπ' ἔργου, vt Proclus exponit. Item Detineo. Odyss. o, — οὔτι ἔγωγε πολλὺ χρόνον ἐνθάδ' ἐρύξω εἴδομον νόστοιο. Odyss. η, — ἀέκοντα δέ σ' οὔτις ἐρύξει. Iliad. ζ, — Ξεῖνος ἐν μεγάροισιν ἐείκοσιν ἤματ' ἐρύξας. ‖ Item Arceo, Depello. Odyss. α, — ἀκέκτι λιμὸν ἐρύκοι. Et in vulg. l. ἐρύκω λοιμοῦ τοῖς ὅροις, pestem à finibus arceo. Passiuè quoque capitur. Il. ψ, Μή μοι ἐρύκεσθον μηδ' ἕστατον ἀχνύμενω, Hector ad suos equos: id est κατέχεσθε, vt scholiast. exponit: Ne cursus vester inhibeatur. Deriuatur autem hoc verbum ab ἐρύω, propter affinem significationem. nam vt ἐρύω significat Arceo, sic etiam ἐρύκω. Quod autem ad significationẽ primam attinet qua pro Inhibere ponitur, ab ἐρύω. i. traho, nõ incommodè deducitur, quia eũ quem inhibemus, retrahamus. B

C. Ἀπερύκω, Arceo, Repello, Propulso, Abigo. Homerus Il. ρ, — βελέων δ' ἀπερύκοι ἐρωήν. & Odyss. ξ, Ἀλλ' ἀπὸ κεῖνος ἔρυκε. Verbum est ποιητικώτερον. quo tamen vtitur Xenophon, vt & alijs nonnullis ποιητικωτέροις. vt κύνας τρέφεις ἵνα σοι τοὺς λύκους ἀπὸ τῶν προβάτων ἀπερύκωσι. Et alibi, ἀπερύκειν τοὺς λύκους ἀπὸ τοῦ οἴκου. Et cum genitiuo, sine præpositione ἀπὸ, apud eundem, ἀπερύκειν σου τοὺς ἐπιχειροῦντας ἀδικεῖν σε. Suidas quoque ἀπήρυκεν exponens ἀπεκώλυεν, exempla citat ex prosa hæc, ὁ δὲ μόνος ὑφίστατο καὶ ἀπήρυκε τὸ θηρίον. Item, καὶ βάρη συνεχῆ ἐπιβάλλοντες, ἀπήρυκον τοὺς λυμαίνεσθαι τὸ τεῖχος. C

C. Διερύκω, Inhibeo, Impedio, q. d. Medium me interponendo inhibeo, Dirimo. Plut. Lyc. διερύκων γὰρ ἀψιμαχίαν τινὰ μαχαιρικῇ κοπίδι πληγεὶς ἀπέθανε. D

C. ΚΑΤερύκω, Detineo, Inhibeo, Remoror. Od. o, — ὅν τ' ἐσσύμενον κατερύκει, quem abire parantem remoratur. Odyss. α, Μή μ' ἔτι νῦν κατέρυκε λιλαιόμενόν περ ὁδοῖο. Od. δ, — κατέρυκε καὶ ἔσχεθε ἱεμένους περ.

¶ Ἐρυκάκω, ET Ἐρυκακέω, idẽ quod ἐρύκω. i. Inhibeo, Detineo, Remoror. Il. ε, — τοὺς μὲν ἕως ἠρύκακε μώνυχας ἵππους. Odyss. λ, Αἴκ' ἐθέλῃς σὸν θυμὸν ἐρυκακέειν καὶ ἑταίρους. ‖ Item Arceo, Depello. Il. o, — αὐτοῦ ἦλθε κακὸν τὸ οἱ οὔτις ἐρυκάκοι ἱέμενόν περ. E

C. ΚΑΤερυκάκω, idem quod κατερύκω, Inhibeo, Detineo, Remoror. Iliados ω, Μή μ' ἐθέλοντ' ἰέναι κατερύκακε. legitur tamẽ ibi & κατερύκανε, quasi A Κατερυκάνω. Sic verò & ἐρυκάνειν & ἐρυκανέειν in aliquibus exemplaribus scriptum reperitur tanquã AB Ἐρυκάνω ET Ἐρυκανέω.

ἘΡΧΟΜΑΙ, Venio, Eo. Fut. ἐλεύσομαι, & aorist. ἤλυθον ac ἦλθον, tanquam ab ἐλεύθω, de quo suprà. vnde & exempla diuersorum loquendi generum per ἐλθεῖν, aut eius composita cum ἔρχεσθαι & eius compositis ponere non dubitaui. Homerus Iliad. β, ὡς τῶν ἐρχομένων ἄπο, ab illis euntibus. Et ι, γέρας ἔρχεται ἄλλῃ, abit aliò. Cum ἐπὶ vel πρὸς vel εἰς, vt ἔρχεσθαι ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, Demosth. ἔρχεσθαι ἐπὶ τὸ ἄρχειν, Plato. Cũ πρὸς autem, vt ἔρχεσθαι πρὸς τὸ οἴκημα. Cum εἰς, vt ἔρχεταί εἴς σε ἡ ὀργή, Demosth. Et ἐλθεῖν εἰς δύναμιν. Plato De republica lib. 2, pro Adipisci seu nancisci potestatem. Aristides autem alio loquendi genere τό γ' εἰς ἀνθρώπους ἐλθὸν dixit, pro Quantum quidem in viribus humanis situm fuit. Iungitur & cum διὰ, vt ἐλθεῖν διὰ μάχης τοῖς πολεμίοις, Thuc. Apud Herodot. sæpe cum participio futuri, vt ἔρχομαι ἐρέων, & ἔρχομαι φράσων, pro dicere aggredior. Ad verbum, Venio dicturus. id est ad dicendum. vt Gallicè *Ie uien maintenant à parler de &c.* Item ἐρχόμενος, pro Futurus, Instans, vt ex Act. Ap. 18, ἐρχομένην ἑορτήν, festum quod instat. At ex Thuc. ἐρχομένου ἔτους, pro Insequenti anno. G

C. Ἀνέρχομαι, Ascendo. ad verbum, Sursum vado. Herodianus, ἀνελθὼν ἀνελθόμενος εἰς τὸν ἀέρα. Inuenitur etiam, ἀνελθὼν ἐπὶ βήματος, Quum tribunal conscendisset. ‖ Cic. apud Aratum ἀνέρχεσθαι exponit Emergere, Existere. nã quod dicit, Ἠμος ὁ προκύων δύεται, τὰ δ' ἀνέρχεται ἄλλα, Ὄρνις τ', αἰητός τε, τά τε πτερόεντος ὀϊστοῦ Τείρεα, reddit, Obruitur procyon: emergunt alites vnà, Et volucris H
terris existit clara sagitta. ‖ Ἀνέρχομαι est etiam interdum idem quod ἐπανέρχομαι Redeo. ἀνερχομένω, ὑποστρέφοντι, Hesych.

C. 2. Ἐπανέρχομαι, Redeo. Demosth. Pro corona ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπανέρχομαι. ‖ Item Rursus dissero. Itẽ Explico. Bud. p. 109 ex Plat. & Aristot. Sed in hac significatione ab ἐπέρχομαι potius esse videtur quàm ab ἀνέρχομαι.

C. Ἀπέρχομαι, F. ἀπελεύσομαι. Aor. 2, ἀπῆλθον, Abeo, Exeo, Discedo. Interdum absolutè, i. sine casu. Cum genit. vt ἀπελθὼν τῆς οἰκίας, Quum abisset domo, vel Profectus domo. vel Egressus domo. Sic ἀπελθεῖν τοῦ βίου, E vita decedere, Abire è vita, vt Cic. loquitur. & ἄπελθε τοῦ λόγου, apud Euripidem, Abi à sermone, pro Missum facito sermonem. Sic Cicero dixit, Sed abeo à sensibus, pro Missum facio de sensibus sermonem. Interdũ additur præpos. ἀπὸ vel ἐκ, vt apud Isocratem, ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν. Nonnunquam construitur cum præpos. εἰς vel πρὸς. vt ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, &, ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἄρχοντας. Iungitur interdum cum accus. ὁδὸν, sicut & simplex ἔρχομαι. vt ταύτην ἀπῆλθε τὴν ὁδόν, Abiit hac via. nã à Latinis dicitur quidem Ire viam, item Redire viam: sed Abire viam si dicitur, certè rarò dicitur enim potius per ablatiuum, via. Græci quoque dicunt non solùm per Accusatiuum, sed per datiuum, ἀπελθὼν ἐκείνῃ τῇ ὁδῷ.

Ἀπέρχεσθαι dicitur etiam res inanimæ, vt apud Anacreont. dicuntur ἀπελθεῖν capilli, id est Abiisse, pro Defluxisse. Marc. 1, lepra ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ. Sic Nausea abiit, Pestilentia abiit apud Lat. At Matth. 4, ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν, id est Abiit rumor de eo in totã Syriam, vel Iuit fama [illegible] per totam Syriam. vt dixit Virgilius, It fama per vrbe

Ἀπέρχεσθαι, Mori. vt [illegible] id Lat. Decedere alicubi etiam Excedere. [illegible] δὲ κίνδυνος, εἰ ἀπέλθοις τῇ φθορᾷ συνηθ[illegible] μὴ τὴν ἀφθαρσίαν ἀμφισεσάμενος. Citatur e Chrysostomo ἀπελεύσομαι itidem pro Moriar, I[illegible] loco, ἴσως κατὰ μικρὸν ἀπελεύσομαι χρόνον. Sic & apud L[illegible]ertium ἀπελθόντες dicuntur mortui, vt in Plat. vita, εἰ [illegible] ἔτι διήκουσε Σωκράτους ἐκεῖνος ἢ ἀπελθόντος [illegible] Κ[illegible] τε καὶ Ἑρμ[illegible].

Ἀπέρχεσθαι, Redire, pro ἐπανέρχεσθαι, apud Thucydidem, si Suidæ credimus. ἀπέλθῃ, inquit, ἀντὶ τοῦ ἐπανέλθῃ, Θουκυδίδης. Demosthenes autem pro ἀποδρᾶναι, id est Aufugere. Sed fortasse scripserat Thucydides ἀπέλθῃ πάλιν. vt & Isocrates ἀπῆλθε πάλιν dicit pro ἐπανῆλθεν, rediit: in Panegyr[illegible], λέγεται δ' οὖν περὶ μὲν Ἀμαζόνων ὡς τῶν μὲν ἐλθουσῶν [illegible] μία πάλιν ἀπῆλθεν.

C. Διέρχομαι, Transeo, Pertranseo, Prætereo. Iliad. γ, versu 198, de ariete, Ὅς τ' οἰῶν μέγα πῶϋ διέρχεται ἀργεννάων. Sic Μακεδονίαν διέρχομαι, 1. Corinth. 16. Et διήρχοντο Φοινίκην καὶ Σαμάρειαν, Act. 15. At verò alibi cum διὰ, vt Ioan. 4, διέρχεσθαι διὰ τῆς Σαμαρείας. Et διέρχεσθαι τὸν βίον, Vitam traducere, Vitam transigere. Dicitur etiã λόγος διέρχεσθαι à Thucydide & Platone, vt Latinè Rumor peruadere. Ita enim malo interpretari, metaphoram retinendo, quàm Dimanare. ‖ Διέρχομαι, Dissero, Enarro, Commemoro. Plato De republica 2, ἅπερ περὶ τῶν δικαίων διῆλθε. Sed magis ad verbum, Percurro, seu Percurro oratione. Dicitur verò & διέρχεσθαι à Platone Percurrere legendo. Iam verò & quod Isocrates κατ' Λοχίτου, pag. 194 dicit διελθεῖν πρὸς ἑαυτὸν & à Budæo redditur Secum reputare, Animo versare, malim, itidem verbum Percurrere retinens, interpretari, Animo & cogitatione percurrere, eodem tamen alioqui sensu. Budæus autem apud Isocratem περὶ ἐμαυτοῦ διελθεῖν vertit etiam Oratione habere. Alicubi certè διέρχομαι vertitur etiã Enumero, Percenseo. quo etiam modo Budæus interpretatur Act. cap. 17, v. 23, διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν. quum alioqui vulgò reddatur ab interpretibus Prætereiens, legentibus videlicet seorsim, non autem iunctum accusatiuo σεβάσματα.

C. 2. Διεξέρχομαι, Pertranseo, Peruado. Aristoteles De mundo, μέχρις ἂν διὰ τοῦ παντὸς διεξέλθῃ. Et διεξέρχομαι χώραν, Plutarchus Lycurgo, Per regionem iter facio, eadem construct. Thuc. διεξεληλύθασι διὰ πασῶν ζημιῶν.

q.d. Percurrerunt omnia suppliciorum genera. At verò apud Isocr. τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν καὶ δεινῶν οὐ διεξῆλθον; pro Non consectati sunt? Bud. quem vide p.332. Et διεξελθεῖν τῷ λόγῳ ibidem, Oratione prosequi, Enarrare, Explicare. Item, διεξελθεῖν λόγον, Plat. Sed dicitur & διεξελθεῖν sine datiuo. vt Philo De mundo, διεξελθόντες περὶ τῶν ὅλο χερσαίων ἐν κόσμῳ φυτῶν. Quinetiam pro Lego apud Herodianum l.1, διεξελθεῖν τὴν γραφήν.

C. Εἰσέρχομαι, VEL Ἐσέρχομαι, Ingredior. Item Eo ad, Accedo. Il.γ, Ἤδη καὶ Φρυγίην εἰσήλυθον ἀμπελόεσσαν. Et Od.ο, πείνη δ' οὔποτε δῆμον ἐσέρχεται. Herodian.2, ὡς λαθόντες τό, τε στρατόπεδον εἰσελθόντ' ἀνδρῶν κενόν. In vulg.l. εἰσέρχεσθαι εἰς τὸ βουλευτήριον ex Æschine pro Adoptari in curiam. At εἰσέρχεσθαι περὶ γραφῆς, Demosth. Postulare & causā dicere: & ἀγῶνα vel γραφὴν εἰσελθεῖν, necnon εἰσελθεῖν sine adiectione, pro eodem: vide Bud.p.110. Item εἰσέρχεσθαι τὸν Δία, Subire personam Iouis: quod & ὑποδύεσθαι dicitur. Item εἰσελθεῖν εἴς τινα, pro Conuenire eum domi. Bud.p.110, ex Lysia. Ibidem affert ex Platone εἰσέρχεται αὐτὸν δέος. (Sic autem cum dat. ex Herodoto, εἰσελθεῖν αὐτοῖς ἡδονήν) Et cum accus. (quæ multo frequentior est constructio) ex eodem, ἀλλ' οὐδ' ἐπιθυμία ταύτης τῆς συνουσίας ἐσέρχεται τοῖς πολλοῖς. Item, εἰσῆλθε δέ με φοβηθῆναι. Sic Lat. res aliqua dicitur Subire animum vel incessere animum alicuius, aut Incessere aliquem. De quibus ibidem. Affertur & ex Eurip. ὅ μ' εἰσέρχεται, pro Quod mihi in mentem venit.

C.2. Ἀντεισέρχομαι, Vicissim ingredior, In prioris lo ū subeo, Succedo. Naz.

C.2. Παρεισέρχομαι, ET Ὑπεισέρχομαι, Subingredior, Irrepo, Irrependo ingredior. Sed ὑπεισέρχεσθαι interdum signific. etiam Subire animum, Occ... vt Lucianus De mercede conductis, ὑπεισέρχε... τὸ μηδ' ὑπ' ἄλλου αὖ κα... ...

C.2. Συνεισέρχομαι, Vnà ing...

C. Ἐξέρχομαι, Egredior. Cum genit. vt ἐξέρχομαι τῆς πόλεως, vel τῆς οἰκίας. Quo dixit modo Synesius, ἐξελθὼν τοῦ σώματος. id est ad verbum, Egressus è corpore. Dicitur etiā ἐξέρχεσθαι εἴς τινα τόπον: vt Xen. ex Prodico scribit de Hercule, ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν, quod Cicero Exisse in solitudinem. Xenoph. autem ἐξέρχονται εἰς τοὺς ἐφήβους, Transeunt in epheborum numerum. (Et Hesiodo in Erg. δίκη εἰς τέλος ἐξελθοῦσα, pro Ad finem progressa, potius quàm Egressa: sicut & Thucydides, κρατοῦντες τε τῶν ἐχθρῶν, ἐπὶ πλεῖστον ἐξέρχονται) Sed & cum διὰ alicubi, vt Luc. διὰ πάσης ὡς εἰπεῖν τῆς τελετῆς ἐξεληλυθότες, καὶ πάντα ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος ἐποπτεύσαντες. vbi ἐξέρχεσθαι redditur Peruadere, Permeare. Sine adiectione autem interdum ἐξεληλυθώς, pro Qui in exilium abiit, apud Demosthenem. Nonnunquam etiam ἐξέρχεσθαι ἐπὶ τοὺς πολεμίους (vt apud Xenoph.) Egredi seu prodire aduersus hostes. Et sæpius sine adiectione, vt apud eundem Hellen.7. Budæus autem ἐξέρχεσθαι exponit Obuiam exire hostibus, item Suppetias ire apud Demosth. & Æschinem. Ex quo affert etiam in orat. περὶ παραπρ. p.50, πρώτην δ' ἐξελθὼν στρατείαν, quod exponit Primis stipēdiis. ‖ Denique de tempore etiam dicitur. vt ἐξῆλθεν ὁ ἐνιαυτός, Dem. Elapsus est annus, Exactus est annus. Sic apud eundem, ἐξῆλθον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι.

C.2. Ἐπεξέρχομαι. vide post Ἐπέρχομαι.

C.2. Παρεξέρχομαι, Prætergredior, Prætereo. Itē Egredior. Ex Hom. παρεξελθεῖν πεδίοιο. Et ex Herodot. παρεξελθεῖν τὸν κάμνοντα σιγῇ. At verò Od.ε, παρεξελθεῖν Διὸς νόον (quod & παρὲξ ἐλθεῖν scribitur) Transgredi. Itē παρεξελθόντες, Thuc.8, fortasse pro ὑπεξελθόντες.

C.2. Ὑπεξέρχομαι, (q.d. Subegredior) Clām egredior. Plut. Publ. ὑπεξῆλθε τῆς πόλεως, Clām egressus est vrbe, Subduxit se ex vrbe.

C. Ἐπέρχομαι, Aduenio, Accedo, Venio ad. q.d. ἔρχομαι ἐπί. Iliad.α, Μεῖναι ἐπερχόμενον. Odyss.ο,—ἀγχοῦ δ' ἐπελεύσομαι ἠδὲ βοηθέω. Sophocles autem ex abundanti præpositionē addidit, τὸν αὐτὸν εἰς τόπον Τροίας ἐπελθών, pro ἐλθών. Alioqui cum solo accusat. in prosa significat & Peragrare. vt ἐπέρχεσθαι τὴν Λιβύην, Plutarch. Sic ἐπελ-

A θόντες τὴν γῆν, Diosc. in præf. At οἶμον ἐπέρχεσθαι poeticè Iter facere. Sine casu autem est etiam Superuenio, Ex inopinato venio. Od. τοῖμ' ἐπὶ δ' ὑὸς ἐπῆλθε. Et Od.ξ,—νὺξ δ' ἐπῆλθε. Nonnunquam ἐπέρχομαι & pro Aduento, Appeto: vt inquit Budæus, addens ita videri positum à Paulo Epist. ad Col. c.2, v.7, ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις. Ibidem ex Paus. 226 affert ἐπερχομένη νυκτί, pro Nocte sequenti. paulo post.n. ab eo dici τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα. ‖ At verò quum dicitur ἐπέρχεταί με τοῦτο, vel ἐπέρχεταί μοι,

B aut etiam sequente infinit. ἐπέρχεταί μοι τοῦτο ποιεῖν, vel λέγειν, signif. Cupido incessit, In mentem venit: vt docet Bud. pag.100 & 111. Sic Aristid. ἐπέρχεταί μοι ἀποφαίνειν. Luc. verò dixit & δέος ἐπέρχεσθαί τινι.

Ἐπέρχομαι violentiæ significationem interdum inclusam habet, & sumitur pro Hostiliter ingredior, Inuado, Incurso, B. ex Thuc. 100. Idem alibi ex Plut. in Cic. 277, ἐπέρχεσθαι τὰς πόλεις, Inuadere, Vi tentare. ‖ Affertur ex eodem in Numa, τὴν παρανομίαν ἐπερχόμενον, Vlciscentem. Ex Euripide autem, τάδε σ' ἐπῆλθον pro His te sum aggressus.

C Ἐπέρχομαι, (sicut & διέρχομαι) Percurro, Recenseo. Item Dissero, Disputo. Bud. pag.100, ex Aristot. & Dem. Sed & pro Lego accipitur à Synesio, ἐμοὶ χρίσαι τὸ πολλάκις ἐπελθεῖν, de epistola loquens.

C.2. Ἐπεξέρχομαι, (sicut & de ἐπέρχομαι modò dictum fuit) Incurso, Inuado, siue Excurro & percurso populabundè, vt Budæus exponit in hoc Thucydidis loco, ἐπεξῆλθον τὰ πολλὰ τέμνοντες. Interpr. & Erumpo infesto exercitu apud Isocratem. Vide Comm. pag.100. ‖ Item pro

D Percurro, Commemoro, Dissero, (sicut ἐπέρχομαι) ex Isocrate, ἐπεξήλθομεν ταῦτα. Sed & τῷ λόγῳ ἐπεξέρχεσθαι ex Platone lib.1 De republica, pro Persequi oratione. Item ἐπεξέρχεσθαι pro Perlegere: Basilius, ἐπειδὴ γὰρ ἔλυσα τὴν ἐπιστολήν, καὶ πάντα ἕκαστα ἐπεξῆλθον. ‖ Item Pro Vlcisci, Thucyd. cum datiuo, & Antiph. cum accusat. Item ἐπεξέρχεσθαι τινι, In ius rapere, Iudicium dictare. De quarum signif. vtraque lege B.p.99.

C.3. Ἀντεπεξέρχομαι, In pugnā aduersus inuadentem prodeo, Aduersus τὸν ἐπεξερχόμενον prodeo, Occurro τῷ ἐπεξερχομένῳ, vel Obuiam prodeo. Sic & ἀντεπέξειμι apud Paus.

E C. ΚΑ Τέρχομαι, Descendo. Herodianus lib.1, φασὶ γὰρ αὐτοῦ καὶ Κρόνον, ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, κατελθόντα εἰς γῆν, γενέσθαι ξένον. ‖ Item Redeo vt exul, Postliminio redeo. Budæus ex Demosthene & Aristotele. Æschylus autem ἥκω & κατέρχομαι copulās, vbi dicit ἥκω εἰς γῆν καὶ κατέρχομαι, ab Aristophane irridetur: quū tamen alioqui ἥκω quidem in κατέρχομαι includatur, at non item κατέρχομαι in ἥκω. neque enim quicunque ἥκειν dicitur, is protinus intelligitur κατέρχεσθαι. adeo vt Aristophanem malitiosè hîc cauillari existi-

F mem, quum ait perinde esse acsi quis μάκτραν & κάρδοπον iungat. Fateor tamen istam verborum ἥκω & κατέρχομαι copulationem nimis ἁπλοϊκὴν videri posse.

C. Μετέρχομαι, Adeo. vt Il.ζ, ἐγὼ δ' Πάριν μετελεύσομαι, pro εἰς τὸν Πάριν ἐλεύσομαι, aut certè pro μετά σε εἰς τὸν Πάριν ἐλεύσομαι, inqt Eust. q & Od.γ, Παιδὸς ἐμοῦ κλέος εὐρὺ μετέρχομαι ἤν που ἀκούσω, exp. δ' ἀκολουθῶ ἔρχομαι τῷ πατρός. Admonet autem à posteris Homeri dici etiā de vlciscente, item de eo qui aliquid tractat. Quum tamen alioqui & apud ipsummet Homerum, Iliad.φ, μέτελθε non solùm ἐπὶ τοῦ ὕστερον ἐλθεῖν, sed & ἐπὶ ἐκδικήσεως accipi posse tradat: pag.1244. Cum datiuo autem pro συνελθεῖν ab eo poni idem alibi testatur. Qui vsus apud alios rarus est. At verè cum accusatiuo pro Adire vsi sunt itidem cæteri poetæ. Sed prosæ scriptores pro Accerso potius. vt Demosthenes, ὡς δὲ ἀφικνεῖται ὁ Θεόφημος μετελθούσης αὐτὸν τῆς ἀνθρώ. Et Lucianus,

H ἐγὼ δὲ ἄλλοις ἤδη νεκροῖς μετελεύσομαι. Sed interdum & Quæro, Inuestigo (vt inuestigamus quos accersere volumus.) sicut apud Synesium μετέλθετε τοὺς φαρέας ῥῖνα λαπῶντες. Et μετῆλθον δέρας, ex Euripide Quæsiuerunt pellem. ‖ Alicubi autē μετέρχομαι cū accus. personæ,

exponitur Adiens obsecro: vt in isto Herodoti loco, μετέρχομαί σε πρὸς θεῶν τἀληθὲς εἰπεῖν: & isto, μετέρχεαί με λιτῇσι εἰπεῖν. Sed Bud. exponit simpliciter Obsecrare: item Compellare, Appellare, Alloqui. vt apud eundem ἡ Πυθίη μετέρχεται τοῖσδε τοῖς ἔπεσι. Sic & in Phalar. ep. p. 86, μέτελθε ταύτην αὐτὸς, compella eam, & hoc ab ea contende. Idem exponit & Solicitare. Quod autem ad illam compellandi seu alloquendi signific. attinet, in ea verbum μετέρχομαι aptissime reddi puto Latino Prosequor: vt μετέρχεται τοῖσδε τοῖς ἔπεσι in illo Herodoti loco sit quod Virgil. dicit His dictis prosequitur. atque ita μετέρχεσθαί τινα in hoc loquendi genere sit quasi ἔρχεσθαι μετά τινα, Ire post aliquem, id est Sequi aliquem, Prosequi. Sed & in aliis quibusdā loquendi generibus, μετέρχομαι verbo Prosequi commodè reddi existimo. ‖ Sæpe verò cum eodem accus. personæ pro Vlciscor. Antiphon 101, μετέρχομαι τὸν φονέα τοῦ παιδός. Herodot. μετῆλθον τίσιες Ὀροίτεα. Et ex Euripide cum accusat. rei, μετελθεῖν γάμους Ἑλένης ὑβρισθέντας, Sumere vindictam de nuptiis &c. ‖ Item, Punio: Synes. τῶν πλησίων τὰς μετῆλθε τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Aphthon. τὰ ἁμαρτήματα τῶν παίδων μετέρχονται. ‖ Vt autem μετέρχομαι inclusam habet persequendi signific. in proximè præced. exemplis, (quibus addi potest ex Thuc. τὰ ἐγκλήματα πολέμῳ μετελθεῖν, querelas suas persequi) sic & in iis quæ sequuntur, alioqui diuersis. Atque adeo Cōsectari etiam exponitur, item Ambire. (quod autem ambimus id persequimur, & quidem summo studio) Thucyd. 2, οἱ μὲν ἐπιπόνῳ ἀσκήσει εὐθὺς νέοι ὄντες τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται, fortitudinem consectantur. Plut. in Pol. præc. τὴν ἀγορανομίαν μετερχόμενον, ambientem. Idem, δευτέραν ὑπατείαν μετελθὼν ἀπέτυχε. Budæus verò μετέρχεσθαι à Luciano accipi tradit & pro Exercere, Meditari. vbi meminisse oportet τοῦ μεταχειρίζεσθαι, quod aliquando hoc verbo declarari scribit Eustathius. Esse autem & hic aliquam persequendi significationem fatebuntur qui quàm latè pateat apud Latinos huius verbi vsus considerabunt.

Μετέρχομαι, Transeo. vt μεταληλυθὼς ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, ex Luc. in v. l. Apud Herodianum autem στρατὸς μετελθὼν πρὸς Ἀντωνῖνον, non simpliciter transeundi, sed & transfugiendi signif. habet.

c. 2. Συμμετέρχομαι, pro Concomitor, in v. l. ex Basil. quæ * tamen interpr. suspecta est.

C. ΠΑΡέρχομαι, Prætereo, Epigramm. lib. 2, Δείξεις ταῖς ὥραις πᾶσι παρερχομένοις. Et χρόνος παρελθὼν, Isocrates Archidamo, Tempus quod præteriit, Tempus elapsum. Sic ἡμερῶν καὶ νυκτῶν παρελθουσῶν, Aristot. Huc pertinet illud cuiusdam poetæ, παρέρχεται ὡς ὄναρ ἥβη. Interdum verò cum accusatiuo, vt in cursu dicitur aliquis alium παρέρχεσθαι, id est præterire. Hom. Odyss. Θ, Οἴοισιν δείδοικα ποσὶν μή τίς με παρέλθῃ Φαιήκων. Sed & metaphoricè pro Anteire, Vincere, Superare (vt qui præterit in cursu, vincit.) Plutar. in Camillo, παρελθεῖν τῇ δόξῃ τὸν Κάμιλλον μὴ δυνάμενος. Idem in Publ. ποσοῦτον ἀτυχίᾳ Σύλλαν παρῆλθεν. At verò apud Homerum Il. α, ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι, οὐδέ με πείσεις, sunt quidam qui itidem exponant Superabis: sed alii malunt Decipies. Ego verò existimo perinde esse acsi diceret Non me anteuertes astutia, Non obrepes mihi incauto. ‖ Item Prætereo, id est Prætermitto, Omitto. Aristoph. Vespis, ὡς δ' παντ' ἐπελήλυθεν, κ' οὐδὲν παρῆλθεν. Sed & cū infinit. ex Demosth. παρῆλθέ μοι τοῦτο εἰπεῖν, Præteriit me hoc dicere, Fugit me hoc dicere.

Παρέρχομαι, Prodeo, In medium prodeo, seu Procedo aut Progredior. Thuc. 2, καὶ παρελθὼν ἔλεγε τοιάδε. Idē 3, παρελθὼν αὖθις ἔλεγε τοιάδε. Ibidem, ἐγὼ δ' παρῆλθον οὔτε ἀντερῶν &c. Et cum εἰς sequente accus. vt Æschin. in Ctes. παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Sed & παρελθὼν εἰς μέσον dicitur à Plutarcho in Sol. (quum alioqui παρελθεῖν per se id significet, vt modò docui.) Sed παρελθεῖν interdum non simpliciter est Prodire, seu Prodire in medium, sed Palam omnibus in medium prodire & se iactare. (Vel, In medium prodire ad edendum sui specimen.) Atque Budæus pag. 684, exponit apud Athenæum, αὐλῳδοὶ δὲ παρῆλθον. Idem παρέρχομαι interpret.

Ingredior, Eo, afferens ex Plut. in Antonio, μεγαλωψύχως δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ παρῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὴν Κλεοπάτραν καταπεφίλησεν ἐν τοῖς ὅπλοις. Sed affert & ex eodem & pro Inuado, in Theseo, εἰς τὴν Κνωσσὸν παρελθών.

c. 2. Ἀντιπαρέρχομαι, Contrà prodeo, Aduersus aliquem prodeo.

Multorum annorum sum, In multos annos duro. Vn-
de πολυετεῖ in vulg. lex. Asseruatur in multos annos.
ITEM Τεσσαρακονταέτης ET Τεσσαρακοντούτης, Qui qua-
draginta annorum est, Quadragenarius. ITEM Τε-
τραετὴς, Qui quatuor annorum est, Quadrimus. τετραετὴς
χρόνος, Tempus quatuor annorum, Quadriennium. He-
rodot. A quo EST Τετραετία, ας, ἡ, Quadriennium.
ITEM Τριακονταέτης ET Τριακοντούτης, Qui triginta
annorum est. τριακοντούτεις σπονδαὶ, Fœdera in triginta
annos icta, Fœdera tricẽnalia. A quibus FOEM. Τρια-
κονταέτις ET Τριακοντοῦτις, Quæ triginta annorum est.
Plut. Numa, τριακονταέτις ἁγνεία, Castitas annorum tri-
ginta. In vulg. lex. annotatur τριακοντούτιδας ab Aristo-
phane vocari scorta: indéque ESSE Κατατριακοντουτίσαι,
Cum scortis rem habere. ITEM Τριέτης, Qui trium
annorum est, Triennis. Herodot. τριέτης χρόνος. Et τριετὲς
παιδίον apud Ammon. Puer trimus, seu tres annos na-
tus. At τρίετες aduerbialiter, Triennio, Triennium, Per
spatium trium annorum. Quò pertinet quod ex poeta
Ammon. citat, Ὥς τρίετες μὲν ἔληθε δόλῳ. VNDE Τριε-
τία, ας, ἡ, Triennium. ET Τριετίζω, Fut. ίσω, Triennis
sum, Triennium ago. vt τριετίζων μόσχος, Vitulus trimus
seu trium annorum. Annotandum verò hìc quod
ad accentuum diuersitatem in his compositis attinet,
in communi lingua ea acui, diciq; τριετὴς, διετὴς, & eo-
dem modo in cæteris: ab Atticis autem accentum in
penultimam retrahi: nec id solùm, sed ea ipsa secũdum
normam nominum primæ simplicium declinationis
inflecti, dicique δωδεκαέτης, δωδεκ[αέτου], sicut οἰκέτης, οἰκέ-
του. A quibus fœminina in ις, ιδος: [fo]r[m]atur: vt à τρια-
κονταέτης, fit fœm. τριακονταέτις: vnde τ[ρια]κοντούτιδες σπον-
δαὶ apud Eust. Cæterùm retracto accentu in penulti-
mam Atticorũ more, nihilominus ea nomina infle-
cti ad canonẽ primæ contractorum declinationis, o-
stendit ἑξέτει apud Aristoph. quod Suidas quoque a-
gnoscit, & πεντηκοντούτεις σπονδαὶ apud Plat. & similia alia.
C.Αὐτήτης, Hornus, v.l. ex Hipp. (pro αὐτίτης, de quo suprà)

Simile huic composito ΕΣΤ Τῆτες ΕΤ Τῆτα, Hoc anno. quo vocabulo Synes. crebrò vtitur. Aristoph. [illegible] spis, ὅσοις δίκαι τῆτες μέλλουσιν ἔσεσθαι. PRO quo Τ[illegible] Τῆδες dicunt Dores, teste Suida. ITEM Σα[illegible] apud Hesychium τὸ ἐπ' ἔτος, Doricè. Pro quo in [illegible] tis lexicis ΕΣΤ Σατές: deducentibus INDE Σατανίο[illegible] ρός. Apud eundem Hesychium est ETIAM Σατές, id est ἐπ' ἔτος. A

C. Ἐπέτειος, ου, ὁ καὶ ἡ, Anniuersarius, Annalis, Annũ durans. Budæus ex Theophrasto, φασὶ δὲ οἱ μὲ ἐπέτειον [illegible], οἱ δὲ διαμένειν τὴν ῥίζαν εἰς χρόνον. ‖ Ἐπετείοις ὑμᾶς ὄντας, Suidas exponit ἀμεταβλήτους, ὀλιγοχρόνους, μὴ διαμένοντας ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀεί, ἀψικόρους: dicens metaphoram sumptam esse ἀπὸ τῶν οἰωνῶν μὴ μονίμων ὄντων, ἀλλὰ φερομένων τῇ πτήσει. VNDE Ἐπετειόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vno anno fructificans. in vulgatis lexicis, ex Theophrasto, lib. 1. ET Ἐπετειόκαυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius caulis hyeme moritur. Budæus ex Theophrasto lib. 7, pag. 81. Affert verò & Gazæ interpretationẽ, Qui annuo caule cõstat, etiamsi radices permanent. In vulgatis lexicis exponitur, Qui singulis annis caulem mutat. ET Ἐπετειοφόρος, Qui in singulos annos fructificat, Annuatum fructum ferens. Theophrastus in 1 De causis plantarum, παρὰ μιαν φέρει δὲ ἢ οὐκ ἐπετειοφόρα τῶν δένδρων, τὰ ξηρὰ καὶ ξυλώδη. A quo ΕΣΤ Ἐπετειοφορεῖν, In singulos annos fructum ferre. ET Ἐπετειόφυλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Singulis annis folia mutans. Theophrastus in 7, τὰ δὲ κιχωρειώδη πάντα ἐπετειόφυλλα. Simile τῷ ἐπέτειος (quod ad compositionis formam attinet) ΕΣΤ Μακρέτειος, Qui in longos annos perdurat, Annosus, Longæuus. idem quod μακραίων. B C

C. Ἀμφιετηρίς, ίδος, ἡ, Festum anniuersarium, Festum quod celebratur quotannis. Suidas. ET Δεκαέτηρος, Decennalis. δεκαέτηρος χρόνος, Decennale tempus, Decennium, Plato De legibus 6. P[illegible] quo dicitur ET Δεκέτηρος. vt δεκέτηρος μάχη, Decennalis pugna, Bellum decem annorum. Epigramm. Quibus simile ΕΣΤ Ἐνναέτηρος, Nouennis seu Nouennalis. Hesiodus, βοὸς δ' ἐνναετήρω. ET Εὐετηρία, ας, ἡ, Annuorum prouentuum felicitas, Copiosa ann[illegible] [illegible]riorum redituum exuberantia, Fertilitas. Xenophon Hellenicῶν 5, ὅτι ὁ σῖτος ἐν τῇ πόλει πολὺς εἴη, εὐετηρίας γενομένης τῷ πρόσθεν ἔτει. Demosthenes contra Philippum 4, τὸ τῶν ὠνίων πλῆθος ὁρῶντες καὶ τὴν εὐετηρίαν κατὰ τὴν ἀγοράν. Item Felix anni successus. Aristoteles De historia animalium 8, ὅταν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις εὐετηρία ᾖ, καὶ τοῖς πλείστοις ἰχθύσι συμβαίνει εὐημερεῖν, quum prospere & salubriter hominibus cedit tempus anni, Budæo interprete. Chrysostomus, εἶπεν, εὐετηρίαν, τῶν ἑκάστῳ κακῶν ἐπικειμένων ταχεῖαν ἀπαλλαγὴν αὐτῶν. ET Ὀκταετηρίς, ίδος, ἡ, Octennium, Octennale tempus, Laertio. ET Πενταέτηρος, Quinquennis, Quinquennalis. Odysseæ ξ, ὑς πενταέτηρος. A quo ΕΣΤ Πενταετηρίς, ίδος, ἡ, Quinquennium. ET Πενταετηρικὸς ἀγών, Quinquennale certamen, Maccabæorum 2, cap. 4. Pro πενταετηρίς autem dicitur ET Πεντετηρίς. Thucydides, πεντετηρίδα ἐποίησαν τὰ Δήλια, Delia festa quinto quoque anno celebrarunt. A quo ΕΣΤ Πεντετηρικός, Quinquennalis, Qui singulis lustris recurrit. Huiusmodi est ET Τετραέτηρος, idem quod τετραέτης, Hesychio. VNDE Τετραετηρίς, ίδος, ἡ, Quadriennium. ET Τετραετηρικός, ὁ, ὁ, Qui quadriennio recurrit. vt τετραετηρικὸς ἀγών, certamen quod quarto quoque anno instituitur. ITEM Τριέτηρος, Triennis, Trimus, Triennalis. Epigramm. VNDE Τριετηρίς, ίδος, ἡ, Spatium trium annorum, Triennium. Latini etiam hac voce vtuntur. Martialis lib. 6, — paruus nec adhuc trieteride plena Regulus. Cicero De natura deorum 3, A quo trieterides co[illegible] [illegible]putantur. ET Τριετηρικός, Triennalis, Trieterícus. Virgilius Æneid. 6, celebrant trieterica Baccho Orgia. id est, quæ tertio quoque anno sumptuosiora annuis eius orgiis agitabantur. D E F G H

Ἐτήσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Annuus. Apollonius Argonauticῶν 1, ἐτήσια χύτλα χέονται. Idem ἐτήσιαι αὖραι. Nonnus μνημοσύνην τελέσκον ἐτήσιον. Thucydid. ἐτήσιοι θυσίαι, annuersaria sacrificia. Idem, ἐπ' ἐτησίῳ θεωρίᾳ, annuo magistratu. Aristoteles in Problemat. βορέαι ἐτήσιοι, Aquilones anniuersarii, seu Aquilones etesiæ, vt Plin. vocat. Naz. τὰ ἐτήσια πανηγυρίζουσι, anniuersaria celebrant. AT Ἐτησίαι dicuntur venti quidam ann[illegible]rsarii. Aristoteles De mundo, τῶν ἀνέμων οἱ μὲν χειμῶνο[illegible] [illegible] γὰρ οἱ νότοι, δυναστεύουσιν· οἱ δὲ θέρους, ὡς οἱ ἐτησίαι λεγόμενοι, μῖξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων. id est, Ex ventis quidam hyeme pollent, vt austri: quidam æstate, vt ἐτησίαι, (id est anniuersarii) cinnum quendam conficientes septentrionum atque fauoniorum. Vbi tamen Budæus interpretatur non Fauoniorum sed Subsolano[illegible]um: videturque (vt annotant vulgata lexica) legisse εὔρων, sequutus Strabonem qui libro tertio, Venti (inquit) spirant subsolani, id est εὖροι, qui & etesiæ dicuntur. Gellius lib. 2, cap. 22, Addidissem [illegible] eos qui Etesia & Prodromi appellantur, qui certo anni tempore, quum canis oritur, ex alia atque alia cæli parte spirant. Plinius lib. 2, cap. 47, Huius [caniculæ] exortum diebus octo fermè aquilones antecedunt, quos prodromos appellant. post biduum autem exortus, iidem aquilones constantius perflant diebus quadraginta, quos etesias vocant. Idem lib. 18, cap. 34, de aquilone loquens, Mollit sidera æstate media, mutatque nomen & etesias vocatur. Gorræus annotat ἐτησίας esse anniuersarios vent[illegible] qui circa decimum vel duodecimum diem à caniculæ ortu flare incipiant vsque a[illegible] arcturi exortum, hoc e[illegible], vsque ad æstatis finem: [illegible] uos qui antecedant, πρόδρομ[illegible] appellari: eos autem canis ortu dirimi.

C. Διετήσιος, ὁ καὶ ἡ, Per totum annum durans. Thucydides lib. 2, pa[illegible], ἀγῶσι μὲν γε καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ κατασκευαῖς εὐπρεπέσιν, Ludis & sacrificiis toto anno, ex instituto patrio.

C. Διετίζω, Totum annũ duro, An[illegible]. Budæ[illegible] exponit Peranno; item ex Gaza, Annum solidum traduco. Aristoteles De historia animalium lib. 9, cap. 41, de vespis syluestribus, οὗτοι μὲν οὖν διετίζουσι, καὶ ὁρῶνται τοῦ χειμῶνος ἐκ δρυῶν κοιλομένων ἐκπετόμενοι, seu, vt paulo post addit, ὁρῶν[illegible] [illegible] ὅλου τοῦ χει[illegible], [illegible] differentiam τῶν [illegible]ατῶν, de quibus sequitur, οὐ διετίζο[illegible] [illegible] πάντες [illegible] [illegible]σαν ὅταν χειμὼν ἐπιπέσῃ. Illud autem demonstrans, addit, τοῦ γὰρ χειμῶνος ἀρχομένου μὲν, μωροὶ γίνονται, περὶ τροπὰς δὲ οὐ φαίνονται ὅλως. vt διετίζειν ea dicantur quæ non tantùm verno & æstiuo tempore conspiciuntur, sed etiam autumno & hyeme. Sic idem Aristoteles, οὐ διετίζει ὁ σαῦρος, lacerti vita annum non transit. nam sequitur statim, λέγεται γὰρ ὑπάμιλλος εἶναι ὁ σαῦρος. Theophrastus De historia plantarum lib. 1, cap. 3, ὅσα δ' ἐπετείκαρπα καὶ ὅσα διετίζει, καθάπερ σέλι[illegible]. Gaza verò alicubi διετίζειν vertit Bimatum complere. quemadmodum nonnulli illud Aristotelis paulo antè citatum, οὐ διετίζουσιν, ἀλλὰ πάντες ἀποθνήσκουσιν, ex Plinio interpretãtur, Vita bimatum non transit. Sed verba illa Aristotelis, de vespis sunt, at Plinii, de crabronibus syluestribus.

ΕΥ͂, Bene, Rectè. Iliad. β, Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω. vbi exponi etiam potest Ritè aptè, cly peum. Sic & Iliadis γ, Κτήμαθ' ἑλὼν εὖ πάντα, γυναῖκά τε οἴκαδ' ἀγέσθω. Aristoteles de natura loquens, εὖ δὲ καὶ τὸ τῶν ὀδόντων μεμηχάνηται. vbi vel itidem Rectè, vel Aptè seu Commodè exponi potest: ad quas significationes extenduntur interdum illæ [illegible]tiam Latinæ particulæ Bene & Rectè. Plutarchus in [illegible] hemistocle, οὐχ ἧττον εὖ τὸν καιρὸν ἢ τὸν τόπον συνιδεῖν. Inte[illegible]dum dicitur εὖ μάλα pro Rectiss[illegible]mè, q. d. Valde rect[illegible]. Opponitur autem κακῶς huic εὖ. sed Thucydides ei [illegible]pposuit & comparat. χεῖρον, lib. 2, εὖ τε καὶ χεῖρον εἰπόντι. Ex Aristide verò affertur εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως, iidem pro L[illegible]ne & malè. Cui simile esse arbitror quod Latini dicun[illegible] Bene vel secus. ‖ Εὖ pro Facilè poni arbitror à Theophr[illegible]sto De plantarum historia lib. 9, μίσγεται δὲ πρὸς τὴν π[illegible], ὅπως εὖ ἐμέσῃ, τὸ τῆς ἐλεβορίνη σάσμα. ‖ Li[illegible] interdum [illegible]t & Latinè Bene, ac Gallicè Bien, idem fere quod ἀκριβῶς, id est Exactè, Planè. Nã vt Hom. dicit εὖ εἰδέναι & pos[illegible] [illegible]ũ cæteri quoque scriptores Græci, sic Lat. interdum Bene nosse, (præsertim tamẽ cum acc. personæ) & Galli scauoir bien.

Nonnunquam verò Sat scire Latini dicunt. Sed tamen in εὖ οἶδ' ὅτι & in εὖ ἴσθι vim illam non retinet, vt apparet ex iis quæ à Budæo traduntur pag. 396. ‖ Εὖ, Feliciter. Il. α, circa principium, Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι. (Vulgata tamē interpretatio est hic quoque, Bene) Sic ζῆν εὖ non dubium est quin ab Aristotele dicatur pro Viuere feliciter, Felicem vitam agere: cum alibi, tum Polit. 7, ὅσοι δὲ ἐν πλούτῳ τὸ ζῆν εὖ τίθενται. Nec verò obscurum est hunc Græci εὖ vsum imitari voluisse Horatiū, q. um cecinit, Si bene qui cœnat, bene viuit: lucet, eamus Quò ducit gula. (Et vicissim Malè pro infeliciter ab eodem poni existimo in hoc versu. Nec vixit male qui natus moriénsque fefellit) Alibi verò Rectè in eadem aut simili significatione dicere videtur, Viuere nec rectè, nec suauiter. In memoriam autem mihi reuocant hi loci alium quendam eiusdem poetæ, in quo cum opinor Græcum καλῶς imitari vel potius exprimere voluisse, (sicut in illis reddidit εὖ) nimirum v. bi scribit, — bene erat non piscibus vrbe petitis, Sed pullo atque hœdo. Et alibi — sic vt mihi nunquam In vita fuerit melius. Sic loquuti sunt alii etiam scriptores Latini. Sed & Pulchrè esse alicui, eodem sensu ab illis quoque dicitur, atque adeo & ab hoc ipso poeta. Talem certè vsum aduerbii καλῶς memini me apud quendam comicum obs[erv]are. ‖ Vt verò ab vno comico ad alium veniam, quid de hoc Philemonis loco dicendum est, in quo εὖ genitiuo iungitur? is est apud Athenæum lib. 13, Οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις Ναὶς γὰρ ἡ θύρα ἐστὶ ἀνεῳγμένη. Ego certè postquam diu multùmque hunc locum expendi, nullam inueni aptiorē expositionem quàm Gallicam. ita enim planè ad verbum dicimus, *Je ne suis pas ...*, vel *Je ne suis pas bien de ma personne*, vt Græcè, οὐκ εὖ ἐμαυτοῦ ἔχω. (Sic autem εὖ cum genitiuo iūgitur, posituni cum verbo ἔχω) Cæterùm non sequor vulgatas Athenæi editiones: sed interpunctionem quæ ibi est post τυγχάνεις, pono post ἔχων, vel potius eam in notam i[nterrog]at[ionis] m[u]to. Video a[u]tem & versum ... dum imperfectum esse, & aduerbium aliquod deesse suspicor significans Statim.

Εὐγενής, q. d. Præclarè natus. id est, Nobili loco natus. (nam Bene natus aliud potius sonat) vide in Γίνομαι. Itidem verò εὖ cum δέχομαι, cum ἔχω, cum ποιῶ, cum δρῶ, cū λέγω, cū ἥκω, aliisque multis verbis, vide in vnoquoq; illorum. Volūt porro quidā gramm. εὖ esse à NOM. Εὖς, id est Bonus. vt ἐῢς παῖς Ἰαπετοῖο. vt videlicet sit tanquam à neutro ἐῢ, factā crasi. SED dicitur & Ἠΰς. vt Iliad. β, — ἠΰς τε μέγας τε. Adeo vt illud alterum ἐῢς sint qui contrà ab εὖ deduci putent. Ab ἠΰς autem putantur esse ET genit. ἑῆος in παιδὸς ἑῆος, vt sit ἠΰς, ἠέος, & per metathesin ἑῆος. Alii tamen aliunde deducunt. Vide Eustathium. AT verò ἐάων, id est bonorum (in δωτῆρ ἐάων) sunt qui ab ἐόν potius deriuent.

Εὖγε, Rectè, Rectè sanè. Aduerbium laudantis, & approbantis seu assentientis. Philo De vita Mosis lib. 3, postquam edictum quoddam Mosaicum retulit, illud laudans, subiungit, εὖγε ὦ πάνσοφε· μόνος ἀμιγεῖς ἠκρατισμένος σοφίας· τὸ κατ᾽ ἐξοχὴν ...ῖον τὸ ὁμοιοῦν ...ς. Lucianus pag. 46, εὖγε, οὕτω ποίει. Et ibidem, εὖγε ἀξία ταῦτα ... Scio tamen neque hic neque illic distingui post εὖγε in vulgatis editionibu[s]: sed ego ex aliis locis distinguendum esse colligo. I[t]am εὖγε pro loco significat quod Gallicè dicimus, *C'est bien faict*, vel *C'est bien dict*, vel *C'la va bien*. adeo vt a[li]cubi reddi posse existimem Laudo fa[ctum]. Latinis [a]utem Euge traditur esse interiectio non solùm assent[i]entis & laudantis, sed etiam congratulantis, & ex[u]ltantis. ‖ Nonnunquam tamen cum ποιεῖν poni[t]ur, eodem modo quo καλῶς. vt Plutarchus Sym[p]os. sept. sapient. εὖγε Χερσίας ἐποίησε μνησθεὶς τοῦ οἴκου, Bene fecit Chersias quòd meminerit, vel Bene factum à [C]hersia, &c. ‖ Interdum verò cum genitiuo. vt [a]pud Luc. εὖγε τῆς παρρησίας. In hoc autem loco & similibus crediderim reddendum Macte. quod vocabulum non ablatiuo tantùm iungitur, vt in Macte virtute: sed genitiuo quoque (sicut εὖγε) vt in Macte animi.

Ἆ εὖγε, insultantis, apud Græcos Bibliorum interpre-vt Hieron. annotat in hunc locum Ezech. cap. 6, καὶ ...ον, εὖγε εὖγε, ὅτι πάντες βεβήλωνται.

E[Υ]OΙ, quasi εὖ οἱ, Bene [sit] illi. Vox est quæ Baccho acclamabatur à bacchantibus mulieribus. Latinè Euoe, & Euohe. Et εὐοῖ Βάκχε, quod Virgilius & Ouidius dicunt Euohe Bacche. Dionysius Alex. de Indis loquens, Καὶ μετ' ... ἱερὸν χορὸν ἱστᾶσι, Ζώματα ... ὅτι νήδεσι ... κλονέοντες, Εὐοῖ Βάκχε λέγοντες. vbi Eustathius annotat εὐοῖ Βάκχε esse ἐπιμηκικὸς λόγος quod Baccho acclamabatur: sicut & εὐάν, vnde εὐάζειν deducitur: diciturque εὔιος ipse Bacchus. Sed alios scripsisse εὐοῖ cum aspiratione, tanquam aduerbium primitiuum ex quodam enthusiasmo proficiscens: alios autem tenuale, accipientes pro εὖ αὐτῷ. Hactenus Eustathius. At ego fateor quidem, vbi non additur vocatiuus Βάκχε, conuenire εὖ οἱ pro εὖ αὐτῷ: sed quum adiungitur, qui quadrare possit, nō video. quis enim εὖ αὐτῷ Βάκχε pro εὖ σοι Βάκχε dicat? Pro me autem facit vnum exemplar cuius inter alia ex regia bibliotheca patri meo facta fuit copia, Dionysium sub typis suis habenti. quum enim ex iis quædam εὐοῖ, quædam εὖ οἱ haberent, in vno εὖ σοι legebatur: Quod nisi ita legamus, εὐοῖ coniunctim scribendum, minimèque ad id quod sonat pronomen οἱ respiciendum fuerit. Ac profectò scrupulum inicit & VOX Σαβοῖ, quæ alteri aliquando adiungitur. (vt à Demosthene Pro corona, καὶ βοῶν εὐοῖ σαβοῖ. vbi Æschini exprobrat, eum aliquando matrem ad sacra comitari solitum, & clamare εὐοῖ, σαβοῖ) quomodo enim & in σαβοῖ separabimus οἱ ab altera syllaba? Vicissim tamen quum Euohe Virgilianum pariter & Ouidianum considero, in eo mihi videor aspirationem particulæ οἱ agnoscere, seorsim positæ. Dicam igitur infrà quomodo nodus hic folui posse mihi videatur.

Εὐάν, alia vox earundem mulierum bacchantium, quam Baccho acclamabant. de qua itidem dubitat Eustathius, an potius diuidenda sit, scribendo εὖ ἄν. Pausanias in Messenicis tradit montem quendam Ithomæ vrbi vicinum Euan fuisse nominatum ab ea voce Bacchica quam & Bacchus & mulieres cum eo bacchantes illo primùm loco ediderint. (At Latinis poetis est Euan & Bacchi cognomen) HINC Εὐάζειν esse constat, id est Euan clamare. Latini poetæ Euare dicunt: sed hoc Seruius poni tradit pro bacchari, à Libero qui Euan appellatur. In Epigrammatis, εὐάζειν Βάκχῳ, pro Orgia Bacchi celebrare. Sed & generalius εὐάζειν pro Celebrare: vnde εὐάζειν πάσχα Nonnus dixit pro Celebrare pascha. Cæterum ex Euare (quo Latini Græcum εὐάζειν reddunt) factum esse Ouare crediderim. EST & compositum Ἀνευάζω, idem significans. Nonnus, μυστιπόλῳ ἀνευάζοντες ἰωῇ. Et cum accusatiuo apud eundem, Χεῖρας ἀνευάζων ...ον, Celebrans, vel Ouando celebrans. propriè tamen Euando celebrans. Cæterum in vulgatis lexicis αὐδάζειν exponitur εὐοιάζειν. quam tamen vocem nusquam reperio: & vereor ne ex Suida per errorem sumpta sit: aliquo videlicet ex εὐοῖ ἄσαι (quo ille exponit αὐδάσαι) faciente εὐοιάσαι, deinde itidem εὐοιάζειν. EX hoc autem verbo fit Εὐασμός, Euatio, Vociferatio bacchantium. Interdum verò & ad aliam vociferationem transfertur. Plutarchus in Antonio, ... μετὰ εὐασμῶν καὶ ... σατυρικῶν. ITEM Εὐαστής, ET Εὐαστήρ, Euator, Celebrator bacchanalium. Ex Epigrammatis, εὐασταὶ pro sacerdotibus Bacchi. Sed & ipse Bacchus εὐαστήρ in iis appellatur.

Εὔιος, Euius, Bacchi cognomen, ita dictum ab illa acclamatione εὐοῖ ductum. Epigramm. lib. 1, in carmine in Bacchum, Εὔιον, εὐχαίταν, εὐάμπελον, ἐγχέ... Horatius 1 carminum ode 18, Sithoniis non leuis Euius. Pro quo male scribitur in quibusdam exemplaribus Euthius. HINC Φιλεύιος, Qui Euium amat, id est Bacchum. At ipse Bacchus ... ex Epigr. Euandi cupidus, Euationis studiosus.

Σαβοῖ, vox quædam bacchantium, quæ à Demosthene A subiūgitur alteri εὐοῖ, vt antea dictum fuit in Εὐοῖ. Item Σαβοὶ, Qui Baccho sunt initiati. Item, Baccho consecrata loca. In vulgatis lexicis exponitur etiam, Bacchi sacerdotes, ex scholiaste Aristophanis: apud quem tamen non ἱερεῖς sed ἱεροὺς legimus: & alibi τοὺς ἀφιερωμένους αὐτῷ τόπους. sed vno in loco, σαβοῖ vocem esse Thracum, in altero Phrygum esse tradit. HINC Σαβάζιος dictus ipse Bacchus (quem tamen alii Bacchi filium putant) à Thracibus: ET Σαβασμὸς quod à Græcis εὐασμός. Vide Harpocr. & scholiasten Aristophanis in Vespas & in Aues. B Cæterùm si σαβοῖ aut σαβοὶ ex Phrygum lingua est, corrumpentium (vt credibile est) Græcum εὐοῖ, non obstabit quominus εὐοῖ scribendum dicamus: atque ita nodus ille de quo suprà, solui posse videtur.

Εὐθὺς, έος, ὁ, (quod ab εὖ & τίθημι deriuat Etymolog.) Rectus, id est Non obliquus, seu tortuosus. Fœmin. εὐθεῖα. Neut. εὐθύ. εὐθεῖα γραμμὴ, recta linea. εὐθεῖα ὁδὸς, recta via. Quo dixit modo Thuc. lib. 8, καὶ παρ' αὐτὴν εὐθὺς ὁ ἐσπλους ἦν. Is qui Demetrius Phal. vocatur τῷ ἀπ' C εὐθείας opposuit πλάγιον: quod & cæteri scriptores faciunt. Cæterùm subaudiēdum sæpe relinquitur substāt. cum εὐθεῖα. dicitur enim εὐθεῖα, pro εὐθεῖα γραμμὴ, (vnde est ἐπ' εὐθείας εἶναι) & pro εὐθεῖα ὁδὸς (vt καὶ τὴν εὐθεῖαν δεικνυούσης Luc.) & pro εὐθεῖα δίκη. de quibus lege Bud. Sed addunt vulg. lex. ἐπ' εὐθείας ἐκτέμνειν ex Dioscor. pro In rectum incidere. Et κατ' εὐθεῖαν pro Directis lineis, ex Aristotele De mundo, διεκπνέουσι πρόσω κατ' εὐθεῖαν, Spirāt directa linea: seu plural. Directis lineis. Sed & alia significatione, videlicet pro Rectè, Iustè, ex Phal. Verùm vt D γραμμὴν illic, ita ὁδὸν subaudire hic oportet. Quod subaudiendum & in illo Luciani loco dixi: idémque nunc dico de isto qui apud Suidam legitur, εὐθεῖαν ἐδόκει εἰς αὐτὴν ἐπὶ τὴν Σελεύκειαν. Necnon de hoc, εὐθεῖα πρεσβεύσασθαι, apud Aristotelem De mundo. (alii tamen subaudiunt γραμμὴ, exponētes Recta linea) Hoc interim fateor, accus. ὁδὸν qui adhibetur his locis, in propria signif. accipi: at in illo Phal. κατ' εὐθεῖαν pro Rectè, Iustè, metaphoricè intelligi debere ὁδόν. Idem porrò & de ἀπ' εὐθείας dico in sequentibus locis: Plutarchus Fabio, τὴν μὲν οὖν ἐπὶ τὸ Τιτίνιον ... ἀπ' εὐθείας ... E ... ἀμφίδεξον ... vbi redditur Verè: quum potius significet Absque dissimulatione quàm Absque mendacio. Nam aut ego valde fallor, aut ἀπ' εὐθείας φράζειν dicitur qui aliquid ita refert vt nihil dissimulet. qui autem dissimulare volunt, circuitione & ambagibus vti solent: quæ & ipsæ rectæ viæ (id est τῇ εὐθείᾳ ὁδῷ) opponūtur. Circuitionis autem voce hac de re vsurpo cū Terētio in Andr. Ita apertè ipsam rē modò loquutus, nihil circuitione vsus es. Cic. quoq; Circuitione ita dixit. Deniq; ἀπ' εὐθείας esse puto quod Gallicè *Ouuertement*: cui opponitur *Couuertement*. Quo & Latini modo Apertè dicunt, & Palàm: contrà autem Tecto sermone, Tectis verbis, Cum inuolucris & integumentis verborum. Sed Apertè tamen non tam significans esse videtur quàm Gall. *Ouuertement*. Cæterùm non solùm ἀπ' εὐθείας dicitur, sed etiā ἐξ εὐθείας, & δι' εὐθείας: atq; hoc vtitur ide Plutarchus De orac. Sibyllino: illo, autor libelli qui Dem. Phalereo adscribitur. Confirmāt autem meam sententiam de subaudiendo accusatiuo G ὁδὸν duo Plutarchi loci, quorum vnus est ibidem vnde & primum exemplum attuli: videlicet in Fabio, paulo post verba à me citata. subiungit enim, loquens de alio qui contrà omni dissimulatoria ambage remota, cladem narrauit, ... εἰς ἐκκλησίαν τὸν δῆμον ... ἀλλ' ἄντικρυς ἔφη ... &c. Alter loci extat in Polit. præc. vbi scribit, ... ἀπ' εὐθείας οὐκ ... ἀλλὰ δεῖ τινος ἀμφορεῖς ... (Hic autem obiter admoneo, H περιαγωγὴν videri esse quam à Terentio circuitionem appellari modò dixi: præsertim verò in præcedente loco ex Fabio Maximo, vbi de sermone agitur. nam illic περιαγωγὰς pro περιαγωγὰς reponere minimè dubito.) Sed & alibi, videlicet in lib. De Herod.

τῷ ἀπ' εὐθείας opponit πλαγίως. nam ἀπ' εὐθείας κακῶς λέγειν & πλαγίως χρῆσθαι ταῖς διαβολαῖς, contraria facit. Enimuero in loco illo ex Polit. præc. quum ἀπ' εὐθείας de sermone non dicatur, aliam interpretationem postulat. Quare videndum an conuenire hîc possit quod Latini dicunt Aperto marte. vt si dicamus in illo Plutarchi loco, Multa enim sunt incommoda in quibus summouendis aperto marte agi non potest. Vel breuius, Multa enim sunt incommoda quæ aperto marte nequaquam summoueri possint. Sed apud Suidam legitur etiam, ὁ δὲ κτεῖναι μὲν αὐτὸν ἐκ τῆς εὐθείας ἔδεισεν vbi duriuscula quidem mihi quoque videtur illa mea interpretatio, si ad verbum interpretemur κτεῖναι interficere: sed ita reddendo, Cædem eius aperto marte moliri veritus est, ferri eam posse (dumtaxat aliquis meliorem afferat) existimo. In his enim aliisque multis huiusmodi loquendi generibus interpretandis viam aliis qualemcunque strauisse contentus ero.

Sed Thucydides, suo more à loquendi generibus quæ cæteris vsitata sunt, recedēs, dixit ἀπὸ τοῦ εὐθέος pro illo ἀπ' εὐθείας de quo modò à me tractatum fuit: videlicet pro illo quod de sermone dicitur. Ita enim ille libro tertio, καθεστηκε δὲ τἀγαθὰ ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν. Id est, Sine circuitione, Sine vllis verborum inuolucris & integumentis. Apud Arrianum autem ἐκ τοῦ εὐθέος αἰτεῖν pro Non dissimulanter, Apertè, Palàm. Sed quo modo hic itidem substantiuum ὁδὸν subaudire quis dicet aliquis. Minimè certe hic quoque subaudiri dicet, sed πεδίον hîc substantiuè accipi pro εὐθεῖα ὁδός. Huc autē pertinet & ὁ εὐθὺς λόγος apud Euripidem pro sermone aperto miniméque vlla circuitione tecto. Cæterùm inuenitur ἐκ τοῦ εὐθέος & alio sensu positum à Thucydide ..., vbi scribit, ὥστε ἀπάτῃ μὲν ... ἐκ τοῦ εὐθέος μὴ ... Hic enim ἐκ τοῦ εὐθέος, videtur sumi pro Temerè & inconsultè (ac certè scholiastes ἀσκέπτως exponit, sicut & εὐθὺς in alio eiusdē loco vult esse pro ἐξ εὐθείας & ἀσκέπτως, abutēs ... signific. huius loquendi generis ἐξ εὐθείας, & ἀσκέπτως accipiens pro ἀσκέπτως, ... inconsideratè) aut certè pro Statim, Extemplo.

INVENITVR & accusatiuus Εὐθῆ tanquam ab εὐθὴς, sed non apud satis idoneos autores, quod sciam. Inuenio enim duntaxat in Ecclesiaste, & apud Damascenum, ita scribentem, pag. 42, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἄκακον, εὐθῆ, ἐνάρετον. Sed & εὐθὴς apud Greg. habetur, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἐγκαινιζόμενον.

Εὐθὺ, aduerbium, Rectà. Xenophon Pædiæ 5, εὐθὺ τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ἡμᾶς ἄγε, duc nos rectà Babylonem. Sed multo frequentius est cum genitiuo: vt πλέων εὐθὺ Περγάμου, Synesius. Sic apud Aristophanem sæpe. Item cum articulo ante εὐθὺ, contra quàm in illo Xenophontis loco, rursum apud Synesium, τὴν εὐθὺ τῶν πολεμίων ἠγάγοντο, rectà in hostes duxeūt. Subauditur autem accusatiuus ὁδόν. Sed & τῆς εὐθὺ ὁδοῦ pro Rectæ viæ in Axiocho legitur, ἐδόκει σοι μοι ... τῆς εὐθὺ ὁδοῦ ... Et ἐς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ pro In rectam viam, in vulgatis lexicis. ET Εὐθὺς in eadem significatione, Plat. in Euthydemo, nisi sit menda, inquit Budæus. Apud Thucydidem certè lib. 6 de epipolis seu arce Syracusarum legitur, χωρίου ἀποκρήμνου τε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως εὐθὺς κειμένου, id est recta supra vrbem.

C. Καταντικρὺ, Rectā. vnde ἡ καταντικρὺ ὁδὸς dicitur ἡ εὐθεῖα ὁδός. Pausanias, ἐκ Σικυῶνος δὲ τὴν καταντικρὺ ἐς Φλιοῦντα ἐρχομένοις ... Item κατ' εὐθὺ pro E regione quidam accipi annotat. Scribitur autem & κατ' εὐθύ.

Εὐθύτης, ητος, ἡ, q. d. Rectitudo. Item Recta forma. Exponitur etiā metaphoricè Æquitas, Iustitia. quo dicitur modo Gall. *droiture*. AT Εὐθυωρία (quod an cōpositū sit, nō satis constat) itidē pro εὐθύτης, i. Rectitudo, si dici posset. A Bud. exponitur etiā Proceritas, vt est arboris. Item Directio. Et Rectus trames. Itē Rectus processus, Rectæ lineæ porrectio. Quarū signif. exēpla vide apud B. p. 53 & 328. HINC Εὐθυωρεῖν Recto tramite iter facere, Recta linea progredi. pro quo & κατ' εὐθεῖαν ἰέναι dixit Aristot. Vide Bubidē. ITEM Εὐθύωρον in v. l. ex Herm.

Recto tramite, κατ' ἀθῦον, non per diuerticula, propter obuios montes & fluuios. At verò ἀθύωρον τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο, affert Etymol. pro ἀθυτάτην, seu σύντομον, sed addens tamen esse ab ἀθῦ & ὥρα, quasi αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. At Suidas postquam ἀθυωρὸν (ita enim ibi scribitur ὀξυτόνως) accipi dixit pro κατ' ἀξίαν ab Antiphonte & Xenoph. subiungit accipi etiam pro αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, locū hunc proferens, ἀθυωρὸν ἀπεῖειν. vbi aduerbium esse manifestū est. Sed & ἀθύωρος pro Rectus in v.l. Sitne autem compositum in hac significatione, gramm. tacent.

A

Εὐθυνω, Dirigo, Corrigo, Rectum facio quod prauum seu obliquum erat. (sicut & ἀπευθύνω dici ἐπὶ τῶν ὀρθουμένων λοξῶν testatur schol. Sophoclis.) Aut etiam generaliter, pro In rectum formo. Sumitur & pro Dirigere, eo modo quo dicitur Dirigere nauem aliquò, & quo Cæsar dixit Dirigere cursum ad litora. Euripides Hecuba, Πρὸς οἶκον ἀθύνοντας εἰναλίαν πλάτην. vbi schol. ἀθύνοντας exponit per composi. ἀπευθύνοντας. Xenoph. autem in princ. Pæd. dicit pastores ἀθύνειν τὰς ἀγέλας, pro Ducere recta via, seu potius Deducere, vno verbo. neque enim mihi placet hic verbum Dirigere quo vsus est Philelphus. nisi adiungamus ei nomen Iter, vt ἀθύνειν τὰς ἀγέλας reddamus Dirigere armentorum iter. Hic porro est Xenophontis locus, προβάλονται τε γὰρ αἱ ἀγέλαι οἱ ἂν αὐτὰς ἀθύνωσιν οἱ νομεῖς, νέμονταί τε χωρία ἐφ' ὁποῖα ἂν αὐτὰς ἐφιῶσιν. Capitur verò & pro Regere. vt ἀθύνειν ἡνίας, Aristoph. Regere habenas. Item metaph. (sicut & verbū Corrigo apud Latinos itidémque verbū Redresser apud Gallos, quod alioqui propriè significat Corrigere.) Ponitur enim pro Reprehendo, Redarguo. vt Gregorius, μήτε ἡμᾶς ἀθύνητε τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς. id est (Budæo interprete) Nolite redarguere nos & incusare ob verbum altius elatum. Huc pertinet quod ex Hieronymo in cap. 2 Sophoniæ prophetæ annotatur, ἀθύνων non significare dirigentem, sed coarguentem atq; conuincentem. Quod tamen Hieronymi dictum ad locum de quo agit restringendum est: ibi videlicet ἀθύνειν non esse Dirigere, sed Coarguere. Cæterùm ἀθύνειν exponitur alicubi & Inquirere, cum præposi. In. (quod facere solent ii qui reprehendere & redarguere student, vt in hoc Plutarchi loco, in Symp. septem sap. ἀλλ' ἵνα μὴ δοκοῖεν ἀθύνειν τὰς τῶν ἑταίρων ἰδίας ἀποφάσεις. Budæus ἀθύνειν esse dicit In alicuius gesta inquirere, & quæstionem de eius administratione exercere. Item Rationem reposcere vitæ anteactæ. (Et pass. item ἀθύνεσθαι, pro Rationem reposci &c. quod vulgus syndicari. In Pand. verò & pro In iudicium vocari) Nonnunquam etiam est forense verbum, vel pro Postulare. Reum facere: vel pro Damnare. De quibus signific. lege B. Comm. p. 37 & 39 & 150: item in Annot. In v.l. affertur item ex Plutarcho in Publ. περὶ ἐπιείας ἀθύνειν pro Mulctare pœna pecuaria. ‖ Item ἀθύνειν eū magistratū gerere qui εὔθυνος dicitur, de quo mox. Εὔθυνσις, εως, ἡ, Directio, Correctio. Cui opponitur ab Aristotele κάμψις, id est Curuatio. Bud. ET Εὐθυντός, Directus: cui opponitur καμπτός, Curuatus. Idem ex codē Aristotele. AT Εὐθυντής (SEV Εὐθυντήρ, sed magis poetice. vt apud Theognidem Εὐθυντῆρα κακῆς ὕβριος ἡμετέρης) ET Εὔθυνος, Director, Corrector. Sed dicti sūt ἀθυνταὶ seu εὔθυνοι q. d. magistratus qui aliorū magistratuum censores erāt, & rationem administrationis ab iis exigebant. Vide Bud. p. 38. ITEM Εὐθυντικός, quod vulgò iti item exponitur: sed ex terminatione significat potius eum qui reposcēdæ rationis peritus est. AB eadem origine est & Εὐθυντηρία quo tamē Hesych. ab architectis significari τὸ ἐν τῷ ἐδάφει σύμπηγμα. (quod quidam interpret. Soli rudus) item nauis partem.

B

C

D

E

F

G

Εὐθύνη, Inquisitio quæ fit in eos à quibus vitæ & magistratus gesti, seu curationis actæ ratio reposcitur. Seu Ipsa actio reposcendi rationem &c. ‖ Exponitur & Accusatio à Budæo. Dicitur tamen potius plur. ἀθῦναι. Atque hinc ἀθύνας διδόναι, & ἀθύνας ὑπέχειν, pro In disquisitionem vocari, Rationem reposci seu rationes administratæ reipublicæ. Demosth. De fal. leg. κἂν δεδωκότες ὦσιν ἀθύνας, pro Etiāsi rationes administratæ reipublicæ reposciti iam fuerint, Budæo interprete, quem vide Comm. pag. 39, & 150, & 173. item in Annot. Ostendit autem accipi ex consequenti & pro Pœnam dare. Item pro Damnari repetūdarum, in hoc Æschinis loco, ὁ δ' αὐτὸς ἀνὴρ μικρὸν ἐπάνω ἐξέστιν ἐκ τοῦ δικαστηρίου, κλοπῆς ἕνεκα τὰς ἀθύνας ὠφληκώς. At ego non puto ἀθύνας ὀφλεῖν restringi ad hanc significationem pro Damnari repetundarum, nisi addatur aut illud κλοπῆς ἕνεκα, aut tale quidpiam: vel certè habita ratione rei de qua agitur, hanc interpr. admittat. Alioqui enim id per se significare arbitror, sed latius patere huius accus. signif. sicut & quum aliis verbis iungitur. Quidam εὐθύνας διδόναι interpr. ex Cicerone, Rationes referre, item Pœnas luere. In vulgatis lexicis affertur ex Demosthene εὐθύνας τῶν πεπολιτευμένων, item ἀθύνας τῆς πρεσβείας, necnon εὐθύνας βίου, pro Censuræ quibus quis vitæ anteactæ rationem reddere cogitur. Et ex Plut. in Pericle περὶ τὰς εὐθύνας ἀπαραίτητος, pro In exigendis rationibus implacabilis. In iisdem πρὸς εὐθύνας τῶν ἀρχόντων redditur Ad accusandos magistratus repetundarum. Et, Ad repetundas gestorum rationes. Sed generalius etiam pro Rationem reposci cuiuslibet rei, vel Cogi ad reddendam rationem. Aristot. Polit. 3, ἀεὶ διδόναι τὰς εὐθύνας ἐν ἰατροῖς. ‖ Εὐθύνη exponitur & Crimen in hoc Aristoph. loco, in Vesp.— κἄπειθ' ὁ πατὴρ ὑπὲρ αὐτῶν ἢ τῷ θεὸν ἀντιβολεῖ με βέμων τὰς εὐθύνης ἀπολῦσαι. HINC Ἀνεύθυνος, ου, ὁ & ἡ, Non obnoxius reddendæ rationi rerum à se gestarum, Qui non tenetur rationem reddere &c. Ἀνεύθυνος magistratus (inquit Bud.) & αὐτοκεύθυνος, dictus est qui causæ dicendæ aut immunis est, aut quouis modo eximitur: vt qui abolitionem apud nos à principe impetrauerunt. Hæc ille. Sed sciendum est latius extendi huius vocis vsum, vnde ἀνεύθυνος dicitur quicunque rei alicuius rationem reddere non tenetur. Luc. παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνευθύνους εἶναι καὶ ποιητὰς καὶ γραφέας. vbi Erasmus ἀνευθύνους vertit Liberos: quum tamen propriè signif. Rationi reddendæ non obnoxios. Dicitur verò & res aliqua esse ἀνεύθυνος eadem significatione. vt ἀνεύθυνος ἀκρόασις Thuc. ‖ Ἀνεύθυνος, Crimine vacans. Synes. ἡ προαίρεσις οὖν οὐκ ἀνεύθυνος, ἀλλ' ὑπαίτιος. ‖ Item ἀνεύθυνον, Quod impunè fit: apud eundem, ἀνεύθυνα καὶ ἀνέλεγκτα ψεύδεσθαι pro Impunè & sine reprehensione mētiri. ‖ Ἀνεύθυνος, Non discussus, Non examinatus. Bud. ex Gregorio. ET Ἀνευθύνως, Ita vt non cogaris rationem reddere. Item, Sic vt crimine vaces. Et pro Impunè, ex Hermog. ET Ἀνευθυνία, Immunitas à reddenda ratione. In vulgatis lexicis exponitur Innocentia. CONTR. Ὑπεύθυνος, Obnoxius reddendæ rationi, Qui liberam non habet rerum administrationem. Interdum cum datiuo. Demosth. 127, ὑπεύθυνος ὢν οὐδενί. Apud Aristoph. autē in Equit. ὑπεύθυνοι exponitur à scholiaste, Qui rerū in magistratu gestarū rationes nōdum retulerunt. Dicitur & res aliqua esse ὑπεύθυνος, sicut contrà ἀνεύθυνος. Thucyd. 3, ἄλλως τε καὶ ὑπεύθυνον τὴν παραίνεσιν ἔχοντας πρὸς ἀνεύθυνον τὴν ὑμετέραν ἀκρόασιν. vbi quidam Obnoxiam & Non obnoxiam interpr. pro Cuius reddenda ratio est, & Cuius reddenda ratio non est. Et ὑπεύθυνος ἀρχὴ Herodoto. Item δίαιτα κεκολασμένη καὶ ὑπεύθυνος, Plutarchus in Lycurgo: vbi quidam δίαιταν ὑπεύθυνον interpr. victum astrictum: ego malim Victum legibus quibusdam obnoxium, & minimè liberum. Q. d. Victum cuius reddenda sit ratio ipsis legibus. At Chrysostomus dixit aliquem ὑπεύθυνον τιμωρίᾳ, obnoxium pœnæ: ἐννόει τῶν κεφαλὰν ὑπευθύνους ἐπιτιμωρία. ‖ Ὑπεύθυνος, Reus, Obnoxius crimini. Sed Luc. genitiuo iunxit in hoc, ... καὶ μόνης τῆς φωνῆς ὑπεύθυνον παρέχων ἑαυτόν. vbi exponitur, Sola voce semetipsum reprehendendū exhibens. Ego malim Seipsum criminis obnoxium reddens, quod ad solam vocem attinet. ET Ὑπευθύνως, Ita vt rationem reddere tenearis, vel Ita vt criminis sis obnoxius. AT Ἀνυπεύθυνος huic opponitur, idémque est quod ἀνεύθυνος paulo antè præcedens. Exponitur enim Rationi reddendæ vel causæ dicendæ non obnoxius. Plato, δικαστὴν δὲ ἀνυπεύθυνον οὐδένα δικάζειν. vbi exponitur Examinis im-

H

munem. Interdum verò ἀνυπεύθυνος generaliter, Solutus legibus. vt ἀνυπεύθυνος esse dicitur tyrannus ab Aristotele Polit.4. Sic ἀνυπεύθυνον vocat dictaturam Plut in Fabio. ET Ἀνυπευθύνως, Ita vt causæ dicendæ o ro xius non sis. Item, Cum libertate qualis est eorum qui legibus soluti sunt. A

C. Ἀπευθύνω, F. θυνῶ, Corrigo quod prauũ est, & rectum efficio. ἐπὶ τῶν διεστραμμένων λέγεται dicitur, inquit enarrator Sophoclis. Capitur etiam metaphoricè pro Corrigo, eo sensu quo dicitur quis corrigere mores seu vitam. Gregorius, πρὸς ὃ βλέποντες καὶ βίον καὶ πρᾶξιν ἀπευθύνομεν. B

Capitur & pro Guberno, Rego. nam rectoris est praua corrigere. Sophocl. in Œdipo tyranno, — πρίν σε τήνδ' ἀπευθύνειν πόλιν. Est etiam Dirigo. eo sensu quo dicimur dirigere telum, vel iaculũ, vel hastã. Basil. πρὸς τὸν σκοπὸν ἀπευθύνων τὸ βέλος. Expon. etiã κανονίζω .i. Examino tãquã ad regulam, Tanquã ad regulã dirigo. & sic ἀπευθυνόμενοι exponi potest κανονιζόμενοι in Gregorii loco paulo antè citato. ‖ Aliquando autem vsurpatur metaphoricè pro Punio, vt tradit scholiastes Sophoclis, scribens tã ἀπευθύνειν quàm ἀπευθύνειν dici ἐπὶ τῶν ὀρθουμένων λέγεσθαι, item ἐπὶ τῶν κυβερνωμένων νεῶν. & hinc ducta metaphora sumi ἐπὶ τοῦ κολάζειν. Hanc autem significationẽ tribuit huic verbo idẽ scholiastes in isto Aiacis loco, Οὗτος, σὲ τοὺς αἰχμαλωτίδας χέρας Δεσμοῖς ἀπευθύνοντα προσμολεῖν καλῶ. id est (inquit) τιμωρεῖαι ἀπαιτοῦντα, ἢ ἐπιβάλλοντα μετ' εὐθύνης. Suidas ponit priorem duntaxat expos. τιμωρεῖαι ἀπαιτοῦντα. C

Ἀπευθύνομαι, pass. Corrigor, Rectus efficior, Dirigor, &c. sequendo significationem actiui. Citatur ex Alexãdro Aphrodisæo Probl. l.1, ἀπευθυμμένον ἔντερον, pro Intestinum rectum. id videlicet per quod flatus alui extruditur sæpe dum vrinam reddimus. Est autem ἀπευθυμμένον (si participio participium reddendum sit) quod statutum est rectum, vel Tendens in rectum. D

C. Διευθύνω, Dirigo. Item pro Corrigo, Emẽdo, vt B. interpr. in hoc Luc. loco. εἴρηκα. σὺ δ' ὦ Ἑρμῆ καὶ Ἥφαιστε, εἴ τι μὴ καλῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, διελέγξατε καὶ διευθύνατε. κἀγὼ αὖθις ἀπολογήσομαι. Idem Bud. διευθύνω interpr. etiam Examino, Discepto. Item, Refuto. & à Gregorio poni ait pro Inquiro, Disputo, Percunctor: seu Inquiro disputando. In eo tamen quem ex illo affert loco legitur passiua v... δι... ... .ita enim habet, ἀπαιδευτότερον δ' οὐδὲν, τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐγνωσμένον, εἰ μὴ περὶ τῆς γεννήσεως, ἢ οὐκ αὖ, διευθύνεσθαι. E

C. Ἐπευθύνω, Dirigo. Item Rego. ἐπευθύνειν τὰ κοινὰ (inquit Budæus) vel ἀπευθύνειν Æschines dicit pro Regere. ET Συνεπευθύνω, Vnà dirigo, Vnà rego, vel moderor. Vel Adiuuo in dirigendo. In v.l. ἀδεσπότως affertur, τοῦ θεοῦ συνεπευθύνοντος, pro Numinis instinctu.

C. Κατευθύνω, Dirigo. Item Rego, Moderor, Compono, Constituo. Quas significationes Budæus huic verbo tribuit apud Plutarch. locos tamen non proferens. At v.lex. afferunt ex eo in Camillo, κατευθῦναι τὰ παρόντα πρὸς τὸ κάλλιστον τέλος. vbi illud Componere aptum esse puto, vel Constituere. Sed & Moderari hic quadrare posse videtur. In iisdem κατευθύνειν τὸ σκάφος habetur, sed ἀδεσπότως. Est autem κατευθύνειν τὸ σκάφος, vel Dirigere, vel Regere, seu Moderari. Ex Gregorio autem κατευθύνειν & pro Administrare. ‖ Κατευθύνω (sicut & simplex εὐθύνω) pro Mulcto: ex Plat. De leg. Pollux quoque ab eo κατευθύνειν pro καταδικάζειν poni tradit. F

¶ Εὐθύς, Protinus, Confestim, Statim. Xenoph. Pæd.6, p.92, ὁ δὲ Κῦρος εὐθὺς ἄγειν κελεύει αὐτὴν πρὸς τὴν γυναῖκα. Idem Hellen.1, καὶ εὐθὺς ἐναυμάχησαν αὐτοῖς. Thuc.1, ἀρξάμενοι εὐθὺς ἀπὸ τῶν ἐν Ἐπιδάμνῳ (Vt autem hic εὐθὺς cum ἀρξάμενοι, sic alibi c... ... extat, vt ἀπὸ τῆς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ φασας apud Philon... ... mundo, Quæ est statim in principio, vel Qu... est statim prima.) Alia eiusdem significat. exempla passim & apud cæteros habentur. Sed iungitur interdum & præpositioni ἐκ, vt dixit idem Xen. Pæd.1, εὐθὺς ἐκ παιδίου. & Aristot. Pol. εὐθὺς ἐκ γενετῆς. Interdum & præp. ἀπὸ. vt εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ. quod exponitur Iam inde à vetustate. Sic autem & εὐθὺς ἐκ παιδίου reddi potest Iam inde à puero, seu à pueritia. & εὐθὺς ἐκ γενετῆς, Iam inde ab ortu. Vel simpliciter, Statim à pueritia, Statim ab ortu. ‖ Inuenitur & participio iunctum hoc aduerb. vt εὐθὺς νέοι ὄντες, Thucyd. 2, οἱ μὲν ἐπιπόνῳ ἀσκήσει εὐθὺς νέοι ὄντες, τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται, pro Statim ab ineunte ætate, vel Iam inde ab ineũte ætate. q.d. Statim quum iuuenes sunt. Tale est hoc, εὐθὺς γινόμενος ἔχει, quod Gaza vertit Iam inde ab ortu habet. Est enim idem εὐθὺς γινόμενος, quod εὐθὺς ἐκ γενετῆς. Legitur etiã τοῦ δὲ θέρους εὐθὺς ἀρχομένου apud Thucydidẽ 2, pro Statim ineunte æstate. ‖ Sed & cum nomine genitiui casus. vt εὐθὺς τοῦ δράματος, quod ex Aristophane affertur pro Statim ab initio fabulæ: itidémq; εὐθὺς ἡμέρας, pro Prima statim luce. ‖ Interdum verò præfigitur articulus, & tũ per nomen redditur. vt ἡ τῶν Ἰταλιωτῶν εὐθὺς φυγή, Herodiano, Subita fuga, vel repentina. Cæterùm quod ad signif. huius aduerbii attinet, inde factum reor vt εὐθὺς significaret statim, quòd qui rectà it aliquò, statim eò perueniat, præ illo qui non rectum iter tenet.

Εὐθύς, Protinus, Continuò, pro Ideo, Etiã. Themist. ... εἰ κατὰ παντὸς, εὐθὺς καὶ καθόλου. B.

Εὐθύς Aristoph. pro Iamprimum ἐν ... Bud.

Εὐθύς pro Iam antea in v.l. ex hoc Plutarchi loco in Camillo, τὸ μὲν τοι πάθος αὐτὸ καὶ τῆς ἁλώσεως ἔοικεν ἀμυδρά τις εὐθὺς εἰς τὴν Ἑλλάδα φήμη διελθεῖν. Et additur sensum exigere hanc interpr. idque ex sequentibus patere. Sed viderit quicunque hoc annotauit.

Εὐθύς pro Inconsultè, Inconsideratè, à Thucydide ponitur (si eius scholiastæ credi...us) lib.2, οἱ δὲ Πλαταιῆς, ἐπειδὴ τὰ ἐκ τῆς χώρας κατὰ τάχος ἐσεκομίσαντο, ἀπέκτειναν τοὺς ἄνδρας εὐθύς. Hic enim scholiastes ait εὐθὺς non esse παραχρῆμα, sed ἐξ εὐθείας & ἀσκέπτως. Vide suprà in Εὐθύ, quæ dixi de ἐκ τοῦ εὐθέος huc pertinentia.

ITEM Εὐθὺ interdum pro εὐθύς, id est Statim, Confestim apud Alex. Aphrod. non semel. Bud.

DICITVR & Εὐθέως pro εὐθύς, Statim, &c. sed apud veteres non itidem vsitatum. Ex Aphthonio affertur εὐθέως cum παραχρῆμα iunctum, εὐθέως παραχρῆμα ἀποθνήσκει.

ΕΥ'ΝΗ, ῆς, ἡ, Cubile. v... ...pud Hom. Sic Odyss.ξ, — τῇ δὲ ἀεὶ οἱ πυρὸς ἐγγὺς εὐνή. · Cap... rò interdum λέχος & εὐνή. & tum volunt aliqui grammatici εὐνὴν dici στρωμνήν, at λέχος esse τὴν ὑποκειμένην κλίνην. Apud Xenophontem tamen στρώματα sunt ἐπὶ τῶν εὐνῶν. Pæd.8, ...ὧν δὲ στρώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἵππων ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν. Dicitur & de brutis vt Lat. Cubile, pro lustro. Et quidem de leporis cubili ab eodem Xen. dicitur. Et Hom. εὐνὰς συῶν, porcorum haras appellat. Interdum verò pro concubitu: vt Il. σ, — καὶ ἔτλην ἀνέρος εὐνὴν Πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσα. Et Od. κ, Ἔνθα σὺ μηκέτ' ἔπειτ' ἀπανήνασθαι θεοῦ εὐνήν. ‖ Et εὐνὴ pro tentorio, ex Thucyd. ‖ Item εὐνή, Sepulchrum. Eustath. Sed & generaliter pro omni loco in quo aliquis commoratur, & apud Hom. εὐναὶ pro loco in quo quis potest εὐνάζεσθαι, vt annotat Eustath. ‖ Item Anchora. vt Il.α, Ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον, κατὰ δὲ πρυμνήσι' ἔδησαν. Sic autem anchora dicitur per metaphoram, inde (vt opinor) ductam, quòd nauem fundans & stabiliens, velut conquiescere faciat. ET Εὐναία pro eodem: sicut dicitur σεληναία pro σελήνη. Cæterùm εὐνὴν alii ab εὕδω, alii aliunde deducunt: nonnulli verò primitiuam vocem esse putant.

G Εὐνῆθεν, E lecto. Odyss.υ, — εὐνῆθεν ἀνίστατ. Apoll. Arg.2, — ἔρθοθεὶς δ' εὐνῆθεν. ET Εὐνῆφι apud Hom. Od.γ, Ἐξ εὐνῆφ' ἀνόρουσε Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ, è lecto. Il.ο, ἐξ εὐνῆφι θορόντα. Scribitur autem alicubi ET Ἐξευνῆφι vna voce.

C. Ἔνευνος, Qui est in lecto. Et, In lecto ...ositus, in v.l. AT Ἐνεύναιον δέρμα, Homer. Odyss.ξ, Pel...s quæ cubili substernitur. Apud eũdem verò Od.π, χ...τει ἐνευναίων, pro Incubantium. Vide Eust.

C. Μαλθακευνία, ας, ἡ, Cubilis seu lecti molli...ies.

C. Ὁμευνος, ET Ὁμευνέτης, Qui eodem cub... i vtitur. Vnde exponitur & Maritus. ET Ὁμευνέτις, Vxor. Soph. ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν Αἴαντος. ITEM Εὐνέτ... ET Εὐνέτις, idem quod ὁμευνέτης & ὁμευνέτις. H

C. Σύνευνος ET Συνευνεύς, idẽ quod præced. Soph... ... ξύνευνον μητέρα. ET Συνεύνιος pro eodem.

C. Χαμεύνη, SEV Χαμεύνα, Stibadium humi stratum. B.

THESAVRI
linguæ Græcæ

(TOMVS II.)